ibi. Teſtis em̄ ē mihi deꝰ. Tertio ex deſiderio viſitatiōis
eoꝝ ibi. Obſecrās ſi quō. Circa primū tria oportet ꝯſide
rare Pri̇o q̄dē grāꝝ actōis ordinē qꝛ dicit. Primo q̄dē
grās ago deo meo. Neceſſe ē em̄ vt ī oībꝰ grāꝝ actionē
ꝑmittamꝰ ſm illd̄ 1. theſ. vltio. In oībꝰ grās agite. Nō
em̄ ē dignꝰ bñficiū cōſeq̄ q̄ de acceptis bñficijs grās nō a-
git. Sap. 16. Ingrati ſpes tāq̄ ybernalis glacies tabe-
ſcet. Et ecc. 1. Ad locū vñ exeūt flumina reuertūt qꝛ ad
principium vnde proueniunt beneficia reuertūtur ſcilicꝫ
ꝑ gratiaruꝫ actiones vt iterum fluant. ſcꝫ per iteratā be
neficiorum exhibitionē. In omnibus auteꝫ q̄ petimꝰ vel

agimus diuino beneficio indigemus.et ideo ante oīa de-
bet gratiarū actio premitti. Scđo deſignat perſonas tres
quarū vna eſt perſona cui fit gratiarūactio quā deſignat
dicēs.deo meo ſcilicet cui debetur gratiarū actio de om-
nibus bonis q: ab eo fluūt. Jac.1. Omne datū optimum
et omne donū pfectum deſurſum eſt ꝛc. Et quāuis ſit de
us omnium p creationē et gubernationem.ſcđm illud in
fra 4. Dñs omniuz: ſpecialiter tamē dicit̄ eſſe de⁹ iuſto-
rum tripliciter. Primo quidē ſecūdum ſpecialem curam
quā de eis gerit.pš. Oculi domini ſuper iuſtos. Et alibi
dicit. Dñs illuminatio mea Scđo per ſpecialē cultum.
Exo.15. Iſte deus meus et glorificabo eū Tercio q: eo
rum premium:geñ.15. Ego domin⁹ merces tua magna
nimis. Secūda pſona eſt mediatoris quā tangit dicens.
Per ieſuz chriſtum. Eodem enim ordine debet gratiarū
actio in deum recurrere quo gratie a deo in nos deueni-
unt qđ quidē eſt per ieſum xp̄m. Infra 5. Per quē acceſ
ſum habemus per fidem in gratia qua ſtamus Tercia eſt
perſona illoꝝ̄ p quibus gratias agit quā deſignat ſub-
dens.p omnibus vobis.quia.ſ.eorum gratias quaſi ſu-
as reputat pp̄ter vinculuz caritatis .2. Jo.1. Maiorem
horū non habeo gratiam q̄ vt audiā ꝛc. Signanter autē
dicit.pro omnibus vobis q: ſcꝫ omnib⁹ placere deſide-
rat.1.corinth .x. Sicut et ego per omnia oībus placeo.
Et omniū ſalutem cupit ſcđm illđ 1.corinth.7. Uolo om
nes homines eſſe ſicut meipſum. Tertio ponit materiā
gratiarumactionis cū ſubdit. Quia fides veſtra annūcia
tur in vniuerſo mūdo.q agit q̄dā gratias de fide eo qđ ē
bonorū omnium ſpiritualiū fundamentum. Heb.xj. Eſt
autē fides ſperandarū ſubſtanta rerū. Cōmendantur aūt
romani de fide .quia fidem defacili ſuſceperant et in ea-
dem firmiter pmanebant. Unde et vſq̄ hodie apud eos
plurima fidei ſigna oſtendūtur in viſitatione ſanctoꝝ lo-
corum vt hieronymus dicit ſuper epiſtolam ad gal. Non
dum tamē pfectam fidem habebant quia aliqui eoꝝ pre
uenti erant a pſeudo apoſtolis vt crederent legis cerimo
nias euangelio iungendas. Gaudet autē et gratias agit
de eorum fide non ſolū pp̄ter eos :ſed pp̄ter vtilitatem
inde conſequentē.q: ſcꝫ eorum exemplo q̄ erant domini
gentium alie gētes p̄uocabantur ad fidē q: vt dicit glo.
prompte facit inferior qđ videt fieri a ſupiori.pp̄ter qđ
amonent̄ prelati vt fiant forma gregis ex animo.1.pe.vl-
timo.¶ Cōſequenter cū dicit. Teſtis eni ꝛc oſtēdit affe-
ctum ſuū ad eos ex oratione quā pro eis fundit. Et quia
orationis negotiū in ſecreto agitur coram deo ſcđm illud
Mat.6. Tu autē cū oraueris intra in cubiculum tuū et
clauſo hoſtio ora patrem tuū.dei teſtimonio p̄bat ſe pro
eis orare. Primo ergo inducit teſtē Scđo manifeſtat ſu
pra qđ teſtimnoiū inducat.q ſine intermiſſione. Teſtez
aūt inducit cū dicit. Teſtis ē mihi de⁹ ſub cui⁹ teſtio oīa
agunt̄ Je.19. Ego ſum iudex et teſtis. Et vt iuſtū teſtem
nō fruſtra inuocare oſtēdat.ponit cōſequēter quomō ſit
ei cōiunctus. Primo q̄dem quantū ad ſeruiciū cū dicit.
Cui ſeruio ſcꝫ per latrie cultū. Deutro.6. Dñm deū tuū
adorabis et illi ſoli ſeruies. Scđo quantū ad modū ſerui
endi cum dicit. In ſpiritu meo. Quaſi dicat.non ſolum
in exteriori ſeruitio corporali.ſed precipue interius ſcđꝫ
ſpiritū. Jo.4. Spiritus eſt deus et eos q̄ adorant euz in
ſpiritu et veritate adorare oportet Uel in ſpū id eſt in ſpi
ritualibus obſeruātijs nō in carnalib⁹ ſicut iudei. Phil
3. Nos ſum⁹ circūciſio qui ſpiritu dei ſeruim⁹ deo. Ter-
tio quātū ad officiū in quo ſeruit ſcꝫ in euāgelio filij ei⁹.
ſcđm illud ſupra eodem. Segregatus in euāgeliū. Qđ
quidē eſt filij dei tripliciter. Uno modo q: ē de ipo. Luc
2. Euāgelizo vobis gaudiū magnū. Alio modo q: eſt ab
ipo predicatū ex pp̄rio officio. Luc.4. Quia ꝛ alijs ciui

tatibus oportet me euāgelizare regnū dei q: ideo miſſus
ſum. Tercio q:.eſt ab eo iniūctum. Marci vltimo Predi
cate euāgelium omni creature. Sed ſcđꝫ aug.cū idē ſit te
ſtis eſt mihi deus.quod iuro per deū. videtur ap̄lus face
cere cōtra id qđ dñs dicit. Math.5. Ego dico vobis nō
iurare omino. Ja.vltio. Ante omnia autem fratres mei
nolite iurare. Sed ſicut dicit aug.libro cōtra manicheos
Intellect⁹ ſacre ſcripture ex actibus ſanctorū intelligit̄.
Idem enim ſpiritus quo ſacre ſcripture ſunt edite ſcđm
illud.2.pe.1. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti
dei homines. Sanctos viros ad operādū inducit. Infra
8. Qui ſpū dei aguntur hij ſunt filij dei. Ex hoc ergo q
paulus iuraſſe inuenitur oſtendit̄ verbuz dñi et apoſtoli
iacobi nō ſic eſſe intelligendū q̄ſi iuramentū ſit omino li-
citum.ſed q: ad hoc homo niti debet vt quātum ex ipo ē
iuramento non vtatur tanq̄ quodā bono et p ſe appeti-
bili.tum pp̄ter periculum qđ imminet ex frequēti iurati
one ne homo labatur in piuriū pp̄ter labilitatem hūane
lingue ſcđm illud ecc.23. Iurationi nō aſſueſcat os tuū nā
multi ꝛc. Tū etiam q: contra reuerentiā dei facere videt̄
qui ipm abſq̄ neceſſaria cauſa teſtem inducit Unde Ecc.
23. Nominatio dei nō ſit aſſidua in ore tuo. Unde nec a-
poſtolus iuraſſe inuenitur niſi ſcribendo quādo homo cū
maiori deliberatione ꝛ cautela loquitur. Eſt aūt qñq̄ ne
ceſſarium iuramentū vt fides verbo dicentis adhibeatur
qđ qñq̄ vtile eſt etiam ei qui audit. Et ſic ap̄lus iurat p-
pter vtilitatem auditorum quibus erat vtile vt ei crede-
rent quaſi non querens qđ ſibi vtile eſt ſed multis vt ſal-
ui fierent. Unde qđ domin⁹ dicit. Math.5. Qđ ampli⁹
eſt ſcꝫ q̄ ſimplex verbum a malo eſt.non eſt intellgendū
a malo eius qui iurat.ſed eius q̄ exigit iuramentū.nō q̄-
dem a malo culpe niſi in caſu quādo exiſtimat q̄s eum a q̄
exigit iuramentū eſſe falſū iuraturum.tunc enim eſt gra-
ue peccatum.vt dicit augu. Sed intelligit eſſe a malo pe
ne ſcilicet ignorantia qua neſcimus an ſit verū qđ dicitur
nobis. Eſt autem duplex modus iurādi. Unus quidem
per ſimplicem atteſtationē ſicut cum dicitur per deū .vel
teſtis eſt mihi deus .et hoc modo apoſtol⁹ iurat hic. Ali
us autem per creationē.quādo ſcꝫ aliquis implorat diui
num teſtimoniū ſcđm aliquā penam ſibi infligendā ſi mē
titur ſcđm illud.pš.7. Si reddidi retribuentibus mihi
mala ꝛc. Et hoc etiam modo apoſtolus iurat.2 corinth.
1. Teſtem deum inuoco in animaꝫ meā. ¶ Conſequēter
ponit id ſupra q eum teſtem inuocat dicens q memo-
riam veſtri facio ſemper in orationib⁹ meis que ſunt ſi-
ne intermiſſione ſcilicet quia ſemp in orationibus ſuis p
eis orabat pp̄ter vtilitatem cōmunē que ex earum con-
uerſione p̄ueniebat .1.regū.12. Abſit hoc peccatū a me
in dño vt ceſſez orare pro vob. Qđ aūt dicit Me. ve .fa-
cio dupliciter poteſt intelligi. Uno modo ſic Memoriaꝫ
veſtri habeo ſcđm illud pš.21. Adhereat ligua mea fau-
cibus meis ſi nō meminero tui. Alio modo memoriam
veſtri facio ſcꝫ coram deo qui reſpicit orationes hūilium
Et ſic dum ſancti p aliq̄bus orāt quodāmodo diuino aſ-
pectui p̄ponūtur ſicut ꝛ cetera ſanctoꝝ facta Unde tertij
reg.17. Dixit mulier ad heliā Ingreſſus es ad me vt re-
memorētur iniq̄tates mee. Quaſi illđ ſit in memoria ꝛ in
oculis dei qđ contra iuſtos agitur. Qđ aūt dicit oratiōes
ſine intermiſſiōe ſe habere :cōgruit ei qđ dicit.2.teſ.vl
timo Sine intermiſſione orate. Et Luc.18. Oportꝫ ſem
per orare et nunq̄ deficere. Que q̄dē poſſunt intelligi tri
bus modis. Uno modo quātum ad ipm actum orandi.ꝛ
ſic ſemper vel ſine intermiſſione orat qui ſtatutis tempo-
ribus ꝛ horis orat. Act.3 Petrus ꝛ iohānes aſcēdebant
in tēplū ad horā oratiōis nonā. Alio modo q̄ntum ad fi-
nem orationis qui eſt vt intellectus noſter aſcēdat in deū

Et ſic tamdiu homo orat q̃diu agit corde ore vel opere
vt in deũ tendat. Et ſic ſemper orat qui totã vitam ſuam
in deum ordinat. 1. corinth. 10. Siue manducatis ſiue bi
bitis ₰c. Tertio quantũ ad cauſam. dum enĩ aliq̃s agit
vnde alij ꝓ eo orent ipſe orare videtur. vt patet in his q̃
dant elemoſinas paupibus qui pro eis orant. Eccl'. 29.
Conclude elemoſinã in ſinu pauperis ₰c. Sic ergo cõti=
nuanda eſt littera gratias ago ꝓ vobis quia bona veſtra
reputo q̃ſi mea qḋ patet ex hoc ꝙ pro vobis oro ſicut pro
meipſo. ¶ Deinde cũ dicit. Obſecrans ₰c. Probat af=
fectum ſuũ ex deſiderio viſitationis. Et primo ponit deſi
deriũ. Scḋo propoſitũ exequẽdi ibi. Nolo aũt vos igno=
rare ₰c. Circa primum duo facit. Primo ponit deſiderij
ſignum. Scḋo deſiderij cauſam ibi. Deſidero enim. Si=
gnum aũt deſiderij eſt oratio quã faciebat. ex hoc aũt ſig=
no oſtẽditur deſideriũ huiuſmodi. primo quidem intẽſuȝ
per hoc ꝙ dicit. Obſecrans q̃ſi ob ſacra cõteſtans ſicut
pro aliquo magno qḋ mea merita excedit. ꝓuer. 18. Cũ
obſecratiõibus loq̄tur paup̱ et diues effabit rigide. Qḋ
autẽ intenſe deſideratur magnũ deſiderãti videtur. Se=
cũdo oſtendit eſſe anxiũ cuȝ dicit. ſi quomodo. q̃ enim an
xie aliquis deſiderat q̃rit adipiſci quocũq; modo ſiue faci
li ſiue laborioſo. Phil'. 1. Quid enĩ. dũ omni modo pre=
dicetur ſiue p̱ occaſionem ſiue p̱ veritatẽ xp̄s annũcietur
et in hoc gaudeo ſed et gaudebo. Tertio oſtendit eſſe di
uturnũ in hoc ꝙ dicit. tandẽ aliquãdo ſcȝ poſt longa de=
ſideria. Juſti enim nõ ad horam: ſed pſeuerãter afficiunt
ꝓuer. 17. Omni tẽpore diligit q̃ amicus eſt. Quarto oſtẽ=
dit eſſe rectũ ex hoc ꝙ eſt diuine volũtati conforme. Vñ
ſubdit. pſper iter habeam et hoc in volũtate dei. i. ſcḋm
voluntatẽ eius ſcḋm quã ſolũ aliquid reputo pſperum.
ſicut et dñs dicit Ma. 26. Nõ mea voluntas ſed tua fiat.
¶ Deinde cum dicit. deſidero enĩ ₰c. oſtendit deſiderij
cauſaȝ q̃ q̃dem eſt duplex. Vna vtilitas eorũ qui erãt vi=
ſitandi. Vnde dicit. Deſidero enim videre vos. Phil'. 1.
Cupio omnes vos eſſe in viſceribus xp̄i. Et hoc nõ in va
num ſicut eſt in amicicia ſeculari ſed vt impriar. i. tradã
vobis aliquid grẽ ſpũalis. nõ tanq̃ actor gratie ſed ſicut
miniſter. 1. corinth. 4. Sic nos exiſtimet homo vt mini=
ſtros xp̄i. et hoc ad confirmandos vos ſcȝ in fide quam
ſuſcepiſtis. Luc. 22. Et tu aliquãdo cõuerſus confirma
fratres tuos. Impartitur aũt gratiã miniſter multiplr tũ
p̱ adminiſtrationẽ ſanctorũ grẽ. 1. pe. 4. Vnuſquiſq; ſi=
cut accepit gratiã in alterutrũ illam amminiſtrantes ₰c.
tum p̱ exhortationẽ ſmonũ. Eph. 4. Omnis ſmo ma=
lus ex ore vr̄o nõ ꝓcedat. ſȝ ſi quis bonus eſt ad edifica=
tionẽ fidei vt det gratiaȝ audiẽtibus. Scḋa cauſa eſt mu
tua cõſolatio q̃ cõſideratur in conuictu amicoꝝ. Vñ ſub=
dit. Id eſt cõſolari in vobis. hoc eſt me videre vos ⁊ im=
partiri gratiã et me ſimul cõſolari cũ vobis. per eã que in
uicem eſt fidẽ veſtram atq; meam. Ad mutuã enim cõſo=
lationem redit ſi vnanimes in fide reddamur. 2. corinth.
7. Qui cõſolatur hũiles cõſolatus eſt nos deus in aduẽ
tu titi nõ ſolum ₰c. ¶ Deinde cũ dicit. Nolo autem vos
ignorare ne videatur eſſe vanũ deſideriũ ſubdit ꝓpoſitũ
pſequẽdi. Et primo ꝓponit ꝓpoſituȝ. Scḋo cauſam ꝓ=
poſiti ibi. Vt aliquẽ fructum. Tertio cõcludit propoſiti
ꝓmptitudinẽ ibi. Ita qḋ in me. Circa primuȝ duo facit.
Primo ponit ꝓpoſitũ. ſcḋo impedimentũ ibi. Et ꝓhibi
tus ſum ₰c. Dicit ergo primo. Non ſolũ deſidero vos vi
dere. ſed etiam ꝓpoſui ad hoc operã dare ⁊ hoc nolo vos
fratres ignorare quia ſepe ꝓpoſui venire ad vos vt dilec
tionem meam oſtenderẽ non ſolũ verbo ⁊ lingua ſed etiã
opere et veritate. vt dicitur. 1. Jo 3. Secundo tãgit obſta
culum impediens eum ab iſto ꝓpoſito exequẽdo dicens
Prohibitus ſũ vſq; adhuc. ⁊ hoc vel a diabolo q̃ nititur
impedire predicationẽ ex qua prouenit ſalus hominum.

ꝓuer. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuiã. id ẽ doctrinas
predicatorũ Vel etiaȝ ab ipſo ſm cuius nutũ diſpenſant
itinera et verba. Job. 37. Nubes id eſt predicatores ſpar
gunt lumen ſuũ que luſtrant cũcta per circuituȝ quocũq;
eas voluntas gubernantis duxerit. Vnde et act. 16. di=
citur. Tranſeuntes aũt frigiam et galathie regionẽ veta
ti ſunt a ſpiritu ſancto loq̄. Et iterum. Tentabant ire in
bithiniam et non p̱miſit eos ſpũs ieſu. Vtrũq; autẽ horũ
vult apoſtolus eos non ignorare ꝓpter eoꝝ vtilitatem vt
ſcȝ cognoſcentes affectum apoſtoli deuotius eius verba
ſuſcipiãt: et impedimentũ viſitationis eius imputẽt ſue
culpe. et ſic corrigãtur. Nam in penaȝ culpe dicitur yſa.
5. Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eã imbrem.
¶ Deinde ponit cauſam duplicẽ ꝓpoſiti. quaꝝ prima ẽ
vtilitas. Vnde dicit. Vt aliquẽ fructum habeam in vob
ſicut in ceteris gentibus quibus ſcilicet predicaui. qḋ po
teſt dupliciter intelligi. Vno modo quaſi dicat vt faciam
aliquem fructum in vobis per meam predicationem. Jo.
15. Vt eatis et fructum afferatis. Alio modo q̃ſi ex eorũ
cõuerſione ei fructus accreſcat. ſcḋm illud. Jo. 4. Qui
metit mercedem accipit et fructũ congregat in vitã eter=
nam Alia autẽ cauſa eſt debitũ quod ſibi imminebat ex
ſuſcepto officio. 1. corinth. 9 Si non euangelizauero ve
mihi eſt ₰c. Et q2 vniuerſalẽ gentiũ apoſtolatũ ſuſcepat
omnib⁹ ſe aſſerit debitorẽ. ſcḋm illud. 1. corinth. 9. Cum
eſſeȝ liber ex omnib⁹: omnium me ſeruũ feci. Et ideo du=
plicem diuerſitatẽ ponit Vnã q̃dem ſcḋm gentem cũ di=
cit. Grecis ac barbaris. Dicitur aũt aliq̃s barbar⁹ duplr
Vno modo ſm quid q̃ ſcȝ eſt extraneus q̃ ad aliquẽ ſcḋȝ
illud 1. corinth. 4. Si ergo neſciero virtutem vocis ero
ei cui loquar barbarus. Alio modo ſimpliciter q̃ ſciliȝ ẽ
extraneus a cõmũitate hominũ inquantum ratione non
regitur. Vnde ꝓprie barbari dicuntur q̃ ratione nõ regũ
tur ſcḋm quod dictũ eſt ſecũdi macha. 15. He ita ferociter
ac barbare feceris id eſt inhũane. et quia greci fuerunt
primi legum inuentores. omnes gẽtiles qui humanis le
gibus regũtur noiat grecos. De iudeis aũt q̃ diuinis le=
gibus regebantur mentionẽ non facit q2 non erat inſtitu
tus apoſtolus iudeorũ. ſȝ gẽtiliũ gal'. 2. Ita vt illi in cir=
cũciſione nos aũt in gentibus. ¶ Ex vtraq; aũt cauſa cõ=
cludit ꝓmptitudinem volũtatis cum ſubdit. Ita quod in
me id eſt quantũ ad me p̱tinet dũmodo aliunde non im=
pediar promptũ eſt et vobis qui rome eſtis euãgelizare:
Exo. 35. Egreſſaq; omnis multitudo filiorũ iſrael de con
ſpectu moyſi obtulit mẽte promptiſſima atq; deuota. Et
excludit impedimentum ꝓmptitudinis ſcȝ erubeſcẽtiam
propter quã multi ea p̄termittũt q̃ alias facerent ꝓmpte
et hoc eſt qḋ ſubdit. Non enim erubeſco euãgeliuȝ quod
q̃dem infidelibus apud quoſdã erubeſcibile videbat ꝓ=
pter id qḋ dicit. 1. corinth. 1. Nos autẽ predicamus xp̄m
crucifixum iudeis quidem ſcãdalũ. gentibus autẽ ſtulti=
ciam. Non eſt aũt ſcḋm rei veritatem erubeſcendũ ꝓpter
id qḋ ſequit̄. Ipſis autem vocatis iudeis atq; gentibus
xp̄m dei virtutem ⁊ dei ſapientiã. Vnde dicitur Luc. 9.
Qui erubuerit me et meos ſermões: hũc filius hominis
erubeſcet. Et inde eſt ꝙ baptizati liniũtur criſmate in frõ
te ſigno crucis vbi eſt ſedes verecundie ne ſcilicet euan=
gelium erubeſcant.

## ¶ Lectio ſexta.

Virtus enim dei eſt in ſaluteȝ om
ni credenti: iudeo primũ et gre
co Juſticia enim dei in eo reuela
tur ex fide in fidem: ſicut ſcriptum eſt: Ju
ſtus auteȝ ex fide viuit. Reuelatur enim ira
dei de celo ſuper omnem impietateȝ et iniu

**ſticiam hominum eorum qui veritatem dei
in iniuſticia detinēt: quia quod notũ eſt dei:
manifeſtum eſt in illis Deus enim illis ma-
infeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius a creatu
ra mundi per ea que facta ſunt intellecta cō
ſpiciuntur: ſempiterna quoqꝫ eius virtus
et diuinitas.**

Poſtq̄ apoſtolus romanos fideles quibus ſcribebat ſibi
beniuolos reddidit oſtendendo affectũ ſuum ad eos: hic
incipit inſtruere eos de hijs que pertinent ad euangelicã
doctrinã in quã ſe ſegregatum predixerat. Et primo oſtē
dit virtutem euangelice gratie. Scðo exhortat̄ ad execu
tionem operum huius gratie .xij. capitulo ibi. Obſecro
itaqꝫ. Circa primum duo facit. Primo ꝓponit qð inten=
dit. Scðo manifeſtat ꝓpoſitum ibi. Reuelatur enī. Cir=
ca primum tria facit. Primo ꝓponit virtutē euangelice
gratie. Scðo exponit ibi. Iuſticia enīꝫ. Tertio expoſiti=
onem confirmat ibi. Sicut ſcriptũ eſt. Dicit ergo primo.
Ideo euangelium non erubeſco quia q̄uis vt dicitur .i.
cor. i. Verbum crucis pereũtibus q̄dēꝫ ſtulticia ſit nobis
tamen virtus dei eſt. Virtus enīꝫ dei eſt. qð poteſt intel=
ligi. Uno modo quia virtus dei in euangelio manifeſtat̄
ſcðm illud pš. cx. Virtutem operũ ſuorum anũciabit po=
pulo ſuo. Alio modo quia ip̄m euangeliũꝫ in ſe dei virtu
tem cōtinet. ſcðm illud pš. 67. Dabit voci ſue vocē vir=
tutis. Circa quam virtutē tria ſunt conſiderãda. Primo
quidē ad quid ſe iſta virtus extēdat. et hoc deſignat̄ cum
ſubditur. In ſalutē. Ja. i. In mãſuetudine ſuſcipite inſi
tum verbum quod ſaluare poteſt animas veſtras. Qð q̇=
dem fit tripliciter. Uno modo inquantũ per verbũ euãge
lij remittuntur peccata. Jo. 15. Jam mundi eſtis ꝑꝑ ſer=
monem quē locutus ſum vobis Scðo inquãtum per euã
gelium homo conſeq̄tur gratiam ſanctificantem. Jo. 17.
Sanctifica eos in veritate. ſermo tuus veritas eſt. Ter=
tio inquãtũ perducit ad vitam eternam. Jo. 6. Verba vi
te eterne habes. Secundo per quē modum euangelium
ſalutem conferat quia tripliciter Primo ꝑ fidem. Mar.
vltimo. Predicate euãgeliũ omni creature. qui credide
rit et baptizatus fuerit ſaluus erit. Scðo ꝑ cōfeſſionem.
Infra. ca. x. Oris confeſſio fit ad ſalutē. Tertio ꝑ ſcriptu
ram. Unde etiam verba euãgelij ſcripta virtutē ſalutife=
ram habent. ſicut beatꝰ Barnabas infirmos curabat euã
gelium ſupponendo. Cauēde ſunt tamē ſupſtitiones ca
racterum quia hoc eſt ſupſtitioſum Unde Eze. 9. Illi ſal
uati ſunt in quorum frōtibus eſt ſcriptum tau. qð eſt ſig=
num crucis. Tertio quibus euangelium ſit in ſalutem qꝛ
tam iudeis q̄ gentibus Non enim iudeorũ tantũ deus ē
ſed et gentium. Infra. 3. Et ideo ſubdit. Judeo primũ ⁊
greco. Per grecũ omnem gentilē intelligens eo ꝙ a gre
cis gentiliũ ſapientia eſt exorta. Sed cum infra 10. dicat̄
Non eſt diſtinctio iudei et greci quomodo hic iudeo pri=
mum. Dicendũ eſt ergo ꝙ q̄ntum ad ſalutis finem cōſe=
quende non eſt diſtinctio inter eos. Equalē enim conſe=
quũtur mercedē vtrıqꝫ ſicut ꝓ labore etiam in vinea prio
res et poſteriores eundem denariũ acceperũt: vt dicitur
Mat. 20 Sed quantũ ad ordinem ſalutis iudei ſunt pri=
mi qꝛ eis ꝓmiſſiones ſunt facte. vt infra. 15. Et in eorum
gratiam ſunt gentiles aſſumpti ac ſi ramus oleaſtri inſe=
ratur in bonã oliuam. vt infra. 11. Ex eis etiã ſaluator nr̄
natus eſt. Jo. 4. Salus ex iudeis eſt. ¶ Exponit cōmu
niter quomodo euangeliũ ſit in ſalutem cũ dicit. Juſticia
enim dei reuelat̄ in eo per fidem in fidē. qð quidē dupli=
citer poteſt īteligi. Unoꝰ modo de iuſtitia q̄ deus iuſtus
eſt ſcðm illud pš. 10. Juſtus dñs et iuſticiam dilexit. Et
ſcðm hoc ſenſus eſt ꝙ iuſticia dei q̄ ſcꝫ iuſtus eſt ſeruan=
do promiſſa: in eo reuelatur ſcilicet in homine credente
euangelio quia credit deuꝫ impleſſe qð promiſit de xp̄o
mittēdo. ⁊ hoc ex fide ſcꝫ dei ꝓmittētis. pš. cxliiij. Fide
lis dñs in omnibus verbis ſuis. In fidem ſcꝫ hoīs credē
tis Uel alio modo vt intelligatur de iuſticia dei q̄ deus
hoīes iuſtificat. Nam iuſticia hoīm dicit̄ quo ſe homines
ꝓprijs viribꝰ iuſtificare preſumũt Infra. 10. Ignorãtes
dei iuſticiã et ſuam q̄rentes ſtatuere: iuſticie dei non ſunt
ſubiecti. Que quidem iuſticia reuelatur in euangelio in=
quantum per fidem euãgelij homines iuſtificãtur ſecũ=
dum quodcũqꝫ tempus. Unde ſubdit Ex fide in fidem. i.
ex fide veteris teſtamenti ꝓcedendo in fidem noui teſta=
menti. qꝛ ab vtroqꝫ homines iuſtificãtur et ſaluantur ꝑ
fidem xp̄i: qui eadem fide crediderũt venturum qua nos
credimus veniſſe. Et ideo dicitur. i. cor. 3. Habētes eã
dem ſpem fidei credimmus ꝑꝑ qð loq̄mur Uel poteſt in
telligi ex fide predicatoꝝ in fidem auditorum. Infra. xj.
Quomodo credēt ei quem nō audierũt. Uel ex fide vniꝰ
articuli in fidem alterius quia ad iuſtificationeꝫ requirit̄
omniũ articulorum fides. Apoc. i. Beatus qui legit et
audit verba ꝓphetie huius ſcilicet omnia nō vnum tan=
tum. Alio modo poteſt intelligi ex fide preſenti in fidem
futuram ideſt in plenã viſionem dei q̄ quidem dicitur fi=
des ratione certe et firme cognitionis. i. corinth. 13. Vi=
demus nũc per ſpeculũ in enigmate. tunc autem facie ad
faciem. Probat aũt hanc expoſitionē cum ſubdit. Sicut
ſcriptuꝫ eſt Juſtus aũt meus ex fide viuit. Qð quidē ac=
cipitur ſm̄ litteram. lxx. Nam in lr̄a noſtra q̄ eſt ſcðꝫ he=
braicam veritatē dicitur. Juſtus ex fide ſua viuit. Dicit̄
autē meus ſcꝫ a me iuſtificatus et apud me iuſtus reputa
tus Infra 4. Si autem abraham ex opibus legis iuſtifi=
catus eſt habet gloriã ſed non apud deũ. Quid enī ſcrip
tura dicit: Credidit abrahã deo et reputatum eſt ei ad iu
ſticiam. Unde ex hoc ſubditur. Ex fide viuit ſcꝫ vita grē
Gal. 2. Q aũt nunc viuo in carne. in fide viuo filij dei.
¶ Quattuor autē hic cōſiderare oportet circa fidē. Pri=
mũ quidē q̄d ſit fides. Importat enim aſſenſum q̄ndã cũ
certitudine ad id qð non videt̄ ex volũtate. quia nullus
credit niſi volens vt aug. dicit. Et ſcðm hoc differt a du=
bitante qui in neutram partē aſſentit. Differt etiam ab
opinante qui aſſentit in vnam partem non cum certitu=
dine ſed cum formidine alterius. Differt etiam a ſciente
qui per certitudinē aſſentit ex neceſſitate rationis. Et
ſcðm hoc fides eſt media infra ſciētiã et opinionē. ¶ Se
cundo cōſiderãdum eſt an fides ſit virtus. et manifeſtum
eſt ꝙ nō eſt virtus ſi accipiatur ꝓ eo qð creditur ſcðꝫ illd̄
Fides catholica hec eſt vt vnum deũ in trinitate. Si aũt
accipiatur pro habitu quo credimus. ſic q̄nqꝫ eſt virtus
q̄nqꝫ nō. Eſt enīꝫ virtus principiũ actus ꝑfecti. Actꝰ aũt
ex duobꝰ principijs dependēs non poteſt eſſe ꝑfectus ſi
alteri principioꝝ deſit ſua ꝑfectio. ſicut eq̄tatio nō poteſt
eſſe perfecta ſi vel equus non bene vadat: vel ſeſſor equũ
ducere neſciat. Actus autem fidei q̄ eſt credere depēdet
ex intellectu et volũtate mouente intellectũ ad aſſenſum
Unde actus fidei erit ꝑfectus ſi voluntas ꝑficiatur ꝑ ha=
bitum caritatis: et intellectus ꝑ habitũ fidei. non autem
ſi habitus caritatis deſit. et ideo fides formata caritate ē
virtus. non aũt fides informis. ¶ Tertio cōſiderãdum
eſt ꝙ idem numero habitus fidei qui ſine caritate erat in
formis adueniēte caritate fit virtus qꝛ cũ caritas ſit extra
eſſentiã fidei per eius aduentũ vel receſſum nō mutat̄ ſub
ſtãtia eiꝰ. ¶ Quarto cōſiderandũ ē ꝙ ſicut corpꝰ viuit ꝑ
aīam naturali vita: ita aīa viuit ꝑ deũ vita grē. Primo
autem deus aīam inhabitat ꝑ fidem. Ephe. 3. Habitare
xp̄m per fidem in cordibus vr̄is. nec tamē eſt ꝑfecta ha=
bitatio niſi fides ꝑ caritatem ſit formata q̄ ꝑ vinculum ꝑ=
fectionis nos vnit deo vt dicit̄ col. 3. Et ideo quod hic di

cit. Ex fide viuit. intelligendū eſt de fide formata. ¶ De=
inde cum dicit. Reuelatur eniʒ ira dei probat qꝺ dixerat
ſcilicet virtutē euāgelice gratie eſſe omnibus hominibꝰ
in ſalutem. Et primo oſtendit ꝙ eſt neceſſaria ad ſaluteʒ
Scꝺo ꝙ eſt efficax ſiue ſufficiens. 5. capitulo ibi. Juſtifi=
cati igitur ex fide. Circa primum duo facit. Primo oſtē=
dit virtutem euāgelice gratie fuiſſe neceſſariam ad ſalu=
tem gentibus. quia ſcʒ ſapiētia de q̄ confidebant ſaluare
eos non potuit. Scꝺo oſtendit ꝙ fuit neceſſaria iudeis.
qꝛ ſcʒ circūciſio et lex et alia in quibus cōfidebant eis ſa
lutem non attulerunt ſecūdo caplo ibi. Propter qꝺ inex
cuſabilis es. Circa primū duo facit. primo ꝓponit qꝺ in
tendit. Scꝺo manifeſtat ꝓpoſitū ibi. Quia qꝺ notum eſt
dei Proponit autē tria. Primo quidē penā dicens. re=
cte dico ꝙ in eo iuſticia dei reuelatur. Reuelatur eniʒ in
eo ira dei. id ē vindicta ipſius q̄ dicitur ira dei ſcꝺm ſimi=
litudinē hoīm iraſcentium qui vindictam querūt. tamen
deus vindictā infert ex animi trāquillitate. Sap. 12. Tu
autē dominator noſter cum tranquillitate iudicas. Et de
hac ira dei dicitur Jo. 3. Qui incredulus ē filio nō vide
bit vitā. ſed ira dei manet ſuper eū. Hoc autem dicit qꝛ
quidam philoſophi dicebāt a deo non eſſe penas pecca=
torum contra id qꝺ dicitur in pſ̄. xciij. Qui corripit gē=
tes nō arguet. Unde additur. De celo qꝛ credebāt circa
celeſtia eius ꝓuidentiā occupari ita ꝙ ad res terrenas
non ſe extenderet. Job. 22. Circa cardines celi ꝑambu=
lat nec noſtra cōſiderat. Sed ſicut etiam in pſ̄. cj. dicit
De celo in terrā ꝓſpexit. Uel dicitur de celo eorū iniqui
tatem demōſtrare qꝛ maxime ex magnitudine celi creato=
ris virtutem intelligere debuerūt. Job. 20. Reuelabūt
celi iniq̄tatem eius. Uel de celo venturi ad iudiciū. Act.
primo. Quēadmodum vidiſtis eum aſcendentē in celū
ita veniet. Scꝺo ponit culpā ꝓ qua pena infligitur. Et
primo quidem que contra deum cōmittitur cum ſubdit.
Super omnē impietatē. Sicut enim pietas dicit cultus
q̄ deo exhibet tanꝙ ſūmo parēti. ita impietas dicit pecca
tum qꝺ eſt cōtra cultū diuinum Eze. 18. Impietas impij
ſuꝑ eum erit. Scꝺo ponit culpā q̄ cōmittitur in homine
cum dicit. Et iniuſticiā. Nam et iuſticia eſt ꝑ quā homi=
nes inuicem ratiōe cōueniunt et comunicāt. Job. 35. Fi
lium hominis adiuuabit iuſticia tua. Tertio ponit cog=
nitionē quā de eo habuerūt cum ſubdit. Hominum eorū
qui veritatē dei id eſt verā de deo cognitionem detinent
in iniuſtitia q̄ſi captiuatā. Nam vera dei cognitio q̄ntū ē
de ſe inducit hoīes ad bonum. ſed ligatur q̄ſi captiuitate
detenta ꝑ iniuſticie affectū ꝑ quā vt in pſ̄. xj. dicitur Di=
minute ſunt veritates a filijs hominū. ¶ Deinde cum di
cit Quia quod notū eſt. manifeſtat ꝓpoſitum. ordine ta=
men retrogrado. Primo enim conſentit ꝙ ſapientes gē=
tilium de deo cognouerūt veritateʒ. Scꝺo oſtendit ꝙ in
eis impietas et iniuſticia fuerit ibi. Ita vt ſint inexcuſabi
les. Tertio ꝙ iram dei incurrerūt ibi. Qui cum iuſticiā
dei. Circa primū tria facit. Primo oſtendit quid de deo
cognouerunt. Secūdo oſtendit a quo huiuſmodi cogni=
tionem acceperūt ibi. Deus enim illis. Tertio oſtendit
ꝑ quem modum ibi. Inuiſibilia enim. Dicit ergo primo
recte dico ꝙ veritatem dei detinuerunt. Fuit eniʒ in eis
q̄ntū ad aliquid vera dei cognitio qꝛ qꝺ notū eſt dei id eſt
qꝺ cognoſcibile eſt de deo ab homine ꝑ rationē: manife=
ſtum eſt in illis. i. manifeſtū eſt eis ex eo qꝺ in illis eſt. i.
ex lumine intrinſeco. ¶ Sciendū eſt ergo ꝙ aliq̄d circa
deum eſt oīo ignotum homini in hac vita. ſ. quid eſt deꝰ
Unde et paulus inuenit athenis aram inſcriptaʒ ignoto
deo. Et hoc ideo quia cognitio hominis incipit ab his
q̄ ſunt ei cōnaturalia. ſ. a ſenſibilibus creaturis q̄ nō ſūt
ꝓportionate ad repreſentādā diuinā eſſentiam Poteſt
tamen homo ex huiuſmodi creaturis deum tripliciter co
gnoſcere. vt dioniſius dicit in libro de diuinis nominibꝰ
Uno quidē modo ꝑ cauſalitatem. quia eniʒ huiuſmodi
creature ſunt defectibiles et mutabiles neceſſe eſt eas re
ducere ad aliquod principiū immobile ⁊ perfectū et ſcꝺʒ
hoc cognoſcitur de deo an eſt. Scꝺo per viam excellētie
Non enim reducūtur oīa in primū principiū ſicut in pro=
priam cauſam et vniuocā ꝓ vt homo hominem generat
ſed ſicut in cauſam cōmunē ⁊ excedentē. et ex hoc ꝙ eſt
ſuper oīa. Tertio per viam negationis qꝛ ſi eſt cauſa ex=
cedens nihil eorum que ſunt in creaturis poteſt ei cōpe=
tere. ſicut etiam neqꝫ corpus celeſte ꝓprie dicitur graue
vel leue aut calidum aut frigidum. Et ſcꝺm hoc dicimꝰ
deum immobilem et infinitum et ſi quid aliud huiuſmo=
di dicit. huiuſmodi autem cognitionē habuerūt ꝑ lumē
rationis. pſ̄. 4. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona
ſignatuʒ eſt ſuꝑ nos lumē vultis tui domine. ¶ Deinde
cum dicit. Deus enim illis manifeſtauit. oſtendit a quo
actore huiuſmodi cognitio eis fuerit manifeſtata: ⁊ dicit
ꝙ deus illis manifeſtauit ſecūdum illud Job. 35. Docet
nos ſuper iumenta terre. Ubi cōſiderandum eſt ꝙ vnus
homo alteri manifeſtat explicando cōceptum ſuū ꝑ aliq̄
ſigna exteriora. puta per vocem vel ſcripturam. Deus
autem dupliciter aliquid homini manifeſtat Uno modo
infundendo lumen interius per qꝺ homo cognoſcit. pſ̄.
42. Emitte lucem tuā et veritatem tuaʒ. Alio modo ꝓ=
ponendo ſue ſapientie ſigna exteriora. ſ. ſenſibiles crea=
turas. Ecc. 1. Effudit illam ſcilicet ſapientiā ſuper oīa
opera ſua. Sic ergo deus illis manifeſtauit vel interius
infundēdo lumen vel exterius ꝓponendo viſibiles crea=
turas in quibus ſicut in quodā libro dei cognitio legeret
¶ Deinde cum dicit. Inuiſibilia enim dei ⁊c. oſtendit
per quē moduʒ huiuſmodi cognitionē acceperint. Ubi
primo conſiderandum eſt que ſint iſta que de deo cogno
uerunt. Et ponit tria. Primo quidem inuiſibilia ipſius
per que intelligitur dei eſſentia que ſicut dictum eſt a no
bis videri non poteſt. Jo. 1. Deum nemo vidit vnꝙ ſcʒ
per eſſentiam vita mortali viuens. 1. thi. 1. Regi ſeculoꝝ
immortali inuiſibili. Dicit auteʒ pluraliter inuiſibilia qꝛ
dei eſſentia non eſt nobis cognita ſcꝺm illud qꝺ eſt ſcilicʒ
ꝓut in ſe eſt vna. Sic erit nobis in pr̄ia cognita. et tunc
erit dominus vnus et nomē eius vnū. vt dicit zach. vlti=
mo. Eſt aūt manifeſta nobis ꝑ quaſdaʒ ſimilitudines in
creaturis reptas q̄ id qꝺ in deo vnum eſt multipliciter ꝑ
ticipant ⁊ ſm̄ hoc intellectus nr̄ cōſiderat vnitatē diuie
eſſentie ſua ratione bonitatis. ſapientie. virtutis ⁊ huiuſ=
modi que in deo vnum ſunt. Hec ergo inuiſibilia dei di=
cit. quia illud vnum quod his nominibus ſeu rationibꝰ
in deo reſpondet non videtur a nobis. Heb. xj. Ut ex in=
uiſibilibus inuiſibilia fierent. Aliud autem qꝺ de deo co
gnoſcitur eſt virtus ipſius ſecundum quam res ab eo ꝓ=
cedunt ſicut a principio pſ̄. cxlvj. Magnus dn̄s ⁊ mag=
na virtus eius Hanc ergo virtutem philoſophi ꝑpetuaʒ
eſſe cognouerunt Unde dicitur. Sempiterna quoqꝫ vir
tus eius. Tertium cognituʒ eſt quod dicit. Et diuinitas
ad quod pertinet ꝙ cognouerunt deum ſicut vltimum fi
nem in quem omnia tendunt. diuinum enim bonum dici
citur bonum cōmune quod ab omnibus participatur. ꝑꝑ
hoc potius dixit diuinitatem que participationem ſigni=
ficat ꝙ deitatem que ſignificat eſſentiam dei. col. primo
capitulo Et in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis
Hec aūt referunt ad tres modoſ cognoſcēdi ſupradictos
Nā inuiſibilia dei cognoſcūtur per viam negatiōis. ſem=
piterna virtus per viā cauſalitatis. diuinitas ꝑ viā excel
lentie. ¶ Scꝺo cōſiderandū eſt ꝑ qꝺ mediū illa cognoue
runt qꝺ deſignat cū dicit. Per ea q̄ facta ſunt. ſicut enim
ars manifeſtat ꝑ artificis oꝑa. ita ⁊ dei ſapiētia manife=
ſtatur ꝑ creaturas. Sap. 13. A magnitudie enim ſpeciei

et creature cognoſcibiliter poterit creatoꝝ hoꝝum videri.
Tertio oſtẽdit quomodo ꝑ iſta cognoſcat deus cũ dicit.
Intellecta cõſpiciunt. Intellectu enim cognoſci poteſt
deꝰ nõ ſenſu vel ymaginatiõe: q̄ corporalia nõ trãſcẽdũt.
deus autẽ ſpũs eſt vt Jo. 4 dicit. Yſa. 52. Ecce intel-
liget ſuus meus. Quarto poteſt deſignari a quo ꝑ hũc
modũ deus cognoſcat cũ dicitur. A creatura mũdi. ꝑ qḋ
vno modo poteſt ĩtelligi hõ. Mar. vltĩo Predicate euã-
geliũ omni creature vel ꝓꝑ excellentiã hoĩs q̄ ordine na-
ture minoꝛ eſt angelis ſed excellit inter inferioꝛes creatu-
ras. ſcđm illud. pſ̄. 8. Minuiſti eum paulominus ab an-
gelis. oĩa ſubiecíſti ſub pedibus eius oues et boues. ꝛc.
Uel q: cõmunicat cũ omni creatura. habꝫ enim eſſe cum
lapidibꝰ. viuere cũ arboꝛibꝰ. ſentire cũ animalibꝰ. intel-
ligere cum angelis vt gregoꝛius dicit. Alio mõ poteſt in
telligi de vniuerſali creatura. Nulla eñ creatura ex pro-
prijs naturalibꝰ poteſt dei eſſentiã in ſeipſa videre. Uñ ⁊
de ſeraphin dicit yſa. 6. ꝙ duabus alis velabant caput
ſed ſicut hõ intelligit deũ ꝑ creaturas viſibiles ita ange-
lus ꝑ hoc ꝙ intelligit ꝓpriã eſſentiã. ¶ Poteſt aũt alit
intelligi ꝑ creaturã mũdi nõ ipſa res creata. ſed rerũ cre-
atio. ac ſi diceret a creatione mũdi. ⁊ tũc poteſt duplr oꝛ-
dinari. Uno modo ꝙ ĩtelligat ꝙ inuiſibilia dei ĩtelligũt
ꝑ ea que facta ſunt a creatione mũdi. non ſolum ꝑ ea que
facta ſũt tẽpoꝛe gratie. Alio mõ ꝙ intelligat ꝙ a creati-
one mũdi hoĩes inceperũt deũ cognoſcere ꝑ ea que facta
ſunt. Job. 36. Omnes hoĩes vident eũ. Glo. aũt dicit ꝙ
ꝑ inuiſibilia dei intelligit pſona pr̄is ſcđm illud. 1. thi.
vltĩo. Quẽ nullus hoĩꝫ vidit. ꝛc. Per ſempiternã vtu-
tẽ pſona filij. ſm illḋ. 1. coꝛ. 1. Xp̄m dei vtutẽ. Per diui
nitatẽ pſona ſpũs ſancti cui aꝓpꝛiat bonitas. non ꝙ phi
loſophi ductu ratiõis potuerint ꝑuenire per ea que facta
ſunt in cognitiõeꝫ pſonaꝝ q̄ntũ ad ꝓpꝛia q̄ non ſignificãt
habitudinẽ cauſe ad creaturas ſed ſcđm aꝓpꝛiata. Dicũ
tur tñ defeciſſe intellecto ſigno. i. in ſpũ ſancto. q: nõ po
ſuerunt aliquid reſpõdere ſpũi ſancto. ſicut poſuerũt ali-
quid r̄ndere patri. ſ. ipſum pͥmũ principiũ. et aliq̄d reſpõ
dere filio ſcꝫ pꝛimã mentẽ creatam quã vocabant pater-
nũ ĩtellectũ. vt Macrobiꝰ dicit ĩ libro ſuꝑ ſõniũ ſcipiõis.

## ¶ Lectio ſeptima.

**Ita vt ſint inexcuſabiles quia cũ
cognouiſſent deum: nõ ſicut deũ
gloꝛificauerũt aut gratias egerũt
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis: ⁊ ob
ſcuratum eſt inſipiens coꝛ eoꝛum. Dicentes
enim ſe ſapientes eſſe ſtulti facti ſũt. Et mu
tauerunt gloꝛiaꝫ incoꝛruptibilis dei in ſimi
litudinẽ imaginis coꝛruptibilis hoĩs: ⁊ vo-
lucrum et quadrupedum et ſerpentiũ pꝛop
ter qḋ tradidit illos deꝰ in deſideria coꝛdis
eoꝛum: in ĩmũdiciam: vt cõtumelijs afficiãt
coꝛpoꝛa ſua in ſemetipſis. Quia cõmutaue-
runt veritatẽ dei in mendacium: et coluerũt
et ſeruierũt creature potius q̄ꝫ creatoꝛi: qui
eſt benedictus in ſecula ſeculoꝛum Amen.**

Poſtq̄ȝ apoſtolus oñdit veritatem dei fuiſſe a gentibus
cognitã. hic oſtendit eos fuiſſe obnoxios culpe impietatꝭ
⁊ iniuſticie. Et pꝛimo oſtẽdit hoc q̄ntũ ad culpã impieta
tis. Scđo q̄ntũ ad culpã iniuſticie ibi. Et ſicut nõ ꝓbaue
runt deum. ꝛc. Poſſet aũt aliq̄s credere eos culpa impi
etatis excuſari ꝓꝑ ignoꝛantiã ſicut aplꝰs de ſe dicit infra
1. thi. 1. Miſericoꝛdiã cõſequutus ſum quia ignoꝛãs fe-
ci. Pꝛimo ergo oñdit gentiles nõ eſſe excuſabiles. Se-
cũdo ponit eoꝝ culpã ibi. Et mutauerũt gloꝛiam. Circa
pꝛimum cõſiderãdũ eſt ꝙ tũc ignoꝛãtia culpã excuſat q̄ñ
ſic ꝓcedit et cauſat culpã ꝙ non cauſat a culpa ſicut cum
aliquis adhibita diligẽtia debita. dum credit percutere
hoſtẽ ꝑcutit patrẽ. Si vero ignoꝛãtia cauſaret ex culpa
non poteſt ſubſequẽtem culpã ignoꝛãtia excuſare. Unde
ſi quis ꝑ ebꝛietatẽ homicidiũ cõmittit nõ excuſat ex cul-
pa q: peccauit ſe inebꝛiãdo. Uñ ſcđm philoſophũ meret
duplices mulctationes. Pꝛimo igit ꝓponit qḋ intendit
dicẽs. Ita qḋ ẽ dei notũ eſt eis vt ſint inexcuſabiles. i. vt
ꝑ ignoꝛãtiã excuſari nõ poſſint. Jac. 4. Scienti bonum
et nõ operãti peccatũ eſt illi. Infra ſcđo ꝓꝑ qḋ inexcuſabi
lis es. Scđo ibi. Quia cũ cognouiſſent ꝛc. ꝓbat qḋ di-
xerat. ⁊ pꝛimo oñdit ꝙ pͥma eoꝛum culpa ex ignoꝛantia
nõ ꝓceſſit. ſcđo ꝙ ex hac culpa eſt ignoꝛantia ſubſecuta
ibi. Sed euanuerũt. Q autem pͥma eoꝝ culpa nõ fuerit
ex ignoꝛantia oſtendit ꝑ hoc ꝙ dei cognitionẽ habentes
ea nõ ſunt vſi ad bonũ. Duplr aũt deuꝫ cognouerũt. vno
modo ſicut oĩbus ſuꝑeminẽtẽ. ⁊ ſic ei debebãt gl̄iam et
honoꝛẽ q̄ ſuperexcellẽtibus debet. iſti ideo dicũtur inexcu-
ſabiles. q: cũ cognouiſſent deũ non ſicut deum gloꝛifica-
uerunt. vel quia ei debitũ cultũ non impenderũt. vel q:
eius virtuti et ſciẽtie terminũ ĩpoſuerũt. aliqua potẽtie
et ſcientie ſubtrahẽtes contra id qḋ dicitur. Eccle. 43.
Gloꝛificãtes dñm q̄ntũcunq̄ȝ poteritis. Scđo cognoue-
runt eum ſicut omniũ bonoꝝ cauſã vñ ei in oĩbus graꝝ
actio debebat. quã tñ iſti non impẽdebãt ſed potius ſuo
ingenio et virtuti ſue bona ſua aſcribebãt. Unde ſubdit.
Gratias nõ egerũt. ſ. dño. 1. theſ. vltĩo. In oĩbus grãs
agite. ¶ Deinde cũ dicit. Sed euanuerunt. oñdit ꝙ in
eis ex culpa eſt ignoꝛãtia ſubſecuta. ⁊ pꝛimo ponit inten-
tuꝫ. ſcđo manifeſtat ꝓpoſitũ ibi. Dicẽtes. pꝛimo ergo ꝓ
ponit cuplã que eſt ignoꝛãtie cauſa cũ dicit. Euanuerũt
vanũ enim dicit qḋ nõ habet ſtabilitatẽ ſeu firmitatem.
ſolus aũt deus de ſe eſt immutabilis. Mal. 3. Ego deus
⁊ nõ mutoꝛ. Et tũc ſolum mens hũana eſt a vanitate libe
ra quãdo deo innitit. cũ aũt p̄termiſſo deo ĩnitit cuicũq̄ȝ
creature incurrit vanitatẽ. Sap. 13. Uani ſunt oẽs hoĩes
in quibꝰ non ſubeſt ſciẽtia dei ꝛc. pſ̄. 93. Dñs ſcit cogi-
tatiões hominũ q̄ñ vane ſũt. In cogitationibꝰ ſuis eua-
nuerunt inq̄ntũ in ſeipſis ⁊ nõ in deo fiduciã habebant
ſibi et nõ deo bona ſua aſcribẽtes. ſcđm illud. pſ̄. xj. La-
bia nr̄a. ꝛc. Scđo ponit ignoꝛãtiam ſubſecutã dicẽs. Et
obſcuratũ eſt. i. ꝑ hoc ꝙ obſcuratum eſt. factũ eſt coꝛ eoꝝ
inſipiens. i. lumine ſapiẽtie pꝛiuatũ ꝑ quam homo vere
deum cognoſcit. Sicut eñ qui oculos coꝛpoꝛales a ſole
materiali auertit obſcuritatẽ coꝛpoꝛalẽ incurrit ita ille q̄
a deo auertit de ſeipſo pꝛeſumẽs et non de deo ſpũaliter
obſcuratur. ꝓuer. xj. Ubi hũilitas ꝑ quã. ſ. homo ſe deo
ſubijcit. ibi. ſapiẽtia. vbi ſuꝑbia. ibi cõtumelia. Ma. xj.
Abſcondiſti hec a ſapientibus ſcđm ꝙ. ſ. eis videbatur.
et reuelaſti ea ꝑuulis. i. hũilibus. et de his habet ephe.
4. Gẽtes ambulãt in vanitate ſenſus ſui tenebꝛis obſcu-
ratũ habentes intellectũ. ¶ Deinde cũ dicit. Dicẽtes. ex
ponit qḋ dixerat ⁊ pꝛimo q̄liter in cogitationibꝰ ſuis eua
nuerũt cum dicit. dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſũt.
Dicẽtes id eſt ſapientiaꝫ ſibi a ſeipſis aſcribẽtes. yſa. 5.
Ue qui ſapientes eſtis in oculis vr̄is. yſa. 19. Quomõ
dicetis pharaoni filius ſapientium ego: filius regũ anti-
quoꝛum ꝛc. Secũdo exponit qḋ dixerat et obſcu. eſt inſi
piens coꝛ. cum dicit ſtulti facti ſunt quaſi contra diuinaꝫ
ſapientiã agentes. Je. 10. Stultꝰ factus ẽ omnis homo
a ſcientia ſua de qua. ſ. pꝛeſumebat. ¶ Deinde cum dicit
Et mutauerunt gloꝛiam. ponit peccatum impietatis gen
tiliũ. Et pꝛimo q̄ntũ ad hoc ꝙ peccauerũt ꝯtra gloꝛiã dei
Scđo q̄ntũ ad hoc ꝙ peccauerunt contra veritatẽ nature

ipſi⁹ ibi.q̄ cōmutauerūt veritatē. Circa primū duo facit.
primo ponit īpietatis culpā. ſcḋo penā ibi. ꝓpter qḋ tra-
didit. Culpa q̄dē eoꝝ fuit ꝙ q̄ntū in ipis erat honorē di-
uinū in aliū trāſtulerūt. ſm illud Je. 2. Populus meus
mutauit gloriā ſuā in ydolū. Primo ergo ponit id quod
mutauerūt. ſcḋo id in quod mutauerūt ibi. In ſimilitudi-
nē. Circa primū tria ſunt attēdēda ex parte dei. Primo
q̄dem ipſius gloria quā tangit dicens. Et mutauerūt glo-
riam. qḋ poteſt intelligi dupl'r. Uno modo de gloria qua
homo deū glorificat. ei cultū latrie exhibendo. 1. thi. 1.
Soli deo honor. Hanc igitur mutauerūt cum cultū deo
debitum exhibuerunt alij. Alio modo poteſt intelligi de
gloria qua deus in ſe glorioſus ē q̄ eſt incōprehenſibilis
et infinita. puer. 25. Perſcrutator maieſtatis opprimetur
a gloria. Que q̄dē gloria nihil aliud ē q̄ ipſa claritas di-
uine nature. Lucē em̄ habitat inacceſſibilē. 1. thi. vltimo
Hanc autē mutauerūt dum eā alij attribuerunt. Incōmu-
nicabile em̄ nomē lignis et lapidib⁹ impoſuerūt. vt dicit
ſap. 14. Scḋo notatur incorruptibilitas cū dicit. Incor-
ruptibilis. ipe enī ſolus ꝑfecte icorruptibilis eſt q̄ ē oīno
imutabilis. Omnis em̄ mutatio q̄daȝ corruptio ē. Unde
dicit. 1. thi. vltimo. Solus habet immortalitatem. Ter-
tio notatur nature ſublimitas cum dicitur dei. vt enim in
pſ̄. 47. dicitur. Deus magnus dn̄s. Ex parte vero eius
in qḋ mutauerūt. tria correſpōdentia ponunt. Nā contra
gloriaȝ dicit. In ſimilitudinē ymaginis id eſt in ſimilitu-
dinē alicui⁹ rei ꝑ modū imaginis ab aliquo expreſſe. Ma-
nifeſtum enim eſt ꝙ ſimilitudo ymaginis eſt poſterior il-
la re cuius eſt ymago. gloria autē ſiue claritas dei ē prin-
cipiū oīs ſpeciei et forme. Et ſic q̄ dei gl'iā in ſimilitudineȝ
ymaginis mutāt cōuertunt primū in vltimū. Sap. 14.
Acerbo luctu dolens p̄r cito ſibi rapti filij fecit ymaginē.
Contra id qḋ dixerat incorruptibilis. dicit corruptibilis
pſ̄. 29 Que vtilitas in ſanguine meo dū deſcendo in cor-
ruptionem ſcȝ qḋ eſt ampli⁹ iaȝ corruptū ſiue mortuum.
ſap. 15. Cum ſit mortalis mortuū fingit manibus iniquis.
Cōtra id qḋ dixit. dei. ponit hoīs. Job. 32. Nō accipiam
ꝑſonam viri et deum hoī non equabo. Et qḋ eſt abhomina-
bilius homo gloriā dei trāſtulit non ſolum in hominem:
qui eſt ad ymaginē dei. ſed etiā ad ea q̄ ſunt īfra hominē.
Unde ſubdit. Et volucrū q̄tum ad volatilia. Et q̄drupe-
dum q̄ntuȝ ad greſſibilia. Et ſerpentū q̄ntū ad reptilia.
Pretermittit autē piſces tanq̄ magis ab humana cōuer-
ſatione ſeiūctos. Hec aūt omnia ſunt a deo hoī ſuppoſita
pſ̄. 8. Omnia ſubieciſti ſub pedibus ei⁹. Eze. 8. Ingre-
dere et vide abhoīationes peſſimas quas iſti faciunt hic.
et ingreſſus vidi et ecce omnis ſimilitudo reptiliū et ani-
maliū ⁊c̄. Eſt aūt notādum ꝙ ſicut dicit glo. ab aduentu
enee cōſueuerūt in ytalia ymagines hominuȝ coli. puta
Iouis. Herculis ⁊ ſimiliuȝ. Sed tēpore ceſaris auguſti
deuicta egipto eorū cultū romani aſſumpſerūt: q̄ ymagi-
nes animaliū colebāt ꝓpter figuras aīalium q̄ notātur in
celo. q̄bus tanq̄ aſtrologie dediti cultū diuinitatis impē-
debāt. Unde et dn̄s filios iſrael in egipto nutritos ab hu-
iuſmodi cultu remouet dicens. deu. 4. Ne forte oculis
eleuatis in celum videas ſolē ⁊ lunā et oīa aſtra celi ⁊c̄.
¶ Deinde cū dicit. Propter qḋ tradidit: ponit penā hu-
iuſmodi culpe correſpōdēteȝ. Circa qḋ cōſiderādū eſt ꝙ
homo mediū locū obtinet inter deum et aīalia bruta ⁊ cū
vtroq; extremoꝝ cōmunicat. cum deo q̄dem ſcḋm naturā
intellectualitatē. cū aīalibus vero brutis ſm ſenſualita-
tē. Sicut igit̄ homo id qḋ ē dei mutauit vſq; ad beſtias:
ita deus id qḋ eſt diuinū in homine ſcḋm rationeȝ ſubdit
ei qḋ eſt brutale in ipo ſcȝ deſiderio ſenſualitatis. ſcḋm il-
lud. pſ̄. 48. Homo cū in honore eſſet. ſcȝ diuine ymagi-
nis ꝓpter rationē cōparatus eſt iumentis inſipientibus.

Hoc eſt ꝙ dicit. ꝓpter qḋ tradidit illos deus in deſide-
ria cordis vt eoꝝ ratio ſubderet deſiderijs id ē ſenſualis
affectus. de quibus dicitur infra. 13. Carnis curam ne
feceritis in deſiderijs ⁊c̄. Qḋ q̄dem eſt cōtra naturalem
ordinē hoīs ſm ꝙ ratio appetitui ſenſibili dn̄atur. Gen̄.
4. Sub te erit appetitus ei⁹: et tu dn̄aberis illius. Indu-
cit ergo homines in deſideria cordis eoruȝ ſicut in manū
dn̄oꝝ crudelium. yſa. 19. Tradam egiptum in manū do-
minorū crudeliū. Precipue tamen circa appetitū ſenſiti-
uum beſtialis quedam deordinatio ꝑtinet ad peccata car-
nalia. Nam delectationes tactus circa quas ſunt gula et
luxuria manifeſte ſunt cōmunes nob̄ et brutiſ. Et ideo ſūt
magis exprobrabiles q̄ſi magiſ brutales. vt dicit ph̄s in
tertio ethicoꝝ. Et hoc deſignat̄ cū ſubdit In imūdiciā q̄
ad pctā carnalia ꝑtinet ſcḋm illud ephe. 5. Oīs fornicator
aut imūdus. qꝛ ſcȝ homo ꝑ huiuſmodi pctā maxime con-
uertit̄ et trahitur ad id qḋ eſt infra ipſum. vnūqḋq; enim
dicitur eſſe impurū ſiue immundū ex cōiūctione vilioris
ſicut argentum ex coniūctione plūbi. Unde exponēs ſub-
dit. Ut cōtumelijs id eſt turpibus ⁊ immundis actibus:
afficiant id eſt inficiant. Corpora ſua in ſemetipſis id eſt
non quaſi ab alijs coacti. puta a barbaris. ſed a ſemetip-
ſis hoc agunt ꝓpria ſponte infra nono. Aut nō habet po-
teſtatē figulus luti ex eodeȝ luto facere aliud vas in ho-
norem. aliud in contumeliam id eſt in turpē vſum. Sed
cum huiuſmodi immunditia ſit peccatum. videtur ꝙ de⁹
in eam homines non tradat. quia vt dicitur. Jac. 1. De⁹
intemptator malorum eſt. Dicendum eſt ꝙ deus non di-
citur tradere homines in immundiciā directe inclinando
affectum hominis ad malum. quia deus ordinat in ſeip-
ſum. puer. 16. Uniuerſa propter ſe operatus eſt domin⁹
peccatum autem eſt aliquid per auerſionem ab eo. Sed
indirecte tradit homines in peccatum inquantū ſubtra-
hit gratiaȝ: per quam homines continebantur ne pecca-
rent. ſicut ſi aliquis alicuius ſuſtentaculuȝ tolleret dicere-
tur facere caſum eius. Et per hunc modum primuȝ pec-
catum eſt cauſa ſequentis peccati. ſequēs vero eſt pena
prioris. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt ꝙ vnum pec-
catum poteſt eſſ cauſa alterius indirecte et directe. Direc-
te quidem inquātum ex vno peccato inclinatur ad aliud
quod fit tripliciter Uno modo ſecūdum rationem cauſe fi-
nalis: ſicut cum quis ex auaricia incitatur ad homicidiū
committēdū. ſecundo ſm rationeȝ cauſe materialis. ſicut
gula inducit ad luxuriam miniſtrando materiaȝ. Tertio
ſecundum rationem cauſe mouentis. ſicut cum ex mul-
tis actibus alicuius peccati generatur habitus ad ſimile
peccatum inducens. Indirecte autem ſicut primum pec-
catum meretur excluſionem gratie: qua ſubtracta homo
ruit in aliud peccatum. Et ſic primum peccatuȝ eſt cauſa
ſecundi indirecte ſiue per accidens ſicut remouens prohi-
bens. ¶ Sed notandū eſt ꝙ peccatum inquātum huiuſ-
modi non poteſt eſſe pena. quia penam contra volunta-
tem patimur. peccatū autem eſt voluntarium vt Augu.
dicit. ſed quia peccatum habet quedam adiuncta que ſūt
contra voluntatem peccantis. ratione eorum peccatum
dicitur pena precedentis peccati. Hoc autē eſt vno modo
aliquid precedens ad peccatū ſicut ſubtractio gratie ex q̄
ſequitur vt homo peccet. Alio modo eſt aliquid adiunc-
tum ipſi peccato vel interius ſicut eſt inordinatio animi.
Unde augu. dicit in primo cōfeſſ. Juſſiſti domine ⁊ ſic eſt
vt pena ſibi ſit oīs inordinat⁹ anim⁹. ſiue q̄ntū ad exterio-
res act⁹ quib⁹ difficultates et labores adiūgunt̄. ſm illḋ
qḋ dicūt impij Sap. 5. Ambulauim⁹ vias difficiles ⁊c̄.
Tercio q̄tū ad id qḋ ſeq̄tur pctm̄: ſic ē remorſ⁹ cōſciētie
infamia ⁊ ſimilia. ¶ Deinḋ cū dicit. Cōmutauerūt ⁊c̄. po-
nit culpā īpietatiſ quā cōmiſerunt ꝯ ꝟitatē diuīe nature.

Et ꝑmo ponit culpā. ſcđo penā ibi. Propterea tradidit.
Diuina aūt natura pōt ꝯſiderari dupľr. Uno mō ꝙ eſt ra
tio cognoſcēdi vt veritas ꝑma. et q̄tū ad hoc dicit. Qui
cōmutauerūt veritatē dei in mendaciū. qđ quidē pōt itel
ligi dupľr. Uno mō qꝛ verā cognitionē quā a deo accepe
rūt ꝑuerſa rōne ad falſa dogmata ꝯuerterūt. ſicut cū dixe
runt ydola eſſe deos. vel deū nō eſſe oīpotentē vel oīſcien
tem. Je. 9. Docuerūt linguas ſuas loq̄ mendaciū. Alio
modo veritatē dei in mendaciū mutauerūt qꝛ diuinitatis
naturā q̄ eſt ipā veritas attribuerūt ydolo qđ eſt mēdaci
um inq̄tum nō eſt de⁹. vt dicit Je. 16. Uere mendacium
poſſederūt patres noſtri: vanitatē que eis nō ꝓfuit. Nun
quid faciet homo ſibi deos. ⁊ ipſi nō ſunt dij. Alio modo
poteſt cōſiderari diuina natura ſcđꝫ ꝙ eſt principiū eſſen
di oībus per creationē ⁊ ſic debet̄ ei ab homine interi⁹ q̄
dem cultus ſcđm pium affectū. Jo. 9. Si quis cultor eſt
dei ⁊c. exterius vero debetur ei ſeruit⁹ latrie ſcđm illud
deut. 9. Dn̄m deum tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſerui es. Unđ
et ſubdit ꝯtra eos. ſ. Coluerūt ⁊ ſeruierunt creature poti
us ⁊c. Colebāt enim celeſtia corpora. ⁊ aerem. ⁊ aquā et
alia huiuſmodi. ſcđm illud ſap. 13. Aut ignem aut ſpūm.
aut citatū aerem ⁊c. Et in hoc improbat ſapiētes gentili
um. qui q̄uis nunq̄ in ymaginib⁹ aliquid numinis eſſe
crederent. ſicut ſectatores hermetis credebant. neqꝫ ea q̄
a poetis fabuloſe dicebātur de dijs crederēt eſſe vera. cre
aturis tamen aliquib⁹ cultū diuinitatis impendebāt ex q̄
bus rōnem fabulaꝝ aſſignabāt ſicut Uarro poſuit totum
mundū eſſe deū ꝓpter animā ei⁹. dicens ꝙ toti mūdo et
oīb⁹ ꝑtib⁹ ei⁹ diuinitatis cult⁹ impēdi pōt. ſ. aeri quem
vocabāt Junonē aq̄ quā vocabāt lieū. ⁊ ſic de alijs. Pla
tonici etiā poſuerūt ꝙ oīb⁹ ſubſtātijs rōnalib⁹ q̄ ſunt ſu
pra nos cult⁹ diuitat̄ debet̄. puta demonib⁹. aīalib⁹ cele
ſtiū corpoꝝ. itelligētijs. i. ſubſtātijs ſeparatis. Quāuis
aūt hijs que ſupra nos ſunt aliquā reuerentiā exhibere d̄
beamus. nō tamen cultū latrie que p̄cipue in ſacrificij ob
latione cōſiſtit. ꝑ quod homo ꝓfitetur oīum bonoꝝ deuꝫ
eſſe auctorē. ſicut ⁊ in quolibet regno aliquis honor ſup
mo dn̄o exhibet̄ quē nō licet transferre in alium. Et ideo
ſubdit. Qui eſt benedictus. i. cui⁹ bonitas eſt manifeſta.
Sicut enim dicimur bn̄dicere deū inq̄tum eius bonitatē
corde recognoſcim⁹ ⁊ ore cōfitemur. Ecc. 43. Benedicē
tes deū exaltate illū q̄tum poteſtis. Addit aūt. In ſecu
la. qꝛ ei⁹ bonitas eſt ſempiterna ab alio nō dependēs. ſꝫ
eſt omnis boni principiū. Et ex hoc ſibi debetur omīs la
trie cultus. Addit aūt. Amen. ad oīodam certitudinē aſ
ſerendā. Pſa. 65. Qui benedict⁹ eſt ſuper terrā benedi
cetur in deo amē. qđ idem eſt verū vel fiat. Uidetur autē
apoſtolus triplicē theologiā tāgere gentiliū. ꝑmo quidē
ciuilem que obſeruabat̄ a pontificib⁹ in adoratione ydo
loꝝ in tēplo. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Et mutauerunt gloriā
incorruptibilis dei. ſcđo theologiā fabularem quā poete
tradebant in theatris. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Qui cōmu
tauerūt veritatem dei in mendaciū. 3. theo. naturalē quā
obſeruauerunt ph̄i in mundo. ꝑtes mūdi colentes. ⁊ quā
tum ad hoc dicit. Et coluerunt ⁊ ſeruierunt creature poti
us q̄ creatori.

## Lectio octaua:

Propterea tradidit illos deus in paſ
ſiones ignominie. Nam femine eo
rum immutauerunt naturalem vſū
in eum vſum qui eſt contra naturam. Simi
liter autem ⁊ maſculi relicto naturali vſu fe
mine: exarſerunt in deſiderijs ſuis in inuicē
maſculi in maſculos turpitudinem operan
tes ⁊ mercedem quam oportuit erroris ſui i
ſemetipſis recipientes. Et ſic nō probauerūt
deum habere in noticia. tradidit illos deus
in reprobum ſenſum, vt faciant ea que nō cō
ueniunt. repletos omni iniquitate. malicia.
fornicatione. auaricia. nequicia. plenos inui
dia. homicidijs. contentione. dolo. maligni
tate. ſuſurrones. detractores. deo odibiles.
contumelioſos. ſuperbos. elatos. inuētores
maloꝝ. parentibus nō obedientes. inſipien
tes. icompoſitos. ſine affectione. abſqꝫ fede
re. ſine miſericordia. Qui cum iuſticiam dei
cognouiſſent: non intellexerūt. quoniā qui
talia agunt digni ſunt morte. nō ſolum qui
ea faciūt. ſed q̄ etiam ꝯſentiunt facientibus.

¶ Poſita culpa impietatis ſcđm quā ꝯtra naturā diuinā
peccauerūt. hic ponit penā qua. ſ. ad hoc reducti ſunt vt
contra ſuā naturam peccarent. Et ꝑmo ponit penā. ſcđo
exponit ibi. Nā femine. tertio eius ꝯuenientiā oñdit ibi.
Et mercedem. Dicit ego primo ꝓpterea. ſ. quia dei veri
tatem in mendaciū mutauerunt. tradidit illos de⁹ non q̄
dem impellēdo in malū ſed deſerēdo. In paſſiones igno
minie. i. in peccata cōtra naturam. que dicūtur paſſiones
ſcđꝫ ꝙ proprie paſſio dicit̄ ex eo ꝙ aliquid trahitur extra
ordinem ſue nature. puta cū aqua calefit. aut cuꝫ homo in
firmatur. Unđ qꝛ ꝑ huiuſmodi peccata homo recedit ab
ordie naturali. ꝯueniēter dicūtur paſſiōes infra. 7. Paſ
ſiones peccatoꝝ. Dicūtur aūt paſſiones ignominie. quia
nō ſunt nomine digna. ſcđm illud ephe. 5. Que aguntur
in occulto ab eis. turpe eſt ⁊ dicere. Si enim peccata car
nis cōmuniter exprobabilia ſunt. qꝛ per ea homo deduci
tur ad id quod eſt beſtiale in homine multo magis pecca
tum cōtra naturā per que etiā homo a natura beſtiali de
cidit. Oſee. 4. Gloriā eoꝝ ī ignominiā cōmutabo. ¶ De
inde cum dicit. Nā femine eoꝝ ⁊c. exponit quod dixerat
ſatione qua in gloriam dei cedit. non autē ſibi debet homo hanc gloriam aſcribere pſ. Non nobis domine nō nobis ſed nomini tuo da gloriā. pſ. Date gloriam deo. Sic igitur quia omnes peccauerūt et ex ſe iuſtificari nō poſſūt reſtat vt per aliam cauſaȝ iuſtificentur quā conſequenter oſtēdit ſubdens iuſtificati. Ubi primo oſtendit ꝙ huiuſmodi iuſtificatio eſt ſine lege id eſt ꝙ non eſt ex opibus legis cū dicit. Juſtificati gratis id ē abſq; merito precedētium operū. yſa. lij. Gratis venūdati eſtis ⁊ ſine argento redimemini. Et hoc per gratiaȝ ipſius ſcilicet dei cui ex hoc debetur glīa. i. corin. 15. Gratia dei ſum id qḋ ſum. ſcḋo oſtendit que ſit cauſa iuſtificatiōis. Et primo ponit ipſā cauſaȝ cū dicit Per redēptionē vt enī dicit̄. Jo. 8. Qui facit pctm̄ ſeruus eſt peccati. Ex qua qḋē ſeruitute homo redimit̄ ſi ꝓ peccato ſatiſfaciat. Sicut ſi aliquis ob culpā cōmiſſam obnoxius eſſet regi ad ſoluēdam pecuniam ille enī redimere diceret̄ a noxa q̄ pro eo pecuniā ſolueret. hec autē noxa ad totū humanū genus ꝑtinebat qḋ erat infectū ꝑ peccatū primi ꝑentis. Unde nullus ali⁹ ꝓ peccato totius humani generis ſatiſfacere poterat niſi ſolus xp̄s qui ab omni peccato erat immunis. Unde ſubdit Que ē in xp̄o ieſu. q̄ſi dicat in alio nō poterat nobis eſſe redēptio. i. pe. i. Non corruptibilibus auro vel argēto. ſcḋo oſtendit vnde iſta redēptio efficaciā habuit cū dicit. Quē ꝓpoſuit de⁹ ꝓpiciatorē. ex hoc enī xp̄i ſatiſfactō efficaciā ad iuſtificāduȝ habuit ⁊ ad redimēdū qꝛ euȝ deus ad hoc ordinauerat ſm̄ ſuū ꝓpoſitū qḋ deſignat cū dicit. Quem ꝓpoſuit de⁹ ꝓpiciatorē. Ephe. i. Qui opat̄ oīa ſm̄ cōſiliū volūtatꝭ ſue Ul' ꝓpoſuit id ē ꝓ oībus poſuit. vt quia humanuȝ genus nō habebat vnde ſatiſfacere poſſet niſi ipſe de⁹ eis redēptorē et ſatiſfactorē daret. pſ. Redemptionē miſit dn̄s populo ſuo. Et ſic dum ſatiſfaciendo nos redimit a noxa peccati. deum peccatis nr̄is ꝓpiciū facit qḋ petebat pſalmiſta dicēs Propici⁹ eſto pctis nr̄is. et ideo dicit eum ꝓpiciatorē. i. Jo. 2. Propiciatio In cuius figura. Exo. 25. mādatur ꝙ fiat ꝓpiciatoriuȝ. id eſt xp̄s qḋ ponebatur ſup archā id eſt eccleſiam. tercio oñdit per qḋ redēptionis effectus ad nos ꝑueniat cum dicit. Per fidem in ſanguine eius id eſt q̄ eſt de ſanguine eius ꝓ nobis effuſo. Ut enim pro nobis ſatiſfaceret congruebat vt penam mortis pro nobis ſubiret quā homo ꝑ peccatū incurrerat ſm̄ illḋ. gen̄. 2. Quacūq; die ⁊c̄. Un̄ dicit̄. i. pe. 3. Xp̄us ſemel ꝓ peccatis noſtris mortu⁹ eſt. Hec autē mors xp̄i nobis applicat̄ ꝑ fidem qua euȝ credimus ꝑ ſuam mortem mundū redemiſſe. gal'. 2. In fide viuo filij dei qui dilexit me ⁊c̄. Nā ⁊ apud hoīes ſatiſfactio vnius alteri non valeret niſi eā ratam haberet. Et ſic patet quomodo fit iuſticia ꝑ fidē ieſu xp̄i vt ſupra dictū eſt. Sed quia etiā ſupra dixit iuſticiā dei eſſe nūc manifeſtatā agit conſequenter de hac manifeſtatione et primo tangit modū manifeſtationis dicēs. Ad oſtenſionem quaſi dicat hoc inquā factum eſt vt iuſtificaremur per redemptioneȝ xp̄i et per fidem ſanguinis eius ad oſtenſioneȝ iuſticie ſue id eſt ad hoc ꝙ ſuam iuſticiā deus oſtenderet. et hoc ꝓpt̄ remiſſionem precedētiuȝ delictorū. In hoc enim ꝙ precedentia delicta deus remiſit que lex remittere non poterat nec hoīes ꝓpria virtute ab eis ſe precauere poterāt oſtēdit ꝙ neceſſaria eſt hominibus iuſticia qua iuſtificētur a deo ſolum autem ꝑ ſanguinē xp̄i potuerūt remitti peccata non ſolum pn̄tia ſed preterita quia virt⁹ ſanguinis xp̄i operatur per fidem hoīs quā quidē fidem habuerūt illi qui preceſſerunt xp̄i paſſionem ſicut et nos habemus. 2. corinth. 4. Habentes eūdem ſpirituȝ fidei credim⁹. Un̄ et legit̄ aliter vt dicatur ꝓpter remiſſioneȝ delictorū que ſunt hominū precedentium chriſti paſſionem. Unde dicitur mich. vltimo Deponet iniquitates noſtras ⁊ proijciet ⁊c̄. ſcḋo oſtendit tempus mānifeſtationis cuȝ ſubdit In ſuſtentatione dei ad oſtenſionem iuſticie eius in hoc tempore quaſi diceret precedentia delicta erant ante xp̄i paſſionem in ſuſtentatione dei quaſi in quadaȝ diuina dei ſuſtinētia quia nec ꝓ eis credentes et penitentes damnat nec ab eis totaliter reddit abſolutos vt ſcȝ eis non obſtātibus poſſint introire in gloriam Uel ſm̄ aliam litterram poteſt intelligi ꝙ ipi ſancti pr̄es erāt in ſuſtētatione dei quia detinebātur in limbo non q̄dem patiētes penam ſenſibilem ſed expectantes introire in gloriam per xp̄i paſſionem. ecc. 2. Suſtine ſuſtentationes dei. Ad hoc inquā precedentia delicta vel precedētes patres erāt in ſuſtentatiōe dei ad oñſionem ſcȝ iuſticie eius in hoc tēpore id ē vt in hoc tempore gratie ſuam iuſticiā ꝑfecte oſtenderet plenā remiſſioneȝ peccatoꝝ tribuēdo. pſ. Uenit tempus ⁊c̄. Et. 2. cori. 6. Ecce nūc tēpus acceptabile ⁊c̄. Et hoc ē qḋ ſupra dixerat nūc eſſe iuſticiā dei māifeſtatā. Oportuit aūt vt precedētia pctā vſq; ad hoc tēp⁹ eſſent in dei ſuſtentatiōe. vt primo cōuinceret̄ homo de defectu ſcientie. quia tēpore legis nature in errores ⁊ turpia pctā incidit. et etiam defectu potēcie qꝛ poſt legē ſcriptā q̄ fecit cognitiōeȝ pcti adhuc homo ꝑ infirmitatē peccauit. tercio oñdit ꝙ ꝑ remiſſionē peccatoꝝ dei iuſticia oſtendat̄. ſiue accipiatur dei iuſticia qua ipe eſt iuſtus ſiue q̄ alios iuſtificat. Unde ſubdit Ut ſit ipſe iuſtus id ē vt ꝑ remiſſiōeȝ peccatoꝝ deus appareat eſſe iuſtus in ſeipſo. tū qꝛ remittit peccata ſicut promiſerat. tum qꝛ ad iuſticiam dei pertinet ꝙ pctā deſtruat: hoīes ad iuſticiā dei reducēdo. pſ. Juſtus dn̄s et iuſticias dilexit. Et etiā vt ſit iuſtificās eū q̄ eſt ex fide ieſu xp̄i. i. q̄ per fideȝ ieſu xp̄i accedit ad deū. Accedentem enim ad deum oportet credere heb. 11.

## Lectio quarta.

**Ubi eſt gloriatō tua: Excluſa ē Per quam legem: Factoruȝ: Non. Sed per legē fidei Arbitramur enim iuſtificari hominem per fideȝ ſine opibus leg̃ An iudeorum deus tm̄. Nōne et gentium: Immo et gentium. Quoniam q̄dem vnus eſt deus q̄ iuſtificat circūciſionem ex fide et prepucium per fidem Legē ergo deſtruim⁹ per fidem: Abſit. Sed legem ſtatuimus.**

Poſtq̄ apl's oſtendit ꝙ iudei nō p̄cedunt gentiles neq; q̄tū ad ſtatū culpe: neq; q̄tū ad ſtatū iuſticie: h̄ cōcludit cōcluſionē intētā excludēdo ſcȝ eoꝝ gl'atione q̄ gētib⁹ ſe p̄ferebāt et circa hoc tria facit. Prio ꝓponit hui⁹ glorie excluſionē. ſcḋo excluſionis cauſam ibi Per quā legem. tercio oſtendit modum quo excludit ibi. Arbitramur enī ⁊c̄. Circa primū duo facit. Primo ꝓponit queſtionē dicēs ex quo coiter es ſub peccato tu iudeus ſicut et gentilis et ex quo gentilis iuſtificatur per fidē ſicut ⁊ tu vbi eſt gloriatio tua. qua ſcȝ in lege gloriaris vt ſupra ſcḋo dictum eſt. Et ꝑ hoc te gentili vis preferre. 1. cori. 5. Non ē bona gloriatio veſtra. gal'. 6. Non efficiamur inanis gl'ie cupidi ⁊c̄. ſcḋo huic queſtioni rn̄det dicens excluſa eſt. i. ſublata ē. 1. reg. 4. Et oblata eſt gloria de iſrael. oſee. 4 Gloriam eoꝝ in ignominiā cōmutabo Ul' excluſa id ē expreſſe manifeſtata ē. gloriabant̄ eniȝ iudei in gloria ⁊ cultu vnius dei et hanc eoꝝ gloriā dicit excluſam id ē expreſſam per xp̄m ſicut artifices qui aliquā imaginē in argēto exprimunt excluſores vocantur ſm̄ illud pſ. Ut excludāt eos qui ꝓbati ſunt argēto. Sed primus ſenſus eſt mag̃ litteralis. Cum autē dicit per quam legem oñdit cauſam

huius excluſionis. Quia aũt iudeoꝝ gloriatio erat in lege vt ſupra dictum ẽ. ideo oportere videbat q̃ per aliq̃d eiuſdem generis. i. per aliquam legẽ eorũ gloriatio excluderet. Et ideo querens ſubdit. per quam ſcz eſt eoꝝ gloriatio excluſa. Poſſet aũt aliquis credere q̃ eoꝝ gloriationẽ excluſã ap̃lus diceret ꝑ aliq̃ precepta legalia q̃bus q̃dam maiora opa mandarentur. Et ideo interrogãdo ſubdit. Factorum? quaſi dicit. Nunquid per aliquã legẽ factorum eorum gloriationem excluſam dico? Et reſpondet q̃ non. ſed per legem fidei. ⁊ ſic patet q̃ duplicem legem hic inducit ap̃lus ſcz factorum et fidei. Et in prõptu eſſe videtur q̃ per legem factoꝝ intelligitur lex vetus. et ꝑ legem fidei lex noua per quam gentilis equiparat̃ iudeo. Sed dubitatur de hac diſtinctione. Naz ⁊ in veteri lege neceſſaria erat fides ſicut et in noua. Ecc. 2. Qui timetis dominũ credite illi. Et. p̃s. Credidi ꝓpter quod loquut⁹ ſum. immo etiam in noua lege facta quedaz requiruntur et quorũdam ſacramentorũ ſcd̃m illud. Luc. 22. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et etiam moraliũ obſeruationum. Iac. 1. Eſtote factores verbi et nõ auditores tantũ Dicendũ eſt igitur q̃ legem factorũ dicit legem exterius ꝓpoſitam et deſcriptam ꝑ quam exteriora facta hominuz ordinantur. dum precipitur quid fieri debeat et ꝑ ꝓhibitionem oſtenditur a quo debeat abſtineri. legem autẽ fidei vocat legem interius deſcriptam per quã nõ ſoluz exteriora facta ſed etiam ipſi motus cordium diſponuntur. inter quos primus eſt motus fidei. Corde enim credit̃ ad iuſticiaz vt dicit̃ hic cap̃. x. Et de hac lege loquitur infra 8. Lex ſp̃us vite que eſt in xp̃o ieſu. ¶ Deinde cũ dicit. Arbitramur enim oſtendit modũ quo per legem fidei gloria iudeorũ excludit̃ dicens. Arbitramur enĩ nos ap̃li veritatem a xp̃o edocti hominẽ quecũq̃ ſiue iudeũ ſiue gentilem iuſtificari per fidem. act. 15. Fide purificans corda eoꝝ. ⁊ hoc ſine operibus legis nõ aũt ſolum ſine operib⁹ cerimonialibus que gratiã non conferebant. ſed ſolum ſignificabant: ſed etiam ſine operibus moraliũ preceptorũ ſcd̃m illud ad Titũ. 3. Non ex opibus iuſticie q̃ fecimus nos ⁊c̃. Ita tamẽ q̃ intelligas ſine opibus precedendib⁹ iuſticiam. Non autem ſine operibus cõſequentibus quia vt dicitur. Iac. 2. Fides ſine operibus ſcz ſubſequentib⁹ mortua eſt. Et ideo iuſtificare nõ poteſt. ¶ Deinde cũ dicit. An iudeoruz. oſtẽdit quoddã quod ꝓſuppoſueratſcz q̃ iuſticia fidei cõmuniter ſe haberet ad omnes. Et pri⁹ quidem hoc manifeſtauerat ratiõe accepta ex parte cauſe materialis cũ ſupra dixerat. omnes peccauerũt et egẽt gratia dei id eſt peccatores ſunt quos oportet per gratiã fidei iuſtificari. ſed ꝓbatio que eſt ex ſola cauſa materiali non ſufficit quia materia non mouetur per ſe ad formam ſine cauſa agente. Et ideo hic ſubiungit rationem acceptam ex parte cauſe agentis id ẽ iuſtificãtis q̃ ẽ deus. infra 8. De⁹ q̃ iuſtificat. Manifeſtũ eſt autẽ q̃ de⁹ noſter illos iuſtificando ſaluat quorũ eſt deus ſm̃ illud p̃s. Deus noſter deus ſaluos faciendi. Non eſt autẽ iudeorũ tm̃ deus ſed ⁊ gentiũ ergo vtroſq̃ iuſtificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo ꝓponit queſtionẽ de iudeis cuz dicit. An iudeorũ tantũ eſt deus? Quod quidẽ videri poſſet alicui ꝑ hoc q̃d dicit̃ exo. 5. De⁹ hebreoꝝ vocauit nos. Dicendũ eſt ergo q̃ iudeoꝝ deus tantũ erat ꝑ ſpecialẽ cultũ ab eis deo exhibitum. Vñ in p̃s. Dicitur notus in iudea deus erat tñ deus omniũ per cõmune regimen vniuerſorum ſecundum illud. p̃s. Rex omnis terre deus. ſcd̃o proponit queſtionem ex parte gentilium dicens. Nonne et gentiũ ſcilicet eſt deus et reſpondet. Immo et gentium quas ſcz gubernat et regit ſcd̃m illud. Ie. 10. Quis non timebit te o rex gentium. tertio ibi Quoniã quidem. manifeſtat per ſignum quod dixerat. quaſi dicat ex hoc manifeſtum eſt q̃ deus eſt non ſolum iudeorum ſed et gentiliuz q̃niã quidẽ vnus eſt deus q̃ iuſtificat circũciſionem id ẽ iudeos ex fide. vt enim dicitur. gal̃. 5. In xp̃o ieſu neq̃ circũciſio neq̃ preputium. Q aũt dicit ex fide et per fidem ſed gloſa eſt omino idem. poteſt tamen aliqua differentia attendi. Nam hec prepoſitio ex deſignat aliquando cauſam remotã. hec prepoſitio ꝑ propinquã. Iudei ergo iuſtificari dicunt̃. ex fide quia fides fuit p̃ria cauſa ex qua ꝓceſſit circũciſio et cetera ſacramẽta legalia ⁊ ita iudeos iuſtificat fides ſicut quedã cauſa primaria per quaſdaz medias cauſas. ſed gentiles per ipſaz fidem immediate iuſtificat̃ ¶ Deinde cum dicit. Legẽ ergo. excludit quandaz obiectionez. poſſet enim aliquis dicere q̃ predictã legem deſtrueret et ideo querit dicens. Legẽ ergo deſtruimus ꝑ fidem. ex hoc ſcilicet q̃ dicimus hoĩes iuſtificari ſine operibus legis. Et reſpondet. Abſit. ſcd̃m illõ. Ma. 5. Nõ preteribit iota vnum aut vnus apex ⁊c̃. Subdit autem. ſed legem ſtatuimus id eſt per fidem legem perficimus ⁊ adimplemus ſcd̃m illud Ma. 5. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. et hoc quantum ad precepta cerimonialia que cum eſſent figuralia ꝑ hoc ſtatuuntur et adimplẽtur q̃ veritas ſignificata per ea in fide chriſti exhibetur ⁊ etiam quantum ad moralia quia fides chriſti auxiliũ grẽ confert ad implenda moralia precepta legis. Addit etiaz quedam conſilia per que precepta moralia tutius ⁊ firmius conſeruãtur.

## Incipit capitulum quartum.

Quid ergo dicemus iueniſſe abraam patrem noſtrũ ſecundum carnem. Si enim abraam ex operib⁹ legis iuſtificatus eſt: habet gloriam ſed non apud deum Quid enĩ dicit ſcriptura Credidit abraã deo: et reputatum eſt illi ad iuſticiam Ei autẽ qui operatur merces non imputatur ſecunduz gratiã ſed ſecũdum debitum Ei vero qui nõ opatur: credẽti autez in eum qui iuſtificat impiũ: reputatur fides eius ad iuſticiam ſcd̃m ꝓpoſitum gratie dei: ſicut et dauid dicit beatitudinem hoĩs cui deus accepto fert iuſticiã ſine operibus Beati quorum remiſſe ſunt iniq̃tates et quorũ tecta ſunt peccata Beatus vir cui non imputabit dñs peccatum Beatitudo ḡ hec in circũciſione tantuz manet an etiam in preputio: Dicimus enim quia reputata eſt fides abrae ad iuſticiaz Quomodo ergo reputata eſt: In circũciſione an in preputio: Non in circũciſione: ſed in preputio.

Poſtq̃ ap̃lus excluſit iudeorũ gloriam quã habebãt in lege ꝑ eam ſe gentibus preferẽtes. hic excludit eorũ gloriã q̃ntũ ad circũciſionẽ. Et circa hoc duo facit. primo reſumit queſtionem quaz ſupra poſuerat dicens. Que eſt vtilitas circũciſionis? Et quia abraham primus mandatum de circũciſione accepit vt dicitur. geñ. 17. ideo queſtionem iterat in perſona ipſius abrae dicẽs. Si ita ẽ q̃ de⁹ iuſtificat preputium ſicut et circumciſionem. quid ergo dicemus inueniſſe vtilitatis abraham patrem noſtrum ſecũdũ carnẽ. i. ſm̃ circũciſionẽ carnalem et ſecũduz alias obſeruantias carnales. videtur eſſe incõueniens niſi dicatur q̃ nihil vtilitatꝭ inuenerit cum dicatur. yſa. 48. Ego dominus docens te vtilia. ſcd̃o ibi. Si enim abrahã ⁊c̃. Re

ſpondet propoſite queſtiōi. Et duo facit. primo oſtendit
ꝙ abraā non hoc inuenerit ꝑ circūciſionem et cetera legis
opera ꝙ per eam iuſtificaret ſed magis ꝑ fidem. ſcd̄o cō-
mendat fidem ipſius ibi Qui cōtra ſpē ⁊c. Circa primū
duo facit. primo oſtēdit propoſitū ratione accepta ex ꝑte
diuine acceptationis. ſcd̄o ratiōe diuine ꝓmiſſionis ibi.
Non enim ꝑ legem ⁊c. Circa primum duo facit. primo ꝑ
quandā cōditionalē. ſcd̄o ꝓbat deſtructionē cōſequētis
ibi. Quid enim dicit ſcriptura ⁊c. tertio ꝓbat ipſam con
ditionalem ibi. Sicut et dauid ⁊c. Circa primum intēdit
apl's ſic argumentari. Si abraam iuſtificatus eſſet ex o-
peribus legis nō haberet gloriam apud deum. ergo nō ē
ex operib⁹ iuſtificat⁹. Proponit ergo cōditionalē dicēs
Queſitum eſt quid abraam inuenit ſcd̄m carnalem circū
ciſionem. Et manifeſtum eſt ꝙ hoc nō inuenit vt iuſtifi-
catus ſit ex opibus legis ita ſcȝ ꝙ eius iuſticia in opibus
legis cōſiſtat. Habet quidem gloriam ſcȝ apud hoīes qui
exteriora facta vident ſed nō apud deū qui videt in occul
to. ſm illud. 1. reg. 16. Deus aūt intuetur cor. 1. corin. 3.
Nemo veſtrū glorietur in hoībus ⁊c Unde cōtra quoſdā
dicitur. Joh. 12. Dilexerunt magis gloriam hominū ꝙ
dei. Sed cōtra hoc poteſt obijci q2 ex cōſuetudine opum
exteriorū generatur interior habitus ſm quē etiaȝ cor ho
minis bene diſponitur vt ſit ꝓmptum ad bene opandum
et in bonis opibus delectet ſicut philoſoph⁹ docet i ſcd̄o
ethi. Sed dicēdū eſt ꝙ hoc habet locū in iuſticia hūana ꝑ
quam ſcȝ homo ordinatur ad bonū humanū Huius enim
iuſtitie habitus ꝑ opera humana poteſt acq̄ri. ſed iuſticia
que habet gloriam apud deum ordinatur ad bonū diuini
tatis ſcȝ future glorie que facultatē humanā excedit. ſcd̄ȝ
illud. 1. cor. 2. In cor hoīs non aſcēdit q̄ preparauit deus
diligentibus ſe. Et ideo opa hoīs non ſunt ꝓportionata
ad huius iuſticie habitū cauſandū. ſed oportet prius iuſti
ficari interius cor hominis a deo vt opera faciat ꝓporcio
nata diuine glorie. ¶ Deinde cuȝ dicit. Quid enim ⁊c.
deſtruit conſequēs qd̄ fuit negatiuū. ꝓbando affirmatio-
nem oppſitam ſcȝ ꝙ abraam habebat gloriā apud deum.
Et hoc ꝓbat ꝑ auctoritatē ſcripture quā primo apl's po
nit. ſcd̄o exponit ibi. Ei aūt ⁊c. Dicit ergo primo. Dico
abraā ſic iuſtificatū eſſe ꝙ habet gloriaȝ apud deū. Quid
enim ſcriptura dicit. gen̄. 15. Credidit abraam deo ꝓmit
tenti ſibi ſeminis multiplicationē. Ecc. 2. Crede deo et
recuperabit te. Et reputatū eſt illi ſcȝ a deo ad iuſticiam.
1. Mach. 2. Abraam in temptatione inuētus eſt fidelis
Et ſic patet ꝙ apud deuȝ a quo eſt ei reputatū ad iuſticiā
ꝙ credidit gloriam habet. Eſt autē cōſiderandū ꝙ iuſtiti
am quam deus reputat ſcriptam expreſſit nō in aliquo ex
teriori ope ſed in interiori fide cordis quā ſolus deus in-
tuetur. Cum aūt dicatur triplex eſſe act⁹ fidei ſcȝ credere
deū deo ⁊ in deū. poſuit hunc actum q̄ eſt credere deo q̄
eſt ꝓprius actus fidei eius ſpeciem demōſtrans. Naȝ cre
dere in deū demōſtrat ordinem fidei ad finē qui eſt ꝑ cari
tateȝ credendo in deum ire: qd̄ caritas facit Et ſic ſequit̄
ſpeciē fidei. Credere aūt deum demonſtrat fidei materiā
ſcd̄m ꝙ eſt virtus theologica habens deum pro obiecto.
Et ideo hic actus nondum attingit ad ſpeciem fidei quia
ſi aliquis credat deum eſſe per aliquas rationes humanas
et naturalia ſigna nondū dicitur fidem habere de qua lo-
quimur ſed ſoluȝ quādo ex hac ratione credit qd̄ eſt a deo
dictum. quod deſignatur per hoc ꝙ dicitur credere deo
et ex hoc fides ſpecificatur ſicut et quilibet cognoſcitiu⁹
habitus ſpeciem habet ex ratione per quam aſſentit in ali
quid. Alia enim ratione inclinatur ad aſſentien dum ha-
bens habitum ſcientie ſcȝ per demonſtrationē et alia rati
one habēs habitum oppinionis ſcȝ per ſilogiſmum dyale
ticum. ¶ Deinde cū dicit. Ei autem qui operatur ⁊c. ex

ponit predictam auctoritatem q̄ntū ad hoc ꝙ dicit repu-
tatū eſt illi ad iuſticiam. et tāgitur in glo. duplex horum
verborum expoſitio. Prima eſt ſm ꝙ referūtur ad finalē
mercedem de q̄ primo oſ̄ditur qualiter ſe habeat ad opa
ſcd̄o qualiter ad fideȝ ibi. Ei vero qui nō ⁊c. Dicit ergo
primo ꝙ ei q̄ opatur ſcȝ opa iuſticie merces eterne retri-
butionis (de qua dicit. yſa. 4. Ecce merces eius cuȝ eo)
non reputatur ſcd̄m gratiam tantū ſed ſcd̄m debitum. ſe-
cundū illud math. 20. Nōne ex denario cōueniſti mecū?
Sed contra eſt qd̄ dicitur infra ſexto. Gr̄a dei vita eterna
Et infra octauo Nō ſunt condigne paſſiones huius tem
poris ad futuram gloriam. Sic igitur illa retributio nō
fit ſcd̄m debitū ſed ſm gratiam. Sed dicendū eſt ꝙ ope
ra hūana poſſunt conſiderari dupliciter Uno modo ſcd̄m
ſubſtātiam operū. et ſic non habent aliq̄d cōdignū vt eis
merces eterne glorie reddatur. Alio modo poſſunt conſi
derari ſcd̄m ſuū principiū ꝓut ſcȝ ex impulſu dei aguntur
ſm propoſitum dei predſtinantis et ſecundū hoc eis de-
betur merces predicta ſecundum debitum q2 vt infra oc-
tauo dicitur Qui ſpiritu dei agūtur hi ſunt filij dei. ſi aūt
filij et heredes. ¶ Deinde cū dicit. Ei vero ⁊c. oſtendit q̄
liter ſe habeat merces eterna ad fidem dicens. ei vero q̄
non operatur ſcȝ exteriora opera puta q2 non habet tem-
pus operandi ſicut patet in baptizato ſtatim mortuo cre-
denti in euȝ qui iuſtificat ipium ſcȝ in deum de quo dicit̄
infra octauo Deus qui iuſtificat. reputabitur fides eius
ſcȝ ſola ſine exterioribus operibus ad iuſticiam id eſt vt
per eam iuſtus dicatur et iuſticie premium accipiat. ſi-
cut ſi opera iuſticie feciſſet ſcd̄ȝ illd̄ infra decio Corde, cre
ditur ad iuſticiam et hoc ſcd̄m ꝓpoſitum gratie dei id eſt
ſecundū ꝙ deus ꝓponit ex gratia ſua hoīes ſaluare. in-
fra octauo. His q̄ ſm ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti. ephe.
1. Qui operat̄ oīa ſm cōſiliū volūtat̄ ſue. Alia expoſitio
eſt vt hoc referatur ad hominis iuſtificatiōeȝ. Dicit ergo
Ei autem qui operatur id eſt ſi aliquis ꝑ opera iuſtificet̄
ipa iuſticia imputaretur quaſi merces non ſecūdum gr̄aȝ
ſed ſm debitū infra vndecio Si autem gratia iam non ex
operibus alioquin gr̄a iaȝ non eſt gratia. Ei vero qui nō
operatur vt ſcȝ per ſua opera iuſtificetur. credenti autem
in eum qui iuſtificat ipiū cōputabit̄ hec eius fides ad iu-
ſtitiam ſm ꝓpoſitum gr̄e dei. non quidem ita ꝙ per fidē
iuſtitiam mereatur ſed q2 ipſum credere eſt primus actus
iuſticie quam deus in eo operatur. ex hoc enim ꝙ credit
in deum iuſtificantem iuſtificationi eius ſubijcit ſe ⁊ ſic re
cipit effectum. Et hec expoſitio eſt litteralis et ſm intē-
tionē apl'i qui facit vim in hoc ꝙ in gen̄. 15. dictū ē Re-
putatū eſt illi ad iuſticiam qd̄ cōſueuit dici. qn̄ id qd̄ mi-
nus eſt ex parte alicuius r̄putatur ei gratis ac ſi totum fe-
ciſſet. Et ideo apl's dicit ꝙ hec reputatio locū non habe
ret ſi iuſticia eſſet ex operibus ſed ſolū habet locum ſcd̄m
ꝙ eſt ex fide. ¶ Deinde cū dicit. Sicut et dauid ⁊c pro-
bat cōditionalem premiſſam ex auctoritate pſ̄. Cui⁹ pri
mo premittit ſenſum. ſcd̄o ponit verba eius ibi. Beati q̄-
rum ⁊c. tertio excludit falſum intellectū ibi. Beatitudo
⁊c. Dicit ergo. Sicut et dauid dicit id ē aſſerit beatitudi
nem hoīs eſſe illius ſcȝ cui deus fert id ē dat iuſticiā. Ac-
cepto. i. gratis ſine opibus precedentibus. titū3. Nō ex
ex opibus iuſticie q̄ fecimus nos. Beatitudo aūt hoīs eſt
a deo ſm illud. pſ̄: Beatus vir cui⁹ ē dn̄s deus ei⁹. Sic
igitur maifeſtū ē illū habere gloriā apud deū q̄ nō ex opi-
bus legis iuſtificat̄ vt dictū eſt. ¶ Deinde cū dicit. Bea-
ti quorum ⁊c. ponit verba dauid predictam ſententiam
continētia. dicit eos eſſe beatos quorū remittuntur pec-
cata. et ſic patet ꝙ nō habuerunt prius bona opa ex q̄bus
iuſticiam ſeu beatitudinē cōſequerentur. Eſt autē triplex
peccatum. ſcȝ originale. actuale et mortale. et actuale et

veniale. Primo ergo quantum ad originale dicit. Beati
quorũ remiſſe ſunt iniquitates. Ubi conſiderandũ eſt ꝙ
peccatum originale iniquitas dicitur quia eſt carẽtia ori-
ginalis iuſticie per quã ſm̃ eq̃tatẽ ratio hominis ſubijci
ebatur deo inferiores vires rationi ⁊ corpꝰ aĩe. ſed ꝑ pec-
catũ originale hec equitas tollit quia poſtꝙ̃ ratio deſijt
eſſe ſubiecta deo inferiores vires rationi rebellãt ⁊ corpꝰ
ab obedientia aĩe ſubducitur ꝑ corruptionẽ et mortẽ. Un̄
in pſ̃. Ecce enim in iniq̃tatibꝰ conceptus ſum. Utrobiq̃
aũt peccatũ originale pluraliter ſignificatur. Uel ꝓpter
plures homines in q̃bus multiplicatur originale peccatũ
Ul' potius q̃ virtute cõtinet in ſe quodãmodo oĩa pctã.
Huiuſmodi aũt peccatum originale remitti dicitur q̃ trã-
ſit reatus ſupueniẽte gr̃a ſed remanet actu remanente fo
mite ſiue cõcupiſcẽtia q̃ nõ tollit total'r in hac vita ſed re
mittit ſiue mitigat. ſcdo q̃tũ ad actuale mortale dicit. Et
quorũ tecta ſunt peccata . Dicũtur aũt pctã tegi diuino
cõſpectui inq̃ntũ nõ inſpicit ea ad puniendũ. pſ̃. Operu
iſti oĩa peccata eorũ. tertio quantũ ad veniale dicit Bea-
tus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ. vt ſcʒ ꝑ peccatũ in-
telligant peccata venialia q̃ licet leuia ſint tñ ꝑ multa ho
mo ſeparat a deo. ſcdi. palipõ .3. Dñs bonus ꝓpiciabit
cunctis qui in toto corde req̃runt illum et non imputabi-
tur illis ꝙ minus ſancti ſu nt. ¶ Poſſunt aũt et hec tria
aliter diſtingui. Sunt enim in peccato tria. quorũ vnum
ẽ offenſa dei. Et quantum ad hoc dicit Beati quorum re
miſſe ſunt iniq̃tates ſcdm̃ ꝙ homo dicitur remittere offen
ſam ſibi factam. yſa. 4. Dimiſſa eſt iniq̃tas illius. Aliud
eſt ipſe actus inordinatus culpe q̃ non poteſt nõ fuiſſe fa-
ctus ex quo ſemel ꝑpetratus eſt. ſed tegitur manu miſeri
cordie diuine vt quaſi pro nõ facto habeatur. Tertium ẽ
reatus pene. et quãtum ad hoc dicit. Beatꝰ vir cui nõ im
putabit dñs peccatum ſcʒ ad penam. ¶ Deinde cũ dicit
Beatitudo ergo hominis ⁊c̃. excludit falſum intellectũ
auctoritatꝭ predicte. poſſet enim iudeus ſic intelligere ꝙ
predicta gratia remiſſionis peccatorum non fieret niſi cir
cũciſis. Ad hoc ergo excludendũ primo aplꝰs queſtionẽ
mouet dicens. Beatitudo hec qua ſcʒ deus dat iuſticiã
ſine operibus manet tñ in circũciſione id ẽ habet locũ ſo-
lum in circũciſis. an etiã et in prepucio id eſt in gẽtibus?
Manifeſtum eſt ꝙ in vtriſq̃ ſecundum illud quod dicit
infra decimo. Idem domminus diues in oẽs ⁊c̃. ſecundo
ibi. Dominus enim. ad hoc oſtendendũ aſſumit auctori-
tatem ſcripture . quaſi dicat. hoc ideo quero. Dicimꝰ eñi
⁊c̃ ꝙ reputatur abrae fides ad iuſticiã. Geñ. 15. Tercio
ex hac auctoritate cõcludit ſolutionem premiſſe queſtio-
nis ſub interrogatione tamen dicens. Quomodo ergo
reputata eſt . ſ. fides abrae ad iuſticiã in circumciſione id
ẽ tempore quo erat circumciſus. an in prepucio id ẽ quã-
do erat incircũciſus? Et reſpondet. Nõ in circumciſione
ſed in prepucio. Et hoc manifeſtum eſt ex ſerie narratio-
nis ſcripture . Nam geñ. 15. legitur ꝙ fides reputata
eſt abrae ad iuſticiam . circumciſionem autem accepiſſe le
gitur Geñ. 17. Si igitur abraam adhuc incircumciſus
exiſtẽs iuſtificatus eſt per fidem manifeſtũ eſt ꝙ iuſticia
fidei per quam gratis remittuntur peccata non eſt ſolum
incircumciſione ſed etiã in prepucio id eſt in gentilitate.

Lectio ſecunda.

Et ſignum accepit circũciſionis ſig-
naculũ iuſticie fidei q̃ eſt in ꝑpucio
vt ſit pater omnium credentiũ per
prepucium: ut reputetur et illis ad iuſticiã
Et ſit pater circumciſionis non his tantũ q̃
ſũt ex circũciſione: ſʒ ⁊ his q̃ ſectãtur veſtigia
fidei que eſt in prepucio patris noſtri abrae
Non enim per legem promiſſio abrae aut ſe
mini eius: vt heres eſſet mũdi. ſed per iuſti
ciam fidei Si enim qui ex lege heredes ſunt
exinanita eſt fides. abolita eſt ꝓmiſſio. Lex
enim iram operatur. Ubi enim non eſt lex
nec preuaricatio.

Oſtenſo ꝙ beatitudo remiſſionis peccatorũ non ſolum
eſt in circũciſione ſed etiam in preputio exẽplo abrae qui
tempore prepucij eſt iuſtificatus. hic reſpondet cuidã ob-
iectioni Poſſet eñ aliquis dicere ſi abraam iuſtificatus
eſt ante circũciſionẽ ergo ſine cauſa et fruſtra circũciſus ẽ
Ad hanc ergo obiectionem excludendam primo ꝓponit
ꝙ circũciſio nõ erat cauſa iuſticie ſed ſignũ. ſcdo oſtendit
q̃d ex hoc ſigno cõſequatur ibi. Ut ſit pater ⁊c̃. tertio oſtẽ
dit modũ quo hoc cõſequatur ibi. Non his tñ ⁊c̃. Circa
primum duo facit . primo proponit circũciſionem eſſe ſig-
num geñ. 17. Circũcidetis carnem ꝑpucij vr̃i vt ſit in ſig
num federis inter me et vos . ſcdo oſtendit cuius rei ſit
ſignũ dicens ꝙ ſit ſignaculum iuſticie fidei id eſt q̃ ẽ per
fidem que q̃dem fides eſt in prepucio id eſt quã abraã ha
buit adhuc incircũciſus exiſtẽs. ¶ Dicitur aũt ſignaculũ
dupl'r. Uno mõ quaſi expreſſum ſignũ habens ſimilitudĩ
nem rei ſignate ſm̃ illud eze. 28. Tu ſignaculũ ſilitudi-
nis ⁊c̃. Habet autẽ circũciſio expreſſam ſilitudinem cũ fi-
de abrae . primo q̃dem quantũ ad reʒ creditam. Credidit
enim multiplicationeʒ ſui ſeminis et cõgruent accepit ſi
gnũ in mẽbro generationis. ſcdo q̃ntum ad effectuʒ huiꝰ
fidei qui eſt remotio culpe que ſignatur per remotionem
ſuꝑflue pellicule Alio modo ſignaculum dicitur ſignum
aliquid occultans qd̄ reuelandũ eſt amicis ſicut patet de
ſigillo et ſm̃ hoc dicitur apo. 5. Dignus eſt agnus q̃ occi
ſus eſt accipere librũ et aperire ſignacula eius. claudebat
ergo ſub ſignaculo circũciſionis ſecretum incarnationis
xp̃i ex ſemine abrahe. Conſequenter oſtendit quid cõſeq̃
tur ex dictis. Cõſequitur enim ex hoc ꝙ abraam in prepu
cio iuſtificatus ꝑ fidem poſtea circũciſionẽ accepit vt ſit
pater non ſolum circũciſorũ ſed etiam credẽtium in prepu
cio et hoc eſt ꝙ dicit. Ut ſit pater id eſt ex predictis con-
cõſequitur ꝙ abraã ſit pater omniũ credentium ꝑ prepu-
cium id eſt q̃ ſunt in ſtatu prepucij. Ul' abraam ſit pater
ꝑ prepuciũ id eſt ꝑ id quod habuit in prepucio vt reputet
et illis ad iuſticiam hoc ſcʒ ꝙ credunt ſicut reputatum
eſt abrae. Et de hac paternitate dicitur mat. tertio. Po-
tens eſt deus de lapidibus iſtis ⁊c̃. Et ſit pater circũciſio
nis id eſt circũciſorum q̃ ex eo originẽ ducũt. Unde Jo.
8. Pater noſter abraam eſt. ¶ Deinde oſtendit per quẽ
modum ſit pater etiam incircũciſorum quia per imitatio-
nem. Et hoc eſt ꝙ dicit. Ut ſit inq̃ pater non his tantum
q̃ ſunt in circũciſione id ẽ q̃ ſunt circũciſi ſed etiam his qui
ſectant veſtigia fidei patris noſtri abrae q̃ eſt in prepucio
id eſt quã abraam habuit adhuc incircũciſus. Jo. 8. Si fi
lij abrae eſtis opa eius facite. Et quia hic de circũciſione
fit mentio oportet circa ipſaʒ tria conſiderare ſcʒ quare ſit
inſtituta. quam vim habuit. et quare ſit mutata. Cira pri
mum conſiderandum ꝙ circũciſio ſicut et alie legis ceri-
monie eſt ꝓpter duo inſtituta. Primo quideʒ ꝓpter cul-
tum diuinũ ad quem hoĩes ſcdm̃ huiuſmodi cerimonia-
lia diſponebantur. Et ſcdm̃ hoc circũciſio habet triplicẽ
inſtitutionis cauſam: quarum prima eſt ad ſignificanduʒ
fidem et obedientientiaʒ qua abraaʒ ſe deo ſubiecit vt . ſ.
illi qui circumciſionem acciperent abrae: traditam fidem
et obedientiam ipſius obſeruarent. Dicit enim heb . 11.
Fide abraam circũciſus eſt et ideo facta eſt circũciſio in

membro generationis ad ſignandū fidez ipſius circa pro-
lem futuram vt dictum eſt. Scđa eſt ad exprimēdum in ſi-
gno corporali id quod ſpiritualiter erat faciēdum. vt ſcȝ
ſicͭ a mēbro generatiōis qđ principlr̄ cōcupiſcētie deſer-
uit abſcindebatͬ ſupflua pellicula. ita etiaȝ a corde homi-
nis oīs ſupflua concupiā tolleretur ſcđȝ illud Je. 4. Cir
cūcidimini dño et auferte pputia cordiū vroꝝ ⁊c. Tertia
eſt vt per hoc ſignum populus ille deuȝ colens ab oībus
alijs poplis diſtingueretur. Et inde eſt ꝙ Joſue. 5. man
dauit dñs circūcidi filios iſrael q̄ inter alias natiōes erāt
habitaturi q̄ priꝰ in deſerto ſolitarij manētes cī cūciſi nō
erant. Alia aūt ratio circūciſionis et oīm cerimonialium
accipitur p cōparationem ad xp̄m ad quē cōparatur ſicut
figura ad veritatē ⁊ mēbra ad corpꝰ. ſcđm illud Colo. 2.
Que ſunt vmbra futuroꝝ corpus aūt xp̄i. Sic igitͬ p cir-
cūciſionem corpalem ſignificatͬ circūciſio ſpūalis fienda p
xp̄m. Primo quidez in aīaȝ q̄ntuȝ p ipm peccatorem re-
atus et cōcupiſcētie pcidunt. Colo. 2. In quo ſcȝ xp̄o cir-
cūciſi eſtis circūciſione nō manufacta in expoliatione cor
poris carnis. ſed in circūciſiōe dñi nr̄i ieſu xp̄i. Scđo ve-
ro quātū ad corpus qn̄ ſcȝ etiam in reſurrectiōe ab electo
rum corpibus omnis paſſibilitas et mortalitas aufferetͬ
et ideo circūciſio fiebat octauo die q̄ ſignificat octauā eta-
tem reſurgentiū. nā ſeptima eſt q̄eſcentiū in xp̄o. Sex aūt
etates ſūt qbꝰ ſeculū currit. Unde et circūciſio facta legi-
tur cultellis petrinis. Joſue. 5. Ad ſignificandum ꝙ ſpi
ritualis circūciſio fienda erat p petram q̄ eſt xp̄s vt dicitͬ
1. corinth. 10. Non tamē hoc generaliter obſuabatͬ ꝙ ne
ceſſe eſſet circūciſionē fieri cū petra. Circa ſcđȝ vero ē ſciē
dū ꝙ ſicut hic glo. dicit ⁊ eſt bede. Idē ſalutare curatio-
nis auxiliū circūciſio in lege cōtra originalis peccati vul-
nus prebebat qđ baptiſmuſ agere tēpore reuelate gratie
cōſueuit. Ex quo patet ꝙ virtꝰ circūciſiōis ſe extendebat
ad deletionē originalis pcti. Quidā tamē dicūt ꝙ gr̄a
in circūciſione nō cōferebatͬ. nō enim poteſt eſſe dei gr̄a ſi
ne iuſticia. Argumētatͬ autē aug. gal. 2. Si iuſticia ē p
legem. ergo xp̄us gratis mortuus eſt id eſt ſine cauſa. Et
eodem modo argumētari poſſumus. Si ex circūciſione ē
gratia iuſtificans xp̄s gratis mortuus eſt. ſed hoc nō pōt
eſſe. Nā remiſſio peccati nūꝙ fit ſine gratia. infra. 5. Iu
ſtificati igitur gratia ipſius ⁊c. Et ideo alij dicūt ꝙ in cir
cūciſione dabatur gratia quantuȝ ad effectus priuatiuos
ſcȝ remotionis culpe. nō aūt q̄ntum ad effectus poſitiuos
pura opationē iuſticie. Sed hoc etiā cōueniēs nō videtͬ.
effectus enim poſitiui alicuiꝰ forme ordine nature pcedūt
effectus priuatiuos. Nō eīn lumē pellit tenebras. niſi p
hoc ꝙ illuminat. Et ita gr̄a p hoc culpā pellit ꝙ iuſtifi-
cat. Remoto aūt priori remouetͬ poſterius. Et ideo meliꝰ
dicendū eſt ꝙ circūciſio ex ipſo ope opato nō habeat vir-
tutē effectiuā neqꝫ q̄ntū ad remotionē culpe neqꝫ q̄ntum
ad operationē iuſticie. ſed erat ſolū iuſticie ſignum vt hic
aplus dicit. ſed per fidem xp̄i cuius circūciſio ſignū erat.
aufferebatͬ pctm̄ originale ⁊ cōferebatͬ auxiliuȝ gr̄e ad re-
cte agendū. Circa tertiū vero manifeſtum ē iam ex dictis
q̄re oportuit circūciſionē mutari. Nā circūciſio erat ſignū
futuri Nō aūt idē ſignū cōueīt pn̄ti ſiue pterito et futuro.
et ideo baptiſmꝰ ē ſignum preſentis gr̄e q̄ copioſiorē ⁊ vti
liorē effctm̄ habȝ gr̄e. qꝛ q̄to agēs eſt ppinquiꝰ et pn̄tius
tanto efficatius opatͬ. ¶ Deinde cū dicit. Nō eniȝ p legē
⁊c. Oſtēdit ppoſitū ſcȝ ꝙ circūciſio ſiue qđcūqꝫ opus le-
gis non iuſtificet ex diuīa promiſſione. Et circa hoc duo
facit. Pmo ppōit qđ intēdit. ſcđo probat ppoſitum ibi.
Si eīn qui ex lege ⁊c. Supponit ergo aplus Primo ex
auctoritate gen̄. promiſſionem factam abrae et ſemini eiꝰ
vt heres eſſet mūdi. i. vt oēs gētes mundi in ipſo bene-

dicerentur ſcđm illud gen̄. 12. In te benedicētur ⁊c. Di-
cit autem ac ſemini eius quia huiuſmodi pmiſſio et ſi in
ipſo non eſt cōpleta complenda tamen erat in ſemine eiꝰ.
Dicitͬ eniȝ gen̄. 22. Benedicentͬ in ſemine tuo oēs gētes
terre. hoc aūt ſemē pinciplr̄ intelligitͬ xp̄s ſcđm illđ gal.
3. Abrae dicte ſunt pmiſſiones et ſemini eius Non dicit
in ſeminibus q̄ſi in multis ſed in vno ⁊c. Qꝛ ſcȝ in vno ī
quo cōpletͬ. oñditur vt ſit heres mūdi fm̄ illud. pſ. Po-
ſtula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuā. Secūdario
autē cōpletur in illis q̄ p gr̄aȝ xp̄i ſunt ſpūalr̄ ſemē abrae
infra. 9. Qui filij ſunt pmiſſionis eſtimantur in ſemine.
Qui etiā p xp̄m ſunt heredes mūdi in q̄ntū omnia in glo
riam electoꝝ cedunt. 1. cori. 3. Oīa vr̄a ſunt ⁊c. Circa
hanc pmiſſionē vnū negat et vnum aſſerit. Negat huiuſ
modi pmiſſionē factā p legē. Qđ q̄dez nō dicitͬ ppter ip
ſam pmiſſionē qꝛ tēpore pmiſſionis lex data erat. ſed p-
pter pmiſſionis impletionē vt ſit ſenſus ꝙ talis pmiſſio
facta erat abrae nō q̄ſi implēda p legē. qꝛ vt dicitur heb.
7. Nihil ad pfectū adduxit lex. Aliud aūt aſtruit ꝙ ſcȝ
huiuſmodi pmiſſio ſit īplenda p iuſticiā fidei qꝛ ſancti p
fidē vicerunt regna. heb. 11. ¶ Deinde cuȝ dicit. Si eīn
⁊c. oſtendit ppoſitum. Et primo quātum ad hoc ꝙ pro-
miſſio non ſit implēda p legem. ſcđo quantū ad hoc ꝙ ſit
implēda per iuſticiaȝ fidei ibi. Iđ ex fide ⁊c Circa primū
ponit talem rationem. Si pmiſſio facta abrae eſſet implē
da p legeȝ: fides abrae credētis pmiſſioni eſſet inanis.
quia pmiſſio ei facta aboleretur. ſed hoc eſt incōueniens
ergo et primum Circa hoc duo facit. primo proponit con
ditionalē. ſcđo probat eam ibi. Lex enim ⁊c. Deſtructio
aūt conſequētis ē manifeſta. Dicit ergo primo ꝙ pmiſ-
ſio non eſt facta per legem. ſi enim q̄ ex lege ſunt hij ſunt
heredes id eſt ſi ad hoc ꝙ aliqui hereditatē pmiſſam pci-
piant req̄ritur ꝙ ex legis obſuantia hoc cōſequātur. exi-
nanita ē fides id eſt vacua facta ē fides q̄ abraam credidit
deo pmittenti vt dicitͬ gen̄. 15. Et hoc eſt incōueniēs fm̄
ꝙ dicitͬ. 1. cor. 15. Si xp̄s nō reſurrexit inanis eſt predica
tio noſtra ⁊c. Et q̄re ſit inanis oñdit ſubdēs. Abolita id ē
caſſata eſt pmiſſio qꝛ non cōſequitur ſuum effectū. cōtra
id qđ dicitur heb. 11. Fidelem credidit eū eſſe qui repro
miſerat. Et hic infra in preſenti capitulo dicitur. Quecū
qꝫ promiſit deꝰ potēs eſt ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Lex enī
pbat conditionalem premiſſam per effectū ſiue euentū
legis. Et primo proponit legis effectum ſiue euentū. ſcđo
pbat ibi. Ubi enim non eſt lex ⁊c. Probat autē conditio
nalem ſic. Si aliqua pmiſſio ī ſit implenda per id qđ im-
pletionem pmiſſionis impedit talis promiſſio aboletur
et fides credentis exinanitur. ſed lex impedit cōſequuti-
onem hereditatis. lex enim iram operatur. ergo ſi p legē
ſit adimplenda promiſſio exinanita eſt fides obolita eſt p
miſſio. Dicitur autem lex iram operari id eſt vindictam
quia per legem facti ſunt homines digni dei vindicta. 4
regū. 22. Magna ira domini ſuccenſa eſt cōtra nos quia
non audierunt patres noſtri verba libri huius ſcilicet le-
gis ⁊c. Poſſet autem aliquis intelligere ꝙ lex iram ope-
ratur quantum ad cerimonialia tempore gratie obſerua
ta ſecundum illud Gal. 5. Si circumcidumini chriſtus ni
hil vobis proderit. Sed qđ hic dicitur intelligendū eſt
etiam quantum ad moralia non quidem ꝙ legis precep-
ta moralia precipiant aliquid quod qui obſeruat dignos
ira dei efficiat. ſed occaſionaliter quia precipit et gratiaȝ
adimplendi non prebet. ſecundum illud. 2. corinth. 3.
Littera occidit: ſpiritus autem viuificat. Qua ſcilicet in
terius adiuuat infirmitatem noſtram vt dicitur infra. 8.
¶ Deinde cuȝ dicit. Ubi enim nō eſt lex ⁊c. oſtendit qua
liter irā opatur dicēs. vbi nō ē lex nō ē puaricatō qꝛ et ſi

aliquis lege nõ data peccare poſſit ꝯtra id quod naturali
ter iuſtum eſt faciẽdo. nõ tñ preuaricatoꝛ dicit̃ niſi legem
trãſgrediẽs. pſ. Uidi preuaricãtes ⁊ tabeſcebam ⁊c. Et
tamen omnis peccatoꝛ põt dici preuaricatoꝛ inq̃tuʒ legẽ
naturalem trãſgreditur. pſ. Preuaricãtes reputaui oẽs
peccatoꝛes terre. Grauius eſt tñ tranſgredi ſimul legẽ na
ture ⁊ legem ſcriptã ꝙ̃ ſolam legem nature. Et ideo lege
data ſine gratia adiuuante preuaricatio creuit ⁊ maioꝛeʒ
iram promeruit.

## Lectio tertia.

Ideo ex fide vt ſecũdum gratiam fir
ma ſit promiſſio omni ſemini. Non
ei q̃ ex lege eſt ſolũ ſed ⁊ ei q̃ ex fide
ẽ abꝛahe qui pater eſt oĩm noſtrũ ſicut ſcrip
tum eſt. Quia patrem multaꝝ gentium po
ſui te ante deum cui credidiſti. qui viuificat
moꝛtuos. ⁊ vocat ea que nõ ſunt. tanq̃ꝫ ea q̃
ſunt. Qui contra ſpem in ſpem credidit vt
fieret pater multarum gentium. ſecũduʒ qđ
dictum eſt ei. Sic erit ſemen tuum ſicut ſtel
le celi ⁊ arena maris. Et nõ infirmatus eſt ĩ
fide nec conſiderauit coꝛpus ſuum emoꝛtuũ
cum iaʒ fere centum eſſet annoꝝ. ⁊ emoꝛtuaʒ
vuluã ſare. In repꝛomiſſione etiam dei non
heſitauit diffidentia. ſed cõfoꝛtatus eſt fide.
dans gloꝛiam deo. pleniſſime ſciens. quia q̃
cunq̃ꝫ pꝛomiſit deꝰ potens eſt ⁊ facere. Ideo
⁊ reputatum eſt illi ad iuſticiam. Nõ eſt au
tem ſcriptum tñ pꝛopter ipſum. quia repu
tatum eſt illi ad iuſticiaʒ. ſed ⁊ pꝛopter nos
quibus reputabitur credentibus ĩ eum qui
ſuſcitauit iheſuʒ xp̄m dominũ noſtrũ a moꝛ
tuis. qui traditus eſt pꝛopter delicta noſtra
⁊ reſurrexit pꝛopter iuſtificationẽ noſtram.

¶ Oſtenſo ꝙ pꝛomiſſio facta abꝛahe ⁊ ſemini eius nõ ſit
implenda per legem. hic oſtendit ꝙ ſit implenda per fidẽ
Et circa hoc tria facit. Pꝛimo oſtendit per quid ſit huiuſ
modi ꝓmiſſio adimplẽda. ſcđo oſtendit in quibus ſit ad
implenda ibi. Omni ſemini ⁊c. tertio a quo ſit implenda
ibi. Qui viuificat moꝛtuos ⁊c. Pꝛimo ergo concludit ꝓ
poſitum quaſi ex diuiſione. Uidetur enim neceſſarium eſ
ſe ꝙ pꝛomiſſio adimpleatur vel per fidem vel per legeʒ.
nõ aũt per legem. q꞉ pꝛomiſſio aboleretur. Unđ cõcludit
Idõ ex fide. ſ. cõſequimur ꝓmiſſionem. vt heredes ſimus
mũdi. ꝑma Io. 5. Hec eſt victoꝛia que vincit munduʒ ⁊c.
Et hoc cõfirmat per contrarium mediũ ei quod ſupra aſ
ſumpſerat. Dictũ eſt enĩ ꝙ ſi iuſtitia ex lege eſſet pꝛomiſ
ſio aboloꝛetur. ſed ſi ſit ex fide remanet firma ꝓmiſſio pꝛo
pter ꝟtutẽ diuine grẽ iuſtificãtis hoĩem per fidẽ. Et hoc
eſt qđ dicit. Ut ꝓmiſſio dei ſit firma nõ quidem ꝑ opera
tiones hoĩum q̃ poſſunt deficere. ſʒ ſcđm gratiã dei que ĩ
fallibilis eſt. ſcđa coꝝ. 12. Sufficit tibi gratia mea ⁊ ſcđa
coꝝ. pꝛimo. Quotquot ſunt ꝓmiſſiones in illo. ſ. xp̄o eſt
veritatem habent. ¶ Deinde cũ dicit. Omni ſemini ⁊c.
oſtendit in quibus impleatur pꝛedicta ꝓmiſſio. Et ꝑmo
ꝓponit quod intendit ⁊ dicit ꝙ p̄dicta ꝓmiſſio ſic implẽ
da per fidem eſt firma per gratiã. omni ſemini. i. omni ho
mini qui fuerit qualiſcunq̃ꝫ ſemen abꝛahe. Ecc. 44. Cũ

ſemine eoꝝ ꝑmanent bona. hereditas ſãcta nepotes eoꝝ
ſcđo ibi. Nõ ei ⁊c. exponit quod dixerat omni ſemini. eſt
enim quoddã ſemen carnale. ſcđm illud Io. 8. Semen a
bꝛahe ſumꝰ. Eſt aliud ſemen ſpũale ſcđm illud. Ma. 3.
Potens eſt deꝰ de lapidibꝰ hijs. i. de gentibus ſuſcitare
filios abꝛahe. Solum aũt abꝛahe carnalẽ legem ſeruauit
ſed fidem eius etiã imitatur ſemen ſpũale. Et ſic ſi per ſo
lam legem eſſet ꝓmiſſio nõ impleretur in omni ſemine ſʒ
ſolum in carnali. Quia vero impletur per fidem q̃ eſt om
nibus cõmunis. planũ eſt ꝙ impletur in omni ſemĩe. ter
tia ibi. Qui eſt pater ⁊c. ꝓbat quod ſuppoſuerat. ſ. ꝙ ſe
men abꝛahe ſit nõ ſolũ quod eſt ex lege ſed etiã quod ex fi
de per auctoꝛitatem ſcripture: cuius pꝛimo ponit ſenſum
dicens. Qui. ſ. abꝛahã eſt pater omniũ noſtrũ. i. omnium
credentium. ſiue iudeoꝝ ſiue gentilium. Supꝛa eodem.
vt ſit pater oĩum credentium. yſa. 51. Attendite ad abꝛa
ham patrem vr̃m. ſcđo inducit auctoꝛitateʒ dicens. ſicut
ſcriptum eſt geñ. 17. Q꞉ patrem multaꝝ gentium poſui
te. Lr̃a alia habet. Conſtitui te quod ſenſum nõ variat.
Ecc. 44. Abꝛahã magnus pať multitudinis gentiũ. ter
tio ibi. Ante deum ⁊c. exponit quod dixerat. Sic enĩ dic
tum eſt poſui te quaſi iam eſſet impletum quod longe po
ſtea erat implendum. ſed que ſunt futura in ſeipſis in dei
pꝛouidentia ſunt pñtia. ſcđm illud ecc. 23. Dño deo nr̃o
anteq̃ꝫ crearentur omnia ſunt agnita ſicut ⁊ poſt perfectũ
reſpicit omnia. Et ideo apoſtolus dicit ꝙ hoc quod dic
tum eſt. poſui te intelligendum eſt ante deũ. i. in eius pꝛe
ſentia cui credidiſti. Crediderat enim abꝛahã deo futura
pꝛenuncianti ac ſi videret pñtia. q꞉ vt dicitur heb. xj. Fi
des eſt ſꝑandaꝝ ſubã rerum argumentum nõ apparentiũ
¶ Deinde cum dicit. Qui viuificat moꝛtuos ⁊c. Oſten
dit a quo ſit implenda huiuſmodi pꝛomiſſio dicẽs. qui. ſ.
deus viuificat moꝛtuos. i. iudeos q̃ erãt moꝛtui ĩ pctĩs cõ
tra legem agentes viuificat per fidem ⁊ gratiã vt pꝛomiſ
ſionem abꝛahe conſequãtur. Io. 5. Sicut pater ſuſcitat
moꝛtuos ⁊ viuificat ⁊c. Et ea q̃ nõ ſunt id eſt gentiles vo
cat. ſ. ad gratiam tanq̃ꝫ ea que ſunt. i. tanq̃ꝫ iudeos. infra
. 9. Uocabo nõ plebeʒ meã ⁊c. Significat aũt gentiles ꝑ
ea que nõ ſunt quia erant omnino alienati a deo. ſicut. ꝑ
ma. coꝝ. 13. dicitur. Si caritatem nõ habuero nihil ſum.
Et ſic per huiuſmodi vocationem implebitur pꝛomiſſio a
bꝛahe etiaʒ in gentilibꝰ. Uel ꝙ dicit. vocat ea que nõ ſũt
nõ intelligitur de vocatione tempoꝛali: ſed de vocatione
pꝛedeſtinationis eterne qua vocantur ⁊ eliguntur etiam
qui nõ ſunt ac ſi eſſent. Ephe. 1. Elegit nos in ipſo ante
mundi ꝯſtitutionẽ. Et de hac vocatione dicitur infra. 9.
Nõ ex operibus ſed ex voluntate dictum q꞉ maioꝛ ſeruiet
minoꝛi. Ul' vocationem hic dicit ſimplicem dei noticiam
vel cognitionem qua cognoſcit futura que nõ ſunt in actu
ſicut pñtia. Et hoc modo vocatio in. pſ. accipitur cum di
citur. Qui numerat multitudinẽ ſtellarum ⁊c. Et ſecũdũ
hũc ſenſuʒ quod hic dicitur inducitur ꝓpter id qđ ſupꝛa
dictum eſt ante deum cui credidiſti. duo enim videbant̃
obſtare ei quod dictum eſt. patrem multaꝝ gentiuʒ poſui
te. quoꝝ vnuʒ erat q꞉ ipſe idem abꝛahaʒ erat quaſi emoꝛ
tuus pꝛe ſenectute vt infra dicetur. Et contra hoc dicit. q̃
viuificat moꝛtuos. Aliud aũt eſt q꞉ ille multe gentes non
dum erant. Et contra hoc ſubdit. Et vocat ea que nõ ſũt
tanq̃ꝫ ea que ſunt. ¶ Deinde cum dicit. Qui contra ſpeʒ
cõmendat fidem abꝛahe. Et ꝑmo oñdit magnitudinem fi
dei eius. ſcđo efficatiã vel fructum eiꝰ ibi. Idõ ⁊ reputatũ
eſt ⁊c. Circa ꝑmum duo facit. ꝑmo oñdit magnitudinẽ fi
dei abꝛahe q̃tum ad ꝓmiſſionẽ ſeminis multiplicãdi. ſe
cũdo q̃tuʒ ad repꝛomiſſionẽ ſeminis exaltandi ibi. In re
pꝛomiſſione ⁊c. Circa pꝛimũ duo facit. Pꝛimo oñdit fidẽ
eiꝰ fuiſſe magnã. ſcđo oñdit eã fuiſſe firmã ibi Et nõ infir

matus in fide ⁊c. Circa primuꝫ duo facit. Primo propo-
nit magnitudinem fidei abrahe dicens. qui. ſ. abraham ī
hanc ſpem credidit vt fieret pater multarum gentiuꝫ ſed
contra aliam ſpem. Circa quod conſiderādum eſt ꝙ ſpes
importat certam expectationem boni futuri. que quidem
certitudo eſt qn̄qꝫ ex cā humana ſiue naturali ſcd̄m illud
p̄ma. coꝝ. 9. Debet in ſpe qui arat arare. quandoqꝫ vero
certitudo expectātis eſt ex cā diuina ſcd̄ꝫ illud. pſ̄. In te
domine ſperaui ⁊c. Hoc ergo bonū ꝙ abraham fieret pa-
ter multaꝝ gentium certitudineꝫ habebat ex parte dei ꝓ
mittentis. Sed contrarium apparebat ex cā naturali ſiue
humana. Ideo dicit. Qui contra ſpem cāe naturalis vel
humane credidit in ſpem diuine promiſſionis. Quam q̇-
deꝫ. ſcd̄o ponit dicēs ſcd̄m qd̄ dictuꝫ eſt ei. ſ. gen̄. 22. Sic
erit ſemen tuuꝫ ſicut ſtelle celi. ⁊ ſicut arena maris. Utrū
qꝫ aūt hoꝝ inducitur propter ſimilitudinem innumerabi-
lis multitudinis. Nam q̄tum ad ſtellas dicitur deut. 1.
Dominus deus veſter multiplicauit vos ⁊ eſtis hodie ſi-
cut ſtelle celi. Quātum ad arenam dicitur. ꝝ. 4. Iuda ⁊
iſrael innumerabiles ſicut arena maris ſunt. Poteſt tn̄ a
liqua differentia inter vtrumqꝫ attendi vt ſtellis compen
tur iuſti qui fuerūt ex ſemine abrahe. dan̄. 12. Qui ad iu-
ſtitiam erudiunt plurimos quaſi ſtelle in perpetuas eter-
nitates. Arene aūt comparantur peccatores qui a flucti-
bus mundi quaſi cuiuſdaꝫ maris opprimūtur. Ie. 5. Po
ſui arenā terminū maris. ¶ Deinde cū dicit. ⁊ nō infirma
tus eſt. oſtendit firmitatem abrahe quā p̄mo proponit di
cens ⁊ nō infirmatus eſt. ſicut enim temperantia oſtendi-
tur nō eſſe infirma que magnis concupiſcibilibus nō vi-
citur. ita fides oſtenditur nō eſſe infirma ſed fortis que a
magnis difficultatibꝰ nō ſupatur. p̄ma. pe. 5. Cui reſiſti-
te fortes in fide. ſcd̄o ibi. Nec conſiderauit ⁊c. ponit diffi
cultates ex quibus oſtendit fides eius nō fuiſſe infirma.
Et primo quidem ex parte ipſius abrahe cum dicit. Non
conſiderauit. ſ. ad diſcredendū ꝓmiſſionem corpus ſuuꝫ
emortuum. ſ. qꝛ iam mortificata erat in eo vis generatiua
ꝓpter ſenectutem. Unde dicit. Cum iam fere centuꝫ an-
norum eſſet. Abrahe enim centenario exiſtenti natus eſt
Iſaac. vt habetur gen̄. xxi. Per annum aūt ante fuerat ſi
bi filius ꝓmiſſus ſcd̄m illud gen̄. 18. Reuertens veniam
ad te tēpore illo: ⁊ erit ſare filius. Sed videtur ꝙ nō fuit
corpus eius emortuum q̄tum ad vim generatiuā qꝛ etiaꝫ
poſt mortem ſare duxit cethurā vxorem que genuit ei fili
os vt dicitur gen̄. xxv. Dicunt ergo quidā ꝙ mortua erat
in eo vis generatiua q̄tum ad hoc ꝙ ex muliere antiqua
generaret nō q̄tum ad hoc ꝙ generaret filium ex iuuēcu
la. Solent enim ſenes ex iuuenculis mulieribus prolem
gignere. nō aūt ex antiquis que ſunt minus apte ad cōci-
piendum. Sed melius dicendū videtur ꝙ abrahe mira-
culoſe reſtituta erat vis generādi ⁊ q̄tum ad ſarā ⁊ q̄tuꝫ
ad oīs mulieres. ſcd̄o ponit difficultatem ex pte vxoris
cū dicit Et emortuā vuluā ſare. ſ. nō ꝯſiderauit vt diſcred̄
ret. Dicit autē emortuā q̄tum ad actum generādi. tū ꝓ-
pter ſterilitatem tum ꝓpter ſenectutē. Iā enim deſierant
ei fieri muliebria. vt dicitur gen̄. 18. Et id̄ Iſa. 51. vbi di-
citur Attendite ad abrahā prēꝫ vr̄m ⁊ ad ſaram que vos
peperit. vt oñderet vtriuſqꝫ mortificationē ⁊ frigiditateꝫ
premiſit dicens. Attendite ad petram vnde exciſi eſtis ⁊
ad cauernā laci de qua p̄ciſi eſtis. ¶ Deinde cū dicit in re
ꝓmiſſione etiā dei ⁊c. cōmendat fidem abrahe q̄tum ad
iteratam ꝓmiſſionem de ſeminis exaltatione. Et primo
ponit fidei firmitateꝫ. ſcd̄o firmitatis cām ibi Dās gloriā
deo. Dicit ergo primo in re ꝓmiſſione etiā dei. i. in itera
ta eiꝰ ꝓmiſſione vel de ſeminis multitudine quam ꝓmi-
ſit. Primo quidē. gen̄. 15. dicēs Suſpice celū ⁊ numera
ſtellas ſi potes. ⁊ infra. 17. Eris pater multaꝝ gētium et

iterum īfra. 22. Multiplicabo ſemē tuū ſicut ſtellas celi.
Ul' intelligendum eſt in repromiſſione dei. i. in iterata ꝓ
miſſione de exaltatione ſeminis eius qꝛ cuꝫ dixiſſet multi
plicabo ſemē tuū ſtatī ſubdit. Poſſidebit ſemē tuuꝫ ꝑor
tas iimicoꝝ tuoꝝ ⁊ bn̄dicētur ī ſemīe tuo oēs gētes tre.
In hac q̇dē di re ꝓmiſſione non heſitauit. i. nō dubitauit
diffidētia. ſ. ꝙ diffideret d̄ v̄itate diuīe ꝓmiſſiōis. Iac.
p̄mo. Qui heſitat ſilis ē fluctui mari ⁊c. ſꝫ ꝯfortatꝰ eſt fid̄
id ē fortiter fidei adheſit p̄ma pe. vltimo. Cui reſiſtite for
tes in fide. ¶ Cōſequenter cum dicit. Dans gloriā deo.
aſſignat rōneꝫ firmitatis fidei eius dicēs. Confortatus ē
inq̄ fide dans gloriam deo inq̄tum. ſ. conſiderauit omni
potentiam eius. pſ̄. Magna virtus eius ⁊c. Unde ⁊ hic
ſubditur. Pleniſſime ſciens qꝛ quecunqꝫ promiſit deus
potens eſt facere. ſap. 12. Subeſt enim tibi cum volueris
poſſe. Ex quo patet ꝙ quicūqꝫ nō eſt firmus in fide dei q̄
tum eſt in ſe diuine glorie derogat vel q̄tum ad eius ve-
ritatem vel q̄tum ad eius potentiam. ¶ Deinde cum di-
cit. Et reputatum eſt ei commendat fidem abrahe q̄tum
ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipſo
habuit dicens. Id̄. ſ. quia abraham tam perfecte hoc ipꝫ
credidit reputatuꝫ eſt illi ad iuſticiam p̄mi mach. 2. Et re
putatum eſt ei ad iuſticiam. ſcd̄o oſtendit effectum quem
fides eius habet etiā ī alijs. Et circa hoc tria facit. Pri
mo ponit ſimilitudinem effectus dicens. Nō aūt ſcriptuꝫ
eſt tn̄ ꝓpter ipſum quia reputatum eſt illi ad iuſtitiaꝫ vꝫ
ſcilicet reputemus ꝙ ſoli abrahe fides ad iuſtitiam repu-
tata ſit ſed ſcriptum eſt propter nos quibus reputabitur.
ſcilicet fides ad iuſtitiam. infra. 15. Quecunqꝫ ſcripta ſūt
ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Sic ergo ſcriptuꝫ eſt
propter eum vt ſit nobis in exemplum. ⁊ propter nos vt
ſit nobis in iuſtificationis ſpem. ſecūdo ibi. Credentibus
in eum oſtendit ſimilitudinem fidei. Reputata eſt enim
ad iuſtitiam fides abrahe credenti ꝙ corpus ſuum emor-
tuum ⁊ emortuam vuluā ſare poſſet viuificari ad filiorum
procreationem. Reputabitur ⁊ nobis credētibus in euꝫ
qui ſuſcitauit dominū noſtrū ieſum criſtum a mortuis. ⁊ ī
deum patrem cui ipſe dicit in. pſ̄. Tu aūt domine miſere
re mei ⁊ reſuſcita me. Et quia eadem eſt virtus patris et
filij: ipſe etiā in propria virtute ſurrexit. Q' aūt hec fides
iuſtificet habetur. infra. 10. Si cōfitearis in ore tuo domi
nuꝫ ieſum ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus illum ſuſcita
uit a mortuis. ſaluus eris. tertio ibi. Qui traditus eſt ⁊c.
aſſignat cām quare fides reſurrectiōis xp̄i iuſtificet dicēs
qui ſcilicet xp̄us traditus eſt ſcilicet in mortem a deo pa-
tre. infra. 8. Proprio filio ſuo nō pepercit deus ſed ꝓ no
bis omnibus tradidit illū. Et a ſeipſo. ephe. 5. Tradidit
ſemetipſum pro nobis. Et a iuda. Io. 19. Qui me tradi
dit tibi maius peccatuꝫ habet. Et a iudeis. Ma. xx. Tra
dent eum gentibus ad illudendum. Et reſurrexit propt̄
iuſtitiam noſtram id eſt vt nos reſurgendo iuſtificaret in-
fra. 6. Quomō xp̄s reſurrexit a mortuis per gloriam pa-
tris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemꝰ. Et ꝙ ꝓpter de
licta noſtra ſit traditus in mortem manifeſtum vr̄ ex hoc
ꝙ ſua morte meruit nobis deletioneꝫ peccatorum: ſed re-
ſurgendo nō meruit qꝛ in ſtatu reſurrectionis nō fuit via
tor ſed comprehenſor. Et ideo dicendum eſt ꝙ mors xp̄i
fuit nobis ſalutaris nō ſolū per modum meriti ſed etiam
per modū cuiuſdā efficientie. Cum eīm humanitas xp̄i eſ-
eſt deus de lapidib⁹ hiſ ſuſcitare filios abrae. Sicut etiã yſmael ſm carnem natus: non eſt computatus in ſemine: ſed iſaac per repromiſſionem natus. Tertio ibi. Repromiſſionis enim ⁊c. probat conuenientem fuiſſe ſuam expoſitionem qua per iſaac ſignificari dixit eos qui ſunt filij promiſſionis quia ſcilicet iſaac per promiſſionem natus eſt. Unde dicit. Promiſſionis enim. hoc verbũ eſt quod angelus immo dominus in angelo dixit ad abraaz Geñ. 18. Scḋm hoc tempus veniam quo ſignificatur tempus gratie. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis miſit filiũ ſuuz. Et erit ſare filius. ſ. ꝑ gratiã repromiſſionis. Unde ⁊ Gal. 4. dicit. Ut adoptionez filioꝝ reciperem⁹. ¶ Deinde cũ dicit. Nõ ſolũ aũt illa ⁊c. manifeſtat ꝓpoſitũ q̃tũ ad iacob. Et ꝑmo ponit qḋ intẽdit. ſcḋo manifeſtat ꝓpoſitũ ibi. Cũ enĩ nondũ nati ⁊c. Dicit ergo primo. Non ſolum illa. ſ. ſara habuit filiũ de quo facta eſt ꝓmiſſio. ſed ⁊ rebecca habens in vtero duos filios quoꝝ vnus ꝑtinebat ad ꝓmiſſionẽ alius ad carnẽ ſolum: ⁊ hoc ex vno concubitu yſaac patris noſtri. Dicit enĩ geñ. 25. ꝙ iſaac rogauit ꝓ vxore ſua eo ꝙ ſterilis eſſet ⁊ dedit dñs conceptũ rebecce ⁊ collidebant in ventre eius paruuli. Et eſt notandum ꝙ hoc apl̃us inducit contra iudeos qui reputabant ſe dei gratiã adepturos ꝓpter merita pr̃m contra q̃s dicit de viris iuſtis Ezech. 14. Nec filium ⁊ filiam non liberabunt ſed ipſi in iuſticia ſua liberabunt. Unde ⁊ Johãnes iudeis dicebat. Matth. 3. Ne ceperitis dicere patrem habemus abraam ⁊c. Contra horum opinionez ergo primo induxerat ꝙ de filijs abrae vnus erat electus ⁊ alius reꝓbatus. Poſſent autẽ hoc aſcribere vel diuerſitati matruz quia yſmael natus eſt de ancilla ⁊ iſaac de libera: vel diuerſitati meritorum patris quia yſmaelem genuit incircumciſus. iſaac autem circumciſus. Ut igit̃ omne ſubterfugium excludat̃ inducit exempla vbi vnus eligit̃ ⁊ alius reprobat̃ eorum qui non ſolum ab vno patre ſed etiam ab vna matre ſunt geniti ⁊ eodem tempore immo ex vno cõcubitu. ¶ Deinde cum dicit. Cum nondum ⁊c. oſtendit propoſitum ⁊ primo ꝑ auctoritatem Geñ. 2. Per auctoritatem prophe. ibi. Sicut ſcriptuz eſt ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo deſignat tempus ꝓmiſſionis ⁊ dicit ꝙ ꝑ repromiſſionem eſt vnus filiorum rebecce alij p̃latus cum nõdum nati fuiſſent. Et ſicut per ſuperiora excluſit opinionem iudeorum de meritis patris confidentium. ita etiam per hoc excludit errorem manicheorum qui diuerſitatem eorum que hominibus accidunt natiuitati aſſcribunt. vt ſcꝫ vniuſcuiuſqꝫ vita ⁊ mors diſponat̃ ſm conſtellationez ſub qua natus eſt. contra quod dicitur Jere. 10. A ſignis celi nolite metuere que gentes timent. Subdit aũt. Aut aliquid egiſſent boni aut mali vbi excludit̃ error pelagianoruz qui dicunt ſm merita precedentia gratiam dari: cũ tamen ſcriptum ſit Tit. 3. Non ex operibus iuſticie que fecimus nos ſed ſcḋm ſuaz miſericordiã nos ſaluos fecit. Utrumqꝫ autem horum oſtenditur falſum: per hoc ꝙ ante natiuitatẽ ⁊ ante opera vnus filiorum rebecce alteri eſt p̃latus. Excluditur ꝑ hoc etiã error origenis q̃ poſuit aĩas hominũ ſimul cum angelis eſſe creatas ⁊ ꝙ ꝓ meritis eorum que ibi egerunt bene vel male diuerſitatem vite ſortiuntur. ſm quẽ non poſſet eſſe verum quod hic dicit̃ cuz nondum aliquid mali vel boni egiſſent. Contra hoc autẽ eſt quod dicit̃ Job. 38. Ubi eras cum me laudarent aſtra matutina ⁊ iubilarent om̃es filij dei? Poſſent enim ſcḋm Origenis errorem reſpondere. Eram inter ipſos dei filios iubilantes. Secũdo oſtendit quid accipi poſſet ex ipſa promiſſione quia vnus geminorum in vtero exiſtentium alteri eſt prelatus dicens. Ut propoſitum dei ſcꝫ volentis vnum pre alio magnificare: maneret id eſt firmum eſſet et hoc non ſm merita ſed ſm electionem. id eſt inquantum ipſe deus ſpontanea voluntate vnum alteri preelegit. nõ quia ſanctus erat ſed vt ſanctus eſſet. ſcḋm illud Eph. 1. Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionez vt eſſemus ſancti. Hoc autem eſt propoſitũ predeſtinationis de quo ibidem dicitur Predeſtinati ſcḋm propoſituz voluntatis eius. Tertio ponit promiſſionẽ dicens. Non ex operibus que nulla preceſſerunt vt dictum eſt: ſed ex vocante id eſt ex ipſa gratia vocantis de quo ſupra dictũ eſt. Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit. dictuz eſt ei ſcilicet rebecce, quia maior ſcꝫ eſau ſeruiet minori ſcꝫ iacob. Quod quidem tripliciter põt intelligi. Uno mõ ſcḋm eoruz perſonas. ⁊ ſic intelligitur eſau ſeruiſſe iacob. non directe ſed occaſionaliter inquantum perſecutio quam ei intulit in eius bonuz ceſſit ſm illud prouer. 11. Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Secundo poteſt referri ad populos ex vtroqꝫ progenitos quia idumei aliquando fuerũt ſubiecti iſraelitis ſm illud pſ. In idumeam extendã calciamentũ meum. Et hoc videtur competere his que premittuntur in geñ. Premittuntur enim duo populi ex ventre tuo dum populus populum ſuperabit ⁊ maior minori ſeruiet. Tertio poteſt intelligi figuraliter dictum vt per maiorem intelligat̃ populus iudeorum qui primo adoptionem filiationis accepit. ſcḋm illud Exo. 4. Primogenitus meus iſrael. Per minorem autez figuratur populus gentilium qui poſterius eſt ad fidem vocatus. qui etiam figuratur per filium prodigum Luc. 15. Maior ergo populus ſeruiet minori inquantum iudei ſunt noſtri capſarij cuſtodientes libros ex quibus noſtre fidei teſtimoniũ perhibetur Joh. 5. Scrutamini ſcripturas. ¶ Deinde cum dicit. Sicut ſcriptum eſt ⁊c. probat propoſitum ex auctoritate prophete dicẽs: Sicut ſcriptum eſt ſcꝫ primo Malach. prophete ex perſona dei dicentis. Jacob dilexi: eſau autem odio habui. Dicit aũt hic quedã glo. ꝙ id qḋ ſupra dictũ eſt maior ſuiet minori: dictũ ẽ ſm ꝑſcientiã. qḋ aũt hic dicit̃ ẽ intelligẽdũ ſcḋm iudicium. quia ſcꝫ deus propter bona opera dilexit iacob ſicut ⁊ omnes ſanctos diligit. prouer. 8. Ego diligẽtes me diligo. Eſau vero odio habui propter peccata ſicut ſcriptum eſt Ecc̃. 12. Altiſſimus odio peccatores habet. Sed qꝛ dilectio hominis preuenitur a dilectiõe dei ſcḋm illud infra. 10. Non quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos: oportet dicere ꝙ ante iacob dilectus ſit a deo ꝙ̃ ipſe deuz dilexerit. Nec poteſt dici, ꝙ deus ex tempore eum diligere inceperit: Alioquin eius affectus eſſet mutabilis. Et ideo oportet dicere ꝙ deus ab eterno iacob dilexit vt dicit̃ Jere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te. Eſt aũt in his verbis apl̃i cõſiderandũ ꝙ tria ponit in deo pertinentia ad ſanctos. videlicet electionem per quam intelligitur predeſtinatio et electio dei que quidem realiter ſunt idem in deo ſed differunt ratione. Nam ipſa dei dilectio dicitur ſcḋm ꝙ vult bonum alicui abſolute. Electio autez dicitur ſcḋm ꝙ per bonum qḋ alicui vult euz alteri prefert. predeſtinatio aũt eſt ſcḋm ꝙ hominẽ dirigit in id bonum quod ei vult: diligendo et eligendo. ⁊ ideo ſcḋm rationem predeſtinatio ſequitur dilectionem ſicut et voluntas de fine naturaliter precedit directionem aliquorum in finem. Electio autem ⁊ dilectio aliter ordinantur in deo et in homine. In homine enim electio precedit dilectionem. voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono quod in re amata conſiderat ratione cuius ipſam preelegit alteri et preelecte ſuũ amorem impendit. Sed voluntas dei eſt cauſa omnis boni: quod eſt in creatura. et ideo bonũ per quod vna creatura prefertur alteri per modum electionis conſequitur voluntatem dei que eſt de bono illius que pertinent ad rationẽ dilectionis. Unde non propter aliquod bonum quod in homine eligat deus eum diligit. ſed potius eo ꝙ ipſum di

ligit prefert eum alijs eligendo. Sicut autem dilectio de
qua hic loquitur ptinet ad eternam dei predeſtinatiõe3:
ita e tia3 odium de quo hic loqtur ptinet ad re.pbationẽ
qua deus re.pbat peccatores. Nec eſt dicẽdũ ꝙ iſta re.p-
batio ſit temporalis. quia nihil tẽporale eſt in voluntate
diuina ſ3 eſt ab eterno. que quidem quãtũ ad aliqd cõue
nit cũ dilectiõe vel pdeſtinatiõe. qñtũ aũt ad aliqd differt
Conuenit quidem qñtũ ad hoc ꝙ ſicut predeſtinatio eſt
preparatio glorie ita re.pbatio eſt preparatio pene. eſa. 3°.
Preparata eſt ab heri thophet a rege preparata. Differt
autem quantũ ad hoc ꝙ predeſtinatio importat preparatio
nem meritoru3 quibus puenitur ad gloriã. ſed re.pbatio
importat prepationẽ peccatorũ qbus puenitur ad penã.
Et ideo preſcientia meritorũ non poteſt eſſe aliqua ratio
predeſtinationis. qꝛ merita preſcita cadũt ſub predeſtina
tione. ſed preſciẽtia peccatorũ poteſt eſſe aliqua ratio re-
.pbationis ex pte pene que prepatur re.pbatis inquãtu3
ſc3 deus .pponit ſe punitururũ malos .ppter peccata que a
ſeipſis habent non a deo. Juſtos aũt .pponit ſe premiatu
rum .ppter merita que a ſeipſis nõ habẽt. Oſee. 13. Per-
ditio tua iſrael. tantum ex me auxilium tuum.

## Lectio tertia.

Quid ergo dicemus Nunquid iniq-
tas apud deum: Abſit. Moyſi enim
dicit. Miſerebor cui miſertus ſu3 et
miſericordiam preſtabo cui miſerebor. Igi-
tur non volentis neq3 currentis: ſed miſerẽ-
tis eſt dei. Dicit enim ſcriptura pharaoni:
Quia in hocipſum excitaui te vt oſtendam
in te virtutem meam. et vt annuncietur no-
men meũ in vniuerſa terra. Ergo cui⁹ vult
miſeretur: et quem vult indurat.

Poſtꝙ premiſit aplus ꝙ ſcđm dei electionem vnus alte
ri prefertur non ex operibus ſed ex gr̃a vocantis: hic inq̃
rit de iuſticia huius electionis. Et primo .pponit dubita
tionẽ. ſcđo ſoluit ibi. Abſit. Moyſi ꝛc. tertio obijcit con-
tra ſolutionem ibi. Dicis itaq3 mihi quid ad hec ꝛc. Di-
cit ergo primo. Dictu3 eſt ꝙ deus ſine merito precedente
vnum eligit et alterũ re.pbat. Quid ergo dicemus: Nũ
quid per hoc .pbari poteſt ꝙ ſit iniquitas apud deum. vi
detur ꝙ ſic. Pertinet enim ad iuſticiam in diſtributio-
nibus vt eq̃liter equalibus diſtribuatur. hoĩes aute3 re-
mota differentia meritorum ſunt equales Si ergo abſq3
conſideratione meritorum deus inequaliter diſtribuit
vnum eligens et alium re.pbans. videt ꝙ ſit in eo iniqui
tas qđ eſt contra illud qđ dicitur deutro. 32° Deus fide-
lis et abſq3 vlla iniquitate. pš. Juſtus es dñe et rectũ iu-
dicium tuũ. Eſt autem ſciendũ ꝙ origenes hanc obiectio
nem ſoluere volens incidit in errorẽ. Ponit enim in ſuo
piarchon deum ab initio ſolu3 creaturas ſpũales feciſſe.
et omnes equales ne ex eorum inequalitate poſſet ſcđm
rationẽ predictã iniqtas deo aſcribi. ſ3 poſtea creaturarũ
diuerſitas ſubſecuta eſt ex diuerſitate meritorũ. Nã illa-
rum creaturarũ ſpũalium quedã per amore3 cõuerſe ſunt
ad deum plus vel minus et ſcđm hoc diſtincti ſunt ordi-
nes angelorum. quedam vero auerſe ſunt a deo plus vel
minus et ſcđm hoc alligate ſunt corporib⁹ vel nobilibus
vel ignobilibus. quedam quidẽ celeſtibus corporibus. q̃
dam autem corporibus demonũ. quedã autẽ corporibus
hominum. et ſcđm hoc ratio cõdendi et diſtinguẽdi crea
turas corporeas eſt peccatum ſpũalis creature qđ eſt cõ-
tra id qđ geñ. 1° dicitur Vidit deus cuncta que fecerat et
erant valde bona. per qđ datur intelligi ꝙ cauſa .pducẽ-
di creaturas corporales eſt bonitas vt dicit aug. 11° de ci
uitate dei. Et ideo hac opinione reiecta. videndum eſt q̃
liter apoſtolus dubitationẽ ſoluat cum dicit. Abſit Mo-
yſi enim dicit ꝛc. Et circa hoc duo facit. primo ſoluit ob-
iectionem predictam quantum ad dilectionem ſanctoru3
ſcđo quantum ad odium ſeu re.pbationem malorum ibi.
Dicit enim ſcriptura ꝛc. Circa primum duo facit. primo
.pponit auctoritatẽ ſcripture: ex qua .pcedit ſolutio. ſcđo
ex ea concluſionem inducit ibi. Igitur nõ volẽtis ꝛc. In
ducit autem auctoritatem que habetur exo. 33° vbi dixit
dñs moyſi ſcđm litteram noſtram. Miſerebor cui volue
ro et clemẽs ero in quẽ mihi placuero. ſed aplus inducit
eam ſcđm litteram. lxx. dicens. Moyſi enim dixit dñs.
Miſerebor cui miſereor et miſericordiam pſtabo cui mi-
ſerebor. vbi ſcđm ſuperficiem littere oĩa bona noſtra dei
miſericordie aſcribuntur ſcđm illud Eſa. 63° Miſeratio
num dñi recordabor: laudem dñi ſup oĩbus que reddidit
nobis. Et Treñ. 3° Miſericordie domini ꝙ non ſumus
conſumpti. multe enim ſunt miſerationes eius. Exponit
autẽ hec auctoritas in glo. dupliciter. et ſcđm hoc ex au-
ctoritate hac dupliciter ſoluitur queſtio et obiectio. Uno
modo ſic. Miſerebor cui miſereor id eſt illi qui eſt dign⁹
miſericordia. et ad maiorem expreſſionem iterat dicens.
Miſericordiam preſtabo cui miſereor. id eſt cui dignum
iudico miſereri. ſicut et in .pš. dicitur. Miſertus eſt dñs
timentibus ſe. Et ſcđm hoc licet miſericorditer ſua impẽ
dat tamen ab iniuſticia excuſatur. quia dat quibus dan-
dum eſt et quia non dat cui dandum non eſt ſcđm rectitu
dinem ſui iudicij. Sed miſereri cui dignum eſt poteſt in-
telligi dupliciter. Uno modo vt intelligatur aliquis di-
gnus miſericordia. .ppter opera preexiſtentia in hac vita
licet nõ in alia vt poſuit origenes qđ pertinet ad hereſim
pelagianorum qui poſuerunt gratiam dei hominibus ſe-
cundũ merita dari. Sed hoc ſtare non poteſt quia ſicut ſu
pra dictum eſt ipſa etiam bona merita ſunt homini a deo
et ſunt predeſtinationis effectus. Alio modo poteſt intel
ligi vt aliquis dicatur dignus miſericordia. non .ppter a
liqua merita precedentia gratiam ſed .ppter merita ſub-
ſequentia. puta vt dicamus ꝙ deus dat alicui gratiam ꝛ
.ppoſuit eam ab eterno illi ſe daturum quem preſciuit ea
bene fore vſurum. Et ſcđm hoc intelligit glo. ꝙ miſere
tur cui miſerendu3 eſt. Unde dicit. Miſerebor cui miſer
tus ero id eſt illi miſerebor vocando: et gratiã apponẽdo
cui preſcius ero ꝙ miſericordiã daturus eſſe3 ſciens illũ
conuertendum et apud me pmanſurũ. Sed videt ꝙ nec
hoc conuenienter dici poſſit. Manifeſtum eſt eñ ꝙ nihil
poteſt poni vt ratio predeſtinatiõis qđ eſt predeſtinatio-
nis effectus etiam ſi accipiatur .p vt ẽ in dei preſciẽtia. qꝛ
ratõ pdeſtinationis pintelligitur pdeſtinationi. effectus
autem in ipſa includitur. Manifeſtum eſt aũt ꝙ oĩe dei
beneficiũ qđ hoĩni cõfert ad ſalutẽ eſt diuine pdeſtinatio
nis effectus. diuinũ aũt beneficiũ non ſolũ extendit ſe ad
infuſionẽ gr̃e qua homo iuſtificatur ſed etiã ad gr̃e vſum
ſicut etiam in rebus naturalibus non ſolum cauſat ipſas
formas in rebus ſed etiã ipos motus et opationes forma
rum eo ꝙ deus eſt principium oĩs motus cui⁹ opatione
ceſſante a mouendo ex formis nullus motus vel operatio
ſeqtur. Sicut aũt ſe habet habit⁹ gr̃e vł virtutꝫ in aĩa ad
vſu3 ipſius: ſic ſe habet forma naturalis ad ſuã opationẽ
Et ideo dicitur Eſa. 26. Oĩa opera noſtra operatus es ĩ
nobis dñe. Probat autem hoc ſpeciali ratione areſtoti-
les de operibus voluntatis humane. Cum enim homo
habeat potẽtiã ad oppoſita. puta ad ſedẽdũ vł nõ ſedẽdũ
oportet ꝙ reducat in actũ p aliqd aliud. Reducit autem

in actum alterius hoꝝ per conſiliũ ex quo vnũ oppoſitoꝝ
p̄eeligit alteri. Sed cũ iteꝝ hõ habꝫ potētiã cõſiliãdi vł
nõ ꝯſiliandi oportebit eē aliq̄d ꝑ qd̄ reducat̄ in actũ ꝯſilij
Et cum in hoc non ſit ꝓcedere in infinitũ: oportet eſſe ali
quod principium extrinſecũ ſuperius homine qd̄ ipm̄ mo
ueat ad conſiliandum. et hoc non eſt aliud q̄ deus. Sic
igitur ip̄e vſus gratie eſt a deo nec ꝓpter hoc ſupfluit ha
bitus gratie ſicut nec ſupfluũt forme naturales q̄uis deꝰ
in omnibus opetur quia ſicut dicit̄. Sap. 8. Ipſe diſpōit
omnia ſuauiter. q: ſcꝫ per ſuas formas oīa inclinant̄ quaſi
ſpōte in id ad qd̄ ordinantur a deo. Sic igitur nõ poteſt
eſſe ꝙ merita conſequētia gratiam ſint ratio miſerē dī aut
predeſtinandi. ſed ſola dei voluntas ſcd̄m quam miſeri-
corditer aliquos liberat. Manifeſtũ eſt em̄ ꝙ iuſticia di-
ſtributiua locum habet in his que dantur ex debito. pu-
ta ſi aliqui meruerũt mercedem vt plus laborantibus ma
ior merces donetur. non autem habet locuꝫ in his q̄ ſpō-
te et miſericorditer aliq̄s dat. puta ſi aliq̄s duos paupes
in via inueniens et det vni qd̄ poteſt vel diſponit in eli-
moſinā dare: non eſt iniquus ſed miſicors. Similiter ſi
aliquis duobus eque ipm̄ offendētibus vni dimittat of-
fenſam et non alteri: eſt miſicors vni et iuſtus ad alteruꝫ
neutri vero iniquꝰ. Cum em̄ omnes hoīes ꝓpter pecca-
tũ p̄mi parentis dānationi naſcant̄ obnoxij quos dei per
ſuam gratiam liberat. ſola miſicordia liberat et ſic qui-
buſdam eſt miſericors quos liberat. q̄buſdam autē iuſtus
quos nõ liberat. neutris aũt iniquus. Et ideo aplūs que-
ſtionē ſoluit ꝑ auctoritatem q̄ oīa diuine miſicordie aſcri
bit. Sciendũ eſt tamē ꝙ dei miſicordia ſcd̄m tria atten-
ditur. primo q̄dem ſcd̄m predeſtinationem qua ab eterno
ꝓpoſuit aliquos liberare. pſ̄. Miſicordia eiꝰ ab eterno
et ineternum. Scd̄o ſecũdum vocationē et iuſtificationē
q̄bus homines ſaluat ex tēpore. Tit. 3° Secũduꝫ ſuā mi
ſericordiaꝫ ſaluos nos fecit. Tertio magnificando ꝑ glo-
riaꝫ quando liberat ab omni miſeria. pſ̄. Qui coronat te
in miſicordia et miſerationibꝰ. Et ideo miſerebor ſcꝫ vo-
cando et iuſtificando cui miſereor p̄deſtinādo et miſicor
diam preſtabo: finaliter glorificādo eum cui miſeror vocā
do et iuſtificando. Et hic ſenſus magis cõcordat cum no
ſtra lr̄a que dicit Miſereor cui voluero et clemēs ero cui
mihi placet. Ubi manifeſte nõ meritis ſed ſoli diuine vo-
luntati aſcribitur diuina miſicordia. ¶ Deinde cum di-
cit. Igitur non volentis ꝛc̄. concludit ꝓpoſitum ex pre-
miſſa auctoritate. Et poteſt hec concluſio multiplr̄ intel-
ligi. Uno modo ſic. Igitur ip̄a ſalus hoīs non eſt volētis
neqꝫ currentis id eſt nõ debetur alicui ꝑ aliquā eius vo-
luntatem vel exteriorem opationem: que dicitur curſus
ſm̄ illud. 1. cori. 9. Sic currite vt cõprehendatis. Sed ē
miſerentis dei. i. ꝓcedit ex ſola dei miſicordia. vt maxie
ſeq̄tur ex auctoritate inducta. deutro. 9. Ne dicas in cor-
de tuo. propter iuſticiam meā introduxit me dñs vt ter-
ram hanc poſſiderē. Poteſt autem ⁊ aliter intelligi vt ſit
ſenſus. Omnia ꝓcedunt ex dei miſicordia. Igitur non
eſt volentis ſcꝫ velle neqꝫ currentis ſcꝫ currere. ſed vtrũ-
qꝫ eſt miſerentis dei. ſcd̄m illud. 1. cori. 15. Non autē ego
ſed gr̄a dei mecum. Et Jo. 15. Sine me nihil poteſtis fa
cere. Sed ſi hoc ſolum in hoc verbo intellexiſſet aplūs cũ
etiaꝫ gr̄a ſine libero arbitrio hoīs nõ velit neqꝫ currat. po
tuiſſet ecõuerſo dicere. non eſt miſerentis dei ſed volent̄
et currentis qd̄ aures pie non ferunt. Unde plꝰ aliquid
eſt ex his verbis intelligendũ. vt ſcꝫ principalitas gratie
dei attribuatur. Semper eniꝫ actio magis attribuit̄ prin
cipali agenti q̄ ſcd̄ario. puta ſi dicamus ꝙ ſecuris nõ fa-
cit arcam ſed artifex ꝑ ſecurim. voluntas aũt hoīs moue
tur a deo ad bonum. Unde ſupra. 8. dictum eſt. Qui ſpi
ritu dei aguntur hij ſunt filij dei. Et ideo hoīs operatio
interior non eſt homini principalr̄ ſed deo attribuenda.
phil. 2. Deus eſt qui operatur in vobis velle et perficere
ꝓ bona volũtate. Sed ſi nõ eſt volentis velle neqꝫ currē
tis currerere ſed dei mouentis ad hoc hominem. videtur
ꝙ homo nõ ſit dñs ſui actus qd̄ pertinet ad libertatē arbi
trij. Et ideo dicendũ eſt ꝙ deus omnia mouet ſed diuerſi
mode in q̄tum ſcꝫ vnũquodqꝫ mouetur ab eo ſm̄ moduꝫ
nature ſue. Et ſic homo mouetur a deo ad volendũ et cur
rendum ꝑ modum libere volũtatis. Sic ergo velle ⁊ cur
rere eſt hoīs vt libere. non aũt eſt hoīs vt principalit̄ mo
uentis ſed dei. ¶ Deinde cũ dicit. Dicit em̄ ſcriptura ꝛc̄
ſoluit queſtionem premiſſam q̄tum ad reꝓbationem ma
loꝝ. Et primo inducit auctoritatē. ſcd̄o infert cõcluſionē
ibi: Ergo cui vult miſeretur ꝛc̄. Dicit ergo Ita oſten-
ſum eſt ꝙ non eſt iniq̄tas apud deum q̄tum ad hoc ꝙ ab
eterno reꝓbat malos. Dicit em̄ ſcriptura ex ore dei. exo.
9. Quia in hoc ip̄m excitaui te vel ſeruaui te ſm̄ aliā lr̄aꝫ
vt oſtendam in te virtutem meā vt annũcietur nomē me-
um in vniuerſa terra. Nr̄a autē lr̄a ſic habet. Et idcirco
poſui te vt oſtendam in te fortitudinē meam vt enarret̄
nomē meum in omni terra. Ubi primo conſiderandũ eſt
quid deus circa reꝓbos faciat. qd̄ oſtēdit dicēs. In hoc
ipſum ſuaui te id eſt dignus eras mori ꝓpter mala q̄ fe-
ceras. ſ̄. primo. Qui talia agunt digni ſunt morte. Sed
tamen non ſtatim tibi mortē induxi. ſed ſeruaui te in vi-
ta eo fine quo ſequitur. vt ſcꝫ oſtendam ꝛc. Et in hoc etiā
ſenſu poteſt legi qd̄ dicitur. Excitaui te id eſt cũ apud me
ꝓ tuis meritis mortuus eſtes cõceſſi tibi vitaꝫ quaſi te ex
citarem. In quo apparet ꝙ deus iniq̄tatē reꝓbis nõ fa-
cit cum ipſi ex ſuis meritis eſſent digni ſtatim cõſumi. ſꝫ
hoc ip̄m ꝙ eos ſeruat in vita ꝓcedit ex nimia ſua bonita
te. Jere. 10. Corripe me dñe: verũtamē in iudicio. et nõ
in furore tuo. ne forte ad nihilum redigas me. Alio mo-
do poteſt intelligi. excitaui te in pctm̄ vt deterior fias.
Qd̄ quidem non eſt intelligendum hoc modo ꝙ deus ī
homine cauſet malitiaꝫ. ſed eſt intelligendum ꝑmiſſiue.
quia ſcꝫ ex iuſto ſuo iudicio ꝑmittit aliquos ruere in pec-
catum ꝓpter precedentes iniquitates. ſicut ſupra primo
dictum eſt. Tradidit eos deus in reꝓbum ſenſum. Sed
aliquid amplius videtur mihi in hoc eſſe intelligendum
quia videlicet inſtinctu quodā interiori mouētur hoīes
a deo ad bonuꝫ et ad malum. Unde aug. dicit in libro de
gr̄a et libero arbitrio ꝙ deus opatur in cordibus hoīm
ad inclinandas eorum volũtates quocũqꝫ voluerit. ſiue
ad bona ꝓ ſua miſericordia: ſiue ad mala ꝓ meritis eorũ
Unde et deꝰ dicitur ſepiꝰ ſuſcitare aliquos ad bonũ ſm̄
illud dañ. 13° Suſcitauit deus ſpūm pueri iunioris. Di-
citur etiam ſuſcitare aliq̄s ad malum faciendũ. ſm̄ illud
Eſa. 13. Suſcitabo medos qui ſagittis ꝑuulos īterficiāt
aliter tamen ad bona. aliter ad mala. Nam ad bona incli
nat hoīm volũtates directe ⁊ ꝑ ſe: tanq̄ actor bonoꝝ. ad
malũ autem dicitur inclinare vel ſuſcitare hoīes occaſio-
naliter. in q̄tum ſcꝫ deus hoī aliq̄d ꝓponit vel interius
vel exterius qd̄ q̄tũ eſt de ſe ē inductiuũ ad bonum ſꝫ hõ
ꝓpter ſuam malitiam ꝑuerſe vtit̄ ad malum. ſupra ſcd̄o.
Ignoras q̄m benignitas dei ad penitētiā te adducit ſcd̄ꝫ
autē duriciam tuā et cor impenitens theſaurizas tibi irā
in die ire. Et iob. 24° Dedit ei deus locum penitentie
et ille abutitur eo in ſuperbia. Et ſimiliter deus quantũ
eſt de ſe interius inſtigat hominem ad bonum puta regē
ad defendendũ iura regni ſui vel ad puniendũ rebelles.
Sed hoc inſtinctu bono malus homo abutit̄ ſcd̄m mali-
ciam cordis ſui. Et hoc patet. eſa. 10. vbi dicitur de aſſur
Ad gentē fallacē mittam eũ contra populuꝫ furoris mei
mandabo illi vt auferat ſpolia ꝛc̄. Et poſt. Ip̄e autē non
ſic arbitrabit̄ et cor eius non ita eſtimabit. ſed ad cõteren

dum̄ erit cor eius. Et hoc modo circa pharaonem accidit
qui cum a deo excitaretur ad regni ſui tutelam abuſus ē
hac excitatione in crudelitatem. ¶ 2° oportet ꝯſiderare
quo fine deus iſta partim faciat et ꝑtim ꝑmittat. Eſt eñ
conſiderandũ ꝙ deus opatur in creaturis ad ſuam mani-
feſtationeʒ ſcḋm illud ſupra primo. Inuiſibilia dei per ea
que facta ſunt intellecta ꝯſpiciunt. Unde ⁊ huiuſmodi
excitatio in hocipſum ordinatur et quantũ ad pn̄tes vt o-
ſtendã in te virtutē meã. exo. 14. Uiderũt filij iſrael ma-
nũ magnã quã exercuerat dn̄s cōtra egyptios. Et q̄tuʒ
ad abſentes vt ãnuncietur nomen meũ in vniuerſa terra.
pſ. Annũciate inter gentes gloriaʒ eius. Sic igitur patʒ
ꝙ quantũ ad hoc non eſt iniq̄tas apud deuʒ qꝛ vtitur cre
atura ſua ſcḋm eius merita ad gloriam ſuã. Et in hoc eo-
dem ſenſu poteſt exponi ſi dicatur. Poſui te id eſt ordi-
naui malitiã tuam ad gloriam meam. deus eñ malitiam
ordinat ſed nō cauſat. ¶ Deinde cuʒ dicit Ergo cui vult
miſeretur ⁊c. Infert concluſionem quãdam ex vtraq; au
ctoritate ſupra inducta. Nam ex eo ꝙ dictum eſt miſere-
bor cui miſereor concludit. Ergo cui vult miſeretur. pſ.
Miſertus eſt dn̄s timētibus ſe. Ex eo vero qḋ dictũ ē. In
hocipſm̄ excitaui te concludit. Et quē vult indurat. Eſa.
63. Induraſti cor noſtrum ne timeremus te. Ecc. 33. Ex
ipſis benedixit et exaltauit. et ex ipſis maledixit et humi-
liauit. Et q̄dem. qḋ dicitur de dei miſcḋia dubitatio-
neʒ non habet. ſuppoſitis his que premiſſa ſunt. Sed cir
ca indurationeʒ videtur eſſe duplex dubitatio. Primo q̄
dem qꝛ duritia cordis ad culpam ꝑtinere videtur. ſcḋm il
lud Ecc. 3° Cor duruʒ male habebit in nouiſſimo. Si er
go deus indurat. ſequitur ꝙ ſit actor culpe. Cōtra qḋ di
citur. Ja. 1° Deus intemptator maloꝝ ē. Ad qḋ dicēdũ
ꝙ deus non dicitur indurare aliquos directe quaſi in eis
cauſet malitiã. ſed indirecte. inquantũ ſcʒ ex his q̄ facit
in hoīe intus vel extra homo ſumit occaſionem peccati. ⁊
hoc ipſe deus ꝑmittit. Unde non dicitur indurare q̄ſi i-
mittendo malitiaʒ ſed non apponendo gratiã. Scḋa du
bitatio eſt quia ipſa obduratio nō videtur diuine volun-
tati poſſe aſcribi cũ ſcriptum ſit. 1. Theſ. 4. Hec eſt vo-
luntas dei ſanctificatio veſtra Et. 1. thi. 2. Qui vult oēs
homines ſaluos fieri. Ad qḋ dicendum eſt: ꝙ tam miſeri
cordia q̄ iuſticia diſpoſitionem voluntatis importãt. Un̄
ſicut miſeratio attribuitur diuine voluntati: ita et id qḋ ē
iuſticie. Sic ergo intelligendũ eſt cui vult miſeretur: ſci
licet per ſuam miſericordiam et queʒ vult indurat ꝑ ſuã
iuſticiam. qꝛ illi quos indurat hoc merentur vt indurent
ab ipſo. vt ſupra primo capitulo dictum eſt.

## Lectio quarta.

**Dicis itaq; mihi. Quid adhuc que-
ritur. Voluntati enim eius quis re
ſiſtit? O homo tu quis es: qui reſpō
deas deo. Nunquid dicit figmentum ei qui
ſe finxit quid me feciſti ſic? An nō habet po
teſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere
aliud quidem vas in honorem. aliud vero ī
contumeliam Q; ſi deus volens oſtendere
iram et notam facere potentiam ſuam: ſuſti
nuit in multa patientia vaſa ire apta in inte
rituʒ vt oſtenderet diuitias glorie ſue in va-
ſa miſericordie q̄ preparauit in gloriam.**

Poſita ſolutione premiſſe queſtionis: hic apoſtolus con
tra ipſaʒ ſolutionē obicijt et precipue contra vltimã con-
cluſionem qua dictum eſt. Cuius vult miſeret: et quem
vult indurat. primo ergo ponit obiectionem. ſcḋo ſolutio
nem ibi. O homo tu quis es ⁊c. Dicit ergo primo. dictũ
eſt ꝙ deus cuius vult miſeretur et quē vult indurat. Di
cis itaq; mihi. Quid adhuc queritur id eſt quid oportet
vlterius querere de cauſa bonorũ et maloꝝ que hic agũ-
tur. cum omnia voluntati diuine attribuantur q̄ eſt cauſa
ſufficiēs. eo ꝙ nullus poteſt ei reſiſtere. Unde ſequitur.
Uoluntati eius quis reſiſtet? Ecc. 1. Propoſui in animo
meo querere et inueſtigare ſapienter de oībus que fiunt
ſub ſole. Uel aliter. Quid adhuc queritur. id eſt cōque-
ritur deus de hoībus quãdo peccãt. ſicut. Eſa. 1° Filios
enutriui et exaltaui. ⁊c. Ideo autē videtur iuſtã querimo
niam non habere quia ex voluntate eius totũ ꝓcedit. cui
nullus poteſt reſiſtere Un̄ ſubdit. Uolũtati eius quis re-
ſiſtet? Uel aliter. Quid adhuc queritur ſcʒ ab homine vt
faciat bonum vel malum. Mich. 6° Indicabo tibi o ho-
mo quid ſit bonum et quid deus requirat a te ⁊c. Fruſtra
autem requirit ab aliquo qḋ nō eſt in eius poteſtate. Ni-
hil autem in hoīs poteſtate eſſe videtur ſcḋm predicta q̄
bus omnia diuine voluntari videtur aſcribi. cui reſiſti nō
poteſt. Sequitur. Uoluntati eñ eius quis reſiſtet? Qua
ſi diceret Nullus. Heſter. 13° Non eſt q̄ tue poſſit reſiſte
re volũtati. Et hec videt eſſe intētio apl̄i. ¶ Deinđ cũ di
cit. O homo tu quis es ⁊c. rn̄det tacite queſtioni. Ad
cuius reſponſionis intellectum cōſiderandũ eſt: ꝙ circa
electionē bonoꝝ et reꝓbationem maloꝝ duplex queſtio
poteſt moueri. Una quideʒ in generali quare deus velit
quoſdam indurare et quorũdaʒ miſereri. Alia vero in ſpe
ciali quare velit huius miſereri et hunc vel illũ indura-
re. Et poteſt quidem ratio huius queſtionis aſſignari. ſe-
cũde aũt queſtionis non poteſt aſſignari ratio niſi ſimplex
dei voluntas. cuius exemplũ patet in rebus hũanis. Si
enim aliquis edificare volens haberet multos lapides ſi
miles et eq̄les cōgregatos poſſet ratio aſſignari quare q̄ſ
dam ponat in ſummo et quoſdã in ymo ex parte finis. qꝛ
ad ꝑfectionem domus quam facere intendit req̄ritur ⁊ fũ
damentum qḋ habet lapides in ymo. et cacumen parie-
tis qḋ habet lapides in ſummo. Sed quare ponat hos
lapides in ſummo et hos in ymo non habet aliquam ra-
tionem niſi qꝛ artifex voluit. Primo igitur aplus rn̄det
dubitationi q̄tum ad queſtionem ſcḋam quare ſcʒ qua-
re huius hoīs miſereat ⁊ illũ induret. ſcḋo quãtũ ad que
ſtionem primam. quare ſcʒ q̄buſdam miſereatur et quoſ-
dam induret ibi. Qḋ ſi volēs deus ⁊c. Circa primũ tria
facit. prīo arguit preſumptionē q̄rētis. ſcḋo īducit aucto
ritatem que queſtionem ſoluit ibi. Nũquid dicit figmen-
tum ⁊c. tertio exponit auctoritatem ibi. An nō habet po
teſtatem ⁊c. Dicit ergo primo. O homo qui es fragilis ⁊
ignorãs tu quis es reſpōdes deo vnde ſufficis ad reſpon-
dendum ei ſi voluerit tecũ iudicio cōtendere. Job 9° Si
voluerit cōtendere iudicio cum illo non poterit ei reſpon
dere vnum ꝓ mille. Et ſicut dicitur Job. 39 Qui arguit
deuʒ debet et rn̄dere In quo datur intellgi ꝙ homo non
debet ſcrutari rationem diuinoꝝ iudicioꝝ cum intentio-
ne apprehendēdi eo ꝙ excedant rationeʒ humanã. Ecc.
3° Altiora te ne queſieris. Prouer. 25° Perſcrutator ma
ieſtatis opprimetur a gloria. ¶ Deinde cum dicit. Nũ-
quid dicit figmentũ ⁊c. inducit auctoritatē: que habetur
Eſa. 45. Nunq̄d dicit lutũ figulo ſuo. Quid facis ⁊ opꝰ
tuum ſine manibus. Ubi conſiderandũ eſt ꝙ ſi aliq̄s arti
fex ex materia vili faciat vas pulchrum et nobilibus acti-
bꝰ acomodatũ totũ aſcribit boītati artificij. puta ſi ex luto
faciat ſcutellas ⁊ vrceos ad nobilē mēſaʒ decētes Si vo
ex vili materia puta ex luto faciat vas accomodatũ vilibꝰ
vſibꝰ puta coq̄ne vł huiꝰmodi officijs nō poſſet vas conq̄
ri ſi rationē haberet poſſet eñ conq̄ri ſi ex materia ꝑcioſã

p̄lacet artificis opationi puta ex auro ⁊ lapidibus p̄cioſis
faceret vas ad vilia officia deputatū. Humana autē natura
vilitatem habet ex ſua materia q₂ vt dicitur geñ. 2° Fe-
cit deus hoīem de limo terre: ſ₃ maiorē vilitatem habet
ex corruptiōe pctī q̄ p̱ vnū hominē in hūc mūdū intrauit.
Et ideo hō luto merito cōparatur. Job 30. Cōparat⁹ ſu₃
luto et aſſimilatus ſum fauille et cineri. Unde quicquid
boni habet homo debet bonitati diuine q̄ſi pitie figuli aſ
ſcribere. Yſa. 64. Nūc dñe pater noſter es tu: nos vero
lutum et fictor noſter tu ⁊ opus manuū tuarum oēs nos.
Si vero deus hoīem ad meliora ꝓmoueat ſed in ſua in-
firmitate eum dimittens deputat eum ad infimū vſu₃ nul
lam ei facit iniuriam vt poſſit iuſte de deo cōqueri. ¶ De
inde cū dicit. An non habet poteſtatem ⁊c̄. Exponit apo
ſtolus verba ꝓphe. Quaſi dicat. Hoc eſt dictū Figmen-
tum id eſt vas fictile non poſſet dicere fictori quid me fe-
ciſti ſic. quia figulus libera₃ poteſtatem habet ex materia
luti opus facere q̄ðcūq₃ ſibi placuerit. Unð dicit. An nō
habet poteſtatem ſc₃ liberam figulus luti qui ſc₃ opatur ī
vili materia: ex eade₃ maſſa ſc₃ vilis materie facere abſq₃
alicuius iniuria aliud quidem vas in honorē id eſt in ho
norabiles vſus. aliud vero in cōtumeliā id eſt in vſus vi
liores. 2. thi. 2. In magna eñi domo nō ſolum ſunt vaſa
aurea et argentea: ſed etiam lignea et fictilia. et quedam
quidem in honorem quedā autē in contumeliam. Et simi
liter deus liberam poteſtatem habet facere ex eadem cor
rupta materia humani generis ſicut ex quodam luto nul
li faciendo iniuriam quoſdam hoīes preparatos in glori-
am: quoſdam autē in miſeria derelictos. Jere. 18. Sicut
lutum in manu figuli. ita in manu mea vos domus iſrael
¶ Deinde cum dicit. Q ſi volēs deus ⁊c̄ ſoluit primam
queſtionem ſc₃ quare deus velit quibuſdā miſereri et q̄ſ-
dam in miſeria derelinquere. ſiue quoſdā eligere ⁊ q̄ſdā
reꝓbare. Circa qð conſiderandu₃ eſt q̄ finis omniū diui
norum operū eſt manifeſtatio diuine bonitatis ꝓuer. 16.
Uniuerſa ꝓpter ſemetipm̄ opatus eſt dñs. Uñ ſupra p̄-
mo dictum eſt q̄ inuiſibilia dei p̱ ea que facta ſunt intel-
lecta cōſpiciuntur. Tanta eſt aūt diuine bonitatis excel-
lentia q̄ nō poteſt vno modo nec ī vna creatura ſufficien-
ter manifeſtari. Et ideo diuerſas creaturas cōdidit in qui
bus diuerſimode manifeſtatur. Precipue autē in creatu-
ris rationalibus in quibus eius iuſticia manifeſtatur q̄n-
tum ad illos quos ꝓ eorū meritis punit. miſericordia vero
in illis quos ex ſua gratia liberat. Et ideo vt vtrumq₃ in
hoībus manifeſtaret: quoſda₃ miſericorditer liberauit ſed
non oēs. primo ergo ponit rationē reꝓbationis malorū.
ſcðo ponit rationē electionis bonorū ibi. Ut oſtenderet
diuitias ⁊c̄ Eſt aūt ī vtriſq₃ triplex differētia attēdenda.
prima q̄dem ſcðm finem. ſcða ſm vſum. tertia ſcðm diui-
num actum. Finis autem reꝓbationis vel obdurationis
malorum eſt manifeſtatio diuine iuſticie et virtutis. Et
quantum ad hoc dicit. q̄ id ē ſed ſi deus volens oſtende
re iram ſuam id eſt iuſticiam vindicatiuā. Non eñi dicit
ira in deo ſcðm affectus cōmotionē. ſed ſecundū effectus
vindicte. ſupra primo Reuelatur ira dei ⁊c̄. Addit autē
Et notam facere potentiam ſua₃. quia deus cōtra malos
non ſolum vtit ira id eſt vindicta puniendo eos ſibi ſub-
iectos ſed etiam ſua potentia ſubijciendo ſibi. Phil. 3°
Secundum operationem qua poteſt etiam ſibi ſubijcere
omnia. exo. 14. Viderūt egiptios mortuos ſup̱ litus ma-
ris et manum magnam qua₃ exercuerat dñs contra eos.
Uſus autem maloꝝ ad quē vtitur eis deus eſt ira id ē pe
na. Et ideo vocat eos vaſa ire id eſt iuſticie inſtrumēta.
quibus deus vtit ad oſtendendā iram id eſt iuſticiā vin-
dicatiua₃. Ephe. 2. Eramus natura filij ire. Actus vero
que₃ deus erga eos exercet nō eſt q̄ diſponat eos ad ma
lum quia ipſi de ſe habent diſpoſitionem ad malum ex
corruptione primi peccati. Unde dicit. Vaſa apta in inte
ritum id eſt in ſe habentia aptitudinē ad eterna₃ damna
tionem. Geñ. 6. Videns deus q̄ multa malitia hominū
eſſet in terra. et cuncta cogitatio humani cordis intenta
eſſet ad malum omni tempore. Hoc autem ſolū deus cir
ca eos agit q̄ eos ꝑmittit agere que cōcupiſcunt. Uñ ſi-
gnanter dicit. Suſtinuit. Et hoc eius patientiā demon-
ſtrat q̄ non ſtatim vindicta₃ infert. Unde addit. In mul
ta patientia. Ecc. 5° Altiſſimus eſt patiēs redditor. De-
inde ex parte bonorum ſimiliter tria ponit. Primo q̄dem
finem cū dicit. Ut oſtenderet diuitias glīe ſue. Finis eñi
electionis et miſerationis bonorum eſt vt manifeſtaret in
eis abundantiam bonitatis ſue reuocando eos a malo. et
ad iuſticiam eos trahendo et finaliter eos p̱ducere in glo
riam. Et hoc eſt qð dicit. Ut oſtenderet diuitias glorie
ſue. de quib⁹ diuitijs ſupra. 2° An diuitias bonitatis ei⁹
contemnis? Ephe. 2. Deus aūt qui diues eſt in miſericor-
dia. Signanter autem dicit. Ut oñderet diuitias glorie
ſue quia ipſa condēnatio et reꝓbatio malorū que eſt ſm
dei iuſticia₃ manifeſtat et cōmendat ſanctoꝝ gloriam qui
ab ipſa tali miſeria liberant. Scðo deſcribit vſu₃ eoꝝ cū
dicit. In vaſa miſericordie. Noiat aūt bonos vaſa miſericor
die q₂ vtitur eis deus quaſi inſtrumētis ad ſuam miſericor
diam manifeſtandā. Ecc. 44. Iſti ſunt viri miſericordie.
Tertio ponit actū quem circa eos deus exercet. Nō eñi
deus eos ſolum ſuſtinet q̄ſi de ſe aptos exiſtētes ad bonū
ſed eos p̄parat et diſponit vocando ad gloriam. Uñ di-
cit. Que prep̱auit in gloriā. pſ. Preparās mōtes in vir
tute tua Eſt autē conſtructio defectiua et ſuſpenſiua vſq₃
hic. vt ſit ſenſus. Si deus volens hoc facere q̄buſda₃ mi-
ſeretur et quoſdam indurat quid contra hoc iuſte poterit
dici? Quaſi dicat. Nihil. Non enim ſic quos vult indu-
rat vt eos peccare cōpellat ſed ſuſtinet eos vt ſm ſuam in
clinationem tendant in malum.

## Lectio quinta.

QVos et vocauit non ſolum ex iude-
is ſed etiam ex gētibus ſic̄ in oſee di
cit Vocabo nō plebem meā: plebe₃
meam. et non dilectam. dilectam. et nō miſe
ricordiam cōſecutam: miſericordiā cōſecuta₃
Et erit in loco vbi dictu₃ eſt eis: non plebs
mea vos. ibi vocabuntur filij dei viui. Eſa-
ias aūt clamat ꝓ iſrael Si fuerit numer⁹ fi-
liorum iſrael tan q̄ arena maris reliquie ſal
ue fient. Verbū eñi cōſumans et abbreuiās
in equitate. quia verbum breuiatum faciet
dñs ſup̱ terram. Et ſicut predixerat eſaias
niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen. ſi-
cut ſodoma facti eſſemus: et ſicut gomorra ſi
miles fuiſſemus Quid ergo dicemus? Q
gentes q̄ non ſectabantur iuſticiā apprehēde
runt iuſticiam: iuſticiam aūt q̄ ex fide eſt: iſ-
rael vero ſectando legē iuſticie in legē iuſti-
cie non peruenit Quare? Quia non ex fide
ſ₃ quaſi ex opibus Offenderūt eñi in lapidē
offenſionis: ſicut ſcriptū eſt Ecce pono in ſy
on lapidem offenſionis et petrā ſcandali: et
omnis qui credit in eū non cōfundetur.

Poſtq̃ apoſtolus oſtēdit q̄ dei gratia datur hominib⁹
ex diuina electione per quā hoīes ad gratiam vocantur
hic oſtendit q̄ predicta electio ſiue vocatio nō ſolum p=
tinet acd iudeos vt ipi poterāt gloriari ꝓpter hoc qđ di=
citur deu.4. Dilexit pr̄es tuos. Sed etiam ad gentes.
⁊ primo ꝓponit qđ intendit. ſcđo ꝓbat ꝓpoſitū ibi. Sic
ī oſee dicit ⁊c. Tertio ex dictis īfert cōcluſionē ibi. Quid
ergo dicem⁹ ⁊c. Dicit ḡ prīo. dictū ē q̄ ſctōs p̄parauit
in gliaz. q̄s et vocauit ſcꝫ p̄ gr̄az ſuā non ſolū ex iudeis ſꝫ
etiā ex gentib⁹. ſ.3° An iudeoꝝ de⁹ tm̄? Nōne ⁊ gētiū.
Sopho.2° Adorabunt eum viri de loco ſuo oēs inſule
gentiū. ¶ Deinde cū dicit. Sicut in oſee dicit ⁊c. probat
ꝓpoſitū et primo quantū ad gentiles. ſcđo q̄tum ad iude
os ibi. Yſa. aūt clamat ⁊c. Circa primū ponit duas aucto
ritates oſee loquētes ꝓ gentib⁹ quaꝝ prima ꝓmittit eis
dona dei. ſcđa ipām diuinā filiationē ibi. Et erit in loco
⁊c. Dicit ergo p̄mo. Sicut dn̄s dicit in oſee q2 ip̄e erat q̄
loq̄batur in ꝓphetis. 2.reg.23. Sp̄us dn̄i locutus eſt p̄
me et ſmo eius per linguā meā. Unde et oſee p̄mo dicit.
Principiū loquēdi dn̄o in oſee. Eſt aūt cōſiderādū q̄ a
tribus bonis q̄ in iudeis eminebāt gentiles erant alieni.
quoꝝ primū erat diuinus cultus rōe cuius dicebātur po=
p̄lus dei q̄ſi ei ſeruientes ⁊ eius p̄ceptis obediētes. Un̄
in pſ̄. dicit. Nos autem pop̄lus eius et oues paſcue eius
Sed ab huius pop̄li ſocietate gentiles erāt alieni ſcđm il
lud ephe.2° Alienati a cōuerſatione iſrael ⁊ hoſpites te
ſtamētoꝝ. Sed p̄ xp̄z facti ſunt pop̄lus dei. Tit.2° De=
dit ſemetip̄m ꝓ nobis vt emūdaret ſibi pop̄lm acceptabi
lem. Et hoc eſt qđ dicit. Uocabo nō plebē meā id eſt gē=
tilitatem q̄ nō erat plebs mea. plebē meā id eſt ad hoc vt
ſit plebs mea. Scđz eſt p̄uilegiū diuine dilectiōis. Oſee
3° Diligit dn̄s filios iſrael in eo ſcꝫ q̄ eis mīta beneficia
inducētia ad ſpecialem gr̄am p̄ſtabat. a qua q̄dem dilecti
one gētiles olim erant excluſi. Ephe.4 Alienati a veri=
tate dei ꝓpter ignorātiam que eſt in illis. Et ideo dicit.
Et non dilectam meam ſcꝫ gentilitatēz vocabo dilectam
meam. Ephe.2. Uos q̄ aliquādo eratis longe facti eſtis
ꝓpe in ſanguine xp̄i. ſupra.5. Cū inimici eſſemus recō=
ciliati ſumus deo in morte filij eius. Tertiū eſt libertas a
peccato originali q̄ iudeis in circūciſione cōferebat. yſa.
14. Miſerebitur dn̄s Jacob. Sed huius miſeratiōis gē
tiles nō erāt p̄ticipes. Eze.16 Quādo natus es in die or
tus tui nō eſt preciſus vmbilicus tuus. Et infra Nō pe=
percit ſup̄ te oculus meus vt facerem vnū de his miſertus
ſuꝫ tui. Sꝫ poſtea p̄ xp̄m ſunt miſericordiā cōſecuti. Ideo
ſeq̄tur Et nō miſericordiā conſecutā miſericordiā cōſecutā.
Tit.3° Scđuꝫ ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Hec autē
auctoritas habet oſee 2. ſcđꝫ. lxx. loco cuius littera nr̄a
habet. Miſerebor eius q̄ fuit abſq̄ miſericordia. ⁊ dicā nō
pop̄lo meo pop̄lus meus es tu. ¶ Deinde cū dicit. Et e=
rit in loco ⁊c. inducit aliam auctoritatem q̄ habet oſee.1.
In qua eis re ꝓmittitur dignitas filioꝝ dei de q̄ iudei glo
riabantur ꝓpter id quod dicitur yſa.1. Filios enutriui et
exaltaui ipi autem ſpreuerūt me. Et deu.33° Nōne ip̄e ē
pater tuus? Gentiles aūt non ſolum dicebant filij quod
p̄tinet ad eos qui ex amore deo ſeruiunt et ſp̄u dei agunt
vt. ſ. 8 dictū eſt. ſed nec etiaꝫ digni erāt vt populi dei di=
cerentur quod p̄tinere poterat etiam ad eos q̄ ſpiritū ſer=
uitutis acceperāt in timore Unde dicit. Et erit in loco. i.
in iudea vbi dictum eſt eis. ſcꝫ gentilibus a iudeis quaſi
ex perſona dei loquētibus. Non plebs mea vos. q2 non
reputabant eos populū dei ibi id eſt etiam apud iudeos
credētes vocabuntur filij dei Uel in loco id eſt toto mū=
do in quo cōuertentur ſicut ꝓſeliti quos iudei faciebant
qui ſuis locis derelictis in iudeam p̄gebant. hoc aūt nō
ita futurū eſſe in his qui ad xp̄m cōuertendi erāt oſ̄ditur
Sopho.2. Adorabunt euꝫ viri de loco ſuo. Unicuiq̄ er
go in loco ſuo habitanti vbi dictum eſt eis olim ex diuina
ſentētia non plebs mea vos. ibi vocabuntur filij dei p̄ di=
uinaꝫ adoptionē. Jo.1. Dedit eis poteſtatem filios dei fi=
eri his qui credunt in nomine eius. ¶ Deinde cum dicit
Eſa. autēz clamat ⁊c. probat ꝓpoſitum q̄tum ad iudeos
p̄ auctoritatem yſa. Et ponit duas auctoritates. quarum
prima videtur pertinere ad omnes credentes ex iudeis.
ſcđa ſpecialiter ad ap̄los ibi. Et ſicut predixit ⁊c. Dicit
ergo primo. dictum eſt p̄ oſee pro gētilibus yſaias autēz
clamat id eſt apte loquitur ꝓ cōuerſione iſrael. 58. Cla=
ma ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam. In hac autēz
prima auctoritate primo ponit paucitatē cōuerſoꝝ dicēs
Si fuerit numerus filioꝝ iſrael quaſi arena maris id ē in=
numerabiles pre multitudine gentium. Geñ.22. Multi
plicabo ſemē tuū velut arenā maris ⁊c. 3.reg.4. Juda ⁊
iſrael innumerabiles q̄ſi arena maris. Reliquie ſalue fi=
ent id eſt non omnes nec maior pars ſed aliq̄ pauci q̄ re=
linquūtur ex excidio alioꝝ. Michee.7. Factus ſuꝫ ſicut
qui colligit in autūno racemos vindemie Infra.11. Reli
quie ſcđm electionē gratie ſalue facte ſunt. ſcđo ibi. Uer=
bum enim cōſumans ⁊c. aſſignat cauſam ſalutis ⁊ primo
ponit efficatiam euāgelici verbi dicēs. Uerbum enim cō
ſūmans et abbreuians in eq̄tate. Ubi notatur duplex effi
catia euangelici verbi. prima eſt q2 eſt cōſūmans id eſt p̄=
ficiens. vt enim dicitur hebre.7. Nihil ad p̄fectuꝫ addu=
xit lex. Dn̄s autē dicit ma.5. Nō veni ſoluere legem ſed
adimplere. tum q2 figuris legis veritatē adhibuit. tū q̄a
precepta legis moralia debito modo expoſuit et occaſio=
nes trāſgrediendi abſtulit et etiam eis conſilia p̄fectiōis
adiunxit. Unde et iuueni diuiti ma.19. qui omnia māda
ta legis ſeruauerat dixit Unū tibi deeſt. ſi vis p̄fectus eſſe
vade et vende omnia q̄ habes ⁊c. Et ꝓpter hoc diſcipu=
lis ſuis dicebat ma.5. Eſtote perfecti ſicut ⁊ pater veſter
celeſtis p̄fectus eſt. Scđa efficatia eſt abbreuiandi et hec
cōuenienter prime adiungitur. quia q̄to aliqđ verbū eſt
magis p̄fectum. tanto eſt altius et p̄ conſequens magis
ſimplex et breue. Eſt autem verbum euangelij abbreui=
ans verba legis quia omnia ſacrificia figuralia legis in
vno vero ſacrificio comp̄hendit. quo xp̄s obtulit ſeipſum
ꝓ nobis hoſtiam. vt dicit ephe.5. Omnia vero precepta
legis moralia in duobus preceptis caritatis concludit.
Ma.22. In his duobus mādatis vniuerſa lex pendet et
ꝓphe. Unde dicit. Abbreuiās in eq̄tate. Uel quia nihil
eſt pretermiſſū de mltitudine figurarū et p̄ceptoꝝ legis
quin ſub breuiate euangelij cōprehēderet. Uel quia nihil
ipſoꝝ remanet obſeruandum qđ eſt equum ſm dictamen
rationis naturalis. pſ̄. Oīa mādata tua eq̄tas. ſubaudiē
dum eſt aūt erit. vt ſit ſenſus verbuꝫ euangelij erit abbre
uiās et cōſumans in eq̄tate. Scđo cū dicit. Quia verbū
⁊c. aſſignat rationem p̄dicte efficatie dicens: Quia dn̄s
ſuper terram exiſtens id eſt in terris tanq̄ homo inhabi=
tans. ſcđm illud bar.3. Poſt hec in terris viſus eſt ⁊c.
Faciet verbum breuiatum. Perfectius enim debet eſſe
verbū et maioris virtutis q̄ ip̄e dn̄s deus carnem indu=
tus loquutus eſt p̄ ſemetip̄m q̄ verba que loquutus eſt
per ꝓphas. ſm illđ heb.1. Multipparie multiſq̄ modis
olim deus loquēs patribus in ꝓphis ⁊c. Uel aliter. q̄a
dn̄s ſcꝫ deus pater faciet ſup̄ terram verbū breuiatū id ē
incarnatum q2 filius dei exinaniuit ſemetip̄m formā ſui
accipiēs. Dicitur aūt exinanitum vel breuiatum non q2
aliquid ſubtractum ſit plenitudini vel magnitudini diui
nitatis ipſius. ſed quia noſtram exilititatem et paruitatē
ſuſcepit. Habet aūt hec auctoritas. yſa.10. vbi ſm lr̄am
nr̄am ſic dicit. Si fuerit pp̄lus tu⁹ iſrl̄ q̄ſi arena maris reli
q̄e ꝯuertet ex eo Cōſumatō abbreuiata inūdabit iuſticiā.

Cõſumationem em̃ ⁊ abbreuationẽ dñs deus exercituuꝫ faciet in medio oĩs terre. ¶ Deinde cũ dicit. Et ſicut predixit yſa. ⁊c. inducit auctoritatẽ pertinentez ſpecialiter ad apl'os dicens. Et ſicut p̄dixit yſa. 1. Niſi dñs ſabaoth id eſt exercituum vel virtutũ reliquiſſet nobis ſcꝫ ex ſua miſericordia ſemẽ id eſt verbuꝫ euãgelij. Vl' ſemen id eſt xp̄m. Gal. 3° Et ſemini tuo q̄ eſt xp̄s. vel ſemen id eſt apoſtolos. yſa. 6° Semen ſanctũ erit id qđ ſteterit in ea. Sicuti ſodoma facti eſſemus ⁊ ſicut gomorra ſimiles fuiſſem⁹. Grauius em̃ fuit peccatũ iudeoꝝ q̄ ſodomoꝝ. Treñ 4 Maior effecta eſt iniq̄tas popl'i mei peccato ſodomorum. Et eze. 16. Nõ fecit ſodoma ip̄a ⁊ filie eius ſicut feciſti tu ⁊ filie tue. Et ideo q̄ iudei nõ ſunt totaliter exterminati ſicut ſodomite eſt diuine miſericordie imputandum. Treñ. 3° Miſericordie dñi q̄r nõ ſumus cõſumpti. ¶ Deinde cũ dicit. Quid ergo dicemus. Infert cõcluſionẽ ex dictis. et primo q̄tum ad gentes. ſcđo quãtuꝫ ad iudeos ibi. Iſrael vero ⁊c. Circa primũ duo facit: primo concludit qđ intẽdit dicẽs. Quid ergo dicem⁹ ex cõſideratione p̄dictoꝝ. Hoc inq̄ q̄ gentes apprehẽderunt id eſt conſequute ſunt iuſtitiam ſcꝫ q̄ vocãtur filij. 1. cori. 6. Et hoc quidem fuiſtis ſed iuſtificati eſtis. Et hoc quidẽ ex vocatione diuine electionis nõ ex meritis qđ patet per hoc qđ dicit. Que nõ ſectabant̃ iuſtitiam ſm̃ illud ephe. 2. Eratis in illo tempe ſine xp̄o alienati a conuerſatione iſrael. ſcđo exponit qđ dixerat iuſtitiã autẽ que ex fide eſt nõ eã q̄ in opibus conſiſtit. Nõ enim ad hoc gentes cõuerſe ſũt vt iuſticiã legalem obſeruent. ſed vt iuſtificentur ꝑ xp̄i fidem ſupra 2° Iuſticia autez dei ꝑ fidem ieſu xp̄i. ¶ Deinde cũ dicit. Iſrael vero ⁊c. Inducit cõcluſionẽ q̄tum ad iudeos. Et primo cõcludit qđ intẽdit dicens. Iſrael vero id eſt popl'us iudeoꝝ. ſectando legẽ iuſticie in legẽ iuſticie nõ ꝑuenit. Dicitur lex iuſticie lex ſp̄ũs vite per quã hoĩes iuſtificantur ad quaꝫ iudeoꝝ popl'us non peruenit quã tamen ſectabatur obſeruando vmbram huius ſpũalis legis q̄ cõſiſtit in obſeruatiõib⁹ legalibus. heb. 10. Vmbram habẽs lex futuroꝝ bonorum. Vl' ſectando legẽ iuſticie id eſt legem moyſi q̄ eſt lex iuſticie ſi ſit bene intellecta q̄r docet iuſticiam. Vel dicitur lex iuſticie quia facit homines iuſtos non vere. ſed exterius duꝫ peccata vitãtur non ex amore ſed timore pene quã lex infligebat. yſa. 51. Audite me qui ſeq̄mini qđ iuſtũ eſt et queritis dñm. Et in eodem. Audite me qui ſcitis iuſtum popl'us meus lex mea in cordibus coꝝ. Scđo aſſignat cauſã dicẽs quare ſcꝫ dum ſectarentur legem ad legẽ iuſticie non ꝑuenerunt. quia ſcꝫ non per debitam viam ſectabantur. Et hoc eſt quod ſubdit. Quia non ex fide ſcꝫ xp̄i querebant iuſtificari. ſed q̄ſi ex opibus legis. Seq̄bantur em̃ figuram et repudiauerunt veritatẽ. ſ. 3° Ex opibus legis non iuſtificabitur omnis caro corã illo. Tertio manifeſtat cauſam ꝓpoſitam. et primo ꝓponit manifeſtationeꝫ dicens. Offenderunt enim in lapidẽ offenſionis id eſt ad xp̄m q̄ aſſimilatur lapidi offenſionis. in hoc q̄ ſicut lapis in quẽ offendit non cauetur ꝓpter ſuam ꝑuitateꝫ ita iudei videntes xp̄m in firmitate nr̃a contentũ non cauerũt in eũ offendere. yſa. 53° Quaſi abſcõditus vultus ei⁹. et deſpectus vnde nõ reputauimus eũ. Jere. 13. Anteq̄ offendãt pedes veſtri ad montes caliginoſos id eſt ad xp̄m et eius apoſtolos q̄ dicuntur montes caliginoſi ꝓpter hoc q̄ coꝝ dignitas et magnitudo latebat. ſcđo ad hoc ĩducit auctoritatem dicẽs. Sicut ſcriptum eſt ſcꝫ in. yſa. Cõponit autem apl'us verba yſa. in diuerſis locis ſcripta. Nam yſa. 28. dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis ſyon lapidem: Lapidem angularem ꝓbatum precioſum in fundamento fundatum. Qui crediderit non feſtinet. Et hinc ſumitur principium auctoritatis. Ecce ponaꝫ in ſyon lapidem ſcꝫ quaſi fundamentũ in quo deſignatur q̄ xp̄s diuina ordinatione cõſtitutus erat eccleſie fundamentum. 1. cori. 3. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitũ eſt qđ eſt xp̄us ieſus. Legitur etiã yſa. 8° In lapidem autem offenſionis et petrã ſcandali: duabus domibus iſrael. Et hinc ſumitur mediũ auctoritatis quo dicit. Lapidem offenſionis et petram ſcandali vt offẽſio referatur ad ignorantiã. quia vt dicit̃. 1. cori. 2. Si cognouiſſent nunq̄ dñm glorie crucifixiſſent. Scandalum autẽ referendum eſt ad impactionem et caſum quo per infidelitatem ceciderunt xp̄m et eius apl'os ꝑſequẽtes. 1. cor. 1 Nos predicamus xp̄m crucifixum iudeis q̄dem ſcandalũ Luc. 2° Ecce hic poſitus eſt in ruinam ⁊c. Finis autem auctoritatis ſumitur exo. 28 capitulo. Qui crediderit nõ feſtinet. loco cui⁹ hic dicitur. Omnis qui credit in eũ non confundetur. q̄r ſcꝫ conſequet̃ mercedem ab eo. ecc. 2° Qui timetis deum credite illi et nõ euacuabitur merces veſtra. Ponit autem apl'us hec verba ſm̃ lr̃am. 70. Et ad hunc ſenſuꝫ pertinet qđ i lr̃a noſtra dicitur. Qui crediderit nõ feſtinet. Ille enim feſtinare videtur qui deluſum ſe reputat. q̄r cito nõ adpiſcitur qđ ſperabat.

¶ Incipit decimũ capitulũ.

Fratres voluntas quidem cordis mei et obſecratio ad deum fit ꝓ illis in ſalutem. Teſtimoniũ eniꝫ ꝑhibeo illis: q̄ emulationem quidẽ dei habent: ſ; non ſcđm ſcientiam. Ignorãtes eniꝫ iuſticiam dei et ſuam querentes ſtatuere: iuſticie dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legꝭ xp̄s ad iuſticiam omni credẽti. Moyſes em̃ ſcripſit. quoniam iuſticiã q̄ ex lege eſt qui fecerit homo viuet in ea. Que autẽ ex fide eſt iuſticia ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo. q̄s aſcendit in celum. id eſt xp̄m deducere. aut quis deſcendet in abyſſũ. hoc eſt xp̄m a mortuis reuocare. Sed q̄d dicit ſcriptura? Prope eſt verbum in ore tuo Hoc eſt verbum fidei quod predicamus. quia ſi confitearis in ore tuo dñm ieſum: et in corde tuo credideris q̄ deus illuꝫ ſuſcitauit a mortuis ſaluus eris.

le. 1ᵉ. coꝝ. 7. Uolo oēs hoīes eſſe ſicut meipm̄. Hoc in
quā mādo. Nō plus ſapere ꝙ oportet ſapere id eſt nullꝰ
preſumat de ſenſu aut ſapiētia ſua cōfidens ſupra ſuā mē
ſurā. Ecc. 7. Nō plus ſapias ꝙ neceſſe eſt. pſ. Neꝗ am
bulaui in magnis neꝗ in mirabilibus ſuꝑ me. Scḋo hor
tatur ad id qḋ eſt mediū dicens. ſed ſapere ad ſobrietatē
ſcʒ mādo vobis vt menſurate ſapiatis ſcḋm gratiā vobis
datā. Sobrietas eñ menſuraʒ importat. Et ꝗuis ꝓprie
dicat circa potuʒ vini. poteſt tamē accipi circa ꝗlibet ma
teriam in qua homo debitā menſurā obſeruat. Titū. 2º.
Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeclo. Tertio docet
ſcḋm quid accipienda ſit menſura medij dicens. Et hoc ī
quaʒ ſicut deus vnicuiꝗ diuiſit id eſt diſtribuit menſurā
fidei id eſt menſurā donorū ſuoꝝ que ordinant ad fidei e
dificationem. 1ᵉ. coꝝ. 12. Unicuiꝗ dat manifeſtatio ſpūs
ad vtilitatem. Dat eñ deus huiuſmodi dona nō eadem
oībus ſed diuerſa diuerſis diſtribuit ſcḋʒ illō. 1ᵉ. coꝝ. 12.
Diuiſiōes gratiaꝝ ſūt. Nec oībus eqliter dat ſed vnicui
ꝗ ſcḋm certā menſurā. Ephe. 4. Unicuiꝗ noſtrū data ē
gratia ſcḋm menſurā donationis xp̄i. Et ideo apoſtolus
ſobrie ſapiens ſcḋʒ hāc menſurā dicebat. 2ᵉ. coꝝ. 12. Nō
autē in īmenſuʒ gloriamur ſed ſcḋm menſurā regule qua
mēſus eſt nobis deus. Soli aūt xp̄o datus eſt ſpūs nō ad
menſurā. vt dicit. Jo. 3. Nō ſolū autē alias gratias gratiſ
datas dat deus menſurate: ſed etiā ipſam fidem que ꝑ di
lectionem opatur. Unde Luc. 17. Diſcipuli xp̄o dixerūt
Domine adauge nobis fidem.

## Lectio ſecunda.

Sicut eni in vno corpe multa mēbra
habemus non omnia autē membra
eundem actum habēt: ita multi vnū
corpus ſumus in chriſto: ſinguli aūt alter al
terius membra: habentes donationes ſecū
dum gratiā que data eſt vobis differentes.
Siue propheciā ſecūduʒ rationem fidei. Si

ue miſteriũ in miſtrãdo. Siue q̃ docet ĩ doc-
trina. Qui exhortat̃ ĩ exhortando. Qui tri
buit ĩ ſimplicitate. Qui p̃eſt in ſolicitudine
Qui miſeret̃ in hilaritate. Dilectio ſine ſi-
mulatiõe. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono.
Charitate fraternitat̃ inuicẽ diligentes: ho
nore iuicẽ p̃uenientes. Sollicitudie nõ pigri
ſpũ feruentes domio ſeruientes. Spe gau-
dentes in tribulatione patientes. orationi i-
ſtantes. Neceſſitatibus ſanctoruꝫ cõmunicã
tes. hoſpitalitatem ſectantes.

Premiſſa admonitione hic ap̃lus rõnem aſſignat: ſump-
tam ex ſimilitudine corpis miſtici ad corp⁹ naturale. Et
primo in corpore naturali tãgit tria. Primo quidẽ corpo
ris vnitatẽ cũ dicit. Sicut eñ in vno corpore. Scđo mẽ
broꝝ p̃ľalitatem cũ dicit. Multa mẽbra hẽmus. Eſt eniꝫ
corpus humanũ organicũ ex diuerſitate mẽbroꝝ ꝯſtitutũ
Tertio officiorũ diuerſitatẽ cũ dicit. Omĩa aũt membra
nõ eundẽ actum hñt. Fruſtra eñ eſſꝫ mẽbroꝝ diuerſitas
niſi ad diuerſos actus ordinarent̃. ¶ Deĩde adaptat hec
tria ad corpus xp̃i miſticũ qđ eſt ecc̃ia. eph. 1. Ipm dedit
caput ſup̃ oẽm eccleſiã que eſt corpus ei⁹. Circa qđ etiaꝫ
tria tangit. Primo quidẽ fideliuꝫ quaſi mẽbroꝝ multitu
dinem cũ dicit. Ita multi. Luc. 14. Homo quidã fecit ce
nã magnã ⁊ vocauit multos. Eſa. 54. Multi filij deſerte
Quãuis eñ ſint pauci p̃ cõparationeꝫ ad infructuoſam mľ
titudinẽ ſcđm illud. Ma. 7. Arta eſt via que ducit ad vi
tam ⁊ pauci inueniũt eã. tamẽ abſolute loquendo ſunt mľ
ti. Apoc. 7. Poſt hec vidi turbã magnã quã dinumera-
re nemo poterat. Scđo tangit corpis miſtici vnitatẽ cum
dicit Unũ corpus ſum⁹. Ephe. 2. Ut recõciliet ambos in
vno corpore. ⁊c. Hꝫ aũt vnitas corpis miſtici ⁊ vnitas ſpi
ritualꝫ p̃ quã fide ⁊ affcũ caritatis inuicẽ vnimur ⁊ deo ſm
illud Ephe. 4. Unum corpus ⁊ vnus ſpũs. Et quia ſpiri
tus vnitatis a chriſto in nos deriuatur. R̃. 8. Si quis ſpi
ritum xp̃i nõ habet hic nõ eſt eius. Ideo ſubdit in xp̃o q̃
ſpiritum ſuũ queꝫ dat nobis nos inuicem vnit ⁊ deo. Jo.
17. Ut ſint vnũ in nobis ſicut ⁊ nos vnuꝫ ſumus. Tertio
tangit officioꝝ diuerſitatem ad vtilitatem cõmunẽ reduc
tam dicens: Singuli autẽ ſumus membra alter alterius.
Membrum eñ quodlibet ꝓprium actum habet ⁊ virtu-
teꝫ: inq̃tum ergo vnuꝫ membrũ ſua virtute ⁊ actu alteri
prodeſt dicit̃ membrũ alterius. ſicut pes dicit̃ membrum
oculi inq̃tum oculuꝫ defert ⁊ oculus dicit̃ mẽbruꝫ pedis
inq̃tum regit pedem. 1e. coꝝ. 12. Nõ poteſt dicere ocul⁹
manui opera tua nõ indigeo. Ita etiaꝫ in corpore miſtico
ille q̃ accepit gratiã ꝓphetie indiget illo qui accepit gra-
tiam ſanitatum ⁊ ita eſt in oĩbus alijs. Unde dum vnuſ-
quiſq̃ fidelis ſcđm gratiam ſibi datam alteri ſeruit effici-
tur alterius mẽbrum. Gaľ. vltimo. Alter alterius onera
portate. 1e. pe. 4. Unuſquiſq̃ ſicut accepit gratiã ĩ alter-
utrum illã adminiſtrãtes. ¶ Deinde cũ dicit. Habentes
autẽ donationes exequitur per partes monitionẽ quã ſu-
pra poſuerat de ſobrio ⁊ moderato gratie vſu. Et primo
ponit gratiaꝝ diuerſitatem dicens. ſumus inquã alter al
terius membra nõ ſcđm eandẽ gratiã ſed habẽtes differẽ
tes donationes nõ ex diuerſitate meritoꝝ ſed ſcđm grati-
am que data eſt nobis. 1. coꝝ. 7. Unuſquiſq̃ ꝓprium do
nuꝫ habet ex deo vnus quidẽ ſic. alius vero ſic. Ma. 25.
Uocauit ſeruos ſuos ⁊ tradidit illis bona ſua. et vni de-
dit quinq̃ talenta. alij autm duo. alij vero vnum. Scđo
docet diuerſaꝝ gratiarũ vſum. ⁊ primo in rebus diuinis
q̃tum ad cognitionẽ quideꝫ dicens Siue ꝓph̃ia quã ha
bentes vtamur ea ſcđm rationem fidei. Dicitur autẽ pro
phetia quedã apparitio ex reuelatione diuina coruꝫ que
ſunt procul. Unde. 1. R̃. 9. dr̃ qui prophã hodie dicit̃ vo
cabatur olim videns. Sunt autẽ procul a cognitione no
ſtra ſcđm ſe quidem futura cõtingentia que ꝓpter defec-
tum ſui eſſe cognoſcibilia nõ ſunt ſed res diuine ſunt pro
cul a noſtra cognitione nõ ſcđm ſe cum ſint maxime cog-
noſcibiles q2 vt dicitur. 1. Jo. 1º. Deus lux eſt ⁊ tenebre ĩ
eo nõ ſunt vlle. ſed ꝓpter defectus intellectus noſtri qui
ſe habet ad ea que ſunt in ſeipſis manifeſtiſſima ſicut ocu
lus noctue ad lucem. Et q2 vnũquodq̃ magis dicit̃ tale.
quod eſt ſcđm ſe tale q̃ ſcđm aliud. inde eſt q̃ magis pro-
prie dicunt̃ eſſe procul a cognitione noſtra futura contin
gentia. Et ꝓpter hoc hoꝝ proprie eſt ꝓph̃ia. Amos. 4.
Non faciet domin⁹ deus verbum niſi reuelauerit ſecretũ
ſuum. Dicitur tamẽ ꝓphetia cõtra etiã reuelatio quorũ-
cumq̃ occultoꝝ. Hoc autẽ donuꝫ ꝓphetie nõ ſolũ fuit in
veteri teſtamẽto ſed etiam in nouo. Joelis. 2. Effundã de
ſpiritu meo ſup̃ omnẽ carnẽ. ⁊ prophetabunt filij veſtri.
Dicunt̃ etiã ꝓphete in nouo teſtamẽto qui ꝓphetica dic
ta exponunt q2 ſacra ſcriptura eodẽ ſpiritu interpretatur
quo eſt cõdita. Ecc. 24. Adhuc doctrinã quaſi propheti
am effundã. Ordinatur autẽ ꝓph̃ie donũ ſicut ⁊ alie gra
tie gratis date ad fidei edificationeꝫ. 1. coꝝ. 12. Unicuiq̃
datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ. he. 2. Cõfirmata eſt
ſcꝫ doctrina fidei cõteſtãte deo ſignis ⁊ ꝓdigijs ⁊ varijs
virtutibus ⁊ ſpũſſancti diſtributionibus. Et ideo ꝓphe-
tia eſt vtendũ ſcđm rõnem fidei id eſt nõ invanum: ſed vt
per hoc fides cõfirmetur nõ aũt cõtra fidem. Unde dicit̃.
deu. 13. Si ſurrexerit ĩ medio tui ꝓpha ⁊ dixererit tibi ea
mus ⁊ ſequamur deos alienos nõ audies verba proph̃e
illius q2 ſcilicet prophetizat cõtra rõneꝫ fidei. ¶ Quãtũ
ad ſacramenta miniſtranda ſubdit Siue miniſteriũ in mi
niſtrando id eſt ſi quis accepit gratiã vel officium miniſte
rij. puta vt ſit epiſcop⁹ vel ſacerdos: qui dicũtur miniſtri
dei. Eſa. 6. Uos ſacerdotes domini vocabimini miniſtri
dei noſtri dicet̃ vobis: exequat̃ illud diligenter exequen-
do in miniſtrãdo. 2e. thiñ. 4. Miniſterũ tuum imple.
Scđo tangit ea que ꝑtinẽt ad res humanas in quib⁹ po
teſt aliquis alteri ſubuenire. Primo quidẽ q̃tum ad co-
gnitioneꝫ vel ſpeculatiuã vel practicã. Quãtum ergo ad
ſpeculatiuã primo dicit. Siue qui docet id eſt qui habet
officiuꝫ vel gratiã docendi vtatur in doctrina id eſt vt ſtu
dioſe ⁊ fideliter doceat. Job. 4. Ecce docuiſti plurimos.
Ma. vlti°. Euntes docete oĩs gentes. Quãtum autem
ad cognitionem practicã ſubdit. Qui exhortatur id eſt q̃
habet officium vel gratiã exhortandi hoĩes ad bonũ vtat̃
illo in exhortando. 1e. theſ. 2. Exhortatio noſtra nõ fuit
de errore neq̃ de immũditia neq̃ in dolo. Tit. 2. Hec lo
quere ⁊ exhortare. ¶ Deinde ponit ea que ꝑtinent ad ex
teriora opera in quib⁹ quãdoq̃ aliquis ſubuenit alicui a
liquod donũ dãdo ⁊ q̃tum ad hoc dicit. Qui tribuit id ẽ
qui habet facultatẽ tribuendi ⁊ gratiã exequat̃ hoc in ſim
plicitate vt ſcꝫ nihil mali ex illo intendat quaſi donis ho
mines ad malũ alliciens. Ut etiã cum aliquis ex modico
dato intendit multo maiora acquirere. Ecc. 20. Datus ĩ-
ſipientis nõ erit tibi vtilis. oculi eñ illi⁹ ſeptemplices ſũt
Exigua dabit ⁊ multa imꝓperabit. Et puer. 11. Simpli
citas iuſtoꝝ diriget eos. Quãdoq̃ autẽ aliquis ſubueñt
alteri eius curã habendo ⁊ q̃tum ad hoc dicit. Qui pre-
eſt id eſt qui eſt in p̃lationis officio cõſtitutus vtatur illo
officio in ſollicitudine. He. vlti°. Obedite p̃poſitis vr̃is
⁊ ſubiacete eis. Ipſi eñ ꝑuigilant quaſi rõnem reddituri
pro aĩabus veſtris. 2e. coꝝ. 11. Sollicitudo oĩum eccleſia
rum. Quãdoq̃ autẽ ſubuenit aliquis alicui releuando ei
us miſeriaꝫ ⁊ q̃tum ad hoc dicit. Qui miſeretur id eſt q̃

habet facultatem ⁊ affectum miſerendi exequatur hoc in
hylaritate quaſi libenter hoc faciens. 2ᵉ. cor. 9. Non ex
triſtitia neq ex neceſſitate. Hylarem enī datorem diligit
deus. Ecc. 7. In omni dato hylarem fac vultum tuum.
¶ Deinde cum dicit Dilectio ſine diſſimulatione ⁊c. Do
cet vſum doni gratuiti qd eſt oībus cōmune. ſcilicet chari
tatis. Et primo ponit ea que pertinent ad caritatem in ge-
nerali. Scd̃o ponit quedā ſpecialiter ꝑtinentia ad dilecti
onem quorundā ibi. Neceſſitatibus ſanctoꝝ ⁊c. Circa pꝛi-
mum tria facit. Primo oſtendit qualis debeat eſſe dilec-
tio ex parte diligentis. Scd̃o qualiter ſe debeat habere
ad ꝓximum ibi. Charitatem fraternitatis ⁊c. Tertio q̃li
ter ſe debeat habere ad deū. ibi. Sollicitudine nō pigri
Circa qualitatē autē charitatis tria docet. Primo quidē
q dilectio debz eſſe vera. Unde dicit Dilectio ſine ſimu
latione. vt ſcilicet nō tantū in verbo aut i exteriori appa
rētia ſed ſit in vero cordis affectu. ⁊ efficatia operis. ꝑme
Jo. 3. Nō diligamus verbo neq lingua: ſed opere ⁊ veri
tate. Ecc. 6. Amico fideli nulla ē cōparatio. Scd̃o docz q
dilectio debet eſſe pura. cū dicit. Odientes malum. Tūc
enim eſt pura dilectio quādo homo nō cōſentit amico ſuo
in malum ſed ita diligit hominē vt eius vitiū odiat. Unde
dicitur ꝑme. cor. 13. Nō gaudet ſuper iniquitate cōgau
det autē veritati. pſ. Iniquos odio habui. Tertio docet
q dilectio debet eſſe honeſta cū dicit. Adherētes bono
vt ſcilicet aliquis adhereat alteri ꝓpter bonum virtutis.
Gal. 4. Bonum autē emulamini in bono ſemꝑ. Hec eſt
pulcra dilectio: qua dicit. Ecc. 24. Ego mater pulchre
dilectionis. ¶ Deinde cū dicit. Caritatem fraternitatis
oſtendit qualiter caritas ſe debet habere ad proximū. Et
primo q̃tum ad interiorem affectum cū dicit. Caritatem
fraternitatis inuicem diligentes. vt ſcilicet nō ſolum fra-
tres diligamus ꝑ charitatē ſed etiā diligamus ipſam cari
tatem qua eos diligimus. ⁊ ab eis diligimur. Sic enim ſi
caram habemus charitatē nō defacili eā diſſolui faciem⁹
Heb. vlti⁰ Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cant.
vltimo. Si dederit homo omnem ſubſtantiā domus ſue
pro dilectione tanq nihil deſpiciet illam. Scd̃o q̃tuz ad
exteriorem affectū cum dicit. Honore inuicem preuenien
tes. In quo tria deſignātur. Primo quidez q homo ꝓxi
mum in reuerentia debet habere quod pertinet ad rōnez
honoris. Nullus enī poteſt vere diligere eum quem deſ-
picit. phil. 2. Superiores inuicem arbitrantes. Quod q̃
dem fit dum aliquis ſuuz defectum cōſiderat ⁊ bonū ꝓxi-
mi. In honore autē nō ſolum reuerentia intelligitur: ſed
etiā neceſſariorum ſubuentio ſicut cuz dicit. Exo. 20. Ho
nora patrem tuū ⁊ matrez tuā precipit neceſſarioꝝ ſubuē
tio ſicut patet per hoc q dominus. Mat. 5. arguit phari-
ſeos contra hoc preceptuz impedientes filios a ſubuenti-
one parentum. Scd̃o deſignat q effect⁹ dilectionis debet
mutuo exhiberi vt ſcilicet homo nō ſolum velit beneficia
recipere ſed etiā exhibere. Ecc. 4. Nō ſit porrecta manus
tua ad accipiendum ⁊ ad dandum collecta. Et 14. In di
uiſione ſortis da ⁊ accipe. Et hoc deſignat cum dicit. In-
uicez. Tertio deſignatur q effectus dilectionis debet eſ-
ſe ꝓmpt⁹ ⁊ velox quod deſignatur cū dicit Preuenientes
vt ſcilicz aliquis preueniat amicū in beneficijs. Ecc. 37.
Omnis amicus dicet ⁊ ego amiciciam copulaui. ¶ Dei-
de cuz dicit Sollicitudine ⁊c. oſtendit qualiter ſe debeat
habere dilectio charitatis ad deum. Et primo incipit ab
ipſa rationis attentione cum dicit. Sollicitudine ſitis nō
pigri ſcilicet ad ſeruiendū deo. Mich. 6. Indicabo tibi o
homo quid ſit bonū ⁊ quid deus querat a te. Poſtea ſub
dit Sollicite ābulare cum deo tuo. 2. thim. 2. Sollicite
cura teipm probabilē exhibere d̃o. Scd̃o q̃tū ad effectuz
cum dicit Spiritu ſitis feruētes ſcilicet in dei dilectione.

Procedit autē feruor ex habundantia caloris. Unde fer
uor ſpiritus dicit quia ꝓpter abundantiam diuine dilec-
tionis totus homo feruet in deum. Act. 18. dicitur q ap
pollo feruens ſpiritu loquebatur. 1ᵉ. theſ. vlti⁰. Spiritū
nolite extinguere. Tertio q̃tū ad exterius obſequium cū
dicit: Domino ſeruientes ſcilicet ſeruitute latrie que ſoli
deo debetur deut. 6. Dominū deum tuum adorabis ⁊ illi
ſoli ſerules. pſ. Seruite domino in timore. Uel ſecundū
aliam litterā. Tempori ſeruientes vt ſcilicet dei ſeruiciū
congruo tempore faciamus. Ecc. 8. Omni negotio tem-
pus eſt ⁊ oportunitas. Quarto q̃tum ad mercedem ſer-
uicij cum dicit. Spe gaudentes ſcilicet mercedis: que eſt
dei fruitio. Geñ. 15. Ego domin⁹ merces tua magna ni-
mis ſupra. 5. Gloriamur in ſpe glorie filiorum dei. Facit
autē ſpes hominē gaudentē ratione certitudinis: ſed ta-
men affligit ratione dilationis. prouer. 13. Spes que dif
fertur affligit animā. Quinto q̃tum ad difficultatez quā
homo patitur in dei ſeruitio. Unde ſubdit In tribulatiōe
ſcilicet quam ꝓpter deum ſuſtinetis ſitis patientes. ſ. 5.
Tribulatio patientiam operat. Sexto q̃tū ad omnia pre
dicta dicit. Orationi inſtantes. in quo orationis aſſidui-
tas deſignatur. Luc. 18. Oportet ſemꝑ orare ⁊ nunq de
ficere. 2ᵉ. thim. 5. Sine intermiſſione orate. Per oratio-
nem enī in nobis ſolicitudo excitatur. feruor accendit. ad
dei ſeruitium incitamur: gaudium ſpei in nobis augetur
et auxilium in tribulatione promeremur. pſ. Ad dominū
cum tribularer clamaui ⁊ exaudiuit me. ¶ Deinde cuz di
cit. Neceſſitatibus ſanctoruz ⁊c. determinat de charitate
q̃tum ad ſpāles quaſdā perſonas. Et primo quidem q̃-
tum ad indigentes. Scd̃o q̃tum ad inimicos ibi. Bndi
cite perſequentibus vos. Circa primuz duo facit. Primo
inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus i
vniuerſali cū dicit. Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōmunicātes
Ubi tria ſunt notāda. Primo quidem q elemoſine ex ca
ritate ſunt impendende indigentib⁹ ſiue neceſſitatem pa
tientibus. Ephe. 4. Laboret operādo manibus ſuis qd
bonum eſt. vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patien-
ti. Scd̃o q potius eſt ſubueniendū iuſtis q alijs. Unde
dicit Neceſſitatibus ſanctorū. Ecc. 12. Da iuſto ⁊ non re
cipias peccatorem. Quod quidē nō ſic eſt intelligenduz
quin etiā in neceſſitatibus ſit peccatoribus ſubueniendū
ſed qꝛ nō eſt eis ſubueniendū ad fomentum peccati. vtili⁹
tamē eſt ſubuenire iuſtis qꝛ talis elemoſina fructuoſa eſt:
nō ſolum ex parte dantis ſed etiā ex ſuffragio recipientis.
Luc. 16. Facite vobis amicos d̄ māmona iniquitatis vt
cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula ſcili
cet ſuis ſuffragijs. Scd̃o i ſpeciali admonet ad hoſpitali
tatem dicens Hoſpitalitatem ſectantes qꝛ ſcilicet in hoc
miſericordie opere alia mīe opera includuntur. Nā hoſ-
pes nō ſolum domuz exhibet ad manenduz ſed etiaz alia
neceſſaria ſubminiſtrat. He. vlti. Hoſpitalitatē nolite ob
liuiſci. 1ᵉ. pe. 4. Hoſpitales inuicez ſine murmuratione.

Lectio tertia

Benedicite perſequētibus vos. Be-
nedicite ⁊ nolite maledicere. Gau-
dere cum gaudentibus: flere cuz flē
tibus. Idipſum inuicem ſentientes. Non al
ta ſapientes: ſed humilibus conſentientes.
Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.
Nulli malum pro malo reddentes. prouidē
tes bona: non tantū coram deo: ſed etiaz co
ram omnibus hominib⁹. Si fieri poteſt qd
ex vobis eſt: cum omnibus hominib⁹ pacez

habentes. Non voſmetipſos defendētes ca-
riſſimi: ſed date locum ire. Scriptum eſt eñ
Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam dicit do-
minus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus: ciba
illum: ſi ſitit: potum da illi. Hoc enim faciēs
carbones ignis congeres ſuper caput eius.
Noli vinci a malo: ſed vince in bono maluꝫ.
Supra oſtendit qualiter caritas ſit exhibenda indigenti-
bus. nūc oñdit qualiter ſit exhibenda etiā inimicis. Et pri
mo ponit admonitionē. Scḋo ꝓbat quod dixit ibi. Scri
ptum eſt eñ ⁊c. Circa primū conſiderandū eſt ꝙ ad cari-
tatem tria ꝑtinent. Primo quidē beniuolentia: que cōſi-
ſtit in hoc ꝙ aliquis velit bonū alteri ⁊ malum eius nolit.
Scḋo cōcordia que conſiſtit in hoc ꝙ amicoꝝ ſit ideꝫ nol
le ⁊ velle. Tertio bñficentia que conſiſtit in hoc ꝙ aliq̄s
benefaciat ei quē amat ⁊ eum nō ledat. Primo ergo po-
nit ea que pertinēt ad beniuolentiā. Scḋo ea q̄ pertinēt
ad concordiā ibi. Gaudete cum gaudentib⁹. Tertio ea q̄
pertinent ad beneficentiā ibi. Nulli malum ⁊c. Circa pri
mum duo facit. Primo monet vt beniuolentia ſit ampla
que ſe extendat etiā ad inimicos cū dicit. Benedicite per
ſequentibus vos. Circa quod notandū eſt ꝙ benedicere
eſt bonum dicere. Contingit autē bonū dicere tripliciter
Uno modo enunciando. puta cum quis bonum alterius
laudat. Ecc. 31. Splendidum in panibus benedicent la-
bia multoꝝ ⁊ teſtimoniū veritatis illius fidele. Alio mo
do imperando ꝛ ſic benedicere per auctoritatem eſt ꝓp̄
um dei. cuius imperio bonum ad creaturas deriuatur. mi
niſteriuꝫ autē pertinet ad miniſtros dei qui nomen domi
ni ſuꝑ populum inuocāt. Nui. 6. Sic benedicetis filijs
iſrael ⁊ dicetis eis. Et poſt Inuocabunt nomen meuꝫ ſu-
per filios iſrael ⁊ ego benedicaꝫ eis. Tertio benedicit ali
quis optando. pſ. Et nō dixerunt qui preteribant: Bene
dictio dñi ſuper vos. Et ſcḋm h° benedicere eſt bonū ali
cui velle ⁊ quaſi bonum ꝓ aliquo precari. Et hoc modo
accipitur hic. Unde in hoc ꝙ dicit benedicite perſequen
tibus vos datur intelligi ꝙ etiā ad inimicos ⁊ perſecuto
res debemus eſſe beniuoli eis bona optando ⁊ pro eis o-
rando. Ma. 5. Diligite inimicos veſtros ⁊ orate pro ꝑſe
quentibus ⁊ calūniantibus vos. Quod autē hic dicitur
quodā quidem modo eſt in precepto. quodaꝫ autē modo
eſt in conſilio. ꝙ eniꝫ aliquis in generali dilectionis affec
tum impendat inimicis nō excludendo eos a cōmuni di-
lectione ꝓximoꝛuꝫ ⁊ a cōmuni oratione: quā quis pro fiḋ
libus facit pertinet ad neceſſitatē precepti. Similiter eti
am ꝙ aliquis in articulo neceſſitatis inimico dilectionis
effectum particulariter impendat ꝑtinet ad neceſſitatem
precepti. Unde dicitur exo. 21. Si occurreris boui inimi
ci tui aut aſino erranti: reducas eū. Sed ꝙ aliquis in ſpe
ciali dilectionis affectum ⁊ orationis ſuffragiuꝫ aut qua-
lecū̄qꝫ ſubuentionis beneficiuꝫ exhibeat inimico interdū
etiam extra articuluꝫ manifeſte neceſſitatis pertinet ad ꝑ-
fectionem conſilioꝝ quia per hoc oſtenditur perfecta cha
ritas ad deum ꝙ omne humanū odium ſuperet. Ille aūt
qui penitet ⁊ miſericordiā petit iam nō eſt inter inimicos
aut perſecutores cōputandus. Unde ei abſqꝫ omni diffi-
cultate ſunt charitatis inditia oſtendenda. Ecc. 28. Re-
linque proximo tuo nocenti te ⁊ tunc deprecanti tibi petā
ſoluentur. Scḋo docet ꝙ beniuolentia ſiue benedictio ſit
pura id eſt abſqꝫ permixtione contrarij. Unde dicit Bñ-
dicite ⁊ nolite maledicere id eſt ita benedicatis ꝙ nullo-
modo maledicatis. Quod eſt contra quoſdaꝫ qui ore bñ
dicūt ⁊ corde maledicunt. ſcḋm illud. pſ. Qui loquūtur
pacem cum proximo ſuo. mala autē in cordibus eoꝝ. Et
etiā contra illos qui quādoqꝫ benedicunt quādoqꝫ male
dicunt vel quibuſdā benedicunt quibuſdā maledicunt.
Iac. 3. Ex ipſo ore ꝓcedit benedictio ⁊ maledictio. Non
oportet fratres mei hec ita fieri. 1ᵉ. pe. 3. Non reddentes
maledictuꝫ pro maledicto. Sed contra videtur eſſe ꝙ in
ſacra ſcriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicit
enim deut. 27. Maledictus qui nō ꝑmanſerit in ſermo-
nibus legis hui⁹ nec eos opere perficit. Ad quod dicen-
dum eſt ꝙ maledicere eſt malū dicere. quod quidē tripli-
citer contingit ſicut ⁊ benedicere. ſciliꝫ annunciando im
perando ⁊ optando ⁊ ſcḋm quodlibet hoꝝ modoꝝ poteſt
bene ⁊ male fieri. Si eñ id quod eſt materialiter malum
dicatur malum quodlibet hoꝝ modoꝛuꝫ poteſt bene vel
male fieri. Si eñ id quod eſt materialiter malum dicatur
malum quolibet predictoꝝ modoꝝ ſub ratione boni nō ē
illicituꝫ qꝛ hoc eſt magis benedicere q̄ maledicere. vnuꝫ
quodqꝫ eñ magis iudicatur ſcḋm ſuā formā q̄ ſcḋm ſuaꝫ
materiam. Si vero aliquis dicat malum ſub ratione ma
li formaliter maledicit. Unde eſt om̄ino illicitum. vtrū̄qꝫ
autē hoꝝ contingit in hoc ꝙ aliquis enunciādo malū pro
fert. Quādoqꝫ eñ aliquis enūciat malū alicuius ad noti
ficandum neceſſariā veritatem ⁊ ſic dicit malum ſub rati
one veri neceſſarij qḋ eſt bonum. vnde eſt licituꝫ. Et hoc
modo Iob. 3. dicitur ꝙ Iob maledixit diei ſuo enunciās
maliciaꝫ ꝑſentis vite ſicut apoſtol⁹ dicit. Ephe. 5. Redi
mentes tēpus quoniā dies mali ſunt. Quādoqꝫ autē ali
quis enunciat malum alterius ſcilicet intentione detra-
hendi. Et hoc eſt illicituꝫ. Dicitur eñ. 1ᵉ. coꝛ. 6. Neqꝫ
maledici neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebunt. Similiter
etiam in eo ꝙ quis dicit malum imperando. cōtingit au-
tem quādoqꝫ ꝙ aliquis dicit id quod eſt materialiter ma
lum ſub ratione boni. puta cum ex imperio alicui⁹ proue
nit alicui malū pene ꝓpter iuſtitiā quod quidē eſt licituꝫ
Et hoc modo tranſgreſſiones legis maledicunt id eſt pe-
ne ſcḋm iuſtitiā deputant. quādoqꝫ vero aliquis imperā-
do dicit malū alterius iniuſte. puta ꝓpter odium ⁊ vindi
ctam. Et talis maledictio eſt illicita. Exo. 21. Qui male
dixerit patri vel matri morte moriatur. Et idē eſt etiā cir-
ca id quod aliquis dicit malū optando. Si eni hoc optet
ſub ratione boni puta vt per aduerſitatem alicui⁹ perue-
niatur ad ſpiritualem ꝓfectum: hoc licitū eſt. Iob. 5. Vi-
di ſtultum firma radice ⁊ maledixi pulcritudini eius ſtatī
Si vero hoc homo faciat ꝓpter odium vel vindictaꝫ eſt
oīo illicitū. 1. ꝛ. 17. Maledixit philiſteus dauid in dijs
ſuis. ¶ Deinde cum dicit. Gaudere cū gaudentibus ⁊c.
ponit ea que pertinent ad concordiā. Et primo ponit con
cordie documēta. Scḋo remouet impedimenta ibi. Nō
alta ſapientes ⁊c. Concordia autē poteſt dupliciter attē-
di. Uno modo q̄tum ad affectum in bonis ⁊ in malis. In
bonis quidē vt aliquis bonis alioꝝ congaudeat. Unḋ di
cit. Gaudere ſcilicet debetis cum gaudentibus. phil. 2°.
Gaudeo ⁊ congratuloꝛ om̄ibus vobis. Sed hoc eſt intel
ligenduꝫ quādo quis gaudet de bono. Sunt autē quidā
qui gaudent de malo ſcḋm illud. ꝓuer. 2. Letantur cum
malefecerint. Et iſtis nō eſt congaudendū. 1ᵉ. coꝝ. 13. di-
citur de caritate ꝙ nō gaudet ſuꝑ iniquitate: congaudet
autē veritati. In malis aūt vt aliquis triſtet̄ ꝺ malis alte
rius. Unde ſubdit. Flere ſcilicet debetis cum flentibus.
Iob. 30. Flebaꝫ quōdaꝫ ſuꝑ eo qui afflictus erat. ecc. 7.
Nō deſis ploꝛātibus in cōſolatione ⁊ cū lugentibus am-
bula. Ipa eñ cōpaſſio amici ꝯdolētis ꝯſolationē in triſti
tijs affert. Primo quidē qꝛ ex hoc colligitur efficax ami-
cicie argumentū. Ecc. 12. In malicia illius id eſt in infoꝛ
tunio amicus cognitus eſt. Et hoc ipꝫ eſt delectabile cog
noſcere aliquem ſibi eſſe verum amicuꝫ. Alio modo hoc
ipſo ꝙ amicus condolet videtur ſe offerre ad ſimul portā

duz onus aduerſitatis quod triſticiam cauſat. Et quidez leuius portatur quod portatur a pluribus ꝙ̃ ab vno ſolo Scḋo concordia conſiſtit in vnitate ſentẽtie ⁊ ꝗ̃tũ ad hꝰ dicit. Idipſum id eſt idem ſitis inuicem ſentientes. vt ſcilicet ī eadez ſentẽtia cõueniatis. 1ᵉ. cor. 1. Sitis perfecti in eodem ſenſu ⁊ in eadem ſcientia. Phil. 2. Eandem caritatem habentes vnanimes. idipſum ſentientes. Sciendum eſt tamẽ ꝙ duplex eſt ſententia. Una quidem que ꝑtinet ad iudicium intellectus circa ſpeculabilia. puta circa conſiderationes geometricas vel naturales. diſſentire autẽ in talibus nõ rͤpugnat amicicie vel charitati quia caritas in voluntate eſt. Huiuſmodi autẽ iudicia nõ proueniunt ex voluntate ſed ex neceſſitate rationis. Alia vero ſententia pertinet ad iudiciuz rationis circa agenda ⁊ in talibus diſſenſio amicicie ↄtrariatur q꞉ talis diſſenſio habet cõtrarietatez voluntatis ⁊ quia fides nõ ſolum eſt ſpeculatiua ſed etiã practica inq̃tum per dilectionem operatur vt dicitur. Gal. 5. Ideo etiã diſſentire a recta fide eſt contrariuz caritati. ¶ Deinde cum dicit. Nõ alta ſapientes ⁊c. excludit impedimenta concordie. que quidez ſunt duo. Primuz eſt ſuperbia ex qua contingit ꝙ dum aliq̃s inordinate ſuaz excellentiaz querit ⁊ ſubiectionez refugit vult alium ſubici ⁊ eius excellentiã impedire. Et ex hoc ſequitur diſcordia ꝓuer. 13. Inter ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt. Et ideo ad hoc remouendum dicit: Nõ ſitis alta ſapientes vt ſcilicet inordinate veſtrã excellentiam appetatis ſupra. 11. Noli altũ ſapere ſed time. Ecc. 3. Altiora te ne queſieris. Sed ſitis conſentientes humilibꝰ id eſt his que ſunt humilia id eſt ea que abiecta videntur nõ recuſetis cum oportuerit. pſ. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei. 1ᵉ. pe. vltimo. Dominꝰ ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiã. Scḋm impedimentuz concordie eſt preſumptio ſapiẽtie. ex qua contingit ꝙ aliquis alioꝝ ſentẽtie nõ credit. Ad quod remouendũ dicit. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos vt ſcilicet iudicetis ſoluz id eſſe prudẽtie quod vobis videtur. Eſa. 5. Ve qui ſapiẽtes eſtiſ in ocłis vr̃is ⁊ corã vobiſmetipſis prudẽtes. ſ. 11. Ut nõ ſitiſ vobiſmetipſis ſapiẽtes. ¶ Deĩde cum dicit. Nulli malũ ꝓ malo ⁊c. docet illa q̃ ꝑtinẽt ad bñficientiã excludẽdo ↄtrariũ. Et ꝑmo docet ꝙ nõ ſit alicui malefaciendũ rõe vindicte. Scḋo docet ꝙ nõ ſit alicui malefaciẽduz rõe defenſionis ibi. Nõ voſmetipſos defendentes. Circa primum tria facit. Primo prohibet vindictam dicens. Nulli malum pro malo reddentes ſcilicet ſitis. pſ. Si reddidi retribuentibus mihi mala. 1ᵉ. pe. 3. Nõ reddentes malum pro malo Sed hoc eſt intelligẽdũ formaliter ſicut ſupra dictum eſt de maledicto. prohibemur eñ affectu odij vel vindicte reddere malum pro malo ita ꝙ in malo alterius delectemur. Sed ſi pro malo culpe qḋ quis facit reddat iudex malum pene ſcḋm iuſticiã ad cõpenſandaz maliciam. materialiter quidẽ infert malum ſed formaliter et per ſe infert bonũ. Unde cuz iudex ſuſpendit latronẽ pro homicidio nõ reddit malum pro malo. ſed magis bonum pro malo. Et hoc modo apoſtolꝰ quẽdã pro peccato inceſtus tradidit ſathane ĩ interituz carnis vt ſpiritꝰ ſaluus fiat vt habet. 1ᵉ. cor. 5. Scḋo docet ꝙ etiã bona ſint ꝓximis exhibenda dicens. Prouidẽtes ſcilicet ſitis bõa nõ tantuz coram deo vt ſcilicet curetis ſatiſfacere cõſcientie veſtre corã deo ſed etiã coram omnibus hoĩbus. vt ſcilicet ea faciatis que hoĩbus placeant. 1ᵉ. cor. 10. Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibꝰ ⁊ eccleſie dei: ſicut ⁊ ego per omnia omnibus placeo. ꝑme cor. 13. Prouidentes bõa nõ ſolum coram deo ſed etiam coram omnibus hominibꝰ Hoc tamẽ contingit ⁊ bene ⁊ male fieri. ſi eniz hoc fiat ꝓpter fauorem humanum nõ bene agitur. Ma. 6. Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coraz hominibus vt videamini ab eis. Si autez hoc fiat ad gloriam dei bene agitur ſecũdum illud. Mat. 5. Sic luceat lux veſtra coraz hominibus vt videãt opera veſtra bona. ⁊ glorificent patrem veſtruz qui in celis eſt. Tertio aſſignat rationẽ vtriuſq̧ dictoruz. Ad hoc eñ debemꝰ abſtinere a retributiõe malorum. ⁊ coram hominibus bona prouidere vt cuz hominibus pacem habeamus. ⁊ ideo ſubdit. Cum omnibꝰ hominibus pacem habentes. Heb. vltimo. Pacem ſeq̄mini cũ omnibus. Sed hic addit duo quorũ primuz eſt qḋ dicit. Si fieri poteſt. Quãdoq̧ eniz malitia aliorũ impedit ne cum eis pacem habere poſſimus. q꞉ ſcilicet cuz eis pax haberi nõ poteſt niſi eorũ malitie conſentiatur: quã q̄dem pacem conſtat eſſe illicitam. Unde dominus dicit. Mat. 10. Nõ veni pacem mittere ſed gladiuz. Aliud autem addit dicens. Quod ex vobis eſt vt ſcilicet ⁊ ſi ipſi cõtra pacem agant tamẽ quod in nobis eſt facere nos debemus vt eorum pacem queramus. pſ. Cum hijs qui oderunt pacem erã pacificus. Et alibi Inquire pacẽ ⁊ perſequere eam. ¶ Deinde cum dicit. Nõ voſmetipſos defendentes ⁊c. oſtendit ꝙ nõ ſunt mala proximis inferenda ꝑ modum defenſionis. Et primo ponit documentũ dicens. Nõ ſitis voſmetipſos defendentes o kariſſimi ſicut ⁊ de chriſto dicitur. Eſa. 50. Dedi corpus meum percucientibus ⁊ genas meas vellentibus ⁊. 53°. Quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit ⁊c. Unde ⁊ ipſe dominꝰ mandauit. Mat. 5. Si quis te percuſſerit in vna maxilla prebe ei etiam alterã. Sed ſicut auguſtinꝰ dicit in libro contra mendatiuz Ea q̃ in nouo teſtamẽto a ſanctis facta ſũt valent ad exempla intelligendarũ ſcripturarũ que in preceptis data ſunt. Ipſe autẽ dominꝰ cum alapa percuſſus eſſet nõ ait ecce altera maxilla. ſed ſi male locutus ſum teſtimonium perhibe de malo. Sin autẽ bene quid me cedis? Ubi oſtendit preparationem alterius maxille in corde eſſe faciendam. Paratus enĩ fuit dominꝰ nõ ſolum in altera maxilla cedi pro ſalute hominis ſed in toto corpore crucifigi. Et ſicut aug. dicit ad marcellinũ tunc quidez hoc mandatum recte fit cum ei creditur profecturũ eſſe ꝓpter quem fit ad aptandam in eo correctionem atq̧ cõcordiam etiam ſi alius exitus conſequatur. Sunt igitur iſta precepta patientie ſemper in cordis preparatione retinẽda ⁊ ipſa beniuolentia ne reddatur malum pro malo ſemper in voluntate cõplenda eſt. Agenda ſunt autẽ ⁊ multa etiam cum inuitis: benigna quadaz aſperitate plectendis. ¶ Scḋo aſſignat rationẽ cũ dicit. Sed date locuz ire id eſt diuino iudicio. Quaſi diceret committatiſ vos deo qui ſuo iudicio poteſt vos defendere ⁊ vindicare ſecũduz illud. ꝑme pe. vltimo. Omnem ſollicitudinem veſtram proijcientes in euz quoniã ipſi cura eſt de vobis. Sed hͨ intelligenda ſunt tñ caſu in quo nobis nõ adeſt facultas aliter faciendi ſecundũ iuſticiam. ſed quia vt dicit deutr. ꝑmo. Domini eſt iudiciũ. cum aliquis auctoritate iudicis vel vindictam querit ad comprimendã malitiam ⁊ nõ ꝓpter odium vel etiã cum auctoritate alicuius ſuperioris ſuam defenſionem procurat intelligitur locum dare ire id eſt diuino iudicio cuius miniſtri ſunt pꝛĩcipes vt dicitur infra. 13. Unde etiam paulus procurauit ſe per armatos defendi cõtra inſidias iudeorum vt patet Act. 23. ¶ Deinde cum dicit. Sicut ſcriptum eſt ⁊c. probat quod dixerat ⁊ primo per auctoritatez. Scḋo per rationem ibi. Noli vinci a malo ⁊c. Circa primuz duo facit. Primo ꝓbat qḋ dictum eſt: de ꝓhibitione vindicte dicens. dictum eſt Date locũ ire. i. diuino iudicio. Scriptum eſt eñ deu. 32. Mihi vindictam ſcilicet ſeruate ⁊ ego retribuaz dicit dominus. Noſtra littera ſic habet. Mea eſt vltio ⁊ ego re-

tribuā eis in tēpe. pš. Deus vltionum dominus. Nañ. 1. Deus emulator ⁊ vlciſcens dominus. Secundo ꝓbat ꝑ auctoritatem qđ dictuȝ eſt de beniuolentia exhibenda inimicis. In q̃ quidē auctoritate ṗmo ponit documentuȝ vt ſubueniamus inimicis in articulo neceſſitatis qꝛ hoc eſt de neceſſitate precepti vt ſupra dictū eſt. Et hoc eſt quod dicit. Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum. ſi ſitit potum da illi. Matth. 5. Benefacite his q̃ oderūt vos. Secūdo rōeȝ aſſignat dicens. Hoc eñ faciēs carbones ignis cōgeres ſuꝑ caput eius. Qđ quidē vno mō poteſt intelligi in malum vt ſit ſenſus ſi tu ei benefacias bonū tuū vertet ei in malū qꝛ ex hoc incurret combuſtionem ignis eterni per ſuam ingratitudinē. ſed iſte ſenſus repugnat charitati. contra quā ageret q̃ alicui ſubueniret vt ei ꝓueniret in malum. Et ideo eſt exponendū in bonum vt ſit ſenſus. Hoc eñ faciens id eſt in neceſſitate ei ſubueniens carbones ignis id eſt amorem charitatis de qua dicit Cañ. 8. Lampades eius vt lampades ignis atq; flāmaꝝ. congeres id eſt cōgregabis ſuꝑ caput id eſt ſuper mentē eius qꝛ vt aug. dicit in libro de cathezizādis rudibus nulla ē maior ꝓuocatio ad amādū, q̄ꝫ preuenire amando. Nimis eñ durus animꝰ q̃ dilectionē ⁊ ſi nolebat impendere nolit rependere. ¶ Deinde cum dicit. Noli vinci a malo ⁊c. probat qđ dixit ꝑ rōem. Naturale eſt eñ homini vt velit aduerſarium vincere ⁊ non vinci ab eo. Illud aūt ab aliquo vincit qđ ad illud trahit ſicut aqua vincit ab igne qñ trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliquis homo ꝓpter maluȝ qđ ſibi ab aliquo infert trahat ad hoc q̄ꝫ ei malefaciat bonum a malo vinceret. Si aūt econtrario ꝓpter beneficiū qđ bonus ꝑſecutori exhibet eum ad ſuum amorem trahat bonꝰ malū vincet. Sic ergo: Noli vinci a malo ſcȝ eius q̃ te ꝑſeq̄tur vt tu eum ꝑſequaris. ſed in bono tuo vince maluȝ illius. vt ſcȝ ei benefaciendo eum trahas 1. Jo. vltio. Hec ē victoria q̃ vincit malū fides nr̄a. Jere. 15. Ipſi conuerterent ad te ⁊ tu non conuerteris ad eos.

## Incipit capitulū decimūtertiū.

OMnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt eñ poteſtas niſi a deo. Que autē ſūt a deo ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autē reſiſtunt: ipſi ſibi dānationē acquirūt. Nam principes non ſunt timori boni operis ſed mali. Vis autē non timere poteſtatem? Bonum fac ⁊ habebis laudē ex illa. Dei eñ miniſter eſt tibi in bonum. Si aūt malum feceris: time. Non eñ ſine cauſa gladiū portat Dei eñ miniſter eſt vindex in iram ei q̃ malum agit. Ideoq; neceſſitati ſubditi eſtote: non ſolum propter iram: ſed etiam propter conſcientiam. Ideo eñ ⁊ tributa preſtatis. Miniſtri enim dei ſunt in hocipſum ſeruiētes. Reddite ergo omnibus debita: Cui tributum: tributū. cui vectigal: vectigal. cui timorem: timorem. cui honorē: honorem.

Poſtq̄ꝫ apoſtolus oſtendit qualiter ſe debeat homo exhibere deo vtendo donis gratie eius: hic oſtendit quō debeat ſe exhibere ꝓximo ⁊ primo quantū ad ſuperiores. ſcđo quantū ad oēs ibi. Nemini q̄cq̄ꝫ debeatis ⁊c. Circa ṗmū duo facit. ṗmo inducit hoīes ad ſubiectionē quaȝ debent ſuperioribus. ſecundo ad exhibendū ſubiectiōis ſignū ibi Ideo ⁊ tributa preſtatis ⁊c. Circa ṗmū duo facit. ṗmo ꝓponit documentum. ſecundo rationem aſſignat ibi. Non eñ eſt poteſtas ⁊c. Tertio infert concluſionem intentam ibi. Ideoq; ⁊c. Circa ṗmū conſiderandū eſt q̄ꝫ quidā fideles in ṗmitiua eccl'ia dicebant terrenis poteſtatibꝰ ſe ſubiici non debere ꝓpter libertatē quā conſecuti erant a xp̄o ſm̄ illđ. Jo. 8. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis Sȝ libertas ꝑ xp̄m conceſſa eſt libertas ſpiritus qua liberamur a peccato ⁊ morte ſicut ſupra. 8. dictū eſt. Lex ſp̄us in chriſto ieſu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Caro aūt adhuc remanet ſeruituti obnoxia ſicut ſupra. 7. dictū eſt. Et ideo tunc nulli ſubiectioni homo ꝑ xp̄m liberatus erit obnoxius nec ſp̄uali. ſcȝ nec carnali. Vñ dicit. 1. cor. 15. Cum tradiderit chriſtus regnū deo ⁊ patri ⁊ euacuauerit omnem ṗncipatū ⁊ poteſtatem. Interim aūt duȝ corruptibilem carnem gerimus oportet nos dñis carnalibꝰ ſubiacere. Unde dicit eph. 6. Serui obedite dñis carnalibus. Et hoc eſt etiam qđ hic ap'lus dicit. Oīs aīa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Poteſtates aūt ſublimiores hic dicunt homines in poteſtatibus conſtituti q̃bus ſm̄ iuſticie ordinem ſubijci debemus. 1. Pe. 2. Subditi eſtote omni humane creature ꝓpter deum ſiue regi q̄ſi ṗcellenti. Dicit aūt indeffinite poteſtatibꝰ ſublimioribꝰ vt ratione ſublimitatis officij eis ſubijciamur etiam ſi ſint mali. Unde. 1. Pe. 2. ſubditur. Subiecti eſtote nō tantū bonis ⁊ modeſtis ſed etiā diſcolis. Q aūt dicit oīs aīa ꝑ ſinodochen intelligit oīs hō. ſicut ⁊ Gen. 17. Delebit aīa illa de populo ſuo. Utit autē hoc mō loquēdi qꝛ ſubiectionem ſuperioribꝰ debemus ex aīo. i. ex pura volūtate ſm̄ illđ. Eph. 6. Nō ad oculū ſeruientes quaſi hoībꝰ placentes ſed ex aīo cū bona volūtate. ¶ Deinde cū dicit. Nō ē eñ ptās ⁊c. ponit rōem admonitionis ṗmiſſe. ṗmo quidē ex parte honeſti. ſecūdo ex ꝑte neceſſarij ibi. Qui aūt reſiſtūt ⁊c. Circa ṗmū duo facit. priꝰ ṗmittit duo ṗncipia. ſecundo ex eis concludit ibi. Itaq; q̃ reſiſtit ⁊c. Primo eñ ṗmittit origineȝ poteſtatis dicens. Nō ē eñ poteſtas niſi a deo. Quicqđ eñ cōmunit de deo ⁊ creaturis dicit. a deo in creaturas deriuat ſicut patet de ſapiā Ecc. 1. Oīs ſapiā a dño deo eſt. Poteſtas aūt de deo ⁊ hoībꝰ dr̄. Job 36. Deꝰ poteſtates non abijcit cū ⁊ ipē ſit potēs. Unde cōſequēs eſt q̄ꝫ humana ptās ſit a deo. Dan. 4. Dñabit excelſus in regno hoīm: ⁊ cuicūq; voluerit dabit illđ Jo. 19 Non haberes ptāteȝ aduerſum me vllaȝ niſi datū eſſet tibi deſuꝑ. Sed cōtra hoc eſſe videt qđ dicit Oſee. 8. Ipſi regnauerunt ⁊ non ex me ṗncipes extiterunt ⁊ nō cognoui. Ad qđ dicendū eſt q̄ꝫ regia poteſtas vel cuiuſcūq; alterius dignitatis pōt cōſiderari quantū ad tria. Uno quidē modo quantū ad ipſam poteſtatē. Et ſic eſt a deo ꝑ quē reges regnant. Alio modo poteſt cōſiderari quantū ad modum adipiſcendi poteſtatem. ⁊ ſic qñq; poteſtas eſt a deo quando ſcȝ aliq̃s ordinate poteſtatē adipiſcitur ſm̄ illud. Heb. 5. Nemo ſibi honorē aſſumit. ſed q̃ vocat a deo tāq̄ꝫ aaron. Quandoq; vero non eſt a deo ſed ex ꝑuerſo hominis appetitu q̃ ꝑ ambitionem vel quocūq; alio illicito modo poteſtatē adipiſcit. Amos. 6. Nūquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimꝰ nobis cornua. Tertio modo poteſt conſiderari quantū ad vſum ipſius. ⁊ ſic qñq; eſt a deo puta cum aliq̃s ſm̄ precepta diuine iuſticie vtit conceſſa ſibi poteſtate ſm̄ illud ꝓuer. 8. Per me reges regnant ⁊c. Quandoq; aūt non eſt a deo. puta cum aliq̃ poteſtate ſibi data vtunt ꝯ diuinā iuſticiam ſm̄ illđ pš. Aſtiterūt reges t're ⁊ ṗncipes cōuenerūt in vnū aduerſus dñm ⁊c. Dubitat etiā d ptāte peccādi vtrū ſit a deo. Ad qđ dicēdū ē q̄ꝫ ipſa

potentia qua peccatur a deo eſt. Eadem enī potentia qua
peccat ⁊ recte agit ſed ꝙ in bonū ordinet a deo eſt ꝙ aūt
ordinet ad peccandū eſt ex defectu creature inquantū eſt
ex nihilo. Secundo ponit ꝙ ea q̄ ſunt a deo ordinata ſunt
cuius ratio eſt q: deus omnia ꝑ ſuam ſapientiam fecit ſm
illud pſ. Oīa in ſapientia feciſti. Eſt aūt proprium ſapiē
tie ordinate oīa diſponere. Sap. 8. Attingit a fine vſq;
ad finem fortiter ⁊ diſponit oīa ſuauiter: ⁊ ideo oportet
effect⁹ diuinos ordinatos eſſe. Job. 38. Nūquid noſti or-
dinem celi ⁊ pones rationem eius in terra? Duplicē aūt
ordinem deus in ſuis effectibus inſtituit. Unum quidē
quo omnia ordinantur in ipſum prouer. 16. Uniuerſa ꝓ-
pter ſemetipſum operatus eſt deus. Aliū vero quo effe
ctus diuini ordinant adinuicē ſicut dicit deut. 4. de ſo-
le ⁊ luna ⁊ ſtellis ꝙ fecit ea miniſterium cunctis gentib⁹.
¶ Deinde cum dicit. Itaq; qui reſiſtit ⁊c̄. ex duabus pre-
miſſis concludit propoſitum. Si enī poteſtas ꝑncipum a
deo eſt ⁊ nihil eſt a deo ſine ordine. conſequens eſt ꝙ etiā
ordo q̄ inferiores poteſtatib⁹ ſupiorib⁹ ſubijciūt ſit a deo
Itaq; qui contra hunc ordinē reſiſtit poteſtati: dei ordina
tioni reſiſtit. 1. Reg. 8. Non te abiecerūt ſed me ne regnē
ſuper eos. Luc. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. Reſiſte
re aūt diuine ordinationi ꝯtrariat honeſtati virtutis. Unī
contra virtutē agit: quicunq; poteſtati reſiſtit in eo qd ꝑ-
tinet ad ordinē ſue poteſtatis. ¶ Deinde cum dicit. Qui
autē reſiſtit ⁊c̄. oſtendit huiuſmodi ſubiectionē non ſolū
eſſe honeſtam ſ; neceſſariā. Et primo ꝓponit qd intendit
Secūdo ꝓbat propoſitū ibi. Nā principes ⁊c̄. Dicit ḡ ꝑ
mo. Dictum eſt ꝙ q̄ reſiſtit poteſtati. dei ordinationi reſi
ſtit qd q̄dem ſm ſe eſt vitandū tanq̄ ꝯriū virtuti. Multi
tamen ſunt q̄ amorē virtutis non habentes ea que ſunt cō
traria virtuti non deteſtant. Unde tales cogendi ſunt ad
vitationē malorū ꝑ penas ⁊ quantū ad hoc ſubdit. Qui
autem reſiſtunt ſc; diuine ordinationi ſibi damnationem
acq̄runt cōtra poteſtatꝭ ordinem agendo. Quod q̄dē po-
teſt intelligi vno modo de damnatione eterna quā meren
tur q̄ poteſtatibus ſubijci nolunt in eo qd debent. In cu-
ius exemplū dathan ⁊ abyron q̄ moyſi ⁊ aaron reſtiterūt
ſunt a terra abſorpti vt habet Numeri. 16. Alio modo po
teſt intelligi de damnatione pene que ꝑ ipſos principes
infert ꝓuer. 20. Sicut rugitus leonis ita ⁊ terror regis. q̄
ꝓuocant eum peccant in aīam ſuam. S; contra hoc vide
tur eſſe ꝙ apl'i ⁊ martyres principibus ⁊ poteſtatib⁹ reſti
terunt. ⁊ ex hoc non damnationē a deo ſed premiū acqui
ſierunt. Sed dicendū eſt ꝙ apoſtol⁹ hic loquit de eo q̄ re-
ſiſtit poteſtati ſm ꝙ eſt a deo ordinata. Habet aūt hoc di-
uina ordinatio vt poteſtati inferiori non obediat cōtra ſu
periorem ſicut etiam in rebus humanis: vt ꝓconſuli non
obediat contra impatorē nec baliuo cōtra regem. Et oīs
poteaſts humana ſub poteſtate dei ordinat ⁊ nllī poteſta
ti humane eſt contra deum obediendum ſm illud act. 4.
Oportet obedire magis deo q̄ hominibus. ¶ Deinde cū
dicit. Nam principes ⁊c̄. aſſignat rationē eius qd dixerat
Et ꝑmo ponit rationē. ſcdo ex ratione poſita quoddā vti-
le documentū trahit ibi. Uis aūt non timere poteſtatē ⁊c̄
Tertio hui⁹ documēti neceſſitatē aſſignat ibi. Si aūt ma
lefeceris ⁊c̄. Dicit ḡ ꝑmo dictū eſt ꝙ q̄ reſiſtunt poteſtati
ſibi damnationē acq̄runt. Nā principes q̄ hic poteſtates
dicunt non ſunt timori id eſt in timorem boni operis id ē
ꝓpter bonū opus. ſed mali id ē ꝓpter malū. Qd quidē
videt eſſe intelligendū ſm cauſam inſtituendi ꝑncipes.
Ad hoc enī ſunt inſtituti ꝑncipes vt illi q̄ amore virtutis
non prouocant ad vitandū malum ⁊ faciendū bonum co
gant ad hoc timore pene. ꝓuer. 20. Rex q̄ ſedet in ſolio
iudicij diſſipat oē malū intuitu ſuo. Et ſm hoc dicit ꝙ
ꝑncipes non ſunt timori boni operis ſed mali. quantū ad

id qd ꝑncipi ex officio cōpetit ſicut ⁊ Eſa. 32. dicit. Prin
ceps ea q̄ ſunt digna ꝑncipe cogitabit. Pot aūt hoc refer
ri etiam ad malos ꝑncipes q̄ non ſunt timori boni operis:
ſed mali. quia ⁊ ſi interdū iniuſte ꝑſequunt bene operan-
tes: non tamen illi q̄ bene operant cauſam habent timen
di quia hoc ipſū ſi patienter ſuſtinent in eorum bonū ce
dit ſm illud. 1. Pe. 3. Si q̄d patimini ꝓpter iuſticiā bea
ti. timorem aūt eoꝝ ne timeritis vt nō conturbemini. Ex
hoc aūt qd h̄ dicit aſſignari patet ratio q̄re q̄ poteſtati re-
ſiſtunt ſibi damnationē acq̄rant ſiue intelligat de damna-
tione punitionis qua ꝑncipes rebelles puniūt ſiue d̄ dam
natione qua hoīes puniunt a deo. Si enī ꝑncipes ſunt
timori mali operis conſequēs eſt ꝙ ſi aliq̄s poteſtati reſi-
ſtat male opet ⁊ ita ipſe homo male agendo eſt ſibi cauſa
punitionis temporalis ⁊ eterne. ¶ Deinde cū dicit. Uis
autem non timere ⁊c̄. ex eo qd dixerat quoddā vtile docu
mentum tradit. ſ. vitandi timorem principū. Et ꝑmo inſi
nuat ſua interrogatione hoc eſſe deſiderabile dicēs: Uis
non timere poteſtatē. Quaſi dicat hoc debet homini eſſe
placitū ꝓuer. 20. Sicut fremitus leonis ita ⁊ terror regꝭ.
Secundo docet mediū ad hoc ꝑueniendi dicens: Bonū
fac. quia vt dicit ꝓuer. 16. Uoluntas regū labia iuſta. Et
in pſ. Ambulans in via imaculata hic mihi miniſtrabat.
Tertio oſtendit huius effectū dicens: Et ſi bn̄feceris non
ſolū timorem vitabis ſed etiam habebis laudem ex illa:
ſc; poteſtate qd planum eſt ſi accipiat ſm finem ad quem
inſtitute ſunt poteſtates. Ad hoc enī inſtitute ſunt vt nō
ſolum a malis timore penaꝝ retrahant: ſed etiā vt ad bo
num ⁊ premia alliciāt ſm illud. 1. Pe. 2. Siue ducib⁹ tā
q̄ ab eo miſſis ad vindictam malefactorū laudē vero bo
norum. Uerificat hoc etiam de malis ꝑncipibus quorū
iniuſtam ꝑſecutionem dum boni patienter ſuſtinēt laudā
tur. Jac. 5. Ecce beatificamus eos q̄ ſuſtinuerunt. Quar
to rationem aſſignat dicens: Dei enī miniſter eſt tibi ī bo
num. Qd quidem manifeſte patet quantū ad debitū ordi
nem ꝑncipum. Sunt enī ſub regimie dei quaſi ſupmi ꝑn
cipis tanq̄ miniſtri ordinati. Sap. 6. Cū eſſetis miniſtri
regis illius ⁊c̄. Ad idem aūt tendit miniſter ⁊ dominus.
Ecc. 10. Scdm iudicē ppl'i ſic ⁊ miniſtri ei⁹. Et ideo ſicut
deus operat in bonum his q̄ bonum agunt. ita ⁊ ꝑncipes
ſi recte miniſterium ſuum impleant. Sed ⁊ mali ꝑncipes
dei miniſtri ſunt ſm ordinationem dei ad inferendas pe-
nas. l; hoc ſit preter intentum eoꝝ ſm illd Eſa. 10. Aſſur
virga furoris mei ⁊ baculus ipſe eſt. Ipſe aūt non ſic arbi
trabit. Et Jere. 25. Aſſumā vniuerſam cognationē aq̄lo-
nis ⁊ nabuchodonoſor regem babylonis ſuū meū ⁊ ad-
ducam eos ſuper terram iſtam. Et q: tales mali ꝑncipes
interdum deo ꝑmittente bonos affligunt qd in bonū eoꝝ
cedit ſm illud. R. 8. Diligentibus deū ⁊c̄. ¶ Deinde cū
dicit. Si aūt male ⁊c̄. oſtendit neceſſitatē ꝑmiſſi documē-
ti. Dictum eſt enī ꝙ benefaciendo nō timebis poteſtatē:
ſi aūt malefeceris time q: cauſā timoris habes. ꝓuer. 10.
Pauor his q̄ operant malū. Sap. 17. Cum ſit timida ne-
quitia data eſt in omniū condemnationē. Secundo aſſi-
gnat rationē dicens: Non enī ſine cauſa gladiū portat. lo
q̄tur aūt ſm conſuetudinē ꝑncipū q̄ quaſi in figura ſue po
teſtatis deferebant inſtrumenta puniendi puta faſces vir-
garum ad verberandū ⁊ ſecures vel gladios ad occiden-
dum. Job. 19. Fugite a facie gladij quoniā vltor iniq̄tatū
eſt gladius. Tertio rationem exponit dicēs: Portat inq̄
gladiū q: ē miniſter dei vindex id eſt vindictā exercēs in
iram id eſt ad exequendā iram dei id ē iuſtū iudiciū eius
ei qui malum agit id ē contra malefactorē. Ezech. 16. Ec
ce ego cōgregabo oēs amatores tuos ⁊ iudicabo te ī iudi
cijs adulterorum ⁊ dabo te in manus eorū ⁊c̄. ꝓuer. 16.
Abhominabiles regi q̄ impie agūt. quoniā iuſticia firmat

ſolium. Ex quo patet ꝙ non ſolum eſt licitum ſed etiā meritoꝛium principibus q̄ zelo iuſticie vindictaꝫ exercent in malos. Unde dicit̄ Ezech. 29. Erit merces exercitui illiꝰ ⁊ operi quo ſeruiuit mihi aduerſus eam. ¶ Deinde cum dicit. Ideoq; neceſſitate ⁊c. infert concluſionē principalit̄ intentaꝫ dicens. Ideoq; ꝓpter predictas rationes ſubditi eſtote voluntarie neceſſitati que vobis iminet precepto principum vt faciatis de neceſſitate virtutem non ſolū ꝓpter iram .i. vindictam vitandā qḋ ꝑtinet ad ſcḋam rōem ſed etiam ꝓpter conſcientiā bonā conſiderandā qḋ ꝑtinet ad primā rationē. qꝛ qui poteſtati reſiſtit dei oꝛdinatiōi reſiſtit. Tit. 3. Amone illos principibus ⁊ poteſtatibꝰ ſubditos eſſe. ¶ Deinde cum dicit. Ideo eñ ⁊ tributa preſtatis ⁊c. inducit homines ad exhibendum ſuis ſuꝑioꝛibus ſignum ſubiectionis. Et primo ponit ſignū ſubiectionis. Scḋo inducit ad eius exhibitionē ibi. Reddite ergo ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit ſubiectionis ſignuꝫ dicens. Ideo eñ ſcꝫ qꝛ debetis eſſe ſubiecti ⁊ tributa preſtatis id eſt preſtare debetis in ſignū ſcꝫ ſubiectiōis. Et iō conquerendo dicit̄ Treñ. 1. Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Dicunt̄ aūt tributa ex eo ꝙ ſubditi dominis ea tribuūt. Secundo aſſignat rationē dicens. Miniſtri eñ ſunt dei ī hocipſum id eſt ꝓ hocipſo ſcꝫ tributo recipiendo ſeruientes ſcꝫ deo ⁊ pplo. Quaſi dicat. Unuſquiſq; de ſuo miniſterio viuere debet ſm illud. 1. coꝛi. 9. Quis paſcit gregem ⁊ de lacte eius non edit? Et ideo cū principes noſtri ſuo regimine deo miniſtrēt ⁊ populo: debent tributa ſuſcipere quaſi ſtipēdia ſui miniſterij. nō aūt ita ꝙ hoc debeant ſibi computare ꝓ premio. Propriū eſt premiū principis eſt laus ⁊ honoꝛ vt phus dic̄ in. 5. ethi. Et cum hoc non ſufficit tirannꝰ fit. Sꝫ hoc non eſt intelligendum de laude humana ſolum vel honoꝛe qꝛ tale premium eſſet vanū ſed de laude ⁊ honoꝛe diuino qui principibꝰ bene gubernantibus exhibet̄. Sap. 6. O reges populi diligite ſapientiam. Huiuſmodi aūt tributa recipiūt ad ſui ſuſtentationem: laboꝛant aūt principes ad oīm pacem. Unde dicit̄. 2. thi. 2. Obſecro primū omniū fieri obſecrationes pꝛo regibus ⁊ omnibus qui in ſublimitate ſūt conſtituti: vt quietā ⁊ tranquillam vitam agamus. Bar. 1. Oꝛate pꝛo vita nabuhodonoſoꝛ regis babylonis vt viuamus ſub vmbꝛa eius. Ab hoc tñ debito liberi ſunt clerici ex ꝓuilegio principum qḋ quidē equitatem naturalē habet. Unde etiam apud gentiles liberi erāt a tributis illi qui vacabāt rebus diuinis. Legitur eñ Geñ. 47. Q Ioſeph ſubiecit pharaoni totam terram egypti preter terram ſacerdotuꝫ q̄ a rege tradita fuerat eis quibus et ſtatuta cibaria ex hoꝛreis publicis prebebantur. Et infra dicitur ꝙ in vniuerſa terra egypti q̄nta pars ſoluit̄ abſq; terra ſacerdotali que libera ab hac conditione fuit. Hoc aūt omnino equū eſt qꝛ ſicut reges ſollicitudinē habent de bono publico in bonis tempoꝛalibus. ita miniſtri dei in ſpiritualibus. ⁊ ſic ꝑ hoc ꝙ deo in ſpūalibus miniſtrant recōpenſant regi ꝙ pꝛo pace eoꝛum laboꝛat. Sed attendendū eſt cum tributa dicat regibus eſſe debita quaſi laboꝛis ſtipendium. dupliciter peccare poſſunt principes accipiēdo tributa. Primo quidem ſi vtilitatē populi non procurent ſed ſolum ad diripiendum eoꝛum bona intendant. Unde dicitur. Ezech. 34. Lac comedebatis ⁊ lanis operiebamini ⁊ qḋ craſſum erat occidebatis: gregē aūt meum nō paſcebatis. Alio modo ex hoc ꝙ violenter diripiūt ſupꝛa ſtatutam legem que eſt quaſi quoddam pactū inter regem et populuꝫ ⁊ ſupꝛa populi facultatem. Unde dicit̄ Mich. 3. Audite principes Iacob ⁊ duces domꝰ iſrael. Et poſtea ſubdit. Qui violenter tollitis pelles eoꝛum deſuper eis ⁊ carnes eoꝛum deſuꝑ oſſibus eoꝛum. ¶ Deinde cum dic̄ Reddite ergo ⁊c. monet ad reddendū predictū ſubiectionis ſignum. ⁊ primo quidē in generali dicens. Ex quo tributū debetur principibus tanq̄ dei miniſtris. reddite ergo omnibuſ debita. Ex quo patet ꝙ ex neceſſitate iuſticie tenentur ſubditi ſua iura principibus exhibere. Matt. 8. Oblatus eſt regi vnus qui debebat decem milia talenta Et. 22. Reddite q̄ ſunt ceſaris ceſari ⁊c. Secundo ſpecificat ⁊ primo ea que ſunt exterioꝛa dicens. Cui tributū .ſ. debetis reddite tributū qꝛ ſcꝫ pn̄cipi tribuit̄ ꝓ generali regimine q̄ patriaꝫ in pace ⁊ quiete gubernat. Geñ. 49. Uidit requiē ꝙ eſſet bona factuſq; eſt tributis ſeruiēs. Cui vectigal ſcꝫ debetis reddite vectigal, qḋ ſcꝫ reddit̄ principi in aliquibus certis locis de mercimonijs que deferunt̄ ꝓ reparatione ⁊ cuſtodia. Uel vectigal dicit̄ qḋ dat̄ pn̄cipi qn̄ ꝑ patriam deuehit̄ ſicut ſunt procurationes ⁊ alia huiuſmodi. Secundo ponit ea que ſunt interius exhibenda Eſt autē conſiderandū ꝙ principi debet̄ ⁊ timoꝛ ⁊ honoꝛ. timoꝛ quidē inquantū eſt dñs ſua poteſtate malos cohercens. Mal. 1. Si ego dñs vbi eſt timoꝛ meus? Et ideo dicit. Cui timoꝛem ſcꝫ debetis reddite timoꝛem. Puer. 24. Deum time fili mi. Inquantū aūt quaſi pater ꝓuidet bonis que ſunt in laudem eoꝛuꝫ debet̄ ei honoꝛ. Mal. 1. Si ego pater vbi honoꝛ meus? Et ideo ſubdit. Cui honoꝛem debetis reddite honoꝛem. 1. Pe. 2. Regem honoꝛificate Sꝫ ꝯtra ē qḋ dicit̄ Leuit. 19. Nō honoꝛes vultū potētis Sed hoc eſt intelligendū quātū ad hoc vt ꝓ eo a iuſticia non declines. Unde ſubdit̄. Iuſte iudica ꝓximo tuo.

## Lectio tertia.

Nemini quicq̄ debeatis niſi vt inuicē diligatis. Qui eñ diligit proximū legē impleuit. Nam nō adulterabis. non occides. non furaberis. non falſum teſtimoniū dices. non concupiſces. ⁊ ſi qḋ eſt aliud mandatum in hoc verbo inſtaurat̄ diliges proximū tuum ſicut teipſuꝫ. Dilectio proximi malū non operat̄. Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

Supꝛa aplus oſtendit qualiter debeant fideles ad ſuperioꝛes iuſticiam obſeruare: hic oſtendit quid debeant omnibus exhibere. Et primo ꝓponit qḋ intēdit. ſecūdo reddit rationem ibi. Qui eñ diligit ⁊c. Dicit ergo pͥmo dictum eſt. Reddite omnibꝰ debita: non quidem particulariter ſed integraliter. Et hoc eſt quod oñdit. Nemini q̄cq̄ debeatis. Quaſi dicat. Ita plene omnibus oīa debita ꝑſoluatis vt nihil remaneat qḋ ſoluere debeatis. Et hoc q̄dem ꝓpter duo. Primo qꝛ in ipſa moꝛa reddendi peccatum committit̄ dum homo iniuſte detinet rem alienaꝫ. Uñ dicit̄ Leuit. 19. Non moꝛabit̄ opus mercenarij tui apud te vſq; mane. Et eadem eſt ratio de alijs debitis. Secundo qꝛ q̄diu aliquis debet eſt quodāmodo ſeruus ⁊ cui debet obligat̄. Puer. 22. Qui accipit mutuū ſeruus eſt fenerantis. Sunt tamen quedam debita a quibꝰ homo nunq̄ poteſt ſe abſoluere. Et hoc dupliciter. Uno quideꝫ modo ꝓpter excellentiam beneficij cui equiualens recompenſari non poteſt. ſicut phus dicit de honoꝛe qui exhibet̄ deo vel parentibus ſm illud pš. Quid retribuam dño ꝓ omnibus que retribuit mihi. Alio modo ꝓpter cauſaꝫ debēdi q̄ ſemꝑ manet. Uel etiam ꝓpter hoc ꝙ illud qḋ reddit̄ nunq̄ exhauritur ſed ſemꝑ in reddendo creſcit. Et ꝓpter has cauſas debitum dilectionis fraťne ita ſoluitur ꝙ ſꝑ debet̄. Pͥo q̄dē qꝛ dilectionē ꝓxīo debemꝰ ꝓpͤ deuꝫ cui ſufficientē recōpēſare non poſſumꝰ. Dicit̄ eñ. 1. Io. 3. Hoc mandatum habemus a deo vt q̄ diligit deuꝫ diligat ⁊ fratreꝫ ſuum. Secūdo qꝛ cauſa dilectionis ſemꝑ manet

que eſt ſilitudo nature ⁊ gratie. Eccl̄.13. Omne animal di
ligit ſibi ſimile. ſic ⁊ omnis hō ꝓximū ſibi. Tertio qꝛ cha-
ritas in diligendo non deficit ſed ꝑficit. Phil.1. Ho coꝛo
vt charitas veſtra magis ac magis abūdet. Jō dicit: Niſi
vt inuicem diligatis: qꝛ ſcꝫ dilectionis debitum ita ſemel
reddit vt tn̄ ſemꝑ maneat ſub debito ꝑcepti Jo.15. Hoc
eſt preceptum meum vt diligatis inuicem. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Qui em̄ diligit ⁊c̄. aſſignat cauſam eius qđ dixerat
a debito dilectionis nos nūꝗ abſolui. qꝛ ſcꝫ in dilectione
tota legis impletio conſiſtit. Unde circa hoc tria facit. pri-
mo ꝓponit qđ intendit. ſecūdo manifeſtat ꝓpoſitum ibi.
Nam non adulterabis ⁊c̄. tertio infert concluſionē inten-
tam ibi. Plenitudo ergo legis ⁊c̄. Dicit ḡ primo. Ideo
dictum eſt ꝙ non intendamus nos expedire a debito dile
ctionis ſicut ab alijs debitis. Qui em̄ diligit ꝓximū legē
impleuit id eſt tota legis impletio ex ꝓximi dilectiōe de-
pendet. ſed hoc non videt. dicit em̄. 1. Ti.1. Ꝙ finis pre
cepti charitas eſt. Unūquodqꝫ em̄ ꝑficit cum ad finem ꝑue
nit. ⁊ ideo tota legis ꝑfectio in charitate conſiſtit. Sꝫ cha
ritas duos hꝫ actꝰ. ſ. dilectionē dei ⁊ dilectiōꝫ ꝓximi. Un̄
⁊ dn̄s dic̄ Mat..22. Ꝙ tota lex ⁊ ꝓphe pendet in duobꝰ
mandatis charitatis quoꝝ vnum eſt de dilectione dei. ali
ud de dilectione ꝓximi. Non ergo videt ꝙ q̄ ꝓximū dili-
git impleat totam legeꝫ. Sed dicendū eſt ꝙ illa dilectio
ꝓximi ad charitatem ꝑtinet ⁊ legem implet qua ꝓximus
diligit ꝓpter deum ⁊ ita in dilectione ꝓximi includit di-
lectio dei ſicut cauſa in effectu. Dicit em̄. 1. Jo.3. Et hoc
mandatum habemus a deo vt qui diligit deum diligat et
fratrem ſuum. Et econuerſo dilectio ꝓximi includit in di
lectione dei ſicut effectus in cauſa. Unde ibideꝫ dicit. Si
quis dixerit quoniā diligo deum ⁊ fratrē ſuum odit men-
dax eſt. Et inde eſt ꝙ in ſacra ſcriptura quādoqꝫ fit men-
tio ſolum de dilectione dei quaſi ſufficiat ad ſalutē. ſm il-
lud deut.10. Et nunc iſrael quid dominꝰ deus tuus petit
a te niſi vt timeas dominū ⁊ ambules in vijs eius ⁊ dili-
gas eum. Qñqꝫ aūt fit mentio ſoluꝫ de dilectione ꝓximi
Jo.15. Hoc vobis mando vt diligatis inuiceꝫ. ¶ Deinde
cum dicit. Nam non adulterabis ⁊c̄. ꝓbat ꝓpoſitū. ꝑmo
quidem ꝑ inductionem. ſecundo vero ꝑ mediū ſilogiſmi:
ibi. Dilectio ꝓximi ⁊c̄. Circa ꝑmū more inducētiū enūe-
rat q̄dā ꝑcepta q̄ dilectionē ꝓximi implēt ⁊ qꝛ ꝑcepta tria
ꝑme tabule imediatius ordinant ad dilectionem dei non
facit mentionē hic de eis ꝙuis ⁊ ipſa impleant in dilecti
one ꝓximi ꝓut includit dilectionem dei. Enumerat autē
mandata ſecunde tabule. pretermittit tamen preceptum
affirmatiuum tm̄ quodeſt de honore ꝑentum in quo etiaꝫ
intelligit vt omībus reddamus que debemꝰ. Enumerat
aūt precepta negatiua ꝑ que aliq̄s ꝓhibet malū ꝓximis
inferre. Et hoc duplici ratione. Primo quidē qꝛ ꝑcepta
negatiua ſunt magis vniuerſalia ⁊ quantū ad tempora ⁊
quantū ad ꝑſonas. Quantū ad tempora quidē qꝛ precep-
ta negatiua obligant ſemꝑ ⁊ ad ſemꝑ. Nullo em̄ tempo-
re eſt furanduꝫ ⁊ adulterandū. Precepta aūt affirmatiua
obligant q̄dē ſemꝑ ſꝫ nō ad ſemꝑ. ſꝫ ꝓ loco ⁊ tempore. nō
em̄ tenet homo vt omni tempore honoret parētes. ſed ꝓ
loco ⁊ tempore. Quantū ad ꝑſonas aūt qꝛ nulli hominū
eſt nocendū. non aūt ſufficientes ſumus vt vnus hō poſſit
omnibus hominibꝰ ſeruire. Secundo quia magis mani-
feſtum eſt ꝙ ꝑ dilectionem ꝓximi implent precepta nega
tiua ꝙ affirmatiua. Qui em̄ diligit aliquē magiſ abſtinet
a nocumento illius ꝙ ei beneficia impendat a quo qñqꝫ
homo impedit ꝑ impotententiā. Tripliciter aūt aliquis
nocumentū proximo inferre poteſt. Uno modo facto. alio
modo verbo. tertio deſiderio. Facto q̄dē tripliciter. Uno
modo quantū ad perſonam ipſius ꝓximi. Et hoc ꝓhibet
cum dicit: Non occides. In quo etiam intelligit ꝓhiberi
om̄is iniuria in perſonā ꝓximi illata. 1. Joh.3. Om̄is ho
micida non habet vitam eternā in ſeipſo. Secundo quan
tum ad perſonam cōiūctam ſcꝫ vxorē ⁊ hoc ꝓhibet cū di-
cit. Nō adulterabis. In quo etiam intelligit ꝓhiberi for-
nicatio ⁊ oīs illicitus vſus genitaliū mēbroꝝ. Heb. vltio
Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus. Tertio quātū
ad res exteriores qđ ꝓhibet cum dicit. Non furaberis.
In quo etiam intelligit ꝓhiberi omnis iniuſta ſubtractio
rei aliene. ſiue ꝑ vim: ſiue ꝑ dolum. Zach.5. Omnis fur
ſicut ibi ſcriptum eſt iudicabit. Nocumentū qđ autē quis
ꝓximo infert verbo ꝓhibet cum dicit. Non falſum teſti-
moniū dices. Qđ non ſolum ꝓhibet in iudicio ſed etiaꝫ
extra iudicium ſiue ꝑ modū detractionis ſiue ꝑ modū con
tumelie. prouer.19. Teſtis falſus non erit impunitus et
qui mendatia loquit nō effugiet. Nocumētū aūt qđ q̄s in
fert ꝓximo ſolo deſiderio ꝓhibet cum dicit. Non concu-
piſces rem ꝓximi tui. Ubi etiam intelligit ꝓhiberi concu
piſcentia vxoris. ſupra.7. Nam concupiſcentiam neſciebā ſcꝫ
eſſe peccatum niſi lex diceret: Non cōcupiſces. Ponunt
autem hec mandata Exo.20. Enumeratis aūt pluribus ꝑ-
ceptis colligit omnia alia in cōmuni dicens: Et ſi quod ē
aliud mādatū affirmatiuū vel negatiuū ad ꝓximum ꝑti
nens ꝑ modū ſupra dictū inſtaurat id eſt ꝑficitur ⁊ implet
in hoc verbo: Diliges ꝓximū tuum ſicut teipſum. Quod
quidē ponit Leuit.19. Ubi nos habemus. Diliges ami-
cum tuum ſicut teipſum. Ꝙ aūt dicit ꝓximū tuū. referen
dum eſt ad omnē hominē ⁊ etiam ad ſanctos angelos: vt
aug. ꝓbat in primo de doctrina chriſtiana. Nomīe em̄ ꝓ-
ximi intelligit quicūqꝫ facit alicui miſericordiaꝫ. ſm illđ
Luc.10. Quis tibi videtur illi ꝓximꝰ fuiſſe qui incidit ī
latrones? Et ille dixit q̄ fecit miſericordiā ⁊c̄. Et quia ꝓ-
ximus eſt ꝓximo proximus. conſequens eſt ꝙ etiam ille
qui ab aliq̄ miſericordiā recipit ꝓximus ei dicat. Sancti
aūt angeli nobis miſericordiā impendūt ⁊ nos oībus ho-
minibus miſericordiaꝫ debemus impendere ⁊ ab eis cum
neceſſe fuerit recipere. Unde patet ꝙ ⁊ ſancti angl̄i ⁊ oēs
hoīes ꝓximi nobis dicunt qꝛ beatitudinē ad quā nos ten
dimus vel iam habent vel ad eam nobiſcū tendunt. Ex q̄
patet ꝙ demōes nō ſūt ſm hāc rationē ꝓximi nob̄ nec ſub
hoc precepto eoꝝ dilectio nobis iniungit. qꝛ ſunt totalit
a ſocietate dei excluſi ⁊ non ſunt cōputandi in numero ꝓ-
ximorum ſed in numero hoſtiū. Ꝙ aūt dicit: Sicut teip-
ſuꝫ nō eſt referendū ad equalitatē dilectionis. vt ſcꝫ aliq̄s
teneat diligere ꝓximū equaliter ſibi. hoc em̄ eſſet contra
ordinem charitatis quo quilibꝫ plus tenet ſuam ꝙ alioꝝ
ſalutem curare Cañ.2. Ordinauit in me charitatem. Sꝫ
eſt referendū ad ſimilitudnē dilectionis vt ſcꝫ ſiliter dili-
gamus ꝓximum ſicut noſipſos. Et hoc tripliciter. Prio
quidem quantū ad finem dilectionis vt ſcꝫ nos ⁊ proximū
diligamus ꝓpter deum. Secundo quantū ad formā dile
ctionis vt ſcꝫ ſicut aliquis ſeipſum diligit quaſi ſibi volēs
bonum ita aliquis ꝓximū diligat. Qui aūt diligit ꝓximū
ad hoc ſolum vt eius vtilitate vel delectatione potiat nō
vult bonum ꝓximo ſed ex ꝓrio vult ſibi bonū. Quo q̄dē
mō hō amare dicit res irrōales puta vinum vel aquaꝫ vt
ſcꝫ eis vtat. Tertio quantū ad effectū dilectiōis vt ſcꝫ ali-
quis neceſſitati ꝓximi ſubueniat ſicut ſibi. ⁊ ꝙ nihil illi-
citum ꝓpter amorē ꝓximi cōmittat ſicut nec ꝓpter ſuuꝫ
amorem. ¶ Deinde cum dicit. Dilectio ꝓximi ⁊c̄. mani-
feſtat propoſitū medio ſillogiſmi ꝑ hūc modū. Qui dili-
git ꝓximū nullū malū operat ad ipſum. Sed ad hoc ten-
dit omne legis ꝑceptū vt abſtineat e malo. Qui ḡ diligit
ꝓximū legē impleuit. ꝙ aūt dilectio ꝓximi malū nō opet
hꝫ. 1. cor.13. Carita ſ n̄ agit ꝑperā ⁊c̄. Et ſiq̄dē accipiat
hic malum nō ſolum tranſgreſſionis ſed etiam omiſſiōis
poterit hoc referri nō ſolū ad precepta negatiua ſed etiā

ad affirmatiua. Inquātū vero dilectio ꝓximi includit dilectionem dei intelligit̄ ꝙ dilectio ꝓximi excludit maluꝫ non ſolum qḋ eſt contra ꝓximū ſed etiā qḋ eſt contra deū Et ſic includet̄ etiā ꝓcepta tabule p̄me. Ultīo aūt īfert concluſionem pn̄cipaliter intentaꝫ dicens. Plenitudo ḡ legis eſt dilectio id eſt ꝑ dilectionem lex implet̄ ⁊ ꝑficiet̄ Ecc̄.24. In plenitudine ſanctoꝝ detentio mea. Col.3. Charitatē habete quod eſt vinculū ꝑfectionis.

## Lectio tertia.

Et hoc ſcientes tempus. quia hora ē iam nos de ſomno ſurgere. Nūc eīm propior eſt noſtra ſalus q̄ꝫ cum credidimus. Nox preceſſit: dies autē appropinq̄uit. Abijciamus ergo opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis: ſic vt in die honeſte ambulemus. Non in cōmeſſationibus ⁊ ebrietatibus: Non in cubilibus ⁊ impudicitijs. Non in contentione ⁊ emulatione. ſed induimini dn̄m ieſum chriſtum: ⁊ carnis curā ne feceritis in deſiderijs.

Poſtq̄ aplus oſtendit quō homo debet ſe deo exhibere pium. conuenienter eius donis vtendo: ⁊ ꝓximo iuſte ei debita reddendo. hic oſtendit quō in ſeipſo debeat honeſtatē conſeruare. Et circa hoc duo facit. primo ꝓponit tēporis congruitatem. ſecundo exhortat̄ ad honeſtatē operum, ibi. Abijciamus ergo ⁊c̄. Circa primū tria facit. primo ponit temporis congruitatē. ſecūdo aſſignat rationeꝫ ibi. Nunc eīm ꝓpior ⁊c̄. tertio adhibet ſimilitudinem ibi. Nox preceſſit ⁊c̄. Dicit ergo p̄mo. Dictum eſt q̄ debetis obſeruare. ⁊ hoc non ſolū ꝓpter ea que dicta ſunt ſed etiā ſcientes hoc tēpus id eſt ꝑ hoc ꝙ debetis conſiderare huius temporis conditionem. q: vt dicit̄ Eccs̄. 8. Omni negotio temp⁹ eſt ⁊ oportunitas Iere. 8. Milu⁹ in celo cognouit tempus ſuum turtur ⁊ irundo ⁊ ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui popul⁹ aūt meus ⁊c̄. Ad quid aūt congruū ſit hoc tempus oſtendit ſubdens. Quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Qḋ quidem intelligendum eſt non de ſomno nature quod q̄nq̄ꝫ dicit̄ mors: ſm̄ illud. 1. theſſal. 4. Nolum⁹ vos ignorare de dormientib⁹ Quandoq̄ꝫ aūt eſt quies animaliū virtutū ſm̄ illud. Io. 11. Si dormit ſaluus erit. Nec etiam intelligenduꝫ eſt de ſomno gratie quod q̄nq̄ꝫ dicit̄ quies eterne glorie ſm̄ illḋ pſ̄. In pace in idipſuꝫ ⁊c̄. Q̄nq̄ꝫ aūt eſt quies contemplationis etiam in hac vita. Cañ. 5. Ego dormio ⁊ cor meuꝫ vigilat. ſed intelligit̄ de ſomno culpe ſm̄ illḋ ephe. 5. Exurge qui dormis exurge a mortuis ⁊c̄. Uel etiaꝫ negligētie ſm̄ illud ꝓuer. 6. Uſq̄ꝫquo piger dormis. Tempus ḡ eſt ſurgendi a culpa ꝑ penitentiam pſ̄. Surgite poſtq̄ ſederitis ⁊c̄. A ſomno vero negligentie ꝑ ſollicitudinē bene operandi Eſa. 21. Surgite principes accipite clipeuꝫ. Ecc̄. 32. Hora ſurgendi non te trices. ¶ Deinde cū dicit. Nunc eīm ⁊c̄. aſſignat rationem eius qḋ dixerat dicens. Nunc eīm ꝓpior eſt noſtra ſalus q̄ cum credidim⁹. Qḋ quidem ſm̄ intētionē apl̄i intelligit̄ de ſalute vite eterne de qua dicit̄ Eſa. 51. Salus aūt meaꝫ in ſempiternuꝫ erit. Ad hanc aūt ſalutem homo ordinat̄ p̄mo quidem ꝑ fidē. Marci. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ſalu⁹ erit. Sed ſemꝑ magis ac magis homo accedit ad eā ꝑ bona opera ⁊ charitatis augmentū. Unde dicit̄ Iac. 4. Appropinquate deo ⁊ appropinquabit vobis. Hoc eſt ergo qḋ aplus dicit. Ideo hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Nunc eīm q̄ñ ſcꝫ ꝑ opera bona ⁊ ꝑ charitatis augmentuꝫ ꝓficimus propior id eſt ꝓpinquior eſt ſcꝫ nobis noſtra ſalus ſcilicꝫ vite eterne de qua dicitur Eſa. 51. Salus autem mea in ſempiternum erit. Quam cum credidimus: id ē q̄ cum a principio fidē accepimus. Et poteſt hic intelligi duplex ꝓpinquitas. Una quidē ſm̄ tempus. quia ſancti viri in operibus iuſticie ꝑficiētes magis appropinquant ad terminū vite huius in quo mercedem accipiunt Alia vero eſt ꝓpinquitas diſpoſitionis vel preparatiōis q: ꝑ augmentum charitatis ⁊ opationem iuſticie homo p̄paratur ad illaꝫ ſalutē. Math. 25. Que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. Sed ſm̄ ꝙ eccleſia hec verba aduentus tempore legit: videntur hec verba eſſe referenda ad ſalutem: quam chriſtus fecit in ſuo primo aduentu vt intelligamus apl̄m loquentē quaſi ex ꝑſona omniū fidelium q̄ fuerunt a principio mundi. Appropinquāte enim iam tempore incarnationis xp̄i quo vaticinia prophetarum crebreſcebant qḋ tempus repreſentat eccleſia. poterit dici. Nunc ꝓpior eſt noſtra ſalus ſcꝫ xp̄s q̄ cū credidimus id eſt cum homīes a principio credere ceperunt xp̄i aduentū futurum. Eſa. 56. Iuxta eſt ſalus mea vt veniat ⁊ iuſticia mea vt reuelet̄. Poſſet etiam aſſumi ad tēpus miſericordie quo quis incipit velle a p̄teritis peccatis diſcedere. Tunc eīm magis appropinquat ſue ſaluti q̄ a principio dum haberet fidem informē. Iac. 4. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis appropinquate deo ⁊c̄. ¶ Deinde cum dicit. Nox preceſſit dies aūt appropinq̄bit ⁊c̄. ponit ad ꝓpoſitum ſimilitudinē. Qḋ quidē ſm̄ intentionem apl̄i ſic videt̄ eſſe intelligendum vt totū tempus vite preſentis nocti comparet̄ ꝓpter ignorantie tenebras. Et de hac nocte dicitur Eſa. 26. Anima mea deſiderauit te ī nocte. Diei aūt compat̄ ſtatus future beatitudinis ꝓpter claritatem qua ſancti illuſtrant̄ Eſa. 60. Non erit tibi amplius ſol ad lucendū ꝑ diem nec ſplendor lune illuminabit te. ſed erit tibi dn̄s in lucē ſempiternam. Ad quē dieꝫ refert̄ qḋ dicit̄ in pſ̄. Hec dies quā fecit dn̄s exultemus ⁊ letemur in ea. Alio modo poteſt intelligi ꝙ ſtatus culpe nocti cōpet̄ ꝓpter tenebras culpe de quibus dicit̄ in pſ̄. Neſcierunt neq̄ꝫ intellexerunt in tenebris ambulāt. Et ḋ hac nocte dicitur ſap. 17. Solis aūt illis ſuppoſita erat grauis nox imago tenebrarū que ſuperuentura erat illis. Dies aūt dicit̄ ſtatus gratie ꝓpter lumē ſpiritualis intelligentie qḋ iuſti habent: ſed impijs deeſt pſ̄. Lux orta ē iuſto. Sap. 5. Sol intelligentie nō eſt ortus nobis. Tertio modo poteſt intelligi ꝙ comparet̄ nocti tempus p̄cedēs xp̄i incarnationē q: nōdū erat manifeſtata ſed ſub q̄dam caligine. 2. Pe. 1. Habetis ꝓpheticū ſermonem cui benefacitis attendentes quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco. Et de hac nocte dicit̄ Eſa. 21. Cuſtos quid de nocte. Unde ſicut in nocte apparent vmbre ita etiam illo tēpore eminebant legalia que ſunt vmbra futuroꝝ vt dicit̄ Col. 2. Tempus aūt ab incarnatione xp̄i compat̄ diei ꝓpter preſentiam ſpūalis ſolis in mūdo de quo dicit̄ Mal. vltimo. Uobis timentibus nomen meuꝫ orīet̄ ſol iuſtitie. Unde ⁊ ipſe dn̄s dicit. Io. 9. Me oportet operari opera eius q̄ miſit me donec dies eſt. Et poſtea ſubdit. Quādiu in mundo ſum lux ſum mundi. Quod ḡ dicit̄. Nox p̄ceſſit indifferenter accipi poteſt ꝓ qualibet p̄dictaꝝ noctiū. Iam eīm p̄ceſſerat eos quibus ſcribebat ⁊ magna pſ temporis huius vite ⁊ qḋ verius eſt p̄ceſſerat nox culpe. p̄ceſſerat etiam tempus legis qḋ fuit añ chriſtū. ¶ Qḋ autē ſubdit. Dies aūt appropinquabit. videt̄ ſm̄ intentionē apl̄i referendū eſſe ad diem future glorie. q̄ lꝫ nondū adueniſſet fidelibus xp̄i quib⁹ ſcribebat: tn̄ in ꝓpinquo erat eis ſm̄ predicta. Poſſet etiā intelligi temp⁹ gratie xp̄i qḋ et ſi iam aduenerit ſm̄ tp̄m curſuꝫ: ap ꝓpinq̄re tn̄ nob̄ dr̄ ꝑ fidem ⁊ deuotioneꝫ ſic ⁊ Phil. 4. dr̄. Dn̄s ꝓpe eſt. Et in

pſ. Prope eſt domin⁹ omnibus inuocantib⁹ eũ⁊ Poteſt etiã hoc congruere his qui de peccatis penitere incipiunt quibus dies gratie appropinquat. ¶ Deinde cum dicit. Abijciamus ⁊c. concludit exhortationẽ de honeſtate vite. Et primo ponit exhortationem. Secũdo exponit eam ibi. Non in comeſſationibus ⁊c. Circa honeſtatẽ vite tria tangit. Primo quidem remotionẽ vitiorũ concludens ex premiſſis. ſi nox preceſſit vt dictuꝫ eſt abijciam⁹ ergo opera tenebraꝝ. qꝛ vt dicit ecc. 8. Omni negotio tempus ẽ ⁊ oportunitas. Unde recedente nocte ceſſare debent opera noctis. Dicunt aũt opera tenebraꝝ opera peccatorum. Primo quidem qꝛ in ſeipſis priuata ſunt lumine ratiõis quo illuſtrari debent humana opera. Ecc. 2. Sapientis oculi in capite eius ſtultus in tenebris ambulat. Secũdo qꝛ ĩ tenebris agunt. Job. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Tertio qꝛ ꝑ ea homo ad tenebras ducit ſm illud Matth. 22. Mittite eum in tenebras exteriores. Secundo inducit ad aſſumendas virtutes. Quaſi dicat. Ex quo dies appropinquauit aſſumentes ea que congrũt diei induamur arma lucis id eſt virtutes que ⁊ arma dicũt: inquantũ nos muniunt. Eph. vltimo. Induite vos armaturam dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Et dicunt lucis arma tum qꝛ ex lumine rationis decorant ⁊ ꝑficiunt. Unde dicit prouer. 4. Juſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens procedit. tum qꝛ lucis examen requirunt. Jo. 3. Qui facit veritatem venit ad lucem. tum quia ꝑ opera virtutũ alij illuminant. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus ⁊c. Tertio exhortat ad vſum virtutuꝫ ⁊ profectum cum dicit. Sic vt in die honeſte ambulem⁹. Hec enim duo videntur diei congruere. Primo quidem honeſtas. Nam in die vnuſquiſqꝫ ſe ſtudet componere vt coram aliis honeſtus appareat. In nocte aũt non ſic. Unde dicit. 2 theſſal. 5. Qui dormiunt nocte dormiũt. ⁊ q̃ ebrij ſunt nocte ebrii ſunt: nos aũt qui diei ſumus ſobrij ſim⁹. Un̄. 1. cor. 14. dicit. Om̄ia honeſte ⁊ ſm ordineꝫ fiant in vobis. Secundo homo in die ambulat non in nocte. Un̄ dicit Jo. 11. Qui ambulat in nocte offendit. Et ideo quia dies eſt oportet ꝙ ambulemus. i. de bono in melius procedamus. Unde dicit Jo. 12. Ambulate dum lucẽ habetis. ¶ Deinde cum dicit. Non in cõmeſſationibus ⁊c. exponit qḋ dixerat. Et primo exponit quõ ſunt abijcienda opera tenebraꝝ q̃ ſunt opera peccatorũ de quib⁹ quedam ẽnumerat. Primo ponens ea que pertinent ad corruptionem cõcupiſcibilis cuius corruptio eſt intemꝑantia. q̃ eſt circa delectationes tactus ⁊ circa cibos cum dicit. Nõ in cõmeſſationib⁹. Dicũt cõmeſſatiões ſuꝑflue ⁊ nimis accurate comeſtiones. ꝓuer. 23. Noli eſſe in conuiuijs peccatorũ. nec in cõmeſſationib⁹ eorum q̃ carnes ad veſcẽdũ cõferunt. Qḋ quidẽ poteſt eſſe peccatũ mortale ex hoc ꝙ ſm legem ꝓ hac culpa aliquis damnat ad morteꝫ. Dicit eñ de filio ꝓteruo deut. 21. Commeſſationibus vacat ⁊ luxurie atqꝫ conuiuijs lapidibus eũ obruet ⁊c. Dicit aũt aliquis vacare cõmeſſationib⁹ atqꝫ conuiuijs non quidẽ ſi comedat magnifice ſm ſtatũ ſue dignitatis ſicut dicitur Heſter. 2. Q. aſſuerus iuſſit ꝑparari conuiuiũ magnificuꝫ ꝓpter coniunctionem Heſter. iuxta magnificentiã principaleꝫ. Sed quando aliquis hoc facit preter decentiã ſui ſtatus ⁊ ꝑcipue ſi ad hoc ꝑncipalis eius cura exiſtat ſicut illi de q̃bus dicit infra vltimo. Huiuſmodi xp̄o dño non ſeruiunt: ſed ſuo ventri. Et phil. 3. Quorũ deus venter eſt. Secũdo excludit intemperantiã circa potũ cũ ſubdit. Et ebrietatibus. Que ꝑtinẽt ad ſuꝑfluitatẽ potus extra mẽſuram rationis hominẽ ponentis. Ecc. 31. Uinũ in iocũditate creatum eſt non in ebrietate. Et eſt conſiderãduꝫ ꝙ ebrietas ex ſuo genere eſt peccatũ mortale cum ſcꝫ homo ex ꝓpoſito inebriat: qꝛ videt ꝑferre delectationẽ vini integritati rationis. Unde dicit Eſa. 5. Ue qui potentes eſtis ad bibendũ vinum ⁊ viri fortes ad miſcendũ ebrietatem. Si vero aliquis inebrietur preter intentionẽ non ex ꝓpoſito puta qꝛ igñrat virtutẽ vini vł qꝛ nõ eſtimat ſe tãto potu inebrandũ non eſt peccatũ mortale qꝛ nõ ꝑ ſe inebriatur ſed ꝑ accidens id eſt preter intentionẽ qḋ quideꝫ nõ poteſt contingere in his q̃ frequẽter inebriant. Et ideo dicit aug. in ſermone de purgatorio ꝙ ebrietas eſt peccatũ mortale ſi aſſidua fuerit. Unde ſignãter hic apoſtolus in plurali numero dicit. Non in commeſſationibus ⁊ ebrietatibus. Tertio ponit intemperantiam circa corporalem quietem cum dicit. Non in cubilibus. i. nõ in ſuꝑflua dormitione quã cõueniẽt poſt cõmeſſationẽ ⁊ ebrietatẽ ꝓhibet qꝛ ſequit ex illis. ⁊ poteſt eſſe in hoc peccatũ mortale quando ꝓpter quietẽ corporalẽ ⁊ ſomnũ õmittit que facere debet. ⁊ inclinat ad aliquã mala facienda. Mich. 2. Ue qui cogitatis inutile ⁊ operamini malũ in cubilib⁹ veſtris. Poteſt etiam qḋ dicit nõ in cubilibus referri ad apparatuꝫ luxurie. Unde dicit ex perſona meretricis ꝓuer. 7. Aſperſi cubile meum mirra ⁊c. Gen. 49. Aſcendiſti cubile patris tui. Et ideo conuenienter quarto excludit intemperantiam circa venerea cum ſubdit. Et in pudicitijs. i. quibuſcũqꝫ venereis actibus qui dicunt impudici qꝛ nõ cauent id quod ẽ maxime pudore vel confuſiõe dignum. tum qꝛ om̄es delectationes tactus gule ⁊ luxurie ſunt cõmũes nobis ⁊ brutis. Unde qui eis inordinate inſiſtit brutał efficit pſ. Nolite fieri ſicut equ⁹ ⁊ mulus in q̃bus nõ ẽ intellectus ⁊c. Tum etiã qꝛ ſpecialiter in actib⁹ venereis ratio hominis totaliter abſorbet a delectatione vt non poſſit homo tunc aliquid intelligere ſicut areſtoteles dicit in libro ethicorũ. Unde ⁊ Oſee. 4. dicit. Fornicatio ⁊ ebrietas ⁊ vinũ auferũt cor. Apoc. 9. Non egerũt penitentiaꝫ ſuꝑ imũditia ⁊ fornicatiõe ⁊ impudicitia quã geſſerunt. ¶ Deinde excludit ea que pertinent ad corruptionẽ iraſcibilis cũ dicit. Non in contentione. Que q̃dẽ vt ambroſius dicit eſt impugnatio veritatis cum cõfidentia clamoris. Poteſt aũt intelligi ꝙ ꝑ hoc ꝓhibet om̄is rixa nõ ſolum verborum ſed ⁊ factorũ: q̃ vt plurimũ a verbis incipit ꝓuer. 20. Honor eſt homini q̃ ſeꝑat ſe a contentionib⁹. Solet aũt contentio ex inuidia generari. Et ideo ſubdit. Et emulatione. Unde Jac. 3. dicit. Ubi zelus ⁊ cõtentio ibi inconſtantia ⁊ om̄e opus prauũ. Secundo exponit quõ debeamus induere arma lucis dicens: Sed induimini dñm ieſum xp̄m. In quo ſcꝫ abundantiſſime fuerũt om̄s virtutes. ſm illud Eſa. 4. Appꝛhendent ſeptem mulieres virum vnum. Induim⁹ aũt dñm ieſum xp̄m: Primo q̃dẽ ꝑ ſacramenti ſuſceptionem Gal. 3. Quicũqꝫ in xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis. Secundo ꝑ imitationẽ. Eph. 4 Expoliantes vos veterẽ hominẽ cum actibus ſuis induẽtes nouũ. ⁊c. Et eph. 4. Induite nouũ hoĩem q̃ ſm deuꝫ creatus ẽ in iuſticia ⁊c. Dicit aũt induere xp̄m q̃ xp̄m imitatur. qꝛ ſicut homo continet veſtimẽto ⁊ ſub eius colore videt. ita in eo q̃ xp̄m imitat opera xp̄i apparẽt. Per hoc ergo induimur arma lucis quando induim⁹ chriſtũ. Tertio exponit quod dixerat. Sic vt in die honeſte ambulemus per hoc quod ſubdit. Et carnis curam ne feceritis in deſiderijs. In hoc eñ pulchritudo honeſtatis conſiſtit: vt homo ſpiritum preferat carni. ſupra. 8. Debitores ſumus non carni vt ſm carnem viuamus. Sed notandum ꝙ non dicit ſimpliciter carnis curam ne feceritis: quia q̃libet tenetur vt carnis curam gerat ad ſuſtentandum naturam. ſm illud eph. 2. Nemo vnq̃ carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit ⁊ fouet ⁊c. Sed addit in deſiderijs vt ſcꝫ inordinata carnis deſideria id eſt cõcupiſcentias non ſeq̃mur. Unde dicitur Gal. 5. Spiritu ambulate et deſideria carnis non perficietis.

Incipit capitulũ quartũdecimũ.

Infirmũ autē in fide aſſumite non in diſceptatiōibus cogitationum. Alius eñ credit ſe mãducare oĩa. Qui autē infirmus eſt olus manducet. Is q̃ mãducat nõ mãducantē nõ ſpernat. ⁊ q̃ nõ mãducat: manducãtē nõ iudicet Deꝰ eñ illũ aſſumpſit. Tu q̃s es q̃ iudicas alienũ ſeruũ? Dño ſuo ſtat aut cadit. Stabit aũt. potēs ē eñ deꝰ ſtatuere illũ. Nã alius iudicat diē inter diem: alius aũt iudicat omnē diē. Unuſquiſq; ĩ ſuo ſenſu abũdet. Qui ſapit diē: dño ſapit ⁊ q̃ mãducat dño mãducat Gratias eñ agit deo. Et q̃ nõ mãducat: dño nõ mãducat: ⁊ gratias agit deo. Nemo enim nr̃m ſibi viuit: ⁊ nemo ſibi morit̃. Siue eniꝫ viuimꝰ: dño viuimꝰ. ſiue morimur: dño morimur. Siue ergo viuimꝰ ſiue morimur dñi ſumus. In hoc eñ xp̃s mortuꝰ eſt ⁊ reſurrexit: vt viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ dominet̃. Tu auteꝫ q̃d iudicas fratreꝫ tuũ? aut tu quare ſpernis fratrē tuũ? Omnes enim ſtabimꝰ ante tribunal xp̃i. Scriptuꝫ eſt eñ viuo ego dicit dñs. q̃m mihi flectet̃ omne genu. ⁊ omnis lingua cõfitebit̃ deo. Itaq; vnuſquiſq; nr̃m ꝓ ſe rationē reddet deo. Nõ ergo ampliꝰ inuicem iudicemus.

Poſtq̃ aplus oñdit quõ aliq̃s debeat ꝑfectꝰ fieri. h̃ oſtendit quõ ꝑfecti debeãt ſe habere ad iꝑfectos. Et p̃mo oſtēdit ꝙ nõ debēt eos ſcãdalizare vl' iudicare. Scdo oſtēdit quõ debēt eos ſuſtētare. 15. cap. ibi. Debemꝰ aũt nos firmiores ⁊c̃. Circa p̃mũ duo facit. Primo ꝓhibet ĩordinata iudicia. Secũdo ꝓhibet ĩfirmoꝝ ſcãdala ibi. Sed hoc iudicate magis. ⁊c̃. Circa primũ tria facit. Primo ꝓpõit ãmonitionē. Secũdo exponit eã ibi. Aliꝰ eñ. ⁊c̃. Tertio rationē aſſignat ibi. Deus eñ illũ. ⁊c̃. Circa primũ ꝯſiderandũ eſt ꝙ in p̃mitiua eccleſia aliq̃ ex iudeis conuerſi ad xp̃m credebant legalia cũ euangelio eſſe ſuanda vt patet act̃. 15. Et hos aplus vocat infirmos in fide xp̃i q̃ſi nõduꝫ ꝑfecte credētes ꝙ fides xp̃i ſufficiat ad ſalutē. ꝑfectos ãt vel firmos in fide vocat eos q̃ fidē xp̃i ſine legalibꝰ credebant eſſe ſuandã. De vtriſq; tñ erant aliq̃ rome inter fideles xp̃i. Alloq̃tur ergo aplus ꝑfectos in fide dicēs: Dixi ꝙ debetis induere ibm xp̃m. Aſſumite aũt id eſt affectu caritatis vobis cõiũgite ad ſupportandũ infirmũ in fide ſicut expoſitum eſt. de quo põt intelligi illud ſap̃. 9. Infirmus homo ⁊ exigui tēporis ⁊ minor ad intellectũ iudicij et legũ. ĩfra. 15. Suſcipite inuicē ſicut ⁊ xp̃s ſuſcepit vos Eccl̃. 29. Propt̃ mandatũ aſſume pauperē. Et hoc nõ in diſceptatiõibus cogitationũ id eſt nõ diſceptãdo ꝓpt̃ hoc ꝙ vnus contra aliũ cogitat. dum ſcilicet illi q̃ legalia ſuabant iudicabãt tanq̃ tranſgreſſores eos q̃ nõ ſuabãt. Et illi q̃ nõ ſuabant ꝯtēnebãt tanq̃ errãtes ⁊ ignorãtes eos qui ſuabant. ſ̃. 2. Cogitationũ inuicē accuſantiũ aut defendentiũ. ⁊c̃. ¶ Deinde cũ dicit. Alius eñ. ⁊c̃. exponit q̃d dixerat Et p̃mo oñdit q̃ ſunt infirmi in fide. Secundo oſtendit qualit̃ ſint diſceptatiões cogitationũ vitãde. ibi. Is qui mãducat. ⁊c̃. Circa primũ cõſiderandũ eſt ꝙ inter ceteras legales obſeruantias vna erat diſcretio cibor̃um ꝓpter aliquos cibos in lege ꝓhibitos. vt patet leuit̃. 11. Et hac quidē obſuantia quotidie erat vtendũ vl' nõ vtēdum. Et ideo de hoc mentionē fecit ſpecialit̃ aplus dicēs Alius eñ q̃ ſcilicet eſt ꝑfectus in fide credit ſe poſſe licite mãducare eo ꝙ nõ reputat ſe aſtrictũ ad legales obſuantias. Mat. 15. Q̃d intrat in os nõ coinq̃nat hominem. Thi. 4. Omnis creatura dei bona ⁊ nihil reijciendũ ⁊c̃. In veteri aũt lege ꝓhibebant̃ aliq̃ cibi nõ q: naturalit̃ eſſent ĩmundi. Sicut eñ in verbis hoc nomē ſtultus ſignificat aliq̃d malũ q̃uis hoc nomē ſit bonum. Ita in rebus q̃dã aĩal bonũ eſt ſc̃m naturã ſed ſignificatione eſt maluꝫ ſicut porcus q̃ ſignificat ĩmunditiã. Et ideo ꝓhibitus eſt antiq̃s eſus illaꝝ carniũ vt ſignificaret̃ in eoꝝ vitatiõe vitatio ĩmũditie. Tota eñ veteris populi vita figural' erat vt aug. dicit in libro cõtra fauſtũ. Veniēte autē xp̃o q̃ ē veritas ceſſauer̃t figure. ¶ Subdit aũt q̃tũ ad ĩfirmũ. Qui aũt infirmus eſt olus mãducet. Quaſi dicat. Illis cibis vtat̃ q̃bus nõ occurrit aliq̃d ĩmundũ in lege ꝓhibitũ. In ſingulis eñ generibus animaliũ puta terreſtribus volatilibus ⁊ aq̃ticis q̃dam genera erãt cõceſſa ⁊ q̃daꝫ ꝓhibita ſed in herbis ⁊ arboribꝰ nihil erat ꝓhibitũ vt patꝫ leuit̃. 11. Et huius põt eſſe ratio duplex. Una eſt q: terre naſcētia fuerunt a p̃ncipio cõceſſa homini ad edendũ ſc̃m illud geñ. 1. Ecce dedi vobis omnē herbã afferentē ſemē ſuper terrã ⁊ vniuerſa ligna q̃ habēt in ſemetipſis ſementē generis ſui vt ſint vobis in eſcã. Sed poſt diluuiũ p̃mo legitur cõceſſus carniũ eſus. Unde dicit̃ geñ. 9. Quaſi olera virentia tradidi vobis omnia ſcilicet aĩalium genera. Alia ratio eſt q: primã ꝓhibitionē de abſtinēdo a quibuſdam terre naſcētibus homo in paradiſo tranſgreſſus fuerat vt patet geñ. 3. ⁊ ꝓpter hoc nõ erat ei ſimilis ꝓhibitio iteranda. Sed cũ legalia ceſſauerũt in xp̃i paſſione videt̃ ꝙ incõueniēt̃ aplus infirmis ĩ fide ꝑmittat ꝙ a cibis ꝓhibitis in lege abſtineãt q̃d nunc in xp̃ianis non ſuſtinet̃ ab eccleſia. Sed diſtinguendũ eſt triplex tēpus ſc̃m aug. q̃tum ad legalia. Primũ eſt tēpus ante paſſionē xp̃i in quo legalia ſuũ robur obtinebãt quaſi adhuc viuētia. Secundũ aũt tēpus eſt poſt paſſionē xp̃i ante diuulgationeꝫ euãgelij. In quo quidē tēpore legalia mortua erãt: quia nullus ad ea tenebat̃ nec obſuata aliq̃d cõferebant alicui nõdum tamē erãt mortifera q: ſine pctõ poterãt iudei ad xp̃m cõuerſi legalia obſuare ⁊ ꝓ hoc tēpore loquit̃ h̃ apoſtolus. Tertiũ aũt tp̃s eſt poſt diuulgationem euangelij in quo legalia nõ ſolũ ſunt mortua ſed mortifera vt q̃ſq̃s ea ſeruet peccet mortaliter. Exponit̃ autē ⁊ alit̃ in gloſa vt dicat̃ infirmus q̃ eſt ad lapſum vitioꝝ carnaliũ ꝓnus ⁊ huic conſulendũ eſt ꝙ comedat olus id eſt tenues ⁊ aridos cibos qui nõ ſunt fomētũ vitioꝝ ⁊ abſtineat ab illis quibus excitat̃ libido. Sed alius qui eſt fortior credit ſe abſq; pericl'o oĩa mãducare. Et hec dr̃ña apparet. mat. 9. inter diſcipulos xp̃i q̃ nõ ieiunabant tanq̃ cõfortati p̃ſentia xp̃i. ⁊ diſcip'los iohãnis baptiſte q̃ ieiunabãt: vñ ⁊ penitentiã agētes a quibuſdã cibis abſtinēt nõ ꝓpter eorũ ĩmũdiciam ſed ad libidinē refrenãdã. ¶ Deinde cũ dicit. Is qui mãducat ⁊c̃. exponit quõ ſunt vitãde diſceptationes cogitationũ ⁊ primo q̃tuꝫ ad ꝑfectos dicens. Is qui mãducat ſcilicet cũ ſecura cõſciētia omnia vl' etiã ſine periculo libidinis nõ ſpernat nõ manducãtē ſcilicet indifferent̃ omnia tanq̃ infirmũ in fide vl' quaſi ꝓnuꝫ ad vitia. Yſa. 33. Ve q̃ ſpnis nõne ⁊ ipſe ſperneris? Luc. x. Qui vos ſpernit me ſpernit. Secũdo loquit̃ q̃tũ ad infirmos dicēs. Et q̃ nõ mãducat ſcilicet indifferent̃ omĩa vel q: eſt infirmus in fide de quo loquit̃ aplus vl' etiaꝫ q̃ ꝓnus eſt ad libidinē nõ iudicet mãducantē ſcilicet indifferent̃ omĩa q̃ſi tranſgreſſorē legis vel quaſi in libidinē

precipitē. Mat. 7. Nolite iudicare ⁊ nō iudicabimini. R͞o.
2. Inexcuſabilis es o homo omnis q̄ iudicas. ¶ Deinde
cū dicit. Deus eñ illū aſſumpſit ⁊c. aſſignat tres ratiões
ꝓpter quas debemus a falſo iudicio abſtinere. Scđa po
nitur ibi. Suo dño ⁊c. Tertia ibi. Tu aūt q̄ iudicas ⁊c.
Prima ratio ſumit̄ ex auctoritate iudicātꝭ Unđ p̄mo oſtē
dit hanc auctoritatem deo competere. Secundo excludit
ꝙ iudiciū ad homines non pertinet. ibi Tu quis es ⁊c.
Dicit ergo primo Recte dictum eſt ꝙ qui non manducat
manducantē nō iudicet. Deus eñ aſſumpſit illū ſcilicet
in ſuū a ſe iudicādū. Zach. 11. Aſſumpſi mihi duas vir-
gas id eſt duos pplos. pš. Aſſumpſit me de aq̄s multis.
Ille aūt q̄ aſſumit̄ ad ſupioris iudiciū nō debet ab īferio-
ri iudicari. Et ideo cōcludit. Tu q̄s es id eſt cuius aucto
ritatis vel virtutis es q̄ iudicas alienū ſuū id eſt ꝓximū
tuū qui eſt ſuus dei. Requirit̄ eñ in iudicāte auctoritas
ſm illud exod. 2. Quis cōſtituit te p̄ncipē ⁊ iudicē ſuper
nos. Et Luč. 12. Quis me cōſtituit iudicē aut diuiſorē
ſup vos. Sed ex hac rōne ſequi videt̄ hominis iudiciū
de alio homine eſſe illicitū Sed dicēdū eſt ꝙ in tantū ho
minis iudicium licitū eſt inq̄tū agit̄ auctoritate conceſſa
diuinitus. Unde dicit̄ deutro. 1. Audite illos ⁊ qđ iuſtū
eſt iudicate. Et poſtea ſequit̄. Quia dei eſt iudiciū id eſt
auctoritate diuina agit̄. Si q̄s vero velit ſibi vſurpare iu
diciū ſup ea q̄ nō ſunt ei diuinitus cōceſſa ad iudicandū:
eſt iudiciū temerariū ſicut ſi q̄s iudex delegatꝰ a papa vel-
let in iudicādo traſgredere mādati fines. Deus autē ſoli
ſibi reſeruauit iudicare occulta q̄ p̄cipue ſunt cogitationes
cordiū ⁊ futura. Et ideo ſi q̄s iudicare p̄ſumpſerit ē teme-
rariū iudiciū. Unde auguſtinus dicit in libro de ſmone
dñi in mōte. In his duobus temerariū eſt iudiciū cū icer
tum ſit quo animo q̄d factū ſit. vel incertū qualis futurus
ſit q̄ nūc bonus vł malus māifeſte apparet. ¶ Deinde cū
dicit. Suo dño ſtat aut cadit ⁊c. ponit ſcđam rationē que
quidē ſumit̄ ex fine meriti vel demeriti. Poſſet aliq̄s di-
cere ꝙ licet hō nō habeat iudiciariā auctoritatē tamē in-
tromittere ſe debet iudicio alterius ꝓpter damnū vł fru-
ctū q̄ inde ꝓuenit. ſed aplus oſtēdit hoc ad deū magis q̄
ad homines ptinere. Et ſic ēt ꝓpter hoc debemꝰ deo ꝓ-
ximoꝝ iudicia relinq̄re: niſi inq̄tum vice ipſiꝰ fungimur
in iudicādo ꝑ auctoritatē nobis cōmiſſaꝫ. Circa hoc tria
facit. Primo ꝓponit qđ itēdit. Scđo exemplificat ibi
Nam alius iudicat ⁊c. Tertio ꝓbat ꝓpoſitū ibi. Qui ſa
pit diē ⁊c. Circa primū duo ꝓponit. Primo ꝙ q̄cq̄d cir-
ca hominē accidit ad deū ptinet cū dicit. Suo dño ſtat. ſ.
recte agēdo. pš. Stātes erāt pedes nr̄i in atrijs tuis hie
ruſalē. Aut cadit ſcꝫ peccādo. Amos. 5. Domus irł̄ ceci
dit ⁊ nō adijciet vt reſurgat. Poīt aūt ſub diſiūctiōe. ſtat
aut cadit ꝓpter incertitudinē q꞉ multi vident̄ cadere qui
ſtant: ⁊ ecōuerſo ſm illud ecc. 8. Uidi impios ſepltos q̄
cū adhuc viuerēt in loco ſancto erāt ⁊ laudabant̄ in ciui-
tate q̄ſi iuſtoꝝ opum. Loq̄tur aūt h̄ aplus ſm ſimilitudi-
nē hominis ſui ad cuiꝰ dñm ptinet omne qđ circa ſuum
agit̄. Nec intelligendū eſt ꝙ deo aliq̄d ꝓficiat vł noceat
ſi homo ſtet aut cadat. Dicit̄ eñ Job 35. Si peccaueris
q̄d ei noceb. porro ſi iuſte egeris q̄d ei donabis. Sed q̄tū
ad homines qđ iuſte agimꝰ ad gloriā dei ſpectat. Mat.
5. Ut videāt opa vr̄a bona ⁊ glorificēt patrē vr̄m q̄ in celꝭ
eſt. Q aūt cadimus peccādo eſt hominibus occaſio blaſ-
phemandi deū. R͞o. 2. Nomen dei ꝓpter vos blaſphemat̄
inter gētes. Uł qđ dicit. Suo dño ſtat aut cadit exponen
dum eſt in iudicio dñi ſui. 1. coꝝ. 4. Qui iudicat me do-
minus eſt. Secūdo oñdit ꝙ ſi cadit ad deū ptinet dicēs:
Stabit aūt. Quaſi dicat. Et ſi aliq̄s nunc cadat ꝑ pecca-
tū tñ poteſt eſſe ꝙ iteꝝ ſtabit. Et hoc omnino implebitur
ſi eſt p̄deſtinatus. pš. Nunq̄d q̄ dormit non adijciet vt re
ſurgat. Mich. 6. Ne leteris inimica mea q꞉ cecidi: reſur
gam. Et ꝓpter hoc ſi videmus aliquē manifeſte cadentē
nō debemus eū deſpicere temerarie iudicādo de eo ꝙ nū
q̄ reſurget: ſed magis debemus preſumere ꝙ iteꝝ ſtabit
nō ex cōſideratione cōditionis humane: ſed cōſiderando
virtutē diuinam. Unde cū dicit. Potens eſt deus ſtatue
re illū ꝓpter eius bonitatē: p̄ſumere debemus ꝙ iteꝝ ſta
tuet euꝫ. Ezec. 3. Ingreſſus eſt in me ſpūs ⁊ ſtatuit me ſu-
pra pedes meos: ſicut ⁊ ſupra dictū eſt. Si nō ꝑmanſerint
in incredulitate inſerentur. potens eſt eñ deus iterū inſe
rere illos. ¶ Deinde cū dicit. Nā alius iudicat ⁊c. exem-
plificat qđ dictū eſt. ⁊ p̄mo ꝓponit diuerſitatem humane
ſentētie dicens: Ideo dico ꝙ ſuo dño ſtat aut cadit. Naꝫ
alius iudicat inter diē ⁊ int̄ diē id eſt iudicat inter vnum
diem ⁊ aliū vt ſcilicet vno die abſtineat ⁊ nō alio. Qđ qui
dem videt̄ ptinere ad infirmū in fide q̄ reputat adhuc le-
galia eſſe obſeruāda. Dicit̄ eñ leuit. 24. Decio die mē-
ſis ſeptimi dies expiationū erit affligetiſq; animas vr̄as
in eo. Et iudith. 8. dicit̄ ꝙ iudith ieiunabat omnibꝰ die-
bus vite ſue preter ſabata ⁊ neomenias ⁊ feſta domꝰ iſrł.
Alius aūt iudicat omnē diem indifferenter eſſe obſeruādaꝫ
q̄tum ad ieiunia legis que iā ceſſauerūt: Unde hoc videt̄
ptinere ad eū qui eſt pfectus in fide. pš. Per ſingulos di
es benedicā tibi. Poteſt hoc etiaꝫ referri ad abſtinētias
que fiunt cauſa cohibende libidinis quibꝰ omni die aliq̄
vacant: puta q̄ ppetuo a carnibus vel vino abſtinent vel
ieiunant. quidam aūt interpoſitis diebus abſtinent ⁊ ab
abſtinentia ceſſant ſm illud ecč. 3. Omnia tēpus habent
¶ Secundo oſtendit omnia hec poſſe ad dei gloriā ptine
re dicens: Unuſquiſq; in ſenſu ſuo abundet id eſt ſuo ſen
ſui dimittat. Abundare eñ in ſenſu ſuo eſt ſenſum ſuū ſe-
qui. Ecc. 15. Deꝰ ab initio cōſtituit hominē ⁊ reliquit il-
lū in manu ꝯſilij ſui. Uł in ſenſu ſuo id eſt ſm ſenſum ſuū
ſtudeat abundare ad gloriā dei. ſm illud. 1. coꝝ. 14. Ad
edificationē eccleſie querite vt abundetis. Sed hoc vide
tur locū habere in his que nō ſunt ſm ſe mala. In his āt
que ſunt ſm ſe mala non eſt homo ſuo ſenſui relinquēdꝰ
Q aūt aliquis iudicet diem inter diem. videt̄ eſſe ſm ſe
malū ſm primam expoſitionē. Dicitur eñ gał. 4. Dies
obſeruatis ⁊ mēſes ⁊ tempora ⁊ annos. timeo ne ſine cau
ſa laborauerim in vobis. Et loquitur ad litteraꝫ de his q̄
dixerunt dies obſeruandos ſm cerimōias legis. Sed di
cenduꝫ ꝙ aplus hic loquit̄ ſm tēpus illud in quo iudeis
ad fidem conuerſis licitū erat legalia obſeruare vt dictuꝫ
eſt. Sed q̄tum ad ſecūdam expoſitionē videtur eſſe illici
tum quod dicit. Alius iudicat omnē diem. Sunt eñ q̄-
dam dies in quibus non eſt licitū ieiunare. Dicit eī Au-
guſti. in epiſtola ad caſulanū. Quiſquis diem dominicū
ieiunio decernendū eſſe putauerit: non paruo ſcandalo erit
eccleſie. Nec imerito. Illis enim diebꝰ quibus nihil cer
ti ſtatuit diuina ſcriptura mos populi dei ⁊ inſtituta ma-
iorum pro lege tenenda ſunt. Et in decretis dicit̄ di. 30.
Si quis preſbiter propter publicā penitētiam a ſacerdo-
te acceptā abſq; alia neceſſitate die dominica pro quadā
religiōe ieiunauerit ſicut manichei anathema ſit. Sed i-
telligendū eſt ꝙ hic aplus loquitur q̄tum ad illas abſti-
nētias que quolibet die licite fieri poſſunt abſq; diſſonā-
tia cōmunis conſuetudinis vel eorum que ſunt a maiori-
bus inſtituta. ¶ Deinde cum dicit. Qui ſapit diem ⁊c.
probat ꝓpoſitum ꝙ ſcilicet vnuſquiſq; ſuo dño ſtet aut
cadat et hoc tripliciter. Primo per actū fidelium. Secū-
do per intentionē eorum ibi. Nemo eñ veſtrum ⁊c. Ter
tio ꝑ eorum cōditionē ibi. Siue ergo viuimus ſiue mori-
mur ⁊c. probat ergo primo ꝙ vnuſquiſq; fideliū ſuo do-
mino ſtat aut cadit ꝑ hoc ꝙ de omnibus que fecit ſm ſuā
conſcientiaꝫ gratias agit deo. Unde dicit. Qui ſapit diē

vt ſcilicet vno die abſtineat ⁊ alio d ie ab abſtinētia ceſſet
domino ſapit. id eſt ad reuerentiā dei cibos diſcernit: ſi-
cut ēt nos diſcernimus vigilias feſtoꝝ in quibꝰ ieiunamꝰ
a diebus feſtis quibus ieiuniū ſoluimus ꝓpter reuerenti-
am dei. Ecc. 33. Quare dies diē ſuperat. ⁊ iter ū. Lux lu-
cez. Deinde loquitur ꝗtum ad illos qui iudicant omnez
diem. quoꝝ quidaz omni die a ieiunio ceſſabant. ſicut di-
citur. Mat. 9. ꝙ diſcipuli xpi nō ieiunabāt. Unde dicit.
Et qui manducat, ſcilicet omni die dño manducat id ē ad
gloriā domini qḋ per hoc patet. Gratias eñi agit deo ſci-
licet ď cibo aſſumpto. 1. thi. 4. Abſtiere a cibis quos de
us creauit ad percipiēdū cū gratiaꝝ actione fidelibꝰ. pš.
Edent pauperes ⁊ ſaturabuntur ⁊c. Ulterius ꝗtū ad eū
qui ſic iudicat omnē diē vt ſcilicet omni die abſtieat: ſub
dit. Et qui non manducat id eſt abſtinet omni die domi-
no id eſt ad honorē dñi non māducat. Et hoc patz ꝑ hoc
ꝙ gratias agit deo qui ſibi dedit voluntatē ⁊ virtutē ab-
ſtinendi. 1. theſ. vltimo. In omnibꝰ gratias agite. Sed
qḋ hic dicit aplus de his qui omni die vł abſtinebant vł
ab abſtinentia ceſſabant debet intelligi ꝗtum ad illud tē
pus in quo hoc nō erat contrariū ſtatutis maioꝝ nec cō-
muni cōſuetudini populi dei. ¶ Deinde cū dicit. Nemo
eñi veſtrū ſibi viuit ⁊c. ꝓbat idē ex intentione fideliū. Et
primo excludit inordinatā intentionē dicens: Recte di-
co ꝙ vnuſquiſqꝫ dño ſuo ſtat aut cadit. Nemo eñi noſtꝝ
viuit vł naturali vita vł ſpirituali de qua dicit̃ abac. 2°.
Juſtus aūt meus ex fide viuit ſibi. id eſt ꝓpter ſeipſuz qꝛ
hoc eſſz frui ſeipſo. 1. coꝝ. x. Non querens qḋ mihi vtile
pš. Non nobis dñe nō nobis ⁊c. vł ſibi id eſt ſm ſuā re-
gulam ſicut qui dicunt ſap̃. 2. Sit fortitudo noſtra lex iu-
ſtitie. vel ſibi id eſt ſuo iudicio. 1. coꝝ. 4. Sed neqꝫ meip̃z
iudico. Et nemo moritur ſcilicet morte corꝑali vel morte
ſpirituali peccando. vel etiā morte ſpirituali qua q̇s mo-
ritur vitijs puta in baptiſmo ſꝫ illud ſupra. 6. Qui mor
tuus eſt iuſtificatus eſt a peccato. Uel ſibi id eſt ſuo iudi-
cio vel ꝓpter ſeipſum aut ſuo exēplo. ſed exēplo xpi mori
tur aliquis a vitijs. Ro. 6. X enim mortuus eſt peccato
mortuus eſt ſemel. et īfra. Ita et vos exiſtimate vos mor
tuos eſſe peccato. ¶ Secundo oſtendit qualis ſit recta in
tentio fideliū dicens: Siue eñi viuimus vita corꝑali dño
viuimus. id eſt ad gloriaz dñi. Siue morimur morte cor-
porali dño morimur id eſt ad honorē dñi. phil. 1. Magni
ficabitur xp̃s in corpore meo ſiue ꝑ mortē ſiue per vitam.
Uel ſi exponatur qḋ dicit d ño id eſt iudicio dñi qui con-
ſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. vt dicitur act.
10. ¶ Deīde cū dicit. Siue ergo viuimꝰ ⁊c. oſtēdit ꝓpo
ſitum ex conditione fidelium. Et primo concludit ex pre-
miſſis fideliū conditionē ſcilicet ꝙ nō ſunt ſui ſed alteriꝰ
Illi eñi qui ſui ſunt ſicut liberi homines ſibi viuunt ⁊ ſibi
moriunt̃. Quia ğ dictū eſt ꝙ fideles nō ſibi viuunt aut
moriunt̃ ſed dño. cōcludit ſic. Siue ergo viuimꝰ ſiue mo
rimur dñi ſumus: quaſi ſerui eius qui habet poteſtatem
vite ⁊ mortis. 1. coꝝ. 7. Precio empti eſtis ⁊ nolite fieri
ſerui. Empti eñi eſtis precio magno. 1. pal. 12. Tui ſumꝰ
o dauid ⁊ tecū filij yſai. Secūdo aſſignat cauſaz huiꝰ cō-
ditionis dicens. In hoc eñi xp̃s mortuus eſt ⁊ reſurrexit
id eſt hoc adeptꝰ ē ſua morte vt viuoꝝ dominaret̃ quia re
ſurrexit vitā nouā ⁊ ꝑpetuam inchoando. Et mortuorum
qꝛ mortē noſtrā moriendo deſtruxit. 2. coꝝ. 5. Pro qui
bus mortuus eſt xp̃s vt qui viuunt iā nō ſibi viuant: ſed
ei qui ꝓ eis mortuus eſt ⁊ reſurrexit. Sic igit̃ ꝑ omnia p̃
dicta aplus ꝓbauit ꝙ vnuſquiſqꝫ ſuo dño ſtat aut cadit
per hoc ſcilicet ꝙ fideles gratias agunt deo ⁊ ꝙ dño vi-
uunt et moriunt̃ ⁊ ꝙ dñi ſunt ⁊ in morte ⁊ in vita. ¶ De-
inde cū dicit. Tu autē quid iudicas ⁊c. pōit tertiā ratio-

nem que ſumitur ex futuro iudicio. Et circa hoc tria facit
Primo ꝓponit ſupfluitatē preſentis iudicij dicens. Tu
autē quid iudicas id eſt qua vtilitate vel neceſſitate iudi
cas fratrē tuū temerarie de occłtis que tuo iudicio nō ſūt
cōmiſſa? Aut tu alius qui iudicaris quare ſpernis fratrē
tuū ꝓ nullo reputans ab eo iudicari? Mał. 2. Quare de
ſpicit vnuſquiſqꝫ fratrē ſuū. Secundo ꝑmittit futurū xpi
iudiciū. Quaſi dicat. Recte dico ꝗ iudicas quia nō de-
bes timere ꝙ abſqꝫ iudicio remaneat. Omnes eñi ſtabi-
mus ante tribunal xpi. Dicit̃ autē tribunal xpi eius iudi
ciaria poteſtas. ſicut ⁊ ma. 25. dicit̃. Cum venerit filiꝰ ho
minis in maieſtate ſua tunc ſedebit ſup ſedē maieſtatiſ ſue
Dicit autē omnes ſtabimꝰ quaſi iudicādi tā boni ꝗ ma-
li ꝗtum ad remunerationē vel punitionē. 2. coꝝ. 5. Om
nes nos manifeſtari oportet ante tribunal xpi vt referat
vnuſq̇ſqꝫ ꝓpria corꝑis ꝓut geſſit ſiue bonū ſiue malum.
Sed ꝗtū ad diſcuſſionē nō omnes ſtabūt vt iudicādi: ſꝫ
quidā cōſedebunt vt iudices. Ma. 19. Sedebitis ſup ſe-
des iudicātes duodecim tribus iſrł. Tertio ibi. Scriptū
eſt eñi ⁊c. ꝓbat qḋ dixerat ⁊ primo inducit auctoritatem
Scđo infert concluſionē ibi. Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ ⁊c. Dicit
ergo primo dictū eſt ꝙ omnes ſtabimꝰ ante tribunal xpi.
⁊ hoc patet ꝑ auctoritatē ſacre ſcripture. Scriptū eſt eñi.
Eſa. 45. Uiuo ego dicit dñs qm̃ mihi flectet̃ omne genu
⁊ omnis lingua cōfitebit̃ deo. Littera noſtra ſic habz. In
memetipſo ego iuraui qꝛ mihi curuabit̃ omne genu ⁊ iu-
rabit omnis lingua. Tria aūt ī his verbis ponunt̃. Pri-
mo quidē iuramentū qḋ interdum in verbis dei ponit̃ ad
oſtendendū id qḋ dicit̃ firmū eſſe ſm īmutabilitatē diui-
ni cōſilij: nō autē eſſe mutabile ſicut ea que prenunciant̃
ſm cauſas inferiores vt ꝓphecia cōminationis. Unde di
cit̃ in pš. Jurauit dominꝰ ⁊ nō penitebit eū. Homines āt
vt aplus dicit he. 6. per maiorē ſui iurant. Quia vo deꝰ
non habet maiorē in quo maior firmitas cōſiſtat veritatiſ
ꝑ ſeipſum iurat. Ipſe autē eſt ipſa vita ⁊ fons vite ⁊ ideo
forma iuramenti dñi eſt. Uiuo ego. Quaſi dicat. Juro ꝑ
vitam qua ego ſingularit̃ viuo. Secūdo prenunciat̃ ſub-
iectio cōmunis creature ad xpm cū dicit̃. Quoniaz mihi
ſcilicet xpo flectet̃ omne genu. In quo deſignatur ꝑfecta
ſubiectio rationalis creature ad chriſtum. Solent eñi ho
mines in ſignū ſubiectionis maioribꝰ flectere genua, Un
de phił. 2. dicitur. In nomine ieſu omne genu flectat̃ ce-
leſtrum terreſtriū et infernoꝝ. Tertio prenunciat fidei cō
feſſionē qua omnes gloriā xpi cōfitebunt̃. Unde ſequitur
Et omnis lingua confitebit̃ deo id eſt cōfitebit̃ chriſtum
eſſe dominū ſm illud phił. 2. Omnis lingua cōfiteat̃ qꝛ
dominus noſter ieſus xp̃s in gloria eſt dei patris. Omis
autē lingua intelligi poteſt expreſſio cognitiōis ſiue ho-
minū ſiue angeloꝝ. Hoc autē implet̃ nunc in hac vita nō
ꝗtum ad ſingulos homines: ſed ꝗtū ad genera ſinguloꝝ
De quolibet eñi genere hominū nunc aliq̇ xpo ſubijciun
tur et ei cofitentur ꝑ fidem: ſed in futuro iudicio omnes ⁊
ſinguli ei ſubijcient̃. boni quidē voluntarie: mali autē in
uiti. Unde dicit̃ he. 2. In eo ꝙ ei omnia ſubiecit nihil di
miſit nō ſubiectū ei. nunc autē nec dū videmꝰ omnia ſub-
iecta ei. ¶ Deinde cū dicit. Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ ⁊c. Infert
concluſionē ex dictis. Et primo concluſionē intentam ex
eo ꝙ īmediate dixerat dicens: Itaqꝫ ex quo xpo flectetur
omne genu vnuſquiſqꝫ noſtrū per ſe reddet rationez deo
ſcꝫ ante tribunal xpi. Mat. 12. De omni verbo ocioſo qḋ
locuti fuerint homines reddent deo rationē in die iudicij
Et. 18. Aſſimulatū eſt regnū celoꝝ homini regi qui volu
it rationē ponere cū ſeruis ſuis. Sed videtur ꝙ nō qui-
libet per ſe rationem reddet ſed vnus ꝓ alio. he. vltimo.
Obedite ꝑpoſitis veſtris et ſubiacete eis. Ipſi eñi ꝑuigi

lant quaſi rationē reddituri ꝓ animabus veſtris. Sed di
cendum ꝙ in hocipſo ꝙ prelati ꝓ alijs rationem reddēt
reddent rationē pro ſuis actib⁹ quos circa ſubditos age-
re debuerunt. Si em̄ fecerūt quod cōpetebat eorū officio
non eis imputabit̄ ſi ſubditi pereant. Imputaretur autē
eis ſi negligerent facere qđ eorū officiū requirebat. Unde
dicitur Eze. 3. Si dicēte me ad impiū morte morieris nō
annunciaueris ei. Ipſe in iniquitate ſua morieē. ſangui-
nem autē eius de manu tua requirā. Si autē tu annūcia-
ueris impio et ille nō fuerit cōuerſus ipſe quidē in iniqta
te ſua morieē. tu autē animā tuā liberaſti. Secūdo infert
concluſionē principalit̄ intentā in tota precedenti pte di-
cens: Non ergo amplius inuicē iudicemus ſcilicet teme-
rario iudicio qđ includit̄ ratiōibus ſupradictis. 1. cor. 4.
Nolite ante tps iudicare ⁊c.

## Lectio ſecunda.

SEd hoc iudicate magis ne ponatis
offendiculum fratri vel ſcandalum.
Scio ⁊ cōfido in dño ieſu. quia nihil
cōmune per ipſuz niſi ei qui exiſtimat quid
cōmune eſſe: illi cōmune eſt. Si em̄ ꝓpter ci
bum frater tuus contriſtat̄ iam nō ſcđm cha
ritatē ambulas. Noli cibo tuo illuz ꝑdere ꝓ
quo chriſtus mortuus eſt. Nō ergo blaſphe
metur bonū noſtrū. Non eſt em̄ regnum dei
eſca ⁊ potus. ſed iuſticia et pax et gaudiū in
ſpiritu ſancto. Qui em̄ in hoc ſeruit xpo: pla
cet deo ⁊ ꝓbatus eſt hominibus. Itaqꝫ que
pacis ſunt ſectemur: ⁊ que edificationis ſunt
inuicem cuſtodiamus. Noli ꝓpter eſcaz de-
ſtruere opus dei.

Poſtq̄ apoſtolus ꝓhibuit humana iudicia: hic ꝓhibet
ſcandalū ꝓximoꝝ et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit
quod intendit. Secūdo manifeſtat ꝓpoſitū ibi. Si enim
ꝓpter cibū ⁊c. Circa primū ꝓponit tria. Primo em̄ do-
cet ſcandala eſſe vitanda dicens: Dixi ꝙ nō iudicetis in-
uicē ſed vnuſquiſqꝫ de ſuis actib⁹ iudicare debet ne ſint
in ſcandalum alioꝝ et hoc eſt qđ dicit. Sed hoc iudicate
magis ne ponatis fratrib⁹ offendiculū vel ſcādalū. Scā-
dalum autē ſicut dicit Hiero. ſup Mat. notat offendicu-
lū vl̄ ruinā quā īpactionē pedis poſſum⁹ dicere. Und ſcā
dalū eſt factū vel dictū minus rectū: ꝑbens alicui occaſio
nem ruine ad ſimilitudinē lapidis ad quem in via poſitū
homo impingit ⁊ cadit. Maius autē aliqđ videt̄ eſſe ſcā-
dalū q̄ offendiculū. Nam offendiculū poteſt eſſe q̄cq̄d re-
tinet ſeu retardat motū procedētis. ſcādalū aūt id eſt im-
pactio videtur eſſe cū aliquis diſponit̄ ad caſum. Non er
go debemus facti ponere offendiculū vt aliqđ faciam⁹ vn
de impediat̄ ꝓximus a via iuſticie. Eſa. 57. Aufferte offē
diculū de via populi mei. Neqꝫ etiā debemus facti pone
re ſcandalū aliquid faciendo vnde ipſe inclinet̄ ad pecca
tum. Mat. 18. Ve homini illi per quē ſcādalū venit. Se-
cundo docet id ex quo ſcandalū ꝓbabat̄ eſſe ſm ſuā naturā
ſiue ſm ſe licitū. Circa qđ ſciendū eſt ꝙ ſicut ſupra dictuꝫ
eſt. apud romanos erant q̄dā ex iudeis ad fidē conuerſi q̄
cibos ſm legē diſcernebāt. alij vero habētes fidē ꝑfectā
indifferent̄ omnib⁹ cibis vtebant̄ qđ q̄dē ſm ſe licitū erat
Unde dicit. Scio ⁊ cōfido in dño ieſu: q: nihil eſt cōmu-
ne per ipſum. Circa qđ notanduꝫ eſt ꝙ ſicut dicit Hiero.
ſup Mat. ꝙ ꝑplus iudeoꝝ ptē dei ſe eſſe iactās. cōes ci-
bos vocat quib⁹ omnes vtunt̄ homīes. Vbi gratia ſuillā
carnē. lepores ⁊ huiuſmodi. Cōmūe igit̄ qđ ceteri homi
nibus q: ⁊ quaſi nō ens de pte dei ꝓ imundo appellatur
Et ergo dicit. Nihil cōe eſt idē eſt ac ſi diceret nihil imū
dum eſt. Et hoc quidē aplus ꝑmū dicit ſe ſcire q: ita ē ſꝫ
rerū naturā ſm illud. 1. thi. 4. Omnis creatura dei bona
ēt nihil reijciēdū qđ cū gratiarū actiōe ꝑcipit̄. Secūdo di
cit ſe cōfidere in xpo ieſu q: per ipſum nihil eſt cōe q: ſcilt
cet cibi ſcđm ſuā naturā nunq̄ fuerūt īmūdi: vitabant̄ tñ
aliquo tpe vt imundi ſm legis ꝑceptū ꝓpter figurā: ſed
hoc xps remouit iplēdo oēs figuras. Et ideo aplus per fi
duciā quā habet in dño ieſu aſſerit nihil eſſe cōmune vel
īmundū per ipſū id eſt ipſo hoc faciente. act. 10. Qđ de⁹
purificauit tu ne īmundū dixeris. ¶ Tertio oſtēdit quo-
modo hoc poſſet eſſe ꝑ accidens illicitū in q̄tū ſcilicet eſt
cōtra cōſcientiā mādūcātis. Unde dicit. Dictū eſt ꝙ ni-
hil eſt cōe. Sed hoc intelligēdū eſt niſi ei qui erronea con
ſcientia eſtimat q̄d id eſt aliq̄d ciboꝝ cōmune eſſe id ē im-
mundū illi cōe eſt id eſt ita eſt illicituꝫ ſibi ac ſi eſſet ſm ſe
īmundū. Tit. 1. Omnia munda mūdis coinq̄natis autē
⁊ infidelibus nihil mundū eſt. ſed inq̄nata eſt eoꝝ mēs ⁊
ꝯſcientia. Et ſic apparet ꝙ aliq̄d qđ eſt ſm ſe licitū efficit̄
illicitū ei q̄ id cōtra ſuā cōſcientiā agit: licet conſciētia ſua
ſit erronea qđ rationabilit̄ accidit. Nā actus iudicant̄ ſm
voluntatē agentiū. volūtas aūt mouet̄ a re appꝫhēſa. Un-
de in id volūtas tēdit qđ ei vis appꝫhenſa repſentat. ⁊ ſꝫ
fidei fundamento. ⁊ quãtum ad doctrinam quam aliquis doctor vel predicatoꝛ ſuperedificat in fundamẽto fidei ab apoſtlo fundate. Unde iſta diuerſitas quam hic apoſtolus tangit ad vtramqꝫ ſuperedificatonem referri poteſt. Quidam ergo referentes hec ad ſuperedificationem operum dixeruntqꝫ per aurum ⁊ argentum ⁊ lapides precioſos intelliguntur bona que quis fidei ſuperaddit. Sed ꝑ liganum fenum ⁊ ſtipulam debent intelligi peccata moꝛtalia que quis facit poſt fidem ſuſceptam. ſꝫ iſta expõ penitꝰ ſtare nõ põt. Pꝛio qdẽ qꝛ pctã moꝛtalia ſunt opa moꝛtua ſm illd̃ Heb. 9. Mũdabit ꝯſcias nr̃as ab opibꝰ moꝛtuis. In hoc aũt edificio nihil edificat̃ niſi viuũ ſm illd̃. 1. Pe. 2. Et ipſi tanq̃ lapides viui ſupedificamini. Uñ ille q̃ cũ fide hꝫ pctã moꝛtalia nõ ſupedificat ſꝫ magiſ deſtruit vel violat. ꝯtra quẽ dꝛ infra codẽ. Si qs templũ dei violauerit diſpdet illũ deus. Scdo qꝛ pctã moꝛtalia magiſ cõpãtur ferro vel plũbo vl' lapidi. tum ꝓpt̃ grauitatẽ. tũ qꝛ etiaꝫ nõ renouant̃ ꝑ ignẽ ſꝫ ſꝑ in eo manẽt i q̃ ſunt ꝯpctã xo venialia cõpant̃ ligno feno ⁊ ſtipule. tum ꝓpt̃ leuitatẽ tum etiam qꝛ ab eis aliqs defacili expurgat̃ ꝑ ignẽ. ¶ Tertio qꝛ ſm hãc expõꝫ videt̃ ſeq̃ qꝫ ille q̃ moꝛit̃ in pctõ moꝛtali dũmõ fidẽ retineat finalit̃ ſalutẽ ꝯſeqt̃ licꝫ pmo aliqs penas ſuſtineat. Sic em̃ ſeqt̃. Si cuiꝰ opꝰ arſerit detrimẽtũ patiet̃: ipe aũt ſaluꝰ erit ſic tñ q̃ſi ꝑ ignẽ. Qd̃ qdeꝫ ꝯriat̃ manifeſte ſentẽtie aplĩ q̃ dicit̃ infra. 6. Neqꝫ foꝛnicarij neqꝫ idolis ſuiẽtes ⁊c. regnũ dei poſſidebũt ⁊ Gal'. 5. Qui talia agunt regnũ dei non poſſidebũt. Nõ eſt aũt alicui ſalus niſi in regno dei. Nã q̃ ab eo excludũt mittũt̃ in igneꝫ eternũ vt dicit̃ Mat. 25. Quarto qꝛ fides nõ põt dici fundamẽtũ niſi ꝑ quã xp̃s hitat in nob. cũ ſupradictũ ſit qꝫ fũdamẽtũ ẽ ipe xp̃s ieſus. Nõ em̃ habitat xp̃s in nobis ꝑ fidem infoꝛmẽ. Alioq̃n hitaret in demonibꝰ de q̃bꝰ ſcp̃tũ ẽ. Jac. 2. Et demões credũt ⁊ ꝯtremiſcũt. Uñ qd̃ dicit̃ eph. 5. Habitare xp̃m ꝑ fidẽ in coꝛdibꝰ nr̃is opoꝛtet intelligi d̃ fide ꝑ charitatẽ foꝛmatã cũ ſcp̃tũ ſit. 1. Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Hec eſt fides q̃ ꝑ dilectionẽ opat̃ vt dicit̃ infra. 13. Charitas nõ agit ꝑperã. Uñ manifeſtũ ẽ qꝫ ille q̃ opat̃ pctã moꝛtalia nõ hꝫ fidẽ foꝛmatã ⁊ ita nõ hꝫ fũdamẽtũ. opoꝛtet ḡ intelligere qꝫ tam ille q̃ ſupedificat fundamẽto aurũ argentũ lapides p̃cioſos q̃ etiã ille q̃ ſupedificat lignũ fenũ ſtipulã vitet pctã. Ad hoꝝ ḡ diſtinctiõꝫ intelligẽdũ ẽ qꝫ actꝰ humani ex obiectiſ ſpẽm hñt. Duplex ẽ aũt obiectũ humani actꝰ. ſ. res ſpũalis ⁊ res coꝛpalis. q̃ qdẽ obiecta dr̃nt tripl'r. Pꝛio qdẽ q̃tum ad hoc qꝫ res ſpũales ſunt ꝑpetue. res aũt coꝛpales ſunt trãſitoꝛie. Uñ. 2. coꝛin. 4. Que vident̃ tpalia ſunt: q̃ aũt nõ videt̃ eterna. Scdo q̃tũ ad hoc qꝫ res ſpũales in ſeipſis claritatẽ hñt ſm illud ſap̃. 6. Clara ẽ ⁊ q̃ nũq̃ marceſcit ſapĩa. Res coꝛpoꝛales obſcuritatẽ hñt ex materia. Uñ dicit̃ ſap̃. 2. Umbꝛe trãſitꝰ ẽ tpus nr̃m. Tertio q̃tuꝫ ad hoc qꝫ res ſpũales ſunt p̃cioſioꝛes ⁊ nobilioꝛes rebꝰ coꝛpoꝛalibꝰ. Uñ ꝓuer. 3. dicit̃ de ſapĩa. Precioſioꝛ ẽ cũctis opibꝰ. Et ſap̃. 7. Oẽ aurũ i cõpatiõe illiꝰ arena ẽ exigua ⁊ tanq̃ lutũ eſtimabit̃ argentũ in ꝯſpectu illꝰ. Et iõ opa q̃bus hõ initit̃ rebꝰ ſpũalibꝰ ⁊ diuis cõpant̃ auro argẽto ⁊ lapidi p̃cioſo q̃ ſunt ſolida clara ⁊ p̃cioſa. ita tñ qꝫ ꝑ auruꝫ deſignẽt̃ ea q̃bꝰ hõ tendit in ipm deũ ꝑ ꝯtẽplationẽ ⁊ amoꝛem. Uñ dicit̃ cañ. 5. Caput eiꝰ aurũ optimũ. caput ei xp̃i ẽ deꝰ. vt dicit̃ Eſa. 11. d̃ q̃ auro dicit̃ apoc̃. 3. Suadeo tibi emere a me auruꝫ ignituꝫ. i. ſapĩaꝫ cũ charitate. Per argentũ ſignificant̃ actꝰ q̃bꝰ hõ adheret ſpũalibꝰ credendis ⁊ amãdis ⁊ ꝯtẽplãdis. Uñ i glo. refert̃ argentũ ad dilectionẽ ꝓximi ꝓpter qd̃ ⁊ in pſ̃. Pẽne colũbe deſcribũt̃ deargentate cuiꝰ ſupioꝛ ps. i. poſterioꝛa ꝺſcribũt̃ eẽ i pallore auri. Sꝫ ꝑ lapides p̃cioſos deſignãt̃ opa diuerſaꝝ virtutũ q̃bꝰ aĩa hũana oꝛnat̃. Uñ dꝛ Ecc̃. 5. Quaſi vas auri ſolidũ oꝛnatuꝫ oĩ lapide precioſo. Uł etiam mãdata legis dei ſm illud pſ̃. Dilex i mandata tua ſuper aurum ⁊ topa zion. Op era vero humana quibus homo intẽdit rebꝰ coꝛpoꝛalibus habent quoſdam gradus prout quedã ſunt alijs ſtabilioꝛa. quedam vero facilius conſumptibilia. nã ipſi homines inter creaturas carnales ⁊ digniores ſunt ⁊ ꝑ ſuceſſionem conſeruantur. Unde comparantur lignis: ſm illud Judic̃. 9. Jerunt ligna ſiluaꝝ vt eligerent ſuper ſe regem. Caro autẽ hominis facilius coꝛrumpit̃ ꝑ infirmitatẽ ⁊ moꝛteꝫ. Unde compatur feno ſm illud Eſa. 40 Omnis caro fenum. Ea vero que ꝑtinent ad gloꝛiam huius mundi facilime tranſeunt. Unde ſtipule compantur. Unde in pſ̃. ſequitur. Pone illos vt rotam ⁊ vt ſtipulaꝫ ante faciem venti. Sic ergo ſuperedificare aurum ⁊ argẽtum ⁊ lapides precioſos eſt ſuperedificare fidei fundamẽto ea que pertinent ad contemplationeꝫ ſapientie diuinoꝛum ⁊ amoꝛem dei ⁊ deuotionem ſanctoꝛum ⁊ obſequiuꝫ proximoꝛum ⁊ ad exercitium virtutum. Superedificare vero lignum fenum ⁊ ſtipulam: eſt ſuperaddere fidei fundamento ea que pertinent ad diſpoſitionem humanarum rerum ⁊ ad onera carnis ⁊ ad exterioꝛem gloꝛiam. Sciendum tamen qꝫ contingit aliquem hominem id intendere tripliciter. Uno modo ita qꝫ in his finem conſtituat ⁊ cum hoc ſit peccatum moꝛtale per hoc homo non ſuperedificat: ſed econuerſo fundamento aliud fundamentum collocat. Nam finis eſt fundamentum in rebus appetibilibus que queruntur ꝓpter finem. Alio modo aliquis intendit vti predictis rebus totaliter oꝛdinans eas in dei gloꝛiaꝫ. ⁊ qꝛ opera ſpecificantur ex fine intento hoc iam non erit edificare lignum fenum ⁊ ſtipulam: ſed auruꝫ argentũ ⁊ lapides precioſos. Tertio mõ aliquis licet in his finem nõ conſtituat nec vellet propt̃ iſta contra deum facere: afficitur tamen ad iſta magis q̃ deberet. ita qꝫ per hec retardatur ab his q̃ dei ſunt quod eſt peccare venialiter ⁊ hoc ꝓpꝛie eſt ſuperedificare ligna fenum ſtipulam. non quia ipſa ſuperedificentur ꝓpꝛie loquendo. ſed quia opera ad tempoꝛalium curam pertinentia habent venialia adiuncta propter vehementioꝛem affectum ad ipſa que quidem affectio ſcd̃m qꝫ magis ⁊ minus inheret: ligno feno ⁊ ſtipule comparantur. Et dupliciter poteſt diſtingui. Uno modo ſcd̃m permanentiam rerum ſpiritualium vt prius dictum eſt. Alio modo ſcd̃m vehementiam adheſionis. Sciendũ tamen qꝫ et illi qui ſpiritualibus rebus intendunt non omnino poſſunt abſolui a cura rerum tempoꝛaliũ. nec etiam qui in charitate rebus tempoꝛalibus intendunt ſunt omnino a rebus ſpiritualibus vacui: ſed ſtudio diuerſificantur. Nam quidam ſtudium vite ſue oꝛdinant ad ſpiritualia. tẽpoꝛalibus vero non intendunt niſi inquantum requirit neceſſitas coꝛpoꝛalis vite. Quidam vero ſtudium vite ſue applicant ad tempoꝛalia procuranda, vtuntur tamen ſpiritualibus rebus ad directionem vite ſue. Primi igitur ſuperedificant aurum argentum lapides precioſos. Secũdi vero ſuperedificant fenũ lignũ ⁊ ſtipulã. Ex quo patet qꝫ illi qui ſupedificãt aurũ argentũ ⁊ lapides p̃cioſos: habent aliquid de peccatis venialibus. ſꝫ nõ in q̃titate mobili, ꝓpter hoc qꝫ modicũ attingunt de cura tempoꝛaliũ rerũ. Illi etiã q̃ ſupedificant lignũ fenũ ſtipulã hñt aliq̃d ſtabile precioſuꝫ ⁊ p̃claꝝ. ſed in minoꝛi quantitate ſcꝫ inq̃tũ dirigunt̃ ꝑ bona ſpũalia. Põt aũt ⁊ hec diuerſitas referri ad ſupedificatiõꝫ doctrine. Nam illi q̃ fidei ab aplĩs fundate ꝑ ſuã doctrinã ſupedificãt ſolidã veritatẽ ⁊ clarã ſiue manifeſtã ⁊ ad oꝛnamẽtũ eccleſie ꝑtinentẽ ſupedificant aurum argentũ lapides precioſos. Unde ꝓuer. 10. Argentũ electum labia iuſti. Illi xo q̃ ab aplĩs fundate ſupaddũt in ſua doctrina aliq̃ inutilia ⁊ q̃ non ſunt manifeſta nec veritatis rõne firmant̃:

ſed ſunt vana ⁊ inania. ſuperedificant lignũ fenum ſtipu-
lem. Unde dicit Jere. 23. Qui habet ſomniũ narret ſom-
nium ⁊ qui habet ſermonẽ meũ loquat̃ ſermonẽ meũ vere
q̃d palleis ad triticum? Qui vero falſitatẽ doceret nõ ſu-
peredificaret ſed magis ſubuerteret fundamentũ. Dicit
ergo ſi quis ſuꝑedificat vel operãdo vel docendo ſuꝑ fun-
damentũ hoc id ẽ ſuꝑ fidem formatã in corde vel ſuꝑ fidẽ
fundatam ab apl'is ⁊ p̃dicattam aurũ ⁊ argentũ aut lapi-
des preciosos id ẽ ſpũalia opera vel preclarã doctrinam.
Vel lignum fenũ ſtipulaꝫ id eſt corporalia opera vel friuo-
lam doctrinã: vniuſcuiuſq; opus manifeſtũ erit. ſcꝫ in di-
uino iudicio quale ſit. non em̃ latet ꝑ humanã ignoranti-
am. Nam quidã vident̃ ſuꝑedificare aurũ argentũ lapidẽ
precioſum. qui tñ ſuꝑedificant lignũ fenũ ſtipulaꝫ in reb⁹
ſpũalibus corporalia meditantes. puta lucrũ vel fauorem
hũanũ. Quidã vero videt̃ ſuꝑedificare lignũ fenũ ſtipulã
q̃ tñ edificant aurum argentũ ⁊ lapidem precioſum: q: in
adminiſtratiõe temporalium nihil niſi ſpiritualia cogitãt
Unde ⁊ ſopho. 1. dicitur. Scrutabor hieruſalem in lucer-
nis. et Luc. 12. Nihil opertum qđ non reuelet̃. ¶ Dein-
de cum dicit. Dies em̃ dñi. oñdit qñ hec manifeſtant̃. ⁊ p̃-
mo ponit temp⁹ manifeſtatõis cũ dicit. Dies em̃ dñi de-
clarabit. Circa qđ ſciendũ eſt q̄ tunc dicit̃ eſſe tempus ⁊
dies alicuius rei qñ eſt in optimo ſtatu ⁊ maximo ſui poſ-
ſe. Unde ⁊ ecc̃. 4. dicit̃ Omnia tempus habẽt. Quãdo
ergo homo ſuaꝫ voluntatẽ implet etiam contra deũ tunc
eſt dies hominis. Unde dicit Jere. 17. Dieꝫ hoĩs nõ de-
ſideraui tu ſcis. Dies vero dñi dicit̃ qñ voluntas dñi cõ-
plet̃ de hoĩb⁹ qui ꝑ ei⁹ iuſticiam vel premiabũt̃ vel dãna-
bunt̃ ſm illud pſ. Cũ accepero temp⁹ ego iuſticias iudica-
bo. Unde ſm triplex dei iudiciũ tripl'r põt itelligi dies dñi
Erit eñ qđdã iudiciũ generale oĩm ſm illud Mat. 12. Ui-
ri niniuite ſurgẽt in iudicio. Et ſm hoc dies dñi đr nouiſ-
ſimus dies iudicij đ q. 2. theſſal. 2. Non terreami q̃ſi in-
ſtet dies dñi. Et ſm hoc itelligit̃ Dies dñi declarabit q:
in die iudicij manifeſtabit̃ dr̃ia humanoꝝ meritoꝝ: Ro. 2
In die qñ iudicabit dñs occulta hoĩm. Aliud aũt ẽ ꝑticu-
lare iudiciũ qđ fit đ vnoq̃q; ĩ morte ipſi⁹ de q̃ habet̃ Luc.
16. Mortu⁹ ẽ diues ⁊ ſepultus ẽ in inferno. mortu⁹ ẽ aũt
mendic⁹ ⁊ portat⁹ eſt ab angelis in ſinũ abrae. Et ſm hoc
dies dñi põt intelligi dies mortꝭ ſm illđ. 1. theſſal. 5. Di-
es dñi ſicut fur in nocte ita veniet. Sic ḡ dies dñi declara-
bit q: in morte vniuſcuiuſq; eius merita patent. Uñ dicit
ꝓuer. 11. Mortuo hoĩe ĩpio null'a erit vltra ſpes. ⁊ eiuſdeꝫ
14. Sꝑat aũt iuſt⁹ ĩ morte ſua. Tertiuꝫ aũt ẽ iudiciũ ĩ hac
vita inq̃tũ deus ꝑ tribulationes hui⁹ vite interdũ hoĩes
ꝓbat. Uñ dicit̃ infra. 11. Cũ iudicamur a dño corripimur
vt non cũ hoc mũdo dãnemur. Et ſm hoc dicit̃ dies dñi
dies t̃palis tribulatiõis de q̃ đr Sopho. 1. Uox diei dñi
amara tribulabit̃ ibi fortꝭ. Dies ḡ dñi declarabit q: in t̃pe
tribulationis affectus hoĩs ꝓbat̃. Ecc̃. 17. Uaſa figuli ꝓ-
bat fornax ⁊ hoĩes iuſtos tẽptatio tribulatiõis. Scđo oñ-
dit ꝑ qđ fiet iſta declaratio q: ꝑ ignẽ. Uñ ſeq̃t̃. Quia in
igne reuelabit̃. ſ. dies dñi: nã dies iudicij reuelabit̃ ĩ igne
q̃ p̃cedit faciẽ iudicis exurẽs faciẽ mũdi ⁊ inuoluẽs repro-
bos ⁊ iuſtos purgãs de q̃ đr ĩ pſ. Ignis añ ipm̃ p̃cedet ⁊
inflãmabit in circuitu inimicos ei⁹. Dies aũt dñi q̃ ẽ dies
mortꝭ reuelabit̃ in igne purgatorij ꝑ quẽ purgabit̃ ſi q̃d ĩ
elemẽtis inuenie t̃ purgandũ de q̃ põt intelligi qđ đr. Job
23. Probabit me q̃ſi aurũ qđ ꝑ ignẽ trãſit. Dies vero q̃ eſt
dies tribulationis diuio iudicio ꝑmiſſe reuelat̃ in igne tri-
bulationis đ q̃ dicit̃ Ecc̃. 2. In igne ꝓbat̃ aurũ ⁊ argentũ
hoĩes vero acceptabiles in camino tribulatiõis. Tertio po-
nit effectũ manifeſtatiõis cũ ſubdit. Et vniuſcuiuſq; op⁹
q̃le ſit ignis ꝓbabit q: ſ. ꝑ quẽlibꝫ igniũ p̃dictoꝝ ꝓbant̃
merita hoĩs vel demerita. Uñ in pſ. đr. Igne me examina-
ſti ⁊ nõ ẽ inuẽta in me iniq̃tas. In his trib⁹ q̃ h aplus po-

nit p̃mũ ẽ ꝯcluſio duoꝝ ſeq̃ntiũ. Si em̃ dies dñi reuelat̃ ĩ
igne ⁊ ignis ꝓbat q̃le ſit vniuſcuiuſq; op⁹. ꝯſeq̃ns ẽ q̄ dies
dñi declaret dr̃iam oꝑuꝫ humanoꝝ. ¶ Deiñ cũ dicit. Si
cui⁹ op⁹ manſerit ⁊c. oñdit modũ p̃dicte manifeſtatiõis ⁊
p̃° quãtũ ad bona opera cũ dicit. Si cui⁹. i. alicui⁹ op⁹ qđ
ipſe ſuꝑedificauit mãſerit. ſ. in igne ille. ſ. q̃ ſuꝑedificauit
mercedẽ accipiet. Jere. 31. Eſt merces oꝑi tuo. Et eſa. 40
Ecce merces ei⁹ cũ eo. Dicit̃ aũt aliqđ op⁹ in igne ꝑma-
nere illeſum dupl'r. Uno mõ ex ꝑte ipſi⁹ oꝑãtis q: ſ. ille q̃
hoc facit op⁹. ſ. bone doctrine vel qđcũq; bonoꝝ oꝑuꝫ ꝓ-
pter huiuſmodi opus nõ punit̃ in q̃tũ. ſ. nec torq̃bit̃ igne
purgatorij. neq; igne q̃ p̃cedet faciẽ iudicij neq; etiã eſtu-
at igne tribulationis. Qui em̃ nõ immoderate tempora-
lia dilexerit. ꝯſeq̃ns ẽ q̄ nõ nimis doleat ꝑ eoꝝ amiſſio-
ne. Dolor em̃ cauſat̃ ex amore rei q̃ amittit̃. Uñ ſuꝑfluus
amor ſuꝑfluũ generat dolorẽ. Alio mõ põt intelligi ex ꝑte
ipſius oꝑis. quolibꝫ em̃ p̃dictoꝝ iudicioꝝ ſuꝑueniẽte hoĩ
ꝑmanet ⁊ op⁹ bone doctrine vel qđcũq; aliud bonũ opus
Nã igne tribulatiõis ſuꝑueniẽte nõ ceſſat hõ neq; a vera
doctrina neq; a bono oꝑe virtutꝭ. vtrũq; aũt hoꝝ ꝑmanet
hoĩ q̃tũ ad meritũ ⁊ ĩ igne purgatorij ⁊ ĩ igne q̃ p̃cedet fa-
ciem iudicis. Secũdo oñdit diẽ quantũ ad mala oꝑa di-
cẽs. Si cui⁹. i. alicui⁹ op⁹ arſerit. ſ. ꝑ aliquẽ igniũ p̃dicto-
rũ detrimẽtũ patiet̃ ſcꝫ q̃ hoc oꝑat⁹ ẽ nõ tñ vſq; dãnatiõꝫ.
Uñ ſubdit. Ipe aũt ſalu⁹ erit ſcꝫ ſalute ẽt̃na ſm illđ Eſa.
45. Saluat⁹ eſt iſrl' in dño ſalute ẽt̃na. ſic tñ q̃ſi ꝑ igneꝫ
quẽ ſcꝫ p̃us ſuſtinuit vel in hac vita vel in fine hui⁹ vite
vel in fine mũdi. Uñ dicit̃ in pſ. Trãſiuim⁹ ꝑ ignẽ ⁊ aq̃m
⁊ eduxiſti nos ĩ refrigeriũ. Et eſa. 43. Cũ trãſieris ꝑ ignẽ
nõ cõbureris. ⁊ flãma nõ cõburet te. q: ego dñs de⁹ ſalua-
tor tu⁹. Dicit̃ aũt op⁹ alicui⁹ ardere dupl'r. Uno mõ ex ꝑte
oꝑantꝭ inq̃tũ ſcꝫ aliq̃s affligit̃ igne tribulatiõis ꝓpt̃ imo-
deratũ affectũ q̃ ſuꝑflue t̃rena diligit ⁊ punit̃ igne purga-
torij vel igne q̃ p̃cedet faciẽ iudicis ꝓpt̃ pctã venialia q̃
circa curam temporaliũ cõmiſit. ſiue etiã ꝑ friuola ⁊ vana
q̃ docuit. Alio mõ ardet opus in igne ex ꝑte ipſi⁹ oꝑis q:
ſcꝫ tribulatione ſuꝑueniente hõ nõ põt vacare nec doctri-
ne vane: nec terrenis oꝑib⁹. ſm illđ pſ. In illa die ꝑibũt
oẽs cogitatiões eoꝝ. Nec etiã igne purgatorij vl' p̃cedẽte
faciẽ iudicis remanebit ei aliq̃d p̃dictoꝝ vel ad remediuꝫ
vel ad meritũ. Et ſilit̃er dupl'r patit̃ detrimẽtũ vel inq̃tũ
ipſe punit̃ inq̃tum ꝑdit id qđ fecit. ⁊ q̃tũ ad hoc đr Ecc̃.
14. Omẽ op⁹ corruptibile in fine deficiet ⁊ q̃ oꝑat̃ illud
ibit cum illo: ⁊ omẽ op⁹ electũ in fine iuſtificabit̃: ⁊ q̃ oꝑat̃
illđ honorificabit̃ in illo. Quoꝝ p̃mũ ꝑtiñet ad eũ q̃ ſuꝑedi-
ficat lignũ fenũ ⁊ ſtipulam. qđ eſt opus digne ardẽs. Se-
cundũ aũt ꝑtinet ad eum q̃ ſuꝑedificat aurũ argentũ lapi-
des p̃cioſos. qđ eſt opus manẽs in igne abſq; detrimẽto.

¶ Lectio tertia

Neſcitis q: templum dei eſtis ⁊ ſpũs
dei habitat in vobis? Si quis auteꝫ
templũ dei violauerit diſperdet illũ
deus. Templum enim dei ſanctũ eſt: qđ eſtꝭ
vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur in-
ter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat
vt ſit ſapiens. Sapientia em̃ hui⁹ mũdi ſtul-
ticia eſt apud deum. Scriptũ eſt em̃. Comp̃-
hendam ſapientes in aſtutia eoꝝ. Et iteruꝫ.
Dñs nouit cogitationes ſapientiũ: q̃m vane
ſunt. Nemo itaq; glorief̃ in hoĩbus. Oĩa em̃
veſtra ſunt ſiue Paulus ſiue apollo: ſiue ce-
phas. ſiue mũd⁹ ſiue vita ſiue mors. ſiue p̃e-

**ſentia ſiue futura. Oīa eīm vr̄a ſunt: vos aūt
xp̄i: xp̄s autem dei.**

Supra oñdit aplꝰs q̄ ſit merces bene laborantiū. hic agit
de pena male laborantiū ſiue deſtructiū. Et circa hoc duo
facit. Primo demonſtrat penā. Secundo excludit errorē
contrarium ibi. Nemo vos ſeducat. Oſtendit autem pe
nam operātiū ad deſtructionē ꝓſequēs ſilitudinē edificij
ſpūalis. Et circa hoc tria facit. pmo oſtēdit dignitatē ſpi=
ritualis edificij. Scdo determinat penā deſtruentiū ibi.
Si quis. Tertio aſſignat rationē pene ibi. Templuꝫ eīm
dei ꝛc̄. Dicit ḡ pmo. dictū eſt ꝙ ille qui ſupedificat mer=
cedem ſalutis accipiet vel ſine detrimento vel cum detri=
mento. ſed vt poſſitis agnoſcere que ſit pena male in vo=
bis laborantium oportet vos veſtram dignitatē agnoſce=
re quam primo ponit dicens. An vos neſcitis quia vos fi
deles xp̄i eſtis templum dei. Eph. 2. In quo omnis edifi
catio conſtructa creſcit in templū ſanctum in domino in q̄
⁊ vos coedificamini in habitaculum dei. Secundo ꝓbat
ꝙ fideles ſint templum dei. eſt enim de ratione templi ꝙ
ſit habitaculum dei ſm illud pſ. Deus in templo ſancto
ſuo. Unde omne illud in quo deus habitat poteſt dici tē=
plum. Habitat aūt deus principaliter in ſeipſo quia ipſe
ſolus ſe comprehendit. Unde ⁊ ipſe deus templū dei dici
tur apoc̄. 21. Dominus deus omnipotens templum illiꝰ
eſt. Habitat etiam deus in domo ſacrata ꝑ ſpūalem cultū
q̄ in ea ſibi exhibet̄. ⁊ ideo domus ſacrata dicitur templū
ſm illud pſ. Adorabo ad templum ſanctum tuum ꝛc̄.
Habitat etiam deus in omnibus ꝑ fidem que per dilecti=
onem operatur. ſm illud ephe. 3. Habitare chriſtum per
fidem in cordibus veſtris. Unde ⁊ ad ꝓbandum ꝙ fide=
les ſint templum dei ſubiungit ꝙ inhabitant̄ a deo: cum
dicit. Et ſpūs dei habitat in vobis. Et Ro. 8. dictum eſt
Spiritus eius qui ſuſcitauit ieſum xp̄m habitabit in vo=
bis. Ezech. 36. Spūm meum ponam in medio veſtri. Ex
quo patet ꝙ ſpūſſanctus eſt deus per cuius inhabitatio=
nem fideles dicuntur templum dei. Sola enim inhabita
tio dei templum dei facit vt dictum eſt. Eſt autem conſi=
derandum ꝙ deus eſt in omnibus creaturis in quibus ē
per eſſentiam potentiam ⁊ preſentiam implens omnia bo
nitatibus ſuis. ſm illud. Jere. 23. Celū ⁊ terram ego im=
plebo Sꝫ ſpūaliter dicitur deus inhabitare tanquā in fa=
miliari domo in ſanctis quorum mens capax eſt dei ꝑ co=
gnitioneꝫ ⁊ amorem etiam ſi ipſi in actu non cognoſcoſcāt
⁊ diligant dūmodo habeant per gratiam habitum fidei ⁊
charitatis. ſicut patet de pueris baptizatis. Et cognitio ſi
ne dilectione non ſufficit ad inhabitationem dei ſm illō.
1. Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in
eo. Inde eſt ꝙ multi cognoſcunt deum vel per naturalē
cognitionē vel ꝑ fidem informem quos tamen nō inhabi=
tat ſpūs dei. ¶ Deinde cum dicit. Si quis autem templū
ꝛc̄. Violat̄ autem templum dei dupliciter. Uno modo ꝑ
falſam doctrinam qua non ſuperedificatur fundamento.
ſed magis ſubruit fundamentum ⁊ deſtruit edificiuꝫ. Un
de dicit̄ Ezech. 13. de falſis prophetis. Violabant me ad
populuꝫ meum ꝓpter pugillū ordei ⁊ fragmentuꝫ panis.
Alio modo violat aliquis templum dei per peccatū mor=
tale per quod aliquis vel ſeipſum corrumpit vel aliū ope
re vel exemplo. Unde dicit̄ 2 Pal̄. 2. Cōtaminauit iudas
ſanctificationem domini quam dilexit. Sic autem dignū
eſt vt diſperdatur ille a deo ꝑ damnationeꝫ eternam qui
violat ſpirituale templum dei vel qualitercunqꝫ polluit
Unde dicit̄ 2 Pal̄. 2. Diſperdet dominus virum qui fece
rit hoc magiſtrum ⁊ diſcipulum. Et in pſ. Diſperdat do
minus vniuerſa labia doloſa ꝛc̄. ¶ Deinde cuꝫ dicit Tē=
plum dei ꝛc̄. aſſignat rationem eius quod dixerat de ſan=
ctitate templi. Qui enim aliquam rem ſacram violat: ſa=
crilegium committit. vnde dignum eſt vt diſperdat̄. Tē=
plum enim dei eſt ſanctum quod eſtis vos. ſicut ſupra di=
ctum eſt ⁊ in pſ dr̄. Sanctum eſt templū tuuꝫ mirabile in
equitate. ⁊ alibi. Domuꝫ tuam domine decet ſanctitudo.
Eſt quidem in materiali templo quedam ſacramentalis
ſanctitas ꝓut templum diuino cultui dedicatur. ſed in fi
delibus chriſti eſt ſanctitas gratie quā conſecuti ſunt per
baptiſmū ſm illō infra. 6. Abluti eſtis. ſanctificati eſtis.
¶ Deinde cum dicit. Nemo vos ſeducat. excludit errorē
contrarium. Et primo monet fideles vt ſibi caueant a ſe=
ductione errorum. Secundo docet mediuꝫ cauendi ibi.
Si quis inter vos. Tertio rationē aſſignabit ibi. Sapiē
tia enim huius mundi ꝛc̄. Circa primum ſciendum eſt ꝙ
quidam dixerunt ꝙ deus neqꝫ punit neqꝫ remunerat ho=
minum facta. ex quorum perſona dicit̄ ſopho. 1. Qui di=
cunt in cordibus ſuis non faciet bene dominus ⁊ non fa=
ciet male. Et treñ. 3. Quis eſt iſte qui dixit vt fieret domi
no non iubente? Ex ore altiſſimi non egredient̄ bonū neqꝫ
malum. Ad hunc ergo errorem excludendum dicit. Ne=
mo vos ſeducat aſſerens ſcꝫ ꝙ ille qui templū dei violat.
non diſperdat̄ a deo ſicut eph. 5. dicit̄. Nemo vos ſedu=
cat inanibus verbis. ꝓpter hoc enim venit ira dei in fili=
os diffidentie. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Si quis inter vos ꝛc̄
docet modum cauendi huiuſmodi ſeductionem. Ubi ſciē
dum eſt ꝙ quidam dixerunt deum non punire peccata ho
minū innitentes rationibus humane ſapientie. puta ꝙ de=
us non cognoſcat ſingularia que fiunt hic ex quorū ꝑſona
dicit̄ Job. 22. Circa cardines celi ꝑambulat: nec noſtra
conſiderat. Ad hoc ergo vitandū dicit. Si quis inter voſ
videt̄ eſſe ſapiens in hoc ſeculo id eſt ſapientia ſeculari q̄
in eo ꝙ contrariat̄ veritati fidei non eſt ſapientia licet vi=
deatur eſſe: ſtultus fiat: abijciendo iſtam ſapientiam appa
rentem vt ſit ſapiens ſcꝫ ſm ſapientiam diuinā que eſt ve
ra ſapientia. Et hoc etiam obſeruanduꝫ eſt non ſolum in
his in quibus ſecularis ſapientia contrariatur veritati fi=
dei. ſed etiam in omnibus in quibus contrariat̄ honeſtati
morum. Unde ꝓuer. 3. dicitur. Deo ſecum morante con=
fortatus eſt ꝛc̄. ¶ Deinde cum dicit. Sapientia enim hu=
ius mundi ꝛc̄. aſſignat rationem eius qđ dixerat. Et pri=
mo ponit rationem. videbat̄ eīm ineptam monitionem fe=
ciſſe vt aliquis fieret ſtultus ⁊ vere inepta eſſet ſi ſtulticia
illa de qua loquebat̄ eſſet per abnegationem vere ſapien=
tie. ſed non eſt ita. Sapientia enim huius mūdi ſtulticia
eſt apud deum. Dicit̄ autem ſapientia huius mundi que
principaliter mundo innitit̄. Nam illa que per res huius
mundi ad deum attingit non eſt ſapientia mundi ſed ſapi
entia dei. ſm illud Ro. 1. Deus enim illis reuelauit. In=
uiſibilia enim ipſius a creatura mundi ꝑ ea que facta ſunt
intellecta conſpiciunt̄. Sapientia ergo mundi que ſic re=
bus mundi intendit vt ad diuinam veritatem nō ꝑtingat
ſtulticia ē apđ deuꝫ id ē ſtulticia reputat̄ ſm diuinū iudi=
ciū Eſa. 19. Stulti principes thaneos: ſapiētes cōſiliarij
pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Secundo pro=
bat qđ dixerat per duas auctoritates quarum prima ſcri=
bit̄ Job. 5. Unde dicit. Scriptum eſt comprehendam ſa
pientes in aſtutia eorum. Comprehendit autē ſapientes
dominus in aſtutia eorum quia ꝑ hoc ipſum ꝙ aſtute cogi
tant contra deum. impedit deus eorum conatuꝫ ⁊ implet
ſuum propoſitum ſicut per maliciam fratrum Joſeph vo=
lentium impedire eius principatum impletum eſt per di=
uinam ordinationem ꝙ Joſeph in egypto venditus ꝑn=
ciparet̄. Unde ⁊ ante premiſſa verba dicit Job. Qui diſ=
ſipat cogitationes malignorum ne poſſint implere manꝰ

eorum qͦ ceperant. quia vt dicit prouer. 21. Non eſt ſapientia non eſt ſcientia non eſt conſilium contra dominū. Secunda auctoritas ſumit ex pſ̄. vnde dicit. Et iterū ſcriptum eſt. Dominus nouit cogitatiões ſapientū id eſt ſm ſapientiam mundi quoniam vane ſunt. qꝛ ſcilicet non pertingunt ad finez cognitionis humane que eſt cognitio veritatis diuine. Unde dicit ſap. 13. Uani ſunt om̄es homines in quibus nō ſubeſt ſapientia dei. ¶ Deinde cū dicit. Itaqꝫ nemo glorietur in hominibus. Infert concluſionem principaliter intentam ſcꝫ ꝙ non debeant gloriari de miniſtris dei. ⁊ primo concludit propoſitum ex predictis dicens. Itaqꝫ exquo miniſtri nihil ſunt ſed laborant ꝓ mercede. nemo glorietur in hominibus ſicut ⁊ in pſ̄. dicit. Nolite confidere in principibus neqꝫ in filijs hominū in quibus non eſt ſalus. Et Jere. 17. Maledictus vir qui confidit in homine ⁊c̄. Secundo rationem aſſignat ex dignitate fidelium xp̄i aſſignans ordinem fidelium in rebus. ⁊ p̄mo ponit ordinem rerum ad fideles xp̄i dicens. Om̄ia veſtra ſunt quaſi dicat. Sicut homo non gloriatur de rebus ſibi ſubiectis: ita ⁊ vos gl̄iari nō debetis de reb⁹ hui⁹ mūdi q̄ oīa ſunt vobis data a deo ſm illō pſ̄. Oīa ſubiecisti ſub pedib⁹ ei⁹. Exponit aūt q̄ oīa. int̄ que p̄⁹ ponit miniſtros xp̄i q̄ ſunt diuinitus ordinati ad miniſterium fideliuꝫ. ſm illud. 2. corin. 4. Nos aūt ſeruos vr̄os ꝑ ieſum ⁊ hoc eſt qͦ dicit. Siue paulus q̄ plantauit. ſiue apollo q̄ rigauit. ſiue cephas. i. petr⁹ q̄ eſt vl̄is paſtor ouiū xp̄i vt dicit Jo. vltimo. Poſt hec ponit res exteriores cū dicit. Siue mūdus q̄ ē cōtinentia oīm creaturaꝝ q̄ quidē eſt fideliū xp̄i. eo ꝙ homo ꝑ res huius mundi iuuatur vel quantū ad neceſſitatem corporalē vel quantū ad cognitionē dei ſm illud ſap. 13. A magnitudine ſpeciei ⁊ creature ⁊c̄. ¶ Conſeqn̄ter ponit ea q̄ ꝑtinent ad ipſam hoīs diſpoſitionē dicens. Siue vita ſiue mors qꝛ ſcꝫ fidelib⁹ xp̄i ⁊ vita eſt vtilis in qua meretur ⁊ mors ꝑ quā ad premia ꝑueniūt ſm illō Ro. 14. Siue viuimus ſiue morimur ⁊c̄. Et phil. 1. Mihi viuere xp̄s eſt ⁊ mori lucrum. Ad hec aūt duo reducunt omnia bona vel mala huius mundi quia per bona conſeruatur vita. per mala peruenitur ad mortem. Ultimo ponit que ꝑtinent ad ſtatum hominis preſentem vel futurum dicēs. Siue preſentia. i. res huius vite quib⁹ iuuamur ad merēdum ſiue futura que nobis reſeruantur ad premium. Nō enī habemus hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. vt dicitur Heb. vltimo. Omnia inquit veſtra ſunt id eſt veſtre vtilitati deſeruientia ſm illud Ro. 8. Diligētibus deum omnia cooperant̄ in bonum. Sic ergo prim⁹ ordo eſt chriſti ad fideles. ſecundus vero fidelium chriſti ad chriſtum quos ponit ſubdens: Uos autem xp̄i eſtis. quia ſcꝫ ſua morte redemit Ro. 14. Siue viuimus ſiue morimur domini ſum⁹. Tertius ordo eſt chriſti ſm ꝙ homo ad deum. ideo addit. Chriſtus autez ſm ꝙ homo dei eſt Unde cum deum ⁊ dominum in pſ̄. nominat dicens. Domine deus meus in te ſperaui. vt nomine dei tota trinitas intelligatur. Quia ergo nullus debet gloriari de eo quod infra ipſum eſt: ſed de eo quod eſt ſupra ipſum ideo non debent fideles chriſti gloriari de miniſtris. ſed magis miniſtri de ip̄is. 2. corin. 7. Multa mihi fiducia eſt apud vos. multa mihi gloriatio ꝓ vobis. Sꝫ fideles chriſti debent gloriari de chriſto. ſm illud Gal. vltimo. Mihi abſit gloriari niſi ī cruce domini noſtri ieſu chriſti. ſicut chriſtus de patre ſm illud ſap. 2. Gloriatur ſe patrem habere deum.

## ¶ Incipit capitulū quartū.
## ¶ Lectio prima.

Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti: ⁊ diſpenſatores miniſteriorum dei. Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo eſt vt a vobis iudicer aut ab humano die. Sed neqꝫ meipſū iudico: Nihil enim mihi conſcius ſuꝫ: ſed nō in hoc iuſtificatus ſum. Qui autem iudicat me: dominus eſt. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare quoadusqꝫ veniat dominus: qui et illuminabit abſcondita tenebrarum. ⁊ manifeſtabit conſilia cordium. et tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo.

Superius redarguit apoſtolus corinthios de hoc ꝙ de quibuſdam miniſtris gloriabantur: hic autem arguit eos ꝙ alios miniſtros cōtemnebant. Et circa hoc duo facit. primo arguit eorum culpam. Secundo inſtat ad eorum correctionem ibi. Non vt confundam vos. Circa primum duo facit. primo arguit eorum temeritatē qua male de miniſtris chriſti iudicabant. Secūdo arguit eorum elationem qua chriſti miniſtros cōtemnebant ibi. Hoc autē fratres. Circa primuꝫ duo facit. Primo oſtendit quid ſit de miniſtris chriſti firmiter ſentiendum. Secūdo ꝙ nō ſit de eis temere iudicanduꝫ ibi. Hic iam queritur inter diſpenſatores. Dicit ergo primo. Dixi ꝙ nullus veſtrum debet gloriari de hominibus tamen quilibet veſtrum debet cognoſcere auctoritatem officij noſtri ad quod pertinet ꝙ ſumus mediatores inter chriſtum cui ſeruimus. ad quod pertinet ꝙ dic̄. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti Eſa. 61 Sacerdotes dei vocabimini miniſtri dei noſtri dicetur vobis. ⁊ inter membra eius que ſunt fideles eccleſie: quibus dona chriſti diſpēſant. ad quod pertinet qͦ ſubditur: Et diſpenſatores miniſteriorum dei id eſt ſecretorum eius: que quidem ſunt ſpiritualia eius documenta. ſcd̄m illud infra. 14. Spiritus eſt qui loq̄tur myſteria. Uel etiam eccleſiaſtica ſacramenta in quibus diuina virtus ſecretius operatur ſalutem. Unde ⁊ in forma conſecrationis eucharîſtie dicit. Miſterium fidei. pertinet ergo ad officium p̄latorum eccleſie ꝙ in gubernatione ſubditorum ſoli chriſto ſeruire deſiderent cuius amore oues ei⁹ paſcūt ſm illō Jo. vltīo. Si diligis me paſce oues meas. Pertinet etiā ad eos vt diuina populo diſpenſent. ſm illō infra. 6. Diſpenſatio mihi credita eſt. ⁊ ſm hoc ſunt mediatores inter chriſtum ⁊ populū. ſcd̄m illud deut. 5. Ego ſequeſter fui ⁊ medius illo tempore inter deum ⁊ vos. Hec autē eſtimatio d̄ prelatis eccleſie neceſſaria eſt ad ſalutē fidelium. niſi enī eos recognoſcerent miniſtros xp̄i non eis obedirēt: tanquā chriſto. ſcd̄m illud Gal. 4. Sicut angeluꝫ dei excepiſtis me ſicut ieſum chriſtum. Rurſum ſi eos non cognoſcerent diſpenſatores recuſarēt ab eis dona recipe cōtra illud qͦ idem apoſtolus dicit. 2. cori. 2. Quod donaui ſi q̄d donaui ꝓpter vos in perſona xp̄i. ¶ Deinde cum dicit. Hic iam querit̄ inter diſpenſatores. oſtendit circa miñſtros xp̄i temere iudicari n̄ debere. ⁊ circa hoc tria fac̄. p̄mo ponit quoddā ꝑ quod iudicare ſatagunt de fidelitate miniſtroꝝ. Secūdo oſtendit de hoc iudicio ſe non curare ſꝫ deo reſeruare ibi. Mihi aūt ꝓ minimo eſt. Tertio cōcludit ꝓhibitionē temerarij iudicij ibi. Itaqꝫ nolite. Circa p̄mū cōſiderandū eſt ꝙ miniſtroꝝ ⁊ diſpenſatoꝝ xp̄i q̄dam ſunt fideles: q̄dam infideles. Infideles diſpēſatores

ſunt q̃ in diſpenſandis diuinis miſterijs non intendũt vti
litatẽ populi ⁊ honorem xp̃i ⁊ vtilitatem membroꝝ eius
ſm illud Luc.16. In iniquo mãmone fideles nõ fuiſtis.
Fideles autẽ q̃ in om̃ibus intendunt honorem dei ⁊ vtili-
tatem membroꝝ eius. ſm illud Luc.12. Quis putas eſt
fidelis ſeruꝰ ⁊ prudens quẽ ꝯſtituit ſup̱ familiã ſuã. Qui
aũt ſint fideles vel infideles diuĩo iudicio manifeſtabunt
ĩ futuro. Sꝫ corinthij temere volebãt diſcutere. q̃ diſpen-
ſatores eſſent fideles vel infideles. ⁊ hoc eſt qđ dicit. Hic
hoc eſt inter vos. Iam.i.in preſenti tempore queritur.i.diſ
cutitur. Vt q̃s.i.aliq̃s inter diſpenſatores fidelis inuenia
tur. Iudicabant eñ plures eſſe ĩfideles vix aliquem virũ
putantes eſſe fidelem ſm illud ꝓuer.20. Multi viri mi-
ſericordes vocant̃: virum aũt fidelẽ quis inueniet? ¶ De-
inde cum dicit. Mihi aũt ꝓ minĩo eſt. oſtendit ſe hoc iu-
dicium reputare nihil: ⁊ circa hoc tria facit. p̱mo ponit ꝙ
nõ curat circa hoc ab alijs iudicari dicẽs. Mihi aũt q̃ ſuꝫ
minimꝰ inter diſpenſatores ꝓ minĩo eſt.i.minĩa bona re-
puto. Vt a vobis iudicer ſcꝫ eſſe fidelis vel infidelis. Et
ne putarent ab apoſtolo hec dici in eoꝝ contemptuꝫ ac ſi
eorum iudicium deſpiceret quaſi vilium ꝑſonarum ſub-
iungit. Aut ab humano intellectu qui eſt dies hoĩs ſm il
lud Ioh.11. Qui ambulat in die nõ offendit q꜡ lucẽ huiꝰ
mũdi videt. Vel ad lr̃aꝫ. Aut ab hũano die.i.ab ĩtellectu
in hoc tempore iudicantibus quaſi dicat veſtrum vel quo
rumcũq; hominũ iudicium ꝑum curo. Iere.17. Diem ho
minis non deſideraui tu ſcis. Eſt aũt ſciendum ꝙ de iudi
cio hominũ dupliciter debet curari. Vno modo quãtũ ad
alios qui ex eorum bono vel edificant̃ vel ſcãdalizantur.
⁊ ſic ſancti non ꝓ minimo ſed ꝓ magno habent ab homi-
nibus iudicari cum dominꝰ dicat Math.5. Videãt op̱a
vr̃a bona ⁊ glorificent patrem vr̃m q̃ in celis eſt. Alio mo
quantũ ad ſeipſos. ⁊ ſic non curant multum quia nec glo-
riam humanam concupiſcũt ſm illud.1.theſſal.2. Neq;
gloriam ab hominibus querẽtes neq; aliquid a vobis ne-
q; ab alijs. Neq; opprobriuꝫ hominis timẽt ſm illđ Eſa.
51. Nolite timere opprobriũ hominum ⁊ blaſphemias eo-
rum ne timeatis. Vnde apoſtolus ſignanter dicit. Mihi
aũt ⁊c̃.id eſt quantũ ad me ꝑtinet. non autẽ id ꝓ nullo eſt
ſed ꝓ minĩo q꜡ bona temporalia inter que bona fama com
putat̃. non ſunt nulla bona ſed minima vt aug. dicit in li-
bro de libero arbitrio. Vnde ⁊ ſap̃.7. Omne aurum in
comparatione illius arena eſt exigua. Secundo oſtendit
ꝙ neq; ſeipſum iudicare p̃ſumit dicens. Sed neq; meip-
ſum iudico. Videt̃ aũt hoc eſſe contra id qđ infra.11. dici-
tur. Si noſmetipſos diiudicaremꝰ non vtiq; iudicaremur
Debet ergo quilibꝫ iudicare ſeipſum. Sed ſciendũ eſt ꝙ
iudicio diſcuſſionis de quo ap̃lus ibi loquit̃ quilibꝫ debꝫ
iudicare ſeipſum ſm illud pſ̃. Exercitabar ⁊ ſcopebaꝫ ſpi
ritum meum. Et ſiĩliter iudicio condemnationis ⁊ rep̄hen
ſionis in manifeſtis malis ſm illud Iob.13. Arguam co-
ram eo vias meas. ſed iudicio abſolutionis non debet ali
quis preſumere ſe iudicare. vt ſe innocenteꝫ reputet. Vñ
dicitur Iob.9. Si iuſtificare me voluero: os meum cõdẽ-
nabit me. ſi innocentem conſidero prauum me comproba
bit. Cuius rationem aſſignat dicens. Nihil mihi conſciꝰ
ſum id eſt non habeo alicuius peccati mortalis conſcien-
tiam ſm illud Iob.27. Neq; rep̄hendit me cor meũ in
omni vita mea. Sed non in hoc iuſtificatus ſum id eſt nõ
ſufficit ad hoc ꝙ me iuſtum ꝓnunciem. q꜡ poſſunt aliqua
peccata in me latere que ignoro. ſm illud pſ̃. Delicta q̃s
intelligit? Et Iob.9. dicit̃. Et ſi ſimplex fuero hoc ipſum
ignorabit anima mea. Tertio concludit cui hoc iudicium
reſeruet̃ dicẽs. Qui aũt iudicat me dñs eſt.i. ad ſolũ deũ
ꝑtinet iudicare vtrum ſim fidelis miniſter an non. hoc eñ
pertinet ad intentionem cordis quã ſolus deus pondera-
re poteſt ſm illud ꝓuer.16. Sp̃uꝫ ponderator eſt dñs ⁊
Iere.7. Prauũ eſt cor hoĩs ⁊ inſcrutabile. q̃s cognoſcet
illud? Ego dñs ꝓbans renes ⁊ ſcrutans corda. ¶ Deinđ
cum dicit. Itaq; nolite ⁊c̃. cõcludit ꝓhibitionẽ temerarij
iudicij. Et circa hoc tria fac̃. p̱ᵒ ꝓhibet p̃uenire diuinũ iu
dicium dicens. Itaq; exemplo meo q̃ neq; meipſum iudi-
co neq; ab alijs iudicari curo ſꝫ iudiciũ meũ deo reſeruo:
Nolite ante tp̄us iudicare q꜡ vt dicit̃ Eccl̃s.8. Omni ne-
gocio tempus eſt ⁊ oportunitas. Quoadusq; veniat dñs
ſcꝫ ad iudicandũ ſm illud. Eſa.tertio Dñs ad iudiciũ ve
niet cũ ſenatoribus populi ſui. Vnde ⁊ dñs dicit Mat.7
Nolite iudicare. Sed hoc intelligenduꝫ eſt de ocultis de
manifeſtis aũt iudicare cõmiſſum eſt a deo hominibꝰ ſm
illud deut.1. Audite illos ⁊ qđ iuſtum eſt iudicate. Sunt
eñ aliqua manifeſta non ſolum ꝑ euidentiã facti ſicut no
toria. ſed etiam ꝓpter confeſſionẽ aut teſtiũ ꝓbationem.
Occulta vero deus ſuo reſeruat iudicio. Sũt aũt occulta
nobis que latent in corde vel etiam in abſcondito fiunt. ⁊
de his dicit̃ in pſ̃. Que dicitis in cordibꝰ veſtris ⁊ in cu-
bilibus veſtris compungimini. Vnde homo q̃dem de his
eſt temerarius iudex ſicut iudex delegatꝰ q̃ excedit formã
mandati iudicis de cauſa nõ ſibi cõmiſſa. Eſt ergo teme-
rariuꝫ iudiciũ qñ aliq̃s de dubijs iudicat. Peruerſuꝫ aũt
quando falſum iudiciũ ꝓfert ⁊ q̃uis non ſit iudicandum
circa ꝑſonas puta vt aliquis iudicet malũ hoĩem q̃ bonus
eſt. tñ multo grauius eſt vt iudicium ꝑuertat̃ de rebꝰ ip-
ſis puta ſi q̃s diceret ꝟginitatem eſſe malã ⁊ fornicatiõeꝫ
bonam. contra qđ dicit̃ Eſa.5. Ve q̃ dicitis bonum malũ
⁊ malum bonũ. Secundo deſcribit ꝑfectionẽ futuri diui-
ni iudicij dicens. Qui ſcꝫ dñs ad iudicanduꝫ veniẽs illu-
minabit abſcondita tenebraꝝ id eſt facit eſſe lucida ⁊ ma-
nifeſta ea q̃ occulte in tenebris facta ſunt. ⁊ manifeſtabit
conſilia cordium.i.om̃ia corda ſm illud Iob.12. Qui re
uelat occulta de tenebris ⁊ ꝓducit in lucẽ vmbram mortiſ
Et ſopho.1. Scrutabor hieruſalẽ in lucernis. Qđ quidẽ
eſt intelligendũ tam de bonis q̃ de malis q̃ nõ ſunt ꝑ pñi-
am tecta ſm illud pſ̃. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquita-
tes ⁊ quoꝝ tecta ſunt peccata. Tertio ponit fructũ quem
boni reportabunt de diuino iudicio dicens. Et tunc laus
erit vnicuiq; ſcꝫ bonoꝝ a deo. Que quidẽ laus vera erit:
q꜡ deus nec decipi nec decip̱e poteſt. Ro.2. Cuius laus
non ex hoĩbus ſed ex deo eſt.2.corin.10. Non eñ q̃ ſeip-
ſum cõmendat ille ꝓbatus eſt ſed quẽ deus cõmendat.

¶ Lectio ſecunda.

HEc autẽ fratres transfiguraui in me
⁊ apollo ꝓpter vos: vt in vobis di-
ſcatis: ne ſupra q̃ ſcriptũ eſt vnꝰ ad-
uerſus alterũ infletur ꝓ alio. Quis eñ diſcer-
nit? Quid autẽ habes quod nõ accepiſti? Si
aũt accepiſti quid gloriaris quaſi nõ accepe-
ris? Iam ſaturati eſtis. iaꝫ diuites facti eſtis
Sine nobis regnatis. Et vtinã regnetis: vt
⁊ nos vobiſcum regnemus Puto eñ ꝙ deꝰ
nos ap̃los nouiſſimos oſtendit tanq̃ morti
deſtinatos. q꜡ ſpectaculũ facti ſumus mũdo
⁊ angelis ⁊ hoĩbꝰ. Nos ſtulti ꝓpter chriſtuꝫ
vos autem prudentes in chriſto. Nos infir-
mi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos
autem ignobiles. Vſq; in hanc horam et

**eſurimus ⁊ ſitimus ⁊ nudi ſum⁹. ⁊ collaphis
cedimur ⁊ inſtabiles ſumus. ⁊ laboram⁹ ope
rantes manibus noſtris. Maledicimur ⁊ be
nedicimus. Perſecutionē patimur ⁊ ſuſtine
mus. Blaſphemamur ⁊ obſecramus. Tanq̄
purgamenta huius mundi facti ſumus om-
nium ꝑipſima vſq̄ adhuc.**

Poſtq̄ ap̄lus reprehēdit in corinthijs temeritatē qua mi
niſtros xp̄i iudicabant: hic arguit eorum elationē qua mi
niſtros xp̄i contemnebant. Et circa hoc tria facit. p̄mo ꝓ-
ponit qđ intendit. Secūdo rōeꝫ aſſignat ibi. Quis eñ te
diſcernit. Tertio eoꝝ contemptū yronice loquēs irridet
ibi. Jam ſaturati eſtis. Circa p̄mū cōſiderandū eſt q̄ apo
ſtolus ſupra volens rep̄mere contentiones corinthiorum
quas habebant rōne miniſtroꝝ: vſus fuerat nōibus bono
rum miniſtroruꝫ xp̄i. ſicut ſupra .1. dixit. Unuſq̄ſq̄ veſtrū
dicit. Ego quidē ſum pauli. ego autem apollo. ego vero
cephe. ⁊ ſupra tertio vbi dixit ſiue paulus ſiue apollo ſiue
cephas. ⁊ tñ non gl̄iabant̄ de bonis miniſtris xp̄i nec ꝓ-
pter eos diffidebant ſed ꝓpter pſeudo ap̄los quos noīare
noluit ne videret̄ ex odio vel inuidia ꝯtra eos loqui. ſꝫ lo-
co eoruꝫ poſuerat nomen ſuum ⁊ aliorū bonorum predica
toruꝫ. ⁊ hoc eſt qđ dicit. Hec aūt fratres ſcꝫ que dixi de
miniſtris de quibus gloriamini ⁊ ꝓ quib⁹ cōtenditis trāſ
figuraui. i. figuraliter loquēs tranſtuli ī me ⁊ apollo. Di-
cit eñ ꝓuer. 1. Animaduertet ꝑabolaꝫ ⁊ interpretationē
verba ſapientū ⁊ enigmata eorū. Et hoc ꝓpt̄ vos. i. vr̄aꝫ
vtilitatē. 2. corin. 4. Omnia ꝓpter vos. Ut in nobis diſca
tis. ne vnus veſtrū inflet̄. i. ſupbiat aduerſus alium ꝓxi-
mum ſuuꝫ. ꝓ alio ſcꝫ ꝓ quocunq̄ miniſtro xp̄i. Supra q̄
ſcriptū eſt. i. vltra formā vobis in premiſſis deſcriptā. Di
cit eñ ſap̄. 4. Dirumpens illos inflatos ſine voce. ¶ De
inde cum dicit. Quis eñ te diſcernit. aſſignat rōem q̄re
vnus non debeat contra aliū inflari. ⁊ primo ponit rōnem
dicens. Quis eñ te diſcernit? Qđ pōt intelligi dupliciter.
Uno modo ſic. Quis eñ te diſcernit a maſſa ꝑditoꝝ?
tu teipſum diſcernere non potes: vnde nō habes in te vñ
contra alium ſuperbias. Et de hac diſcretiōe dicit̄ in pſ̄.
Judica me deus ⁊ diſcerne cauſam meā de gente nō ſan-
cta. Alio modo pōt intelligi. Quis te diſcernit. ſ. ſupio-
rem faciens proximo tuo? quod hoc tu facere non potes.
Unde contra eum ſupbire nō debes. Et de hac diſcretio-
ne dicit̄ Ecc̄. 33. In multitudīe diſcipline dñi ſeꝑauit eos
⁊ īmutauit vias illoꝝ. Sed inter hoīes inquantū ſunt fi-
deles xp̄i non eſt diſcretio q̄ꝛ vt dicit̄ Ro. 12. Multi vnū
corpus ſum⁹ in xp̄o. Et act̄. 15. dicit petrus. Nihil diſcer-
nit inter nos ⁊ illos fide purificans corda eorum. Secūdo
excludit quandam rationem. Poſſet eñ aliquis diſcerni
vel a bonis vel a malis melior eis exiſtens ꝓpter bona q̄
habet puta fidē: ſapientiā ⁊ hmōi. Sꝫ hoc excludit ap̄lus
dicens. Quid aūt habes qđ non accepiſti? q̄ſi dicat nihil.
Omnia eñ bona ſunt a deo ſm̄ illud pſ̄. Aperiente te ma
num tuā omnia implebunt̄ bonitate. Et. 2. par̄. 29. Tua
ſunt omnia. ⁊ que de manu tua accepim⁹ dedim⁹ tibi. ⁊ ex
hoc cōcludit ꝓpoſitū dicens. Si aūt accepiſti quid gl̄iariſ
quaſi non acceperis. ille igit̄ gl̄iat̄ quaſi non accipiens q̄
de ſeipſo gloriat̄ ⁊ non de deo. ſicut de quibuſdā dicit̄ in
pſ̄. Qui confidūt in virtute ſua ⁊ in multitudine diuitia-
rum ſuaꝝ gloriant̄. Et ad hoc ꝑtinet p̄ma ſpēs ſupbie: q̄
ſcꝫ aliq̄s ſupbiendo qđ habet dicit a ſeipſo habere. iuxta
illud pſ̄. Labia noſtra a nobis ſunt. q̄s noſter dñs eſt? Il
le aūt gloriat̄ q̄ſi accipiens q̄ oīa deo aſſcribēs gl̄iat̄ đ ipſo
ſicut ſupra dictū eſt. Qui gloriat̄ in dño glorietur. Sic aūt
gl̄iari non eſt ſupbire ſed humiliari ſub deo cui homo dat
gloriam ſm̄ illud ecc̄. vltimo. Danti mihi ſapientiā dabo
gloriam. ¶ Deinde cum dicit. Jam ſaturati eſtis. irridet
eorum ſupbiam q̄ apoſtolos xp̄i cotemnebant. ⁊ p̄mo ī ge
nerali. ſecūdo in ſpeciali ibi. Nos ſtulti ſumus ⁊c̄. Circa
p̄mū duo facit. p̄mo irridet in eis q̄ đ ſe nimis p̄ſumebāt
ſecūdo deridet in eis q̄ ap̄los cōtemnebāt ibi. Puto eñ
q̄ deus ⁊c̄. Circa p̄mum duo facit. p̄mo irridet eos de p̄-
ſumptione qua ſibi attribuebāt qđ nō habebant. Secūdo
irridet eos de hoc q̄ ſibi ſingulariter attribuebant qđ ſin-
gulariter nō habebant ibi. Sine nobis regnatis. Attri
buebant aūt ſibi abundantiā bonoꝝ quoꝝ quedā ſunt in-
teriora. ⁊ quantū ad hoc dicit. Jam ſaturati eſtis id eſt vo
bis videt̄ q̄ ſaturati eſtis. i. abūdanter refecti ſp̄ūali dul-
cedine de q̄ dicit̄ in pſ̄. Satiabor dum manifeſtabit̄ glo-
ria tua. Poterat aūt eis ſm̄ veritateꝫ dici q̄ iam ſaturati
eſtis nō plenitudine ſed faſtidio ſm̄ illud ꝓuer. 27. Aia
ſatiata calcabit fauū. Quedā vero bona exteriora ⁊ q̄tūꝫ
ad hoc dicit. Jam diuites facti eſtis: ſicut vobis videt̄: ſ.
diuitijs ſp̄ūalib⁹ de quib⁹ dicit̄ Eſa. 33. Diuitie ſalutiſ ſa-
pientia ⁊ ſcientia. Simile eſt qđ dicit̄ apoc. 3. Dicis quia
diues ſum ⁊ locuples valde ⁊ nullius egeo. Sꝫ ꝯtra hoc
videt̄ illud qđ ſupra dixit in p̄ncipio dicens. Quia in om
nibus diuites facti eſtis in illo in omni ſcientia ⁊c̄. Sꝫ di
cendū eſt q̄ ſupra dixit quantū ad bonos q̄ inter eos erāt.
hic autē dicit quantū ad preſumptuoſos q̄ ſupbiebant de
eo qđ non habebant. Poteſt ⁊ aliter diſtingui ſatietas et
diuitie vt ſaturitas referat̄ ad vſum gr̄e quo q̄s ſp̄ūalibus
fruit̄. Diuitie aūt ad ipſos habitus gr̄arum. Secūdo cuꝫ
dicit Sine nobis regnatis. irridet eos q̄ ſibi ſingularit̄ at
tribuebant qđ nō habebant. Unde dicit ſine nobis regna
tis id eſt ita vobis videt̄ q̄ regnū ad vos ꝑtineat non ad
nos. Sic eñ erant decepti a pſeudo ap̄lis vt crederent ſe
ſolos habere fidei veritatē que in regno dei ꝯſiſtit. ap̄lm
autem ⁊ ſequaces eius errare. Contra quos dicit̄ Eſa. 5.
Nunq̄d habitabitis vos ſoli in medio terre? Et ne videat̄
ap̄lus ex inuidia hoc dicere ſubiungit. Utinam regna-
retis. Optat eñ vt veram fidē habeant ſm̄ illud act̄. 26.
Opto omnes q̄ audiunt tales fieri qualis ⁊ ego ſum exce
ptis vinculis his. Et vt eis exempla humilitatis prebeat
ſubiungit. Ut ⁊ nos regnemus vobiſcum quaſi dicat. Si
aliquā excellentiam habetis non dedignamur vos ſequi.
ſicut vos dedignamini ſequi nos. contra illud qđ dicit̄
gal̄. 4. Qđ bonū eſt emulamini in bono ſemꝑ. Et eſt ad-
uertendū q̄ apoſtolus hic quattuor ſpecies ſupbie tangit.
quaꝝ p̄ma eſt q̄ñ aliquiſ reputat ſe nō hr̄e a deo qđ habet
quā tangit tangit dicens. Quid gloriaris q̄ non accepe-
ris? Et hoc etiam pōt reduci ad ſecundā ſpeciē q̄ aliquis
exiſtimat ꝓprijs meritis accepiſſe. Tertia ſpecies ē: quā
q̄s iactat ſe habere qđ non habet. ⁊ quantū ad hoc dicit.
Jam ſaturati eſtis: iaꝫ diuites facti eſtis. Quarta ſpecies
quando aliq̄s deſpectis ceteris ſingulariter vult videri ⁊
q̄tū ad hoc ꝑtinet qđ dic̄. Sine nob̄ regnatis. ¶ Deiñ cū
dicit. Puto q̄ deus ⁊c̄. irridet eos de hoc q̄ ap̄los xp̄i
contemnebant. ⁊ p̄mo irriſiōe ponit contēptuꝫ. ſecundo
cauſam contemptus ibi. Qui ſpectaculū facti ſumus. Di
cit ḡ p̄mo. Prius dixi q̄ ſine nobis regnatis: puto enim
id eſt vos putare videmini q̄ deus nos ap̄l̄os oſtēdit no-
uiſſimos cū tñ infra. 12. dicat̄ q̄ deus in eccleſia poſuit p̄-
mum ap̄los. Sic eñ implet̄ qđ đr̄ Matth. 20. Erūt p̄mi
nouiſſimi. ⁊ nouiſſimi primi. Et ponit exemplum. Tanq̄
morti deſtinatos. Jlli eñ q̄ ſunt condemnati ad mortē no
uiſſimi habent̄ inter homīes, vtpote quos indignū ſit vi-
uere. ⁊ tales apoſtoli reputant̄ a mundanis hoībus. ſm̄
illud pſ̄. Eſtimati ſumus ſicut oues occiſiōis. ¶ Deinde
cum dicit. Quia ſpectaculū aſſignat cauſam contemptus

Circa quod conſiderandū eſt ꝙ quando aliqui ſunt condemnati ad mortem cōuocant hoīes ad eorum occiſionē quaſi ad ſpectaculū ⁊ hoc maxime fiebat circa eos q̄ damnabant ad beſtias. q2 apoſtoli erant quaſi morti deſtinati ſubiungit: Quia ſpectaculū facti ſum⁹ mūdo. quaſi totus mūdus concurrat ad ſpectandū noſtrā occiſionē. ſm illō pſ. Poſuiſti nos opprobriū vicinis noſtris. exponit aūt quid nomine mundi intelligat cū ſubdit. Et angelis ⁊ hominibus ſcȝ bonis ⁊ malis. Concurrebant eñ ad eoꝝ ſpectaculum boni angeli ad confortandū. mali aūt ad impugnandum. boni hoīes ad cōpatiendū ⁊ exemplū patiētie ſumēdum. mali hoīes ad pſequendū ⁊ irridendū. ¶ Deinde cū dicit. Nos ſtulti ⁊c. irridet eos in ſpeciali ꝙ aplōs contemnebant. Et circa hoc duo facit. pmo ponit cōtemptū. ſecundo cauſam contemptus ibi. Uſqȝ in hanc horā ⁊c. Circa pmū irridet eoꝝ cōtemptū quantū ad hoc ꝙ ſibi excellentiam aplīs defectū attribuebant. ⁊ pmo quantū ad pfectionem intellectus: ⁊ quantū ad hoc dicit. Nos ſtulti ſumus ꝓpter xp̄m. i. ſtulti reputamur: q2 crucem xp̄i pdicamus ſupra. I. Uerbum crucis pereuntib⁹ ſtulticia eſt. ⁊ etiam q2 propter xp̄m opprobria ⁊ contentiones ſuſtinemus ſm illud ſap̄. 5. Nos inſenſati vitam illoꝝ eſtimabamus inſaniam. Item vt legit act. 26. Feſtus dixit paulo. Inſanis paule. multe te lr̄e ad inſaniā adducūt. Uos ſm vr̄am reputationē eſtis prudentes in xp̄o q2 ſcȝ nec crucē eius publice confiteri audetis. nec pſecutionē ſuſtinetis. ꝓuer. 26. Sapientior ſibi videt piger: ſeptem viris loq̄ntibus ſententias. Secundo q̄tū ad poteſtatē actionis cū dicit. Nos infirmi reputamur ſcȝ in exteriorib⁹ ꝓpter afflictiones quas ſuſtinemus. 2. corin. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Uos aūt ſcȝ ſm vr̄am reputationem eſtis fortes ſcȝ in rebus corporalib⁹. q2 ſecure viuitis ſine tribulatione Eſa. 5. Ue qui potentes eſtis ad bibendum vinum. ⁊ viri fortes ad miſcendā ebrietatē. Uos nobiles. ſ. eſtis ſm vr̄am eſtimationē. i. honore digni: qui exterius contumelias non patimini Eſa. 19. Filius ſapiētiū ego fili⁹ regū antiquorū. Nos aūt ignobiles ſum⁹ ſm vr̄am ⁊ alioꝝ reputationem q2 contēptibiles habemur ſupra. I. Que contemptibilia ſunt mundi ⁊ ignobilia elegit de⁹. Et tñ ſm rei veritatē eſt ecōuerſo. Soli eñ contēptibiles illi ſunt q̄ deū cōtēnunt. ſm illō. I. Reg. 2. Qui aūt contemnunt me erunt ignobiles. ¶ Deinde cum dicit Uſqȝ in hanc horam ⁊c. aſſignat cauſam contemptus. et primo ponit ꝓ cauſa defectum honoꝝ temporaliū. Secundo mala que in eis intelligebant ibi. Maledicimur ⁊ benedicimus. Tertio concludit intentum ibi. Tanq̄ purgamenta. Circa primū duo facit. Primo ponit defectum quē patiebant in rebus neceſſarijs. Unde ea q̄ ptinēt ad victum dicit. Uſqȝ in hanc horam id ē continue a conuerſione noſtra vſqȝ in preſens temp⁹ eſurimus ⁊ ſitimus. 2. corin. 11. In fame ⁊ ſiti. Quātū vo ad veſtituȝ ſubdit. Et nudi ſumus. i. ꝓpter veſtimentoꝝ inopiam q2 etiam interdum expoliant Job. 24. Nudos dimittunt hoīes veſtimenta tollentes quibus non eſt operimentū in frigore. Sed contra eſt qō dicit in pſ. Non vidi iuſtū derelictum nec ſemen eius querens panem. Sed dicendum eſt ꝙ ita patiebant apl̄i ꝙ non derelinquebant. q2 diuina ꝓuidentia moderabat in eis ⁊ abundantiā ⁊ inopiam q̄tū eis expediebat ad virtutis exercitium. Unde ⁊ aplūs Phil. 3. Ubiqȝ ⁊ in oībus inſtitutus ſum ⁊ ſaturari ⁊ eſurire ⁊ abūdare ⁊ penuriam pati omnia poſſum in eo q̄ me confortat. Secundo ponit defectum eorū q̄ ptinent ad bene eſſe humane vite quoꝝ pmū ē reuerētia ab hoībus exhibita cōtra qō dicit. Et collaphis cedimur qō q̄dem fit magis ad opprobriū q̄ ad penā. Unde de xp̄o legim⁹ Mat. 26. Et expuerunt in faciem ſuam ⁊ collaphis eum ceciderunt. Secundo req̄rit quies in loco. contra qō dicit. Et inſtabiles ſumus. Tum q2 expellebant a pſecutoribus de loco in locum ſm illud Mat. 10. Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Tum etiam q2 ꝓ executione ſui officij diſcurrebant vbiqȝ ſm illud Jo. 15. Poſui vos vt eatis. Tertio requirit miniſtrantiū auxilium contra qō dicitur. Et laboramus opantes manib⁹ nr̄is. Tum q2 aliq̄n nullus dabat eis vnde poſſent ſuſtentari. Tū etiam q2 labore manuū ſuarum victū acq̄rebant. vel ad vitandū fideliū grauamē vel ad repellendū pſeudo aplōs q̄ ꝓpter q̄ſtū pdicabant. vt habet. 2. corin. 12. Tum etiaȝ vt darēt ocioſis laborandi exemplū vt habet. 2. theſſal. 3. Unde dicit Paulus act. 20. Ad ea q̄ mihi opus erant ⁊ his q̄ mecum ſunt miniſtrauerūt manus iſte. ¶ Deinde cum dicit. Maledicimur ⁊c. ponit mala q̄ apl̄i patiebant. Et pmo ī verbis cum dicit. maledicimur. i. mala de nobis dicūt homines vel ad detrahendū vel ad cōtumelias inferendum vel etiam mala in predicando. Jere. 15. Omnes maledicunt mihi. Et benedicimus. i. reddim⁹ bonā ꝓ malo ſm illud. I. Pe. 3. Non reddentes maledictuȝ ꝓ maledicto ſed econuerſo benedicentes. Secundo in factis ⁊ quantū ad hoc dicit. Perſecutionem patimur non ſolum q̄tum ad hoc ꝙ fugamur de loco ad locū qō ꝓprie pſecutio dicitur. ſed quantū ad hoc ꝙ multipliciter tribulamur. ſm illud pſ. Multi q̄ pſequūt ⁊ tribulant me. Et ſuſtinem⁹ in xp̄o ſcȝ omnia patienter. Ecc. I. Uſqȝ ad temp⁹ ſuſtinebit patiens. Tertio tangit cauſam vtriuſqȝ cum dicit. Blaſphemamur id eſt blaſphemie imponūt nobis. dum dicimur magi vl̄ malefici ⁊ reputamur dī inimici ſm illō Jo. 16. Uenit hora vt oīs qui interficit vos arbitret obſequiū ſe preſtare deo. Et Ro. 3. Sic vt blaſphemamur vt aiunt q̄dā dicere: faciam⁹ mala vt veniāt bona. tñ obſecram⁹ deum ꝓ his q̄ nos pſequunt ⁊ blaſphemant ſm illō Mat. 5. Orate ꝓ pſequētibus ⁊ calumniantib⁹ vos. ¶ Deinde cum dicit. Tanq̄ purgamenta ⁊c. concludit ex omnibus premiſſis eoꝝ contemptū dicens: Et ꝓpter oīa pdicta facti ſumus tanq̄ purgamenta huius mūdi. i. reputati ſumus ⁊ a iudeis ⁊ a gentilib⁹ vt ꝑ nos mundus inquinet. ⁊ ꝓpē nr̄am occiſionē mūd⁹ purget. ⁊ tāq̄ ſim⁹ pipſima oīm. Dicit aūt pipſima qōcuqȝ purgamentū. puta vel pomi vel ferri vel cuiuſcūqȝ alterius rei. Et hoc vſqȝ adhuc q2 ſcȝ ɔtinue hoc patimur. Sȝ nūqȝ deficiet ſm illō ſap̄. 5 vbi ex ore impioꝝ dicit. Hi ſunt quos aliquādo habuim⁹ in deriſum ⁊ in ſilitudiē imꝓꝑij. Et poſtea ſubdit. Quō ergo computati ſunt inter filios dei.

## Lectio tertia

Non vt confundam vos hec ſcribo: ſȝ vt filios meos chariſſimos moneo. Nam ſi decem milia pedagogoꝝ habeatis in xp̄o: ſed non multos patres. Nam in xp̄o ieſu ꝑ euangeliuȝ ego vos genui. Rogo ḡ vos imitatores mei eſtote ſicut et ego xp̄i. Ideo miſi ad vos timotheū qui eſt fili⁹ meus chariſſimus ⁊ fidelis in dn̄o: q̄ vos cōmonefaciat vias meas q̄ ſunt in xp̄o ieſu ſicut vbiqȝ in omni eccleſia doceo. Tanq̄ non venturus ſim ad vos: ſic[illegible] inflati ſunt quidā Ueniam aūt ad vos cito ſi dn̄s voluerit ⁊ cognoſcam non ſermoneȝ eorū qui inflati ſunt ſed virtutem. Non eñ in ſermone eſt regnū dei: ſȝ ī v̄tute. Quid vultis? In virga veniā

ad vos: an ī charitate ⁊ ī ſpū māſuetudinis
Poſtq̄ aplus rephēdit corinthios ď hoc q̄ aplos temere
iudicabant ⁊ p̄ſumptuoſe contemnebant. hic inſtat ad eo-
rum correctionē ⁊ p̄mo admonitiōis v̄bo. Scđo exēplo.
ibi. Rogo ḡ vos fratres ⁊c̄. Tertio correctionis flagel-
lo ibi. Tanq̄ non venturus ſim ad vos ⁊c̄. Circa p̄mum
tria facit. Primo ponit admonitionis modū dicens. Hec
ſcʒ que in ſerie epiſtole hucuſq̄ʒ vobis dixi. Scribo non
vt confundam vos. ſcilicet mala confuſione q̄ in deſpera-
tionem mittit q̄uis velim vos confundi confuſione q̄ pec
catum vitat: ſcđm illud Ecci. 4. Eſt confuſio adducens
ad peccatum ⁊ eſt confuſio adducens grām ⁊ gloriaʒ. Sʒ
predicta moneo vos vt filios Ecc̄. 7. Filij tibi ſunt erudi
illos ⁊ curua illos a pueritia eorum. Secūdo oſtendit de-
bitum admonēdi dicens. Nam ſi decem milia pedagogo
rum habeatis in xp̄o: ſed nō multos patres. Ubi conſide-
randum eſt q̄ pater eſt q̄ primo generat. pedagogus aūt
eſt qui iam natū nutrit et erudit. Gal'. 3. Lex pedagogus
noſter fuit in xp̄o. Dicit ergo aplus ſe patrē eorum in xp̄o
q̄ʒ eis primo euangeliū predicauit Unde aſſignans rōem
eius qđ dixerat ſubdit. Nam in xp̄o ieſu p̄ euangeliū vos
genui. Eſt aūt generatio p̄ceſſus ad vitam. homo aūt vi-
uit in xp̄o p̄ fidē Gal'. 2. Q̄ aūt nūc viuo ī carne in fide vi
uo filij dei. Fides aūt vt dicit Ro. 1. eſt ex auditu audit⁹
aūt p̄ verbum. Unde verbū dei eſt ſemen quo aplus eos
genuit in xp̄o. Unde Jac. 1. Uoluntarie nos genuit ver-
bo veritatis. Alios autem dicit pedagogos q̄ʒ poſtq̄ fi-
dem receperant eos adiuuarunt vt intelligat̄ eſſe eadem
comparatio quantū ad predicationē euangelij pedagogi
ad patrem q̄ ſupra. 3. poſita eſt rigatoris ad plantatorem
⁊ ſupedificatoris ad fundatorem. ¶ Deinde cū dicit. Ro-
go ergo vos fratres. inſtat ad corrigendū eos ſuo exēplo.
Et primo hortat̄ eos ad imitandū ſuū exēplū dicēs. Ergo
ex quo eſtis filij cum bonoꝝ filiorūʒ ſit imitari patres. ro-
go vos imitatores mei eſtote ſcʒ vt non temere iudicetis:
ſicut nec ego. q̄ʒ neq̄ʒ meipſum iudicare preſumo ⁊ de vo-
bis humilia ſentiatis ⁊ de alijs maiora. Unde nō ſine cau
ſa tali modo loquēdi vſus eſt. Nos infirmi. vos fortes. 2.
theſſal'. 3. Ut formā noſmetipſos darem⁹ vobis ad imitā-
dum. Aduertendum eſt aūt q̄ eoſdē quos ſupra filios no
minauit nunc nominat fratres. Dixerat aūt ſuos filios in
xp̄o q̄ʒ eos non ſibi ſed xp̄o genuerat: ⁊ q̄ʒ ipſe genit⁹ erat
a xp̄o. ex cōſequēti eos habebat vt fratres ⁊ filios. Intā-
tum ergo debebant eum imitari vt patrem inquantū ⁊ ip-
ſe xp̄m imitabat̄ q̄ eſt oīm p̄ncipalis pater. Et p̄ hoc ſub-
trahit̄ ſubditis occaſio de adherendo malis exemplis p̄-
latorum. Unde in hoc ſubdit ſolum prelatos imitari de-
bent in quo ipſi xp̄m imitant̄ q̄ eſt infallibilis regula veri-
tatis. Unde ſeipſum apoſtolis in exemplū poſuit. Jo. 13.
Exemplum dedi vobis vt quemadmodū ego feci ⁊c̄. Nō
quidē exemplū paul⁹ ſeq̄bat̄ ſm illđ Job. 23. Ueſtigia ei⁹
ſecutus eſt pes meus. viam eius cuſtodiui ⁊ nō declinaui
ab ea. Secundo remouet excuſationeʒ ignorantie dicēs.
Ideo miſi ad vos timotheum qui eſt filius meus chariſſi-
mus ⁊ fidelis in domino ſm illud phil'. 2. de timotheo lo-
quens. Neminem habeo ita vnanimem qui ſincera affe-
ctione pro vobis ſollicitus ſit. Qui vos cōmonefaciat vi-
as meas. i. q̄ vos doceat meos proceſſus id eſt omnia ope
ra ⁊ moneat vos ad ea ſequendū ſm illud Jere. 6. Inter-
rogate de ſemitis antiquis que ſit via bona ⁊ ambulate in
ea. Que quidē vie ſunt in xp̄o. ⁊ ideo non debetis dedi-
gnari eas ſequi ſm illud pſ. Uias tuas dn̄e demōſtra mi
hi. Et non videat̄ vobis hoc oneroſum q̄ʒ hoc cōmuniter
omib⁹ impono. Unde ſubdit. Sicut vbiq̄ʒ in eccleſia do-
ceo co'. 1. Audiſtis veritatē euāgeliū qđ p̄uenit ad vos.
ſicut ⁊ in vniuerſo mundo. Uel hoc qđ dicit. Uias meas
referendū eſt ad opera Q̄ xp̄o dicit. Sicut ⁊ vbiq̄ʒ ad do-
cumenta. Ad hoc eñ miſſus erat timotheus vt induceret
eos ad imitanda opera ⁊ tenenda apli documenta. ¶ De
inde cū dic̄. Tanq̄ non venturus ſim ad vos cōminat̄ eis
correctionis flagellū. Et p̄mo oſtēdit eos eſſe dignos cor-
rectionis flagello dicens. Tanq̄ nō ventur⁹ ſim ad vos
inflati ſunt quidā ſcʒ veſtrū q̄ſi non timentes p̄ me de ſua
ſupbia cōuinci ⁊ tñ digni ſunt flagellis: nam humiles ſo-
lis verbis corrigunt̄. ſuperbi flagellis indigent ſm illud
Job. 40. Reſpice cūctos ſupbos ⁊ confunde eos. Secū
do p̄nunciat eis ſuum aduentū quo veniat ad iudicandū.
vbi p̄mo p̄nunciat aduentū dicens. Ueniā aūt cito ad vos
Et q̄ʒ dicit̄ p̄uer. 16. Cor hominis diſponit viam ſuā ſed
dn̄i eſt dirigere greſſus eius. Ideo ſubdit. Si dn̄s volue-
rit Jac. 4. Si dn̄s voluerit ⁊ ſi vixerimus faciemus hoc
aut illud. Secundo prenūciat eis ſuam iudiciariā cogni
tionem cuʒ dicit. Et cognoſcam ſcʒ ordine iudiciario ſm
illud Job. 29. Cauſam quam neſciebā diligentiſſime in-
ueſtigabam. Non ſmonē eoꝝ q̄ inflati ſūt ſʒ virtutē. q. d.
Nō p̄pt̄ hec ex mea examīatiōe ap̄ p̄babūt̄ q̄ abūdāt ī ver
bis: ſed ſi abūdarent in virtute: q̄ʒ vt dicit̄ p̄uer. 14. Ubi
verba ſunt plurima ibi freq̄nter egeſtas. Tertio rōem aſ-
ſignat dicens. Non enim in ſermone eſt regnum dei: ſed
in virtute id ē nō ideo aliq̄ p̄tinēt ad regnū dei q̄ abūdāt
in ſermone ſm illud Matth. 7. Non omnis q̄ dicit mihi
dn̄e dn̄e intrabit in regnū celoꝝ ſed q̄ facit volūtatē p̄ris
mei. Ultīo cōminat̄ eis correctiōʒ reſuās tñ correctoʒ ar
bitrio eoꝝ dicēs. Quid vultiſ ī virga ſcʒ diſcipline veniā
ad vos ſcʒ caſtigādos an ī charitate id ē ī oñſione amoriſ ⁊
⁊ ī ſpū manſuetudinis. vt ſcʒ nihil durius vobiſcū agam.
hoc eñ pendet in vobis. Nam ſi vos in via ſtulticie p̄ma
netis oportet me ad vos cū virga venire ſm illud p̄uer.
22. Stulticia colligata eſt in corde pueri ⁊ virga diſcipli-
ne fugabit eaʒ. ſi vero vos correxeritis oſtendā vobis cha
ritatē ⁊ manſuetudinē Gal'. vltimo. Uos q̄ ſpūales eſtis
inſtruite huiuſmodi in ſpū lenitatis. hoc aūt non dicit q̄n
ſi in virga veniens non cum charitate veniret cum ſcp̄tuʒ
ſit p̄uer. 13. Qui p̄cit virge odit filium ſuum. qui aūt dili
git illū inſtanter erudit. ſed q̄ʒ ille q̄ caſtigatur virga non
ſentit interdū dulcedinē charitatis ſicut illi quos blande
conſolatur.

¶ Incipit capitulū q̄ntū. Lectio p̄ma

O Omnino oſtendit̄ inter vos forni-
catio ⁊ talis fornicatio qualis nec
inter gentes: ita vt vxorem patriſ
ſui aliquis habeat. Et vos inflati
eſtis: ⁊ non magis luctum habuiſtis vt tol-
latur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.
Ego quidem abſens corpore: preſens auteʒ
ſpiritu iaʒ iudicaui vt p̄ns eū qui ſic operat⁹
eſt in noīe domini noſtri ieſu chriſti congre
gatis vobis ⁊ meo ſpiritu cuʒ virtute domi
ni ieſu tradere huiuſmōi hominē ſathane in
interitum carnis: vt ſpiritus ſalu⁹ ſit in die
domini noſtri ieſu chriſti.

Poſtq̄ aplus p̄ſecutus eſt ea que p̄tinent ad baptiſmi ſa
cramentum: hic incipit p̄ſequi ea que pertinēt ad matri-
monium. ⁊ p̄mo arguit peccatum contrariū matrimonio
ſcʒ fornicationē. Scđo agit de ipſo matrimonio ca. 8. ibi
De quib⁹ autē ſcripſiſtis mihi ⁊c̄. Circa primū duo facit.
primo ponit culpam. ſcđo redarguit eam ibi. Non eſt bo
na gloriatio vr̄a ⁊c̄ Circa p̄mū duo facit. p̄mo ponit cul-

pam cuiuſdam fornicarij. Secūdo culpā alioꝝ q̄ peccatū fornicarij tolerabāt ibi. Et vos iſlati eſtis ⁊c̄. Circa pmū pmo ponit tria q̄ ptinēt ad culpe grauitatē. Primo nāqʒ oñdit peccatū eſſe notoriū dicens: Nō ſine cauſa queſiui an velitis ꝙ in virga veniam ad vos. Eſt eñi in vobis aliq̄d dignū virga diſcipline. Quia fornicatio audit̄ int̄ vos oīmino ſm publicam formā contra qḋ dicit eph. 5. Fornicatio aūt nec noīetur in vobis Eſa. 3. Peccatum ſuū quaſi ſodoma predicauerūt nec abſconderunt. Scḋo aggrauat peccatū ex comparatione cum dicit̄. Et talis fornicatio qualis nec inter gētes licita reputat̄ vel inuenit̄. Apḋ gentiles eñi ſimplex fornicatio nō reputabat̄ peccatū. Vñ apli act. 15. Ad hunc errorem excludendū gentilibus ad fidem conuerſis impoſuerunt ꝙ abſtineant ſe a fornicatione. Erat tñ quedā fornicationis ſpecies que ⁊ apud gentiles illicita habebat̄. Et ideo dicit. Ita vt vxorem patris aliquis habeat ſicut dicit̄ Geñ. 49. Effuſus es ſicut aqua non creſcas. qꝛ aſcēdiſti cubile patris tui ⁊ maculaſti ſtratum eius. Hoc aūt erat horribile etiā apud gentiles. vtpote contrariū naturali rationi exiſtens Per naturalē eñi reuerentiā filij ad parentes ſm omnē ſtatū ⁊ legeʒ pater ⁊ mat̄ a matrimonio excludūt̄. vt ſic etiaʒ poſſit intelligi qḋ habet̄ Geñ. 2. Propter hoc relinquet hō prēm ⁊ matreʒ ſcʒ in cōtractu matrimonij et adherebit vxori ſue. Sicut autē ibi ſubdit̄. Vir ⁊ mulier erunt duo in carne vna. ⁊ iō vxor patris repellit̄ a matrimonio ſicut pſona patris vel matris. ſm illud Leuit. 18. Turpitudinē vxoris patris tui ne diſcooperias turpitudo eñi pr̄is tui ē. ¶ Deinḋ cū dicit. Vos inflati eſtis. ponit culpam eorum qui hoc peccatum tolerabant. Et pmo reprehendit eoꝝ tolerantiam Scḋo ſupplet qḋ illi negligebāt ibi. Ego quidē ⁊c̄. Circa primum notat in eis tria vitia. Primo ſupbiam cū dicit. Et vos inflati eſtis ſcʒ vento ſupbie reputātes vos innocentes ex compatione peccatoris. ſicut Luc. 18. phariſeus dicebat Non ſum ſicut ceteri hominū. velut etiā hic publicanus. Sap. 4. Dirumpā illos inflatos ſine voce. Secundo tangit eorum iniuſticiam cum dicit. Et nō magis luctū habuiſtis ſcʒ patiēdo cauſam pctōris ſicut Iere. 9. dicitur. Quis dabit capiti meo aquam ⁊ oculis meis fontem lachrymaꝝ vt plorem die ac nocte interfectos filie populi mei. Vera eñi iuſticia vt dicit gregorius compaſſionem habet non dedignationē. Tertio tangit eorum iudicij negligentiā. Vt tollat̄ de medio veſtrū q̄ hoc op⁹ fecit. Talis eñi compaſſio viri iuſti ad peccatorē vulnerat ⁊ liberat ſm illud puer. 23. Tu virga pcutis eū ⁊ aīaʒ ei⁹ de inferno liberabis. Per hoc etiam alij corrigunt̄ ſm illud puer. 19. Peſtilente flagellato ſtult⁹ ſapientior erit. Unde ⁊ Ecc̄. 8. Quia non pfert̄ cito contra malos ſententia abſqʒ vllo timore filij hoīm ppetrant mala. Debet aūt ad correctioneʒ aliorum interdū peccator ſeparari vbi de contagione timet̄ ſm illud puer. 22. Eijce deriſorem et exibit cum eo iurgium ceſſabūtqʒ cauſe ⁊ contumelie. ¶ Deinde cū dicit. Ego quidē abſens corpore ⁊c̄. Supplet eorum negligentiā ſententiam pferens contra peccatorem: ⁊ circa hoc tria facit. Primo ponit auctoritatē iudicantis. ſcḋo modū iudicandi ibi. Cōgregatis vobis ⁊c̄. Tertio ſententiam iudicis ibi. Tradere huiuſmodi ⁊c̄. Circa primū duo facit. Primo ponit auctoritatē miniſtri ſcʒ ſuipſius. videbat̄ aūt contra iudiciariū ordinem vt condemnaret abſentē ſm illud act. 25. Non eſt conſuetudo romanis condemnare aliquem priuſq̄ is q̄ accuſatur preſentes habeat accuſatores. ſed hoc apl'us excuſat dicens. Ego quidem abſens corpore: preſens autē ſpū. i. affectu ⁊ ſollicitudine mentis ſm illud Col. 2. Et ſi corpore abſens ſum ſed ſpū vobiſcum ſum gaudens ⁊ videns ordinē veſtrum. Vel preſens ſpū qꝛ p ſpūm cognoſcebat ea q̄ apud ipſos agebantur: ac ſi pñs eſſet ſicut ⁊ Heliſeus dixit. 4. reg. 5. Nōne cor meum in pñti erat qñ reuerſus eſt hō de curru ſuo. Et qꝛ ſum ſpū preſens iam iudicaui id eſt ſententiam condemnationis ordinaui in eum q̄ ſic operatus ē. Secundo ponit auctoritatē pncipalis dñi dicens. In nōie dñi noſtri ieſu xp̄ id eſt vice ⁊ auctoritate ſeu cum virtute ⁊ inuocatione nominis ei⁹ ſm illud col. 3. Omne qḋcūqʒ facitis in verbo aut opere in noīe dñi noſtri ieſu xp̄i facite. ¶ Deinde cū dicit. Congregatis vobis in vnū oſtēdit modum iudicandi. Ea enim que grauia ſunt multorū deliberatione punienda ſunt. Unde ⁊ antiquitus iudices ſedebant in portis vbi populus cōgregabat̄ ſm illḋ deut. 16. Iudices conſtitues in oībus portis tuis. Unde dicitur in pš. In conſilio iuſtoꝝ ⁊ congregatione magna opa dñi. ⁊ Math. 18. Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio. Scḋo adhibet ſuū aſſenſum cū dicit. Et meo ſpū id eſt mea volūtate ⁊ auctoritate ſm illud qḋ dixerat: preſens aūt ſpū. Tertio adhibet auctoritatem pncipalis dñi ſcʒ xp̄i dicens. Cum virtute dñi nr̄i ieſu xp̄i. ex q̄ iudicium eccleſie habet robur firmitatis ſm illud Math. 18. Qḋcūqʒ ligaueris ſup terram erit ligatū ⁊ in celis. ¶ Deinde cum dicit. Tradere huiuſmodi ⁊c̄. ponit condēnationis ſententiā: circa quā tria ponit. Primo penā cuʒ dicit. Tradere huiuſmodi ſathane ſupple iudicaui. Quod poteſt dupliciter intelligi. Primo ꝙ ſicut dicit̄ Math. 10. Dñs dedit aplis poteſtatē ſpūum immundorum vt eijcerent eos. ⁊ p eandē poteſtatē poterant imperare ſpiritib⁹ immūdis vt vexarēt corpaliter: quos hac pena iudicabant dignos. Mandauit ḡ aplus corinthijs ī eius auctoritate tradere predictū fornicariū ſathane corporaliter vexandum. Unde ponit ſecūdo huius ſententie effectuʒ cū dicit: In interitum carnis id eſt ad vexationeʒ carnis ⁊ afflictionē in qua peccauit ſm illud ſap. 11. Per que peccat quis p hec ⁊ torquet̄. Tertio ponit fructū cuʒ dicit. Vt ſpūs ſaluus ſit in die dñi noſtri ieſu xp̄i id eſt vt ſalutem conſequat̄ in die mortis vel in die iudicij. ſicut ſupra tertio expoſitū eſt. ⁊ ſic implet̄ qḋ ibi ſubdit̄ Ipſe autē ſalu⁹ erit. ſic tñ q̄ſi p ignē pene ſcʒ tēporalis. Nō eñi aplſ ſathane tradidit peccatorem vt eius poteſtati ppetuo ſubiaceret. ſed vt carnis vexatiōe ad penitentiā cōuertat̄ ſm illud Eſa 28. Sola vexatio intellectum dat auditui. Eſt autē hec ſentētia apl'i quā dñs ſeruauit Iob. 2. vbi ſathane dixit. Ecce in manu tua eſt ſcʒ caro eius. verūtamē animam illius ſerua ſcʒ illeſam. Alio modo pōt qḋ dicit̄ tradere huiuſmodi ſathane ſcʒ p excōmūicationis ſententiā p quā aliquis ſeparat̄ a cōmunione fideliū ⁊ pticipatione ſacramentoꝝ ⁊ puat̄ eccleſie ſuffragijs q̄bus homo munit̄ contra impugnationē ſathane pꝑter qḋ de eccl'ia dicitur: Cañ. 6. Terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata ſcʒ demonibus. Qḋ aūt ſubdit̄ in interitū carnis ītelligit̄ vt ſcʒ ab eccleſia ſeparat⁹ ⁊ temptationibus ſathane expoſitus liberius ruat in peccatū ſm illḋ apoc. vltimo. Qui in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc. Vocat aūt pctā mortalia carnis interitum qꝛ vt dicit̄ gal. vltimo. Qui ſeminat in carne de carne ⁊ metet corruptionem. Subdit autē. Vt ſpūs ſaluus ſit. vt ſcʒ peccatoꝝ turpitudinē cognoſcens confundat̄ et peniteat ⁊ ſic ſauet̄ ſm illud Iere. 31. Confuſus ſum ⁊ erubui qm̄ ſuſtinui opprobriū adoleſcentie mee. Poteſt etiaʒ intelligi vt ſpūs eius ſcʒ eccl'ie id eſt ſpūſſanctus ſalu⁹ eccleſie ſit fidelibus in diem iudicij. ne ſcʒ perdant eum p cōtagium peccatoris qꝛ vt dicit̄ ſap. 1. Spūſſanctus diſcipline effugiet fictum ⁊c̄.

## Lectio ſecunda.

NOn eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis qꝛ modicū fermētū totam maſſaʒ cor

**rumpit. Expurgate vetus fermentū vt ſitꝫ
noua conſperſio ſicut eſtis azimi. Etenī pa-
ſcha nr̄m immolat᷒ ē xp̄s. Itaq̄ʒ epulemur
nō ī fermēto veteri: neq̄ʒ ī fermēto malitie ⁊
nequitie: ſed in azimis ſinceritatꝫ ⁊ v̄itatꝫ.**

Supra aplu̇s memorauit duplicē culpā ſcʒ corinthij for
nicatoris ⁊ alioꝝ̄ q̄ eius pctm̄ tolerabāt: hic vtrāq̄ʒ culpā
redarguit. Primo culpā tolerantiū eius peccatuʒ. Scd̄o
culpam fornicatoris ibi. Corpus aūt nō fornicationē ⁊c̄.
Circa p̄mū duo facit. primo redarguit in corinthijs negli
gentiā iudicij. Secūdo redarguit in eis quedā alia vitia
circa iudicium ſexto ca. Audet aliquis ⁊c̄. Circa p̄mum
duo fac̄. Primo redarguit eos q̄ fornicatorē a ſe nō ſepa
uerunt. Secundo rep̄bat falſum intellectū quē ex verbis
ſuis conceperant ibi. Scripſi vobis in ep̄la ⁊c̄. Circa pri
mum duo facit. p̄mo reprehendit qd̄ fecerāt. ſecūdo oſtē-
dit q̄d faciēdū ſit ibi. Expurgate vet᷒ fermēū ⁊c̄. Circa p̄
mū duo facit. p̄mo rep̄hendit culpam p̄teritā q̄tū ad ſuā
radicem. dixerat eīm ſupra q̄ ex inflatiōe ſequit̄ in eis in-
compaſſio ⁊ ex incompaſſione correctionis negligentia.
Arguit ergo p̄mo corinthioꝝ elationem dicens. Non eſt
bona gloriatio vr̄a. q̄. ſ. de defectib᷒ alioꝝ gloriamini q̄ſi
vos ſitis innocentes. Debet eīm vnuſq̄ſq̄ʒ in dn̄o glori-
ari de bonis ſibi diuinit᷒ datis non de alijs ſm̄ illud gal.
6. Op᷒ aūt ſuū vnuſquiſq̄ʒ p̄bet. ⁊ ſic in ſemetipſo gloriā
habebit ⁊ non in alio. Precipue aūt malum eſt de malis
alioꝝ gloriari. Dicitur eīm in ps̄. Quid gloriaris in ma-
licia? Secundo aſſignat rōem eius qd̄ dixerat dicēs. An
neſcitis q̄ modicū fermentū totā maſſam corrūpit q̄ſi di-
cat. hoc ignorare non poteſtiʒ. Eſt autē ſciendū q̄ in fer-
mento duo poſſunt conſiderari. Primo ſapor quē tribuit
pani. ⁊ ſm̄ hoc p̄ fermentū ſignificat̄ ſapientia dei p̄ quaʒ
omnia que ſunt hominis ſapida reddunt̄ ⁊ ſm̄ hoc dicit̄
Matth. 13. Simile eſt regnū celoꝝ fermento qd̄ acceptū
mulier abſcondit in farine ſatis tribus donec fermentatū
eſt totum. Secundo in fermento pōt cōſiderari corruptio
et ſm̄ hoc p̄ fermentū pōt ītelligi vno mō peccatū q̄ʒ ſcʒ p̄
vnum hominis peccatū oīa op̄a eius corrupta reddūt̄ pu-
ta p̄ peccatū ſimulationis qd̄ cōpat̄ fermēto Luc. 12. At
tendite a fermēto phariſeoꝝ qd̄ eſt ypocriſis. Alio modo
p̄ fermentū pōt intelligi homo peccator. ⁊ ad hoc induci
tur hec ſimilitudo. Sicut eīm p̄ modicū fermētū tota maſ-
ſa paſte corrumpit̄. ita p̄ vnum peccatorē tota ſocietas in
quinatur. Unde Ecc̄. 11. Ab vna ſcintilla auget̄ ignis. ⁊
ab vno doloſo auget̄ ſanguis. Et hoc quidē contingit dū
p̄ peccatū vnius alij p̄uocant̄ aliq̄liter ad peccandū. Ut
etiam dum peccanti conſentiunt ſaltem non corrigēdo dū
poſſunt corrigere ſm̄ illud Ro. 1. Digni ſunt morte nō ſo
lum q̄ faciunt ea ſed etiam q̄ cōſentiunt faciētib᷒. Et ideo
corinthijs non erat gloriandū de peccato vnius ſed magiſ
cauēdū ne pctō vnius oēs inq̄narent̄ ex eius cōſortio ſm̄
illud Cant. 2. Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea int̄
filias vbi dicit glo. Non fuit bonus q̄ malos tolerare non
potuit. ¶ Deinde cū dicit. Expurgate vetus fermentum
oſtendit q̄d de cetero ſit faciendū. Et p̄mo ponit documē-
tum. ſcd̄o rōem aſſignat ibi. Paſcha noſtrū ⁊c̄. Dicit er-
go p̄mo q̄ modicū fermētū totaʒ maſſam corrumpit: ideo
expurgate vetus fermentū id eſt expurgate vos abijciēdo
a vobis vetus fermentū. i. fornicariū q̄ peccādo redijt in
in vetuſtatē corruptionis antique ſm̄ illd̄ Baruch. 3. In
ueteraſti in terra aliena coinq̄nat᷒ es cum mortuis. Qd̄
quidē dicit q̄ p̄ ſepationē vnius pctōris tota ſocietas ex-
purgat̄. Unde ⁊ egreſſo iuda dn̄s dixit Io. 13. Nūc clari-
ficatus eſt filius hoīs. Pōt etiaʒ p̄ vetus fermentū intel-
ligi antiqu᷒ error ſm̄ illud Eſa. 26. Uet᷒ error abijt. Ut
etiam corruptio originalis peccati ſm̄ illud Ro. 6. Uet᷒
homo noſter ſimul crucifixus eſt. Uel etiam qd̄cūq̄ʒ pecca
tum actuale ſm̄ illud Col. 3. Expoliantes vos veterē ho-
minē cum actibus ſuis. horum eīm amotiōe homo expur-
gat̄. Ponit aūt ɔſequēter purgationis effectū dicens. Ut
ſitis noua conſperſio. Dicit̄ aūt cōſperſio cōmixtio aque ⁊
farine noue anteq̄ʒ admiſceat̄ fermentū. Remoto ḡ fermē
to a fidelib᷒ id eſt peccatore vel peccato remanēt ſicut no
ua conſperſio id ē in puritate ſue nouitatis ſm̄ illud ps̄.
Renouabit̄ vt aquile iuuentus tua. Eph. 4. Renouami
ni ſpū mentis vr̄e. ¶ Deinde ponit modū debitū expurga
tionis cū dicit. Sicut eſtis azimi. i. ſine fermento peccati
Dicit̄ eīm ab a qd̄ eſt ſine ⁊ zima qd̄ eſt fermentū. Un̄ dn̄s
Mat. 16. dixit diſcipulis. Cauete a fermento phariſeoꝝ ⁊
ſaduceoꝝ. ¶ Deinde cū dicit. Etenī paſcha noſtrū. aſſi-
gnat rōem eius qd̄ dixerat ſcʒ quare fideles debēt eſſe azi-
mi q̄ q̄dē ratio ſumit̄ ex myſterio paſſionis chriſti. Unde
p̄mo p̄ponit ipſum myſteriū. ſecūdo concludit p̄poſitum
ibi. Itaq̄ʒ epulemur ⁊c̄. Circa p̄mū cōſiderandū eſt q̄ in-
ter ceterera ſacramenta legalia celeberrimū erat agn᷒ paſ
chalis q̄ vt p̄cipit̄ Exo. 12. immolabat̄ ab vniuerſa multi
tudine filioꝝ iſrael in memoriā illius beneficij q̄ angelus
p̄cutiens p̄mogenita egypti p̄tranſiuit domos iudeoꝝ q̄-
ruʒ fores linite eſſent ſanguine agni. Unde nomē paſche
ſumit̄ ſcd̄m qd̄ ibi dr̄. Eſt eīm phaſe id eſt trāſit᷒ dn̄i. Et vl-
timo virtute huius beneficij trāſiuit populus mare rubrū
vt dicit̄ Exo. 14. Ille eīm agnus figura fuit xp̄i innocen-
tis de q̄ dicit̄ Io. 1. Ecce agnus dei. Sicut ḡ ille agnus
figuralis imolabat̄ a filijs iſrael vt pp̄ls dei liberaret̄ ab
angelo p̄cutiente ⁊ vt tranſirent mare rubrū liberati d̄ ſer
uitute egypti: ita xp̄s eſt occiſus a filijs iſrael p̄ cuius ſan
guinem popul᷒ dei liberat̄ a diaboli impugnatione ⁊ ſer-
uitute peccati p̄ baptiſmū q̄ſi p̄ mare rubrū. Ille aūt agn᷒
figuralis paſcha iudeoꝝ dicebat̄. q̄ in ſignū tranſit᷒ imo-
labat̄. Un̄ dicit̄ Matth. 26. Ubi vis paremꝰ tibi come-
dere paſcha id eſt agnū paſchalē. Dicit ḡ apl̄s. Ideo de-
betis eſſe azimi. etenī id eſt q̄ ſicut figurale paſcha vete-
ris populi eſt agnus īmolatus. ita paſcha nr̄m. i. noui po
puli eſt xp̄s īmolatus. cuius etiam īmolationi cōuenit no
mē paſche. tum ſignificatione lingue hebree qd̄ ſignificat
tranſitū. Exo. 12. Eſt eīm phaſe id eſt tranſitus: tum ſigni-
ficatione lingue grece p̄ut nomē paſche ſignificat paſſioꝫ
Xp̄s ei p̄ paſſiōʒ q̄ fuit īmolat᷒ trāſiuit ex hoc mūdo ad pa-
treʒ vt dr̄ Io. 13. ¶ Deinde cū dic̄. Itaq̄ʒ epulemur. cōclu
dit p̄poſitū. Ad cuius euidentiā cōſiderandū ē q̄ ſicut le-
git̄ Exo. 12. Agnus paſchalis poſt īmolationē manduca
bat̄ cū azimis panib᷒. Sicut ḡ agnus figuralis fuit figu-
ra nr̄i paſche īmolati: ita figuralis obſeruantia paſchalis
debet conformari obſeruantie noui paſche. ergo q̄ xp̄us
immolatus eſt paſcha noſtrū. Itaq̄ʒ epulemur ſcʒ mandu
cantes xp̄m nō ſolū ſacramētaliter ſm̄ illd̄ Io. 6. Niſi mā
ducaueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis eius ſanguinē nō
habebitis vitam in vobis. Sed ſpūalit̄ fruendo ſapīa ei᷒
ſm̄ illud Ecc̄. 24. Qui edunt me adhuc eſurient. ⁊ q̄ bi-
bunt me adhuc ſitient. ⁊ ſic cū gaudio ſpūali ſm̄ illud ps̄.
In voce exultationis ⁊ cōfeſſionis ſon᷒ epulantis. ¶ De
inde determinat modū epulandi ſm̄ conformitatē verita-
tis ad figurā dicens. Nō in fermēto veteri nec in fermēto
malicie ⁊ nequitie. mandabat̄ eīm Exo. 12. Ut oīne fermē
tū nō inueniret̄ in domibus manducātiū agnū paſchaleʒ.
Fermentū aūt habet ⁊ vetuſtatē et corruptionē. Unde p̄
remotionē fermēti primo quidē pōt intelligi obſeruantia
preceptorū veteris legis. qua p̄ paſſionē xp̄i eſt mortifica-
ta ſm̄ illud Leuit. 26. Uetera nouis ſupuenientibus p̄-
ijcietis. Secundo p̄ remotionē fermēti poteſt intelligi re

motio corruptionis peccati: ſicut ſupra dictū eſt ꝙ modicum fermentū totā corrūpit maſſam. ⁊ quantū ad hoc ſubdit. Neqꝫ in fermento malicie ⁊ nequitie vt malitia referat ad ꝑuerſitatē operis ſm illud Jo. 1. Abijcientes oēm immūdiciā ⁊ abundantiā malicie. Per nequitiā vo intelligit fraudulenta machinatio. ꝓuer. 26. Quādo ſumpſerit vocem ſuā non credideris ei quoniā ſeptē nequitie ſūt in corde eius. Vel ſm glo. cum dicit: Nō in fermento veteri remouet vetuſtatē peccati in cōmūi. Qꝫ autē ſubdit. Neqꝫ i fermēto malicie ⁊ neqtie applicat pctm̄ ꝑ ꝑtes vt malicia dicat peccatū quod committit in ſeipſum neqtia peccatū quod cōmittit in aliū. Excluſo ḡ mō indebito epulandi determinat modū conuenientem ſubdens. Sed in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis id eſt ſinceritate ⁊ veritate q̄ ſignificant ꝑ azima. Ponit aūt ſinceritas contra corruptionem peccati. qḋ ſignificauit cum dixit Nō in fermento malicie ⁊ nequitie. Nam ſincerū dicit qḋ eſt ſine corruptione. Vñ. 2. corin. 2. dicit. Non ſumꝰ ſicut plurimi adulterantes verbum dei ſed ex ſinceritate in xp̄o loquimur Veritas vero ponit cōtra figuras veteris legis ſicut Jo. 1. dicit. Veritas ⁊ gr̄a ꝑ ieſum xp̄m facta eſt. qꝛ ſcꝫ veruꝫ paſcha cum veritate ⁊ non cum figuris celebrare debemꝰ Unde ſm glo. ꝑ ſinceritatē intelligit innocentia a vitijs ſeu nouitas vite. ꝑ veritateꝫ aūt iuſticia bonoꝝ opum vel rectitudo que fraudem excludit.

¶ Lectio tertia.

Scripſi vobis in ep̄la. ne cōmiſceamini fornicarijs. Non vtiqꝫ fornicarijs huius mōi. aut auaris aut rapacibꝰ aut idolis ſuiētibꝰ alioqn debueratis de hoc mōo exiſſe. Nūc aūt ſcripſi vob nō cōmiſceri Si is qui frater nominat inter vos eſt fornicator. aut auarus. aut idolis ſeruiēs. aut maledicus. aut ebrioſus. aut rapax. cum huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid em̄ mihi de his q̄ foris ſunt iudicare? Nonne de his q̄ intus ſunt vos iudicatis. Naꝫ eos q̄ foris ſunt deus iudicabit. Auferte malū ex vobis.

Induxerat ſupra ap̄lus corīthios ad hoc ꝙ a ſeipſis peccatorem ſepararent qḋ quideꝫ ꝑtermiſerāt ꝓpt̄ falſuꝫ intellectum cuiuſdam verbi qḋ continebat in ep̄la quadam quā eis prius miſerat. Et ideo prauū ſenſum quē ex verb concepāt nunc excludit. Unde circa hoc tria facit. Primo reſumit verbū prioris ep̄le. Scḋo excludit falſum intellectum ibi. Non vtiqꝫ fornicarijs. Tertio exponit verꝫ intellectum ibi. Nūc autem ſcripſi vobis. Dicit ḡ primo dixi vobis in ep̄la quadā alia q̄ in canone nō habet ne cōmiſceamini fornicarijs id eſt non habeatis cū eis ſocietatem vl̄ cōmunionē ſm illḋ ꝓuer. 1. Fili mi ne ambules cū eis ꝓhibe pedē tuū a ſemitis eoꝝ Ecc. 9. Non des fornicarijs aīaꝫ tuā in vllo. ¶ Deinde cū dicit. Non vtiqꝫ fornicarijs. excludit falſum intellectuꝫ ꝑdicti verbi. Et p̄mo ꝓponit qḋ intendit. Scḋo cōcludit ꝓpoſitū ibi. Alioqn debueratis ⁊c̄. Circa p̄mū cōſiderādū eſt ꝙ in ꝑdicto verbo ap̄li duplr̄ falſum intellectū conceperāt corinthij p̄mo quantū ad hoc ꝙ intelligebant illud eſſe dictū de fornicarijs infidelibꝰ. ſed illud excludit ap̄lus dicēs. Non vtiqꝫ intendo dicere ꝙ nō cōmiſceamini fornicarijs huius mūdi. vocat aūt infideles nomine mundi ſm ꝙ dicitur Jo. 1. Mundus eum nō cognouit. et. 8. 1. Nō cognouit mūdus ꝑ ſapiām deum. Secūdo conceperant falſum intellectum quantū ad hoc ꝙ putabant ꝓhibuiſſe apoſtolū ſolum de fornicarijs. nō aūt ḋ alijs peccatoribꝰ. Et iō ad hoc excludendū ſubdit Aut auaris q̄ ſcꝫ iiuſte detinēt aliena Eph. 5. Auaritia que eſt idoloꝝ ſeruitus non habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Aut rapacibꝰ q̄ ſcꝫ violenter diripiunt aliena. infra eodem. Neqꝫ rapaces regnū dei poſſidebūt. Aut idolis ſeruientibꝰ contra quos dicit ſap. 14. Nefandorū em̄ idoloꝝ cultura om̄is malicie cauſa eſt ⁊ initium ⁊ finis. Et eſt ſenſus non ſolum vobis ꝓhibui ſocietatem fornicatoꝝ ſed etiaꝫ oīm alioꝝ peccatoꝝ. Et ē aduertēdū ꝙ ꝑ fornicationē q̄s peccat contra ſeipſum. ꝑ auaritiā aūt ⁊ rapacitatē contra ꝓximū. ꝑ idoloꝝ aūt culturā ꝯtra deum. ⁊ in his q̄ ponit om̄e peccati genus intelligit. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Alioquin ⁊c̄. aſſignat rōem ꝓpoſiti dicēs. Alioquin ſi ſcꝫ ſit intelligendum verbum predictū de fornicarijs huius mundi debueratis de hoc mundo exiſſe. q. ſcꝫ totus mundus talibus plenus eſt. Unde non poſſetis tales fornicarios vitare niſi de hoc mūdo exeundo. Dicitur em̄. 1. Jo. 5. Totus mundꝰ in maligno poſitꝰ ē. Vel aliter debueratis de hoc mūdo exiſſe q̄ſi dicat a tp̄e cōuerſionis vr̄e debueratis ab infidelibꝰ mūdi ſepari. Vñ non oportet vos ſup hoc moneri. dicit em̄ Jo. 15. Ego elegi vos de mūdo Vel aliter debueratis de hoc mundo exiſſe. ſcꝫ ꝑ mortē. Melius eſt em̄ hoībus mori q̄ peccatoribus in peccatis conſentire. Unde dicit infra. 9. Melius ē em̄ mihi mori q̄ vt gloriam meam q̄s euacuet. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Nunc auteꝫ ſcripſi vobis. exponit eis verum intellectuꝫ. Et primo ꝓponit qḋ intendit. Secūdo rōem aſſignat ibi. Quid em̄ mihi eſt. Tertio infert concluſionem intentam ibi. Auferte malū ⁊c̄. Dicit ḡ p̄mo. nunc aūt ſic expono qḋ olim ſcripſi vobis nō cōmiſceamini ſcꝫ fornicarijs ⁊ alijs peccatoribꝰ. Si is qui inter vos frater nominatur eo modo q̄ dn̄s dicit Matth. 23. Omnes vos fr̄es eſtis. Non tn̄ dicit ſi is q̄ frater eſt ſed ſi is q̄ frater noīat. qꝛ ꝑ peccatū mortale aliq̄s a charitate recedit q̄ eſt ſpūalis fr̄nitatis cauſa. Unde Heb. vltio dicit. Charitas fr̄nitatis maneat in vobis. Noīat ḡ frater ꝓpter fidei veritatem nō autē eſt vere frater ꝓpter caritatis defectū qui eſt ex pctō. Unde ſubdit. Aut fornicator. aut auarꝰ aut ydolis ſeruiens aut maledicus aut rapax aut ebrioſus cū huiuſmodi nec cibū ſumere. ſ. debetis ſm illud. Jo. ſcḋa canonica. Si q̄s venit ad vos ⁊ hāc doctrinā nō affert nolite euꝫ recipe in domo vr̄a. nec aue dixeritis ei. q. d. Per hoc ꝙ dixi nō debere vos miſceri pctōribus. intellexi de fidelibus q̄ noīantur fr̄es ⁊ ſunt inter vos. nō autē ꝑ hoc intelligendū eſt ſicut dicit aug. in liꝰ. cōtra ꝑmenianum. et habet in glo. hic ꝙ aliquis extraordinario iudicio debeat a cōmunione alioꝝ ſepari qꝛ frequēter poſſet errare ſed potius hoc debet fieri ſcḋm ordinē eccleſie quādo aliquis a cōmunione repellit vt conuictus vel ſpōte confeſſus. ⁊ ideo ſignāter dicit. Si is qui noīatur vt eā nomīationem intelligamꝰ que fit per ſententiā ordine iudicario cōtra aliquē ꝓlatam. Illi autē qui ſic a cōmunione pellūtur ſunt vitandi q̄tum ad mēſam ſicut hic dicit. ⁊ q̄tū ad ſalutationem vt dicit in ꝑdicta auctoritate. Jo. et vlterius q̄tum ad ſacrā cōionem. Unde in verſu dicit. Os orare. vale cōio menſa negat. ſ. excoīcato. Sed notandū ꝙ ap̄lus ſupra nō numerauit niſi peccata mortalia in ſignuꝫ ꝙ pro ſolo pctō mortali debet aliquis excōmunicari ⁊ de alijs q̄dem que ponit manifeſtū eſt. Sed de ebrietate poteſt eſſe dubiū que nō ſemꝑ videtur eſſe peccatū mortale. Dicit em̄ aug. in ſermone de purgatorio. ꝙ ebrietas niſi ſit frequēs nō eſt peccatū mortale. Nō credo ideo eſſe q̄a ebrietas ex ſuo genere eſt peccatū mortale. Nō em̄ aliq̄s ꝓpter delectationē vini velit ꝑdere vſum rōnis exponēs ſe ꝑiculo: multa alia peccata ꝑpetrandi videt eſſe cōtrarius caritati Cōtingit tamē ꝑ accidēs ebrietatē nō eſſe pec

catū mortale ꝓpť igrantiā vini fortitudis vľ debilitatē ꝓpꝛij capitis: q̄ tñ̄ excuſatio tolliť ꝑ frequētē experientiā. et ideo apoſtolus ſignanter non dicit ebrius ſed ebrioſus. Addit aūt duo peccata his q̄ ſupra poſuerat ſcꝫ ebrioſum ⁊ maledicū. Referť aūt ebrietas ad genus peccati qđ cō mittiť contra ſeipſum ſub quo contineť non ſolum luxuria ſed etiam gula: maledicus aūt refeť ad genus peccati qđ cōmittit contra proximū cui nocet aliquis nō ſolū facto ſꝫ etiam verbo mala imprecando vel male diffamādo quod ꝑtinet ad detractionem. Vľ mala in faciem dicēdo quod ꝑtinet ad contumeliā. ⁊ hoc totum ꝑtinet ad rōem maledici vt ſupra dictū eſt. ¶ Deinde cum dicit. Quid eñ̄ mihi ē ⁊c̄. aſſignat ratiōnē eius qđ dixerat. Et circa hoc tria facit. Primo aſſignat rōem dicens. Dixi hoc eſſe intelligendū de fratrib⁹ ⁊ non de infidelib⁹. Quid eñ̄ mihi eſt id eſt quid ad me ꝑtinet iudicare. i. ſententiā condemnationis ferre de his q̄ foris ſunt. i. de infidelib⁹ q̄ ſunt omnino extra eccleſiā. Prelati eñ̄ eccleſiarum accipiūt ſpūalem poteſtatē ſuꝑ eos tantū q̄ ſe fidei ſubdiderunt ſm̄ illđ 2. cor. 10. In promptu habētes vlciſci oēm īobediētiā cū impleta fuerit veſtra obediētia. Indirecte tñ̄ prelati eccleſiarum habent poteſtatē ſuꝑ eos qui foris ſunt inquantū ꝓhibent fideles ne illis cōmunicent. Secūdo adhibet ſimilitudinē dicens Nōne de his q̄ intus ſunt vos iudicatis. quaſi dicat eadē auctoritate vos iudicatis qua ⁊ ego. Unde vos nō iudicatis niſi de vr̄is ita ⁊ ego. Diciť Ecc. 10. Iudex ſapiens iudicabit populū ſuū. Tertio reſpōdet tacite dubitationi. Poſſet enim videri ꝙ infideles eſſent meliores q̄ ꝓpter peccata predicta nō cōdemnanť. ſꝫ hoc excludit dicens. Ideo nihil mihi de his qui foris ſunt iudicare. nam eos qui foris ſunt id eſt infideles iudicabit deus ſcꝫ iudicio condēnationis non examinationis: qꝛ vt gregorius dicit in moralibus. Infideles damnabūť ſine iudicio diſcuſſionis ⁊ examinationis ⁊ q̄ntū ad hoc dicitur Io. 3. Qui non credit iam iudicatus eſt id eſt manifeſtam in ſe habet cauſam condemnationis. ⁊ hoc grauiꝰ reſeruatur dei iudicio ſm̄ illud Heb. 10. Horrendū eſt incidere in manus dei viuentis. ¶ Deinde cū dicit. Auferte malū ⁊c̄. infert concluſionē principaliter intentā dicens. Ex quo hoc quod dixi non cōmiſceamini fornicarijs intelligendū eſt de fidelibus nō de his qui foris ſunt. ergo auferte malū ſcꝫ hominē ex vobiſipſis id eſt de veſtra ſocietate eijcite ſm̄ illud deut. 13. Auferes maluꝫ de medio tui. Eſt ergo conſiderandū ex premiſſis apoſtoli verbis ꝙ nō ꝓhibemur cōmunicare infidelibus q̄ nunq̄ fidem receperunt ꝓpter eorum penā Eſt tamen hoc cauendū aliquib⁹ ſcꝫ infirmis ꝓpter eorum incautelam ne ſeducanť. Illi vero qui ſunt firmi in fide poſſunt eis licite cōmunicare ⁊ dare operā conuerſioni eorum vt diciť infra. 10. Si quis infidelium vocat vos ad cenam ⁊ vultis ire. omne quod appoſituꝫ fuerit manducate. Infidelib⁹ aūt qui aliquando fideles fuerūt vľ ſacramētū fidei receperūt ſicut hereticis ⁊ apoſtatātib⁹ a fide ſubtrahiť oīno cōmunio fideliū ⁊ ī eoꝝ penā ſicut ⁊ ceteris pctōrib⁹ q̄ adhuc ſubdūť ꝑlāti ecclie.

## ¶ Incipi capitulū ſextum.

Audet aliquis veſtruꝫ habens negociuꝫ aduerſus alteruꝫ iudicari apud iniquos ⁊ nō apđ ſanctos: An neſcitis quoniā ſancti de hoc mundo iudicabunt. Et ſi in vobis iudicabiť mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis: Neſcitis quoniaꝫ angelos iudicabim⁹ quantomagis ſecularia. Secularia igiť iudicia ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in eccleſia illos conſtituite ad iudicandum. Ad verecūdiā vr̄am dico Sic nō ē inť vos ſapiēs quiſq̄ q̄ poſſit iudicare inť fr̄eꝫ ſuū: ſꝫ frať cū fratre iudicio cōtēdit ⁊ hoc apud infideles.

Supra apľs repꝛehēderat corinthios de negligētia iudicij hic reprehendit in eis quedam alia peccata circa iudicia Et primo quantū ad iudices eorum coram quibus litigabant. Secundo quantuꝫ ad ipſa iudicia ibi. Iam quidem omnino. Circa primum tria facit. primo arguit eos de inordinatione. Secūdo ratiōnē reprehenſionis aſſignat ibi An neſcitis. Tertio remediuꝫ adhibet ibi. Secularia igiť iudicia. Dicit ergo ꝑmo ita negligitis in iudicando vr̄os ſꝫ tñ̄ ꝑſumptuoſi eſtis ſubire infideliū iudicia. ⁊ hoc ē qđ dic̄. Audet. i. ꝑſumit aliq̄s vr̄m hñs negotiū. ſ. ſclare aduerſus aliū iudicari apđ iniq̄s. i. ſubire iudiciū īfideliū ⁊ nō apđ ſctōs. i. apđ fideles qui ſunt ſacramētis fidei ſanctificati. Hoc eñ̄ eſt inordinatū multipliciter. Primo q̄dem qꝛ ꝑ hoc derogať auctoritati fidelium. Secundo qꝛ derogať dignitati fidelium quantū ad hoc ꝙ infideliū iudicia ſubeūt. Tertio qꝛ ꝑ hoc datur occaſio infidelib⁹ iudicib⁹ contemnendi fideles quos diſſentire vident. Quarto qꝛ ꝑ hoc dať occaſio infidelib⁹ iudicib⁹ calumniādi ⁊ opꝑmēdi fideles quos odio habēt ꝓpter fidem ⁊ ritus diuerſitatē. Et ideo dicitur deut. 1. Tuli đ tribubus veſtris viros ſapientes ⁊ nobiles precepiq̄ eis dicens. Audite illos et qđ iuſtum eſt iudicate. Et eodem. 17. Non poteris alterius gentis facere regem: qui non ſit frater tuus. Sed videtur eſſe contra id qđ dicitur. 1. Pe. 2. Subditi eſtote omni humane creature ꝓpter deum. ſiue regi tanq̄ ꝑcellenti: ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis. pertinet eñ̄ ad auctoritateꝫ principis iudicare de ſubditis. Eſt ergo contra ius diuinū ꝓhibere ꝙ eius iudicio non ſteť ſi ſit infidelis. Sꝫ dicendū ꝙ apľus non ꝓhibet quin fideles ſub infidelib⁹ ꝑncipibus conſtituti eorum iudicio compareant ſi vocenť. hoc enim eſſet contra ſubiectionem q̄ debeť principibus. ſed ꝓhibet ꝙ fideles non eligant voluntarie infideliū iudicium. ¶ Deinde cum dicit. An neſcitis ⁊c̄. aſſignat rationem contra id qđ illi faciebant ſumptam ex hoc ꝙ derogabant auctoritati ſanctoꝝ: ⁊ ꝑmo quantū ad auctoritatem quam habent ſuꝑ res mundanas. Secundo q̄tū ad auctoritatē quam habent ad res ſuꝑmundanas id eſt ſuꝑ angelos ibi. An neſcitis quoniā angelos iudicabimus. Dicit ergo primo. Inordinatuꝫ eſt iudicium apud infideles qui fideles habent auctoritatem iudicandi. An neſcitis qꝛ ſancti de hoc mundo iudicabūt id eſt de hominib⁹ mundanis huius mundi. Quod quidē impleť tripliciter Primo q̄dē ſm̄ cōparationē ſcꝫ ſm̄ ꝙ nō ſolū boni iudicabunt malos ⁊ ſancti mundanos ſed etiam ſm̄ ꝙ boni iudicabūtur a meliorib⁹ ⁊ mali iudicabunt peiores ſm̄ illud Matth. 12. Uiri niniuite ſurgent in iudicio cū generatione iſta ⁊ condemnabunt eam Secundo iudicabunt approbando ſententiam iudicis ſcꝫ xpi. ⁊ hoc erit ꝓprie iuſtoꝝ ſm̄ illud pš. Letabiť iuſtus cum viderit vindictam. Uñ ſap. 3. diciť. Iudicabunt ſancti nationes. Tertio modo ꝑ ſentētie ꝓlationē. Et hoc erit apľoꝝ ⁊ ſimiliū q̄ cōtempſerunt reb⁹ mūdi ſolis ſpūalib⁹ inheſerūt. Spūalis eñ̄ iudicat oīa vt dictū eſt. š. 2. Uñ ⁊ Matth. 19. diciť. Uos q̄ ſecuti eſtis me ſedebitis ſuꝑ ſedes iudicantes. xij. tribus iſrael. Et in pš. diciť. Gladij ancipites in manib⁹ eoꝝ ad faciendam vindictā in nationib⁹. Intelligiť aūt iſta ꝓlatio ſentētie nō vocalis ſꝫ ſpūalis. inq̄tū per ſuꝑiores ſctōs inferiores vľ etiā pctōres ſpūali q̄dā illuminatiōe illumiabūť q̄les pene ⁊ q̄lia ꝑmia eis debeanť ſicut etiaꝫ nūc hoīes il

luinant ab āgelis vl' etiā īferioreꝫ āgeli a ſuꝑiorib[9]. Se-cūdo ex hoc ꝙ dictū ē argumētat ad ꝓpoſitū dicēs. Et ſi in vobis. i. ꝑ vos iudicabit mūdus. i. mūdani hoīes nun q̄d indigni eſtis q̄ iudiceꝫ de minimis. ſ. de negotijs ſecla-rib[9]. Luc. 16. Qui ī modico īiqu[9] ē ⁊ ī maiori īiqu[9] erit. ¶ Deinde cum dicit. Neſcitis ⁊c̄. Argumentatur ad idē ex auctoritate ſanctoꝝ ſuper angelos. ⁊ primo ponit eam dicens. An neſcitis quoniā nos ſcilicet fideles xp̄i iudica bimus angelos. Quod quidem poteſt intelligi de malis angelis qui cōdemnabuntur a ſanctis quoꝝ virtute ſunt victi. Unde luc. 10. domin[9] dicit Ecce dedi vob̄ poteſta-teꝫ calcandi ſuꝑ ſerpentes. ⁊ ſuper omnē virtutem inimi ci. Et in. pſ̄. Super aſpidem ⁊ baſiliſcū ambulabis. Po teſt etiaꝫ hoc intelligi de bonis angelis quoꝝ plurimi in compatione quadam inuenientur paulo ⁊ ſimilibus ſibi inferiores. Unde ſignāter nō dicit iudicabitis ſed iudica bimus. Quāuis etiā dici poſſit ꝙ ex conſequenti ſi ſancti iudicabunt homines bonos ⁊ malos. erit iudicium de bo nis angelis quorū accidentale premium augetur ex p̄mio ſanctorum per angelos illuminatoꝝ. ⁊ etiā de malis an-gelis quoꝝ pena augetur ex pena hominū per eos ſeduc-torum. Scd̄o argumentatur ad propoſituꝫ dicens. Quā to magis ſecularia ſcilicet iudicia ydonei erim[9] iudicare. qui enim eſt ydoneus ad maiora multo magis eſt ydone-us ad minora. Unde ⁊ domin[9] cui cōmiſerat quinq̄ talē ta poſtmodum cōmiſit vnuꝫ vt habetur. Mat. 25. ¶ De inde cū dicit Secularia igitur iudicia. adhibet remediuꝫ cōtra culpam eoꝝ. Et primo ponit remedium. Scd̄o ex-ponit ibi. Ad verecundiam veſtrā dico. Dicit ergo prīo. Ergo ex quo ſancti de hoc mundo iudicabunt ſi habueri-tis inter vos ſecularia iudicia que tamē habere nō debetis illos qui ſunt cōtemptibiles in eccleſia cōſtituite ad iudi candū potius ſcꝫ q̄ iudicemini apud infideles. Unde ⁊ ī pſ̄. dicitur. Corripiet me iuſtus in miſīcordia ⁊ increpa-bit me: oleum autē peccatoris nō impīguet caput meum. Et ecc. 9. dicitur. Melius eſt canis viuus leone mortuo. ¶ Deinde cum dicit. Ad verecundiā veſtram dico. expo nit quo ſenſu predicta dixit. Poſſet enim aliquis crede-re ꝙ ad litteram eſſent eligendi cōtemptibiliores ad iudi candum. ſed hoc excludit dicens. Ad verecundiam ve-ſtram dico. quaſi dicat nō hoc dixi vt ita fiat ſed vt vos fa ciam verecundari illa ſcilicet confuſione que adducit gra tiam ⁊ gloriam vt dicitur ecc. 4. Cōtemptibiles enim in eccleſia eſſent eligendi ad iudicandum ſi nō īuenirentur inter vos ſapientes quod eſſet vobis verecundum. Unō ſubdit. Sic nō eſt inter vos ſapiens quiſq̄ qui poſſit iudi care inter fratrem ⁊ fratreꝫ. ſed frater cuꝫ fratre in iudicio contendit. ⁊ hoc apud infideles. Potius auteꝫ q̄ hoc fa ceretis deberetis conſtituere contemptibiles qui ſunt in eccleſia ad iudicandum ⁊ ſupplendum defectum ſapien-tum qui tamē nō eſt apud vos ſecūdum illud quod ſupra primo dixerat. Diuites facti eſtis in illo in omni verbo ⁊ in omni ſcientia. Uel aliter ab illo loco. Secularia ⁊c̄. di xerat enim ꝙ ſancti ydonei ſunt ad iudicanduꝫ ſecularia ⁊ ideo vult oſtendere per quos iudicia ſecularia debeant exerceri ſcilicet per cōtemptibiles qui ſunt in eccleſia. vo cat autem contemptibiles illos qui ſunt ſapientes in re bus mundanis per comparationeꝫ ad illos qui ſunt ſapi entes in rebus diuinis: quibus eſt reuerentia exhibenda qui in rebus temporalibus non occupantur vt ſolis ſpiri-tualibus vacent.. ⁊ hoc eſt quod ſubditur. Ad reuerenti am veſtram dico ſecundū aliam litteram ad reuerentiam veſtram. Unde ⁊ apoſtoli dixerunt Act. 6. Nō eſt equuꝫ relinquere nos verbum dei ⁊ miniſtrare menſis.. poſtmo dum autem redit ad id quod ſupra reprehenderat ſcilicet ꝙ corinthij ſub infidelibus iudicibus litigabant dicens Sic nō eſt inter vos ſapiēs quiſq̄ ſcilicet in rebus tempo ralibus quem ſupra contemptibilem dixit. Unde alia nō mutātur a p̄ia expoſitiōe q̄ tn̄ videt̄ eſſe magis lr̄alis..

¶ Lectio ſecunda.

Iam quidem oīo delictum eſt in vobis ꝙ iudicia hētis inter vos. Quare nō magis iniuriā accipitis? Quare nō magis fraudem patimī? Sed vos iniuriam facitis ⁊ fraudatis: ⁊ hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum dei nō poſſidebūt. Nolite errare. neq̄ fornicarii. neq̄ ydolis ſeruientes. neq̄ adulteri. neq̄ molles. neq̄ maſculorum concubitores. neq̄ fures. neq̄ auari. neq̄ ebrioſi. neq̄ maledici. neq̄ rapaces regnum dei poſſidebūt. Et hec aliq̄n quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis: in nomīe domini noſtri iheſu xp̄i ⁊ in ſpiritu dī noſtri. Omnia mihi licent: ſed nō omnia expediūt Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri: ⁊ venter eſcis. deus autem ⁊ hunc ⁊ hanc deſtruet.

Poſtq̄ apoſtol[9] rep̄hendit corinthios de hoc ꝙ coram ī fidelibus iudicibus litigabant: hic rep̄hendit eos q̄tum ad ipſa iudicia. Et circa hoc duo facit. Primo ponit in q̄ peccabant circa iudicia. Scd̄o manifeſtat qd̄ dixerat ibi. An neſcitis ⁊c. Circa primuꝫ duo facit. Primo rep̄hen-dit in eis circa iudicia id quod eſt licitū. ſed nō expediēs Scd̄o id quod eſt penit[9] illicitū ibi. Sed ⁊ vos ⁊c. Circa primuꝫ duo facit. Primo ponit rep̄henſionem. Scd̄o re-mouet excuſationē ibi. Quare nō magi ⁊c. Dicit ergo p̄-mo. dictum eſt ꝙ frater cum fratre in iudicio cōtendit qd̄ nō ſolum malū eſt ꝙ apud infideles cōtenditis ſed iā qui dem poſt cōuerſionem veſtrā oīno delictum eſt in vobis. id eſt ad delictum vobis reputatur ꝙ iudicia habetis int̄ vos inter quos ſcilicet debet eſſe pax. q2 vt dicit̄. 2e. thi. 2°. Seruum domini nō oportet litigare ſed manſuetū eſ-ſe ad oēs. Apparet auteꝫ ex hoc vt dicit hic glo. aug. ꝙ peccatū eſt iudiciuꝫ habere cōtra aliquem. ſed hoc videt̄ eſſe falſum quia ſi peccatū eſt iudiciū habere videt̄ ſequi ꝙ etiā peccatuꝫ ſit iudices cōſtituere cū hoc ſit occaſioneꝫ dare iudicium habētibus. cuꝫ tamē dicat̄ deutro. primo. Audite illos ⁊ quod iuſtum eſt iudicate. Et poſtea ſubdi tur q2 dei iudicium eſt. Soluitur autē in glo. ꝙ infirmis ꝑmittitur in iudicio ſua repetere. nō autē perfectis q̄bus licet ſua repetere. ſed nō in iudicio. Eſt autē ſciendum ꝙ ꝙ aliquid eſt perfectis illicitū. aliquid autē oībus. Per-fecti quidem ꝓpriūm nō habent ſcd̄m illud Mat. 19. Si vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ vende omīa que habes ⁊ da pau-peribus ⁊ veni ſequere me. et ideo nō licet eis in iudicio repetere quaſi propria cum eis nō liceat habere propriuꝫ licet tamē eis in iudicio repetere ea que ſunt communia. Nō enim hoc faciendo peccant ſed magis merentur. Eſt enim opus charitatis defendere vel recuperare res pau-perum ſcd̄m illud. pſ̄. Eripite pauperem ⁊ egenuꝫ de ma nu peccatoris liberate. Sed iudicium aduerſus aliquem eſt illicitum omnibus quātum ad tria. primo quidem q̄-tuꝫ ad cām ex qua aliq̄s iudiciū hēt. puta ex cupiditate ⁊ auaricia. Un̄ luc. 12. Cū q̄dā d̄ turba dn̄o dixiſſet. dic fri meo vt diuidat mecū hereditatē: dn̄s dixit q̄s me ꝯſtituit

iudicẽ ad diuidẽdũ īter vos? Poſtea ſubdit Uidete ⁊ ca-
uete ab oĩ auaritia. Scḋo ꝗ̃tũ ad modũ iudicij. q̃r. ſ. cum
cõtentiõe ⁊ detrimẽto pacis iudiciũ ꝓſequũt. vt em̃ dicit.
Jac. 3. Ubi zelus ⁊ cõtentio ibi incõſtantia ⁊ omne opus
prauum. Et hoc videtur apoſtolus in eis reprehẽdere.
vt patet ex hoc q̃ꝺ ſupra dixit. Frater cũ fratre in iudicio
cõtendit. Tertio ex ꝑuerſitate iudicij puta cũ aliquis iiu-
ſte ⁊ fraudulenter in iudicio ꝓcedit ſcḋm illud Eſa. 10.
Ut opprimerent paupẽ ⁊ vim facerent cauſe hũiliũ po-
puli mei. Et hoc etiã apoſtol' in eis reꝑhendit vt patet ꝑ
id q̃ꝺ ſubdit. Sed vos iniuriã facitis. Quarto ꝓpter ſcã-
dalũ q̃ꝺ ſequitur. Unde ⁊ dñs mãdat. Mat. 5. Qui vult
tecum in iudicio cõtendere ⁊ tunicã tuam tollere dimitte
ei ⁊ pallium. Ex charitate vero ſua in iudicio repetere li-
citum eſt. Unde greg. dicit in moralib'. Cum curã reruꝫ
nobis neceſſitas imponit q̃dam duꝫ ea rapiunt ſolũmodo
ſunt tolerãdi quidã vero ſeruata caritate ſunt ꝓhibendi.
ſcilicet ne rapiẽtes nõ ſua ſemetipſos perdãt. ¶ Deinde
cum dicit. Quare nõ magis ⁊c. tollit excuſationẽ. Poſ-
ſent em̃ dicere. neceſſitas nos inducit ad iudicia habẽda.
vt ſcilicet reſiſtam' iniurijs ⁊ fraudib' alioꝝ. ſed hoc ex-
cludit ſubdens ꝗ̃tum ad p̱mũ Quare nõ magis iniuriã
ſcꝫ manifeſtã accipitis ſcilicet patienter ſuſtinẽdo. ſcḋꝫ il-
lud q̃ꝺ dñs dicit mat. 5. Si quis te ꝑcuſſerit in maxillaꝫ
prebe ei ⁊ alteram. Quãtũ vero ad ſcḋm ſubdit. Quare
nõ magis fraudẽ patimini id ẽ doloſam ſeductionẽ ſcḋm
illud. Mat. 5. Si quis te angariauerit mille paſſus vade
cum illo ⁊ alia duo. Sed ſicut aug. dicit in li°. de ſermõe
dñi in mõte. Hͤ p̃cepta domini nõ ſunt ſemꝑ obſeruãda
in executione operis ſed ſemꝑ ſunt habẽda in p̃paratione
animi vt ſcꝫ ſim' parati hoc facere vel ſuſtinere poti' ꝗ̃
aliq̃d agere cõtra charitatẽ fraternã. ¶ Deinde cum dicit
Sed vos ⁊c. reꝑhẽdit in eis id quod eſt oĩno illicitũ ⁊ pri-
mo arguit in eis manifeſtã iniuſtitiam cuꝫ dicit ſed vos ĩ-
iuriam facitis ſcꝫ manifeſte loquendo cõtra iuſtitiã alioꝝ
vel in iudicio vel extra iudiciuꝫ. Ecc. 9. Nõ placeat tibi ĩ-
iuria iniuſtoꝝ. Scḋo doloſam deceptionẽ cũ ſubdit. Et
fraudatis prouer. 12. Cõſilia impioꝝ fraudulẽta. Tertio
aggrauat vtrumq̧ cũ ſubdit. Et hoc fratrib' id ẽ fidelib'
ad q̃s debem' bonũ maxĩe operari ſcḋm illud gal. vltimo
Dum tẽpus habem' opemur bonuꝫ ad oẽs. maxime au-
tem ad domeſticos fidei. Et ideo cõtra quoſdã dicit. Je.
9. Omnis frater ſupplãtans ſupplãtabit ⁊ omis amicus
fraudulẽter incedet. ¶ Deinde cũ dicit. An neſcitis. ⁊c.
manifeſtat q̃ꝺ dixerat. Et p̱mo ꝗ̃tum ad id q̃ꝺ eſt oĩo illi-
citum. Scḋo ꝗ̃tum ad id q̃ꝺ eſt licitũ ſed nõ expediẽs ibi
Omnia mihi licent. Circa p̱muꝫ duo facit. Primo mo-
uet queſtionẽ. Scḋo determinat eã ibi. Nolite errare ⁊c.
Dicit ḡ primo dixi ꝙ vos iniuriã facitis ⁊ defraudatis q̃ꝺ
eſt iniq̃tatem cõmittere. Sed an neſcitis ꝙ iniq̃ regnum
dei nõ poſſidebunt quaſi dicat videmini hec neſcire dum
ab iniq̃tate nõ receditis. cũ tamẽ in pš. ⁊ Mat. 7. dicat.
Diſcedite a me omnes qui opamini iniq̃tateꝫ. ¶ Deinde
cuꝫ dicit. Nolite errare ⁊c. determinat veritatẽ. ⁊ primo
oſtendit ꝑiculum q̃ꝺ imminet iniq̃s. Scḋo oñdit quomõ
ip̃i hoc ꝑiculum euaſerũt vt timeant iterũ in ip̃m incidere
ibi. Et hoc q̃dem aliquãdo fuiſtis ⁊c. Dicit ergo p̱mo. no-
lite errare quod ſignãter dicit. q̃r circa impunitatẽ pecca-
torum aliq̃ multiplr errabant. ſcḋm illud. Sap. 2. Et co-
gitauerunt ⁊ errauerũt. Quidã em̃ ph̃i errauerunt credẽ-
tes deũ nõ habere curã rerũ humanarũ ſcḋꝫ illud ſopho.
primo Nõ faciet dñs bñ ⁊ nõ faciet domin' male. Qui-
dam vero credentes ſolã fidem ſufficientem eſſe ad ſalutẽ
ſcḋm illud Jo. 11. Qui credit in me nõ morietur in et̃nũ.
Quidã vero credentes per ſola xp̃i ſacramenta ſaluari ꝓ-
pter id q̃ꝺ dicit. Mat. vlti. Qui crediderit ⁊ baptizatus

fuerit ſaluus erit. Et Jo. 6. Qui manducat meã carnem
⁊ bibit meũ ſanguinem habet vitã eternã. Quidã vero
ꝓpter ſola opera mĩe ſe impune peccare arbitrant ꝓpter
illud q̃ꝺ dicit Luc 11. Date elemoſinã ⁊ ecce oĩa munda
ſunt vobis. Nec intelligunt ꝙ hec oĩa ſine charitate non
ꝓſunt. ſcḋm illud q̃ꝺ dicit infra. 13. Si habuero omnẽ fi-
dem ⁊ diſtribuero in cibos pauꝑum oẽs facultates me-
as: caritatẽ aũt nõ habuero nihil mihi prodeſt. ⁊ ideo ſub-
dit ꝙ peccata cõtraria charitati a regno dei excludunt in
quod ſola charitas introducit dicens. Neq̧ fornicarij ne-
q̧ ydolis ſeruientes neq̧ adulteri. de q̃bus dicit. Heb.
vlt. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus. Neq̧ mol-
les id eſt mares muliebria facientes. neq̧ maſculorum
cõcubitores ꝗ̃tum ad agentes in illo vitio. de quib' dici-
tur geñ. 13. Homĩes ſodomite peſſimi erant ⁊ peccatores
coram dño nimis. Neq̧ auari. neq̧ fures. de q̃bus dicit.
Jãc. 5. Oĩs fur ſicut ſcriptuꝫ eſt iudicabit. Neq̧ ebrioſi.
neq̧ maledici. neq̧ rapaces regnuꝫ dei poſſidebũt Dicit
enim Eſa. 35. Uia ſancta vocabitur nõ trãſibit per eam
pollutus. Et apõc. 21. Nõ intrabit in illã aliquid coinqui-
natum: faciẽs abhomiationem. Et eſt aduertendũ ꝙ hic
enumerat eadẽ vitia que in p̃cedenti ca°. poſuerat. Ad-
dit autẽ quedam in genere luxurie. ſ. adulteriũ. ⁊ vitium
ꝯtra naturã. In genere aũt iniuſtitie furtũ. ¶ Deinde cũ
dicit. Et hoc quidẽ ⁊c. oñdit q̃uo p̃dictũ ꝑiculuꝫ euaſerit
et p̱mo cõmemorat ſtatũ p̃teritum dicens. Et q̃deꝫ aliq̃n
fuiſtis. ſ. fornicarij ⁊ ydolis ſeruientes ⁊c. ⁊ ideo ſp̃alit
hec vitia cõmemorat q̃r in eis habũdauerunt. ſcḋm illud
ephe. 5. Eratis em̃ aliq̃n tenebre. nunc autẽ lux in domi-
no. Scḋo oñdit quomõ ab hijs intus fuerunt liberati di-
cens. Sed abluti eſtis. ſ. ỽtute ſanguinis xp̃i in baptiſ-
mo ſm̃ illud apõc. p̱mo. Lauit nos a peccatis nr̃is in ſã-
guine ſuo. Sꝫ ſãctificati eſtis ỽtute ſanguinis xp̃i ꝑ grãꝫ
cõſecrati ſm̃ illud Heb. vlti. Jh̃us vt ſanctificaret ſuũ po-
pulum extra portã paſſus eſt. Sed iuſtificati eſtis ad ſta-
tũ iuſtitie ⁊ ỽtutis ſm̃ illud. Ro. 8. Quos vocauit hos
⁊ iuſtificauit. Subdit aũt hoꝝ beneficioꝝ cã. ⁊ p̱mo ex ꝑ-
te hũanitatis xp̃i cum dicit. In noĩe dñi nr̃i ih̃u xp̃i id eſt
in fide ⁊ inuocatione nomis xp̃i ſm̃ illud act. 4. Nõ eſt a-
liud nomẽ datuꝫ ſub celo homĩbus in q̃ oporteat nos ſal-
uos fieri. Scḋo ex ꝑte diuinitatis cũ ſubdit. Et in ſpũ dei
noſtri. ſm̃ illud eze. 37. Ecce ego mittã in vos ſpũm ⁊ vi-
uetis. q̃r igit tam potenti virtute liberati eſtis ad eadem
redire nõ debetis. ¶ Deinde cũ dicit. Omnia mihi licent
⁊c. manifeſtat id q̃ꝺ dixerat de ꝓhibitione iudicij oñdẽs
quo ſenſu id reꝑhenderit q̃r ſcꝫ nõ reꝑhendit illud quaſi
oĩno illicitum ſed quaſi nõ expediens ⁊ nociuuꝫ. Et circa
hoc duo facit. Pͥo ꝓpõit q̃ꝺ intẽdit. Scḋo rõeꝫ aſſignat
ibi. Eſca ventri ⁊c. Circa p̱muꝫ duo facit. Primo ꝓpõit
quod reꝑhenderat eſſe licitũ: ſed nõ expediẽs dicẽs. Om-
nia mihi licent. Dicunt autẽ illa licita que homo facere
nõ ꝓhibetur. eſt autẽ duplex ꝓhibitio. Una coactionis a-
lia p̃cepti. ⁊ ſm̃ hoc quidã intellexerunt illa licere a q̃bus
nõ ꝓhibetur aliqua neceſſitate cogente. ⁊ ideo q̃r arbitri-
um homĩs naturalis liberũ eſt a coactione: intellexerunt
apl̃uꝫ eo ſenſu dicere oĩa mihi licent. q̃r. ſ. libero arbitrio
homĩs ſubiacẽt. ſiue ſint bona ſiue ſint mala ſm̃ illḋ Ecc.
15. Ante hoĩeꝫ bonũ ⁊ malum vita ⁊ mors quodcũq̧ vo-
luerit dabit ei. Sed hic modus loquẽdi alien' eſt a ſcrip-
tura ſacra in qua dicit nõ licere ea que diuina lege probi-
bentur. ſm̃ illud Ma. 14. Nõ licet tibi habere vxorẽ fra-
tris tui. ⁊ iõ q̃ꝺ hic apl̃us dicit oĩa mihi licẽt nõ põt abſo-
lute intelligi ſed vt ſit accomoda diſtributio ſub hoc ſẽſu
liciti de ꝑtinētib⁹ ad ſalutē. ergo ꝓ indr̄nti debet eſſe no
bis ſuit⁹ ⁊ libertas. Dicit ergo. Qui eni in dn̄o. q. d. et
vere nō d̄bes curare. ⁊ eni ꝓ q: q̄ in dn̄o. i. in fide dn̄i vo
cat⁹ eſt ſu⁹ ſuitute corꝑali libert⁹ eſt dn̄i. q:. ſ. a dn̄o ma-
numiſſus liber ē libertate ſp̄ūali. Eſt aūt libert⁹ a ſuitute
liberat⁹, ⁊ talis a ſuitute pcti a dn̄o eſt liberat⁹. iō dn̄i lib
tus. Io. 8. Si fili⁹ vos liberauerit vere liberi eritꝭ. ¶ De
inde cū dicit. Similr̄ q̄ liber vocat⁹ eſt ⁊c. hic ponit rōm
ex ꝑte liberoꝝ Vbi p̄mo tāgit in liberis cū ſuis debitā ſ̄-
uitutē. Scd̄o ſuitutis rōm ibi. Precio empti. Tertio ſ̄-

ultutis obligationē ibi. Nolite ⁊c. Dicit ergo ſimilr̄ et ꝗ
liber vocatꝰ eſt libertate corꝑali ſuꝰ eſt xp̄i: ſuitute ſpūali
Ro. ꝑmo. Paulꝰ ſuꝰ xp̄i ihū ⁊c. qꝛ ſiue ſuꝰ ſiue liber om
nes tn̄ ſui. ⁊ hoc iuſtū eſt qꝛ ꝓcio empti eſtꝭ. Hoc ē qꝛ ꝓ-
cio ineſtiabili ſāguine xp̄i. 1ᵉ pe. 1º. Nō corruptibilibꝰ au
ro vel argēto redēpti eſtis de vr̄a vana cōuerſatione ⁊c.
Et qꝛ tāto ꝓcio empti eſtꝭ nolite fieri ſui hoīuꝫ poſtponē-
do ſuiciū dei ⁊ vos hūanis ſupſtitionibꝰ occupādo. hꝰ ei
faciebāt iſti. ſ. ꝑmo. Ego ſuꝫ pauli. ego aūt appollo. vnꝰ
quiſqꝫ ergo ⁊ circūciſus ⁊ ꝑpuciatꝰ ſuꝰ ⁊ liber in ꝗ ſtatu
vocatꝰ eſt frater. i. fidelis ī hoc ꝑmaneat apud deū. ſ. obſ
uādo diuina mādata. Qui eñ ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſaluꝰ erit. Mat. 24. Ergo ſi cōiugatꝰ vocatus eſt ad
fidem maneat cōiugatus ſeruando fidem.

## Lectio quinta.

De virginibꝰ aūt ꝑceptū dn̄i nō hēo:
ↄſiliū aūt do tanq̄ miam cōſecutus
a deo vt ſim fidelis. Exiſtimo enim
hoc bonū eſſe ꝓpter inſtātē neceſſitatē. qm̄
bonū eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori:
noli ꝗrere reſolutionē. Solutꝰ es ab vxore.
noli querere vxorē. Si aūt acceperis vxorē
nō peccaſti. ⁊ ſi nupſerit virgo nō peccauit.
Tribulationē tn̄ carnis habebūt huiuſmōi
Ego autem vobis parco.

A ꝑncipio huiꝰ capituli egit de mr̄ionio: hic incipit ꝑs
ſcd̄a in qua agit de v̄ginitate. Ubi ꝑmo agit de v̄ginibꝰ
Scd̄o de virginū cuſtodibꝰ ibi. Si qs autē turpē ſe vide-
ri exiſtimat ⁊c. In ꝑma ꝑmo ponit v̄ginibꝰ ꝑmanēdi in
v̄ginitate ↄſiliū. Scd̄o nubētibꝰ dat bene viuēdi moduꝫ
ibi. Hoc itaqꝫ dico frēs ⁊c. Tertio oñdit ꝙ magꝭ expedit
ſeruare ↄtinētie ꝓpoſitū ibi. Uolo aūt vos ſine ſolicitudi
ne eſſe ⁊c. In ꝑma ꝑte v̄ginitatē cōſulit ⁊ laudat. Scd̄o
matrimoniū iā ↄtractū cōcedit ⁊ apꝓbat ibi. Alligatꝰ es
vxori ⁊c. Tertio mr̄ioniuꝫ ↄtrahendū defendit ⁊ a pctō
excuſat ibi. Si aūt accepis vxorē ⁊c. In ꝑma dicit duo
de v̄ginitate. Primo ꝙ nō eſt ſuanda ex ꝑcepto. Scd̄o
ꝙ eſt ſuanda ex ↄſilio ibi. Cōſiliuꝫ aūt do. Ubi ponit du
plicē rōm ꝗre iſtud ↄſiliuꝫ eſt ſeruandū. Prīa eſt cōſilia-
rij auctoritas. Scd̄o rei cōſulte dignitas ibi. Exiſtimo er
go hoc bonū. Dicit ergo de v̄ginibꝰ ⁊c. q. d. de cōiugatꝭ
nō ſepandis ꝑceptū dei eſt. de v̄ginibus autē ꝑceptū dei
nō habeo. vt. ſ. cōtineāt vel vt nubāt. Nō eñ de hoc dix
it dn̄s Mat. 19. dixit conſulendo. Qui pōt inꝗt cape ca-
piat. Uirginitas aūt ſm aug. res eſt nō ꝑcepti. ſuaderi po
teſt impari nō pōt. Cōſiliuꝫ autē do. ſ. de cōtinēdo. cōſili
um mihi a ſpū ſancto inſpiratū. Tobie. 4. Cōſiliuꝫ ſemꝑ
a ſapiēte ꝑquire. Cōſiliuꝫ inq̄ do. ⁊ hoc tanq̄ ↄſequutus
a dn̄o miam. i. apſatum mihi miſicorditer ↄceſſum. Con
ſecutꝰ inq̄ ad hoc vt ſim fidelis in diſpēſatione mihi cre-
dita. Un̄ credendū eſt mihi in cōſilijs. Luc. 12. Quis pu
tas eſt fidelis ſuꝰ. Haymo qꝛ ei mādatuꝫ fuit vt eſſet fide
lis ↄſiliator nō debuit cōſiliuꝫ indigētibꝰ abſcōdere. ⁊ eſt
argumentū ꝙ eſt acq̄ſcendū cōſilio plati. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Exiſtimo ergo ⁊c. hic tangit dignitas eiꝰ qđ ↄſulit
⁊ hec duplex. Una qꝛ expediēs bonū. ſcd̄a qꝛ honeſtū ibi.
Qm̄ bonuꝫ eſt ⁊c. Dicit ergo exiſtimo ⁊c. q. d. qꝛ fidelis
ↄſiliarius ſuꝫ exiſtimo ergo hoc bonū eſſe. ſ. manere in v̄-
ginitate. ⁊ hoc ꝓpter inſtantē neceſſitatē cōiuguꝫ. ſ. vitā
dam qꝛ multe neceſſitates inſtāt. Unđ dicunt eſſe ī mola
Luc. 17. Unđ vulgariter dicit ꝙ matrimoniū habet ma
gnuꝫ os. exiſtimo inq̄ ⁊ vere qꝛ bonū eſt homi ſic eſſe. ſ. ī
v̄ginitate. Bonū ſcꝫ honeſtū ꝓpter puritatē. delectabi-
le ꝓpter libertatē. vtile ꝓpter mercedē qꝛ ei debet aureo-
la ⁊ fructꝰ cēteſimus. Luc. 8. Aug. in glo. Supgreditur
v̄ginitas ↄditionē hūane nature ꝑ quā hoīes angelis aſ-
ſimilātur. Maior tn̄ victoria v̄ginuꝫ q̄ angeloꝝ. Angeli
eñ ſine carne viuūt. v̄gines aūt in carne triūphāt. ¶ De
inde cū dicit. Alligatꝰ es vxori ⁊c. hic mr̄ioniuꝫ ↄtractuꝫ
cōcedit ⁊ apꝓbat. Ubi ꝑmo dicit ꝙ cōiugatꝰ nō debet ꝗ
rere diuortiū. Scd̄o cōſulit ꝙ ſolutꝰ nō querat cōiugium
ibi. Solutꝰ es ab vxore ⁊c. Dicit ergo Alligatꝰ ⁊c. q. d.
licet cōtinere ſit bonū. tn̄ alligatꝰ es vxori noli ꝗrere ſolu
tionem maxīe ſi bona eſt. Ecc. 7. Noli diſcedere a mulie-
re ſenſata. Et dicit alligatꝰ quaſi duplici vinculo ligatus
ſcꝫ ↄſenſu ꝑ matrimoniū initiatū: ⁊ copula carnali ꝑ mr̄i
moniū ↄſumatū. Si eñ tm̄ vno vinculo ſcꝫ ſolo cōſenſu li
gatus eſſet poſſet ꝗrere ſolutionē ſcꝫ intrādo religionem.
Solutꝰ es ab vxore noli ꝗrere vxorem ſi potes ↄtinere qꝛ
ſicut dicunt apli. Mat. 19. Si ita eſt cā hoīs cū vxore nō
expedit nubere. ¶ Deinde cū dicit. Si autē accepis ⁊c.
hic excuſat matrimoniū cōtrahendū a pctō. Ubi ꝑmo oñ
dit ꝙ matrimoniū pōt cōtrahi ſine pctō. Scd̄o ꝙ leuius
eſt eſſe ſine ↄiugio ibi. Tribulationē tn̄ ⁊c. In ꝑma ꝑrio
ꝓponit veritatē de nō v̄gine. Scd̄o de virgine ibi. Et ſi
nupſerit ⁊c. Dicit ergo. ſi autē ſolutꝰ es noli ꝗrere vxorē.
Si aūt accepis vxorē ſcꝫ bono fine nō ad expletionē libi-
dinis nō peccaſti. hic eſt argumentū euidēs cōtra hereti-
cos qui cōtemnūt matrimoniū de ꝗbus. 1ᵉ. thy. 4. Pro
hibētes nubere. ⁊ ſimilr̄ ſi nupſerit v̄go nō v̄go deo dica
ta. qꝛ ſm Jero. vouentibꝰ v̄ginitatē nō ſolū nubere. ſed
etiā velle nubere pctm̄ ē. Nō peccauit. ſ. nubēdo. alioq̄n
peccaſſet beata v̄go cū deſpōſata eſſet ioſeph. Tribulati-
onem tn̄ carnis habebūt huiuſmōi. ſ. cōiugati id eſt affli
ctionem ꝓ rebꝰ neceſſarijs ꝓcurādis ⁊ ſibi ⁊ filijs ſuis ⁊ a
lijs. Unđ leuiꝰ eſt eſſe ſine cōiugio. Ego aūt vobis parco
quaſi dicat cōſulo euitare cōiugiuꝫ qđ tn̄ ↄcedo ꝑcendo ī
firmitati vr̄e. Uel ſic. Ego aūt vobis ꝑco in hoc ꝙ cōſulo
cauere tribulationes carnis. ¶ Notandū eſt hic ꝙ ſancta
v̄ginitas magnū bonum eſt ꝓpter multa. ꝑmo qꝛ carnis
mūdiciaꝫ ↄſeruat. Apoc. 14. Hij ſunt ꝗ cuꝫ mulieribꝰ nō
ſunt coinq̄nati v̄gines eñ ſunt ⁊c. ſicut bonū eſt ſal qꝛ cō
ſeruat carnē a corruptione. Scd̄o qꝛ aīaꝫ decorat ⁊ ornat
Unde frequēter in ſcriptura iungit v̄go pulchra. ſap. 4.
O q̄ pulcra eſt caſta generatio cū claritate. cant. 4. To-
ta pulcra es amica. Tertio qꝛ āgelis celi aſſimilat. ſic di-
cit hic glo. Et mat. 22. In reſurrectione neqꝫ nubēt neqꝫ
nubent ſed erūt ſicut āgeli dei Jero. In carne ꝑter carnē
viuere ⁊c. Quarto qꝛ xp̄o deſpōſat. 2ᵉ. cor. 11. Deſpōdi
eñ vos vni viro v̄ginē caſtā exhibere xp̄o. Quito quia
iungit ⁊ apꝓximat. pſ. Adducent regi v̄gines poſt eam
ſap. 6. Incorruptio facit ꝓximū deo. Je. 3. Dux virgini-
tatis mee tu es. Sexto qꝛ ceteris ſtatibꝰ ꝑponderat. Ecc.
26. Nō eſt digna pōderatio aīe cōtinētꝭ infra eodē. Qui
mr̄ionio iungit v̄ginē bn̄ facit. ⁊ qui nō iūgit melius fa-
cit. Septimo qꝛ odorē bone fame ſpirat. Luc. 1º. dicitur
Et nomē v̄ginis maria. cant. 2. Sicut liliū inter ſpinas:
ſic amica mea inter filias ir̄lm. Octauo qꝛ ad nuptias ete-
nas inuitat. Mat. 25. Que pate erāt intrauerūt cū eo ad
nuptias. ſed heu qꝛ ad cōſeruandū difficiles. Jō ecc. 42.
Filia patris abſcōdita eſt ⁊c. Et hoc qꝛ dyabolꝰ ſuggerit
ↄtrariū: corruptio inclinat ad actuꝫ: pulcritudo allicit ad
conſenſum.

## Lectio ſexta.

Hoc itaqꝫ dico frēs Tēpus breue eſt
Reliquuꝫ eſt: vt ⁊ ꝗ habent vxores:
tanq̄ nō hn̄tes ſint. ⁊ ꝗ flent taq̄ nō
flentes. ⁊ ꝗ gaudēt tanq̄ nō gaudētes. ⁊ qui

emūt: tanq̄ nō poſſidētes. ⁊ q̄ vtunt̄ hoc mū
do. tanq̄ non vtant̄. Preterit eñ figura hu
ius mundi.

Hec eſt ſcđa ps vbi nubētibus ſiue nuptis oñdit bene vi
uendi modū: docēs pmo qualr̄ vtant̄ vxorib⁹. Scđo qua
liter fortune caſib⁹ ſiue euentib⁹ ibi. Et qui flēt ⁊c. Ter
tio qualr̄ mundi reb⁹ ſiue poſſeſſionib⁹ ibi. Et qui emunt
⁊c. Quarto ſubdit rōm in hijs ãmonitionib⁹ ibi. Prete
rit eñ figura. In pma īplicat tria. ſ. auctoritatē cōſiliarij
Hoc itaq̄ dico ⁊c. neceſſitatē cōſulēdi. Tēpus breue eſt.
⁊c. formā cōſilij. Reliquū eſt ⁊c. Dicit ergo hoc itaq̄ q̄
ſi dicat q2 nō eſt pctm̄ nubere hoc itaq̄ dico o frēs ſi cōiu
gij tēp⁹ breue eſt q. ſ. nō gñatione carnali ꝓpagādus eſt
pplus dei ſ3 regñatione ſpūali colligēdus ſm glo. ⁊ q2 tē
pus breue eſt reliquū eſt. i. hoc ſolū reſtat agendū vt q̄ ha
bēt vxores ſint tanq̄ nō hñtes: ſtudēdo ſeruitio dei nō au
tē opi carnali debitū. ſ. exigēdo. Vñ dr̄ ſint tāq̄ nō hñtes
nō dicit tāq̄ nō hñti ſicut erāt antiq̄ pr̄es pp qđ dicit aug.
ꝙ celibat⁹ iohānis nō pfert̄ cōiugio abrae ſ3 hodie faciūt
ecōuerſo q2 q̄ nō hñt ſūt tāq̄ hñtes. Eſt aūt notandū ꝙ tā
q̄ nō hñs vxorē eſt q̄ vel vxori debitū reddit nec exigit vl̄
ꝓpt̄ infirmitatē vxorē ducit dolēs ꝙ ſine ea eſſe neq̄t. Vl̄
pari affectu continentiā cuſtodit. Vl̄ cā gñande ꝓlis ad
cultū dei vxorē ꝓpriā cognoſcit. Et qui flēt ꝓ caſib⁹ ꝯiu
gij vel ꝓ aliqua triſticia ſecl'i ſint nō flētes cōſolati. ſ. ſpe
appꝓpinquātis boni futuri. ꝓuer. 12. Nō ꝯtriſtabit iuſtū
quicq̄d ei acciderit. Et q̄ gaudēt ꝓ aliqua ꝓſpitate ſecu
li. tanq̄ nō gaudētes ſ3 tanq̄ in timore exñtes īminentis
mali ⁊ piculi. ecc. 11. In die bonoꝝ ne īmemor ſis maloꝝ.
¶ Deinde cū dicit. Et q̄ emūt. Hic oñdit q̄liter vtant̄ mū
di reb⁹ ſiue poſſeſſionib⁹. ⁊ pmo qualr̄ vti debeāt acq̄ren
dis. Scđo qualr̄ acq̄ſitis ibi. Et q̄ vtunt̄ ⁊c. Dicit ergo q̄
emūt tanq̄ nō poſſidētes. i. poſt hec terrena nō ſedētes ſ3
ſupple nō apponēdo cor reb⁹ pituris. pſ. Diuitie ſi affluāt
nolite cor apponere. Eze. 7. Qui emit nō letet̄ ⁊ q̄ vēdit
nō lugeat. Et vt vlr̄ colligā q̄ vtunt̄ hoc mūdo. i. reb⁹ mū
danis nō dico fruunt̄ vt mali q̄ de eis malū faciūt finē qui
dicūt ſap. 2. Fruamur bōis q̄ ſūt. i. pñtib⁹. S3 q̄ vtuntur
eis ad finē debitū referēdo: ſint tanq̄ nō vtant̄. i. nō adhe
reant eis nimia delectatiōe. 1ª. thy. 6. Hñtes alimēta et q̄
bus tegamur hijs ꝯtēti ſim⁹. ¶ Preter actū ergo ꝯiuga
lē ponit q̄ttuor dr̄ntias actuū circa ſollicitudinē mūdano
rū ſcʒ flere. gaudere. emere. vti. Duo pmi ptinēt ad affec
tū. duo alij ad effectū. Ex hūana ꝟo ſollicitudīe gñatur
duplex effect⁹. ſ. emēdi reſpectu hñdoꝝ. ⁊ vtendi reſpec
tu hitoꝝ ⁊ ſm hoc ponit aplus cōſiliū tpantie in hijs q̄t
tuor actib⁹. ¶ Deinde cum dicit. Preterit eñ figura ⁊c.
Hic ſubdit rōm pdictaꝝ ãmonitionū q̄ talis eſt. Trāſito
ria ſūt reputāda q̄ſi nō ſint: ſ3 talia ſunt mūdana pitura er
go q̄ſi nō ſint ſūt reputāda. ⁊ hoc ē ꝙ dicit. ꝙ iō mūdana
q̄ſi nō ſint eſtimāda ſunt q2 pterit figura. i. exterior pulcri
tudo vel qđ eſt ibi facile ꝯueniēs ſtatui fragilitatis. Trā
ſibūt eñ q̄litates mortales ⁊ ꝑmanebūt īmortales. Jō trā
ſibit mūdus ⁊ cōcupiā ei⁹. Omīa notāda q2 figura nō ſub
ſtātia mūdi nō padiſi. pterit nō ſiſtit. Hic q̄ritur ſup illo ſi
potes fieri liber glo. Quāto q̄s pp deū deſpectior eſt ī h⁹
ſeculo tāto magis exaltabit̄ in futuro. Cōtra ergo magis
exaltabit̄ bon⁹ ſubdit⁹ q̄ bon⁹ plat⁹. Rñdeo glo. intelli
genda eſt ceteris parib⁹. Item ſup illud vnuſq̄ſq̄ in quo
vocat⁹ eſt. glo. ſtatu. Cōtra ergo q̄ vocatus eſt in ſtatu ſe
culari nō debet intrare religionē. Rñdeo aplus loquit̄ ꝺ
ſtatibus ꝓmouentib⁹ ad ſalutē nō de impedientibus. Itē
ſup illud. Exiſtimo hoc bonū eſſe glo. Maior eſt victoria
ꝟginum q̄ angeloꝝ. Cōtra ergo maior corona. ergo ho
mines erūt maiores angelis nō ſolū equales. Rñdeo ma
ior extēſiue. i. mltiplicatiue q2 hñt aureolā nō ſolū aureā

Itē ſup illud. bonū eſt hoi ſic eſſe glo. in ꝟginitate. Con
tra geñ. pmo. Creſcite ⁊ multiplicamini. ꝟginitas aūt ꝯtra
ria eſt huic pcepto. Reᵒ Illud pceptū nō eſt pceptū ſ3 da
tum vſq̄ ad tēp⁹ ſufficiētis mltiplicationis hūani gñeris
Itē ſup illud. Qui hñt vxores glo. Beatiora ꝯiugia iu
dicāda ſunt q̄ ꝓle cōcepta pari cōſenſu cōtinentiā ſuare
potuerūt. Cōtra vnūquodq̄ tāto beati⁹ eſt quāto magis
cōuenit fini ſuo. finis aūt cōiugij eſt gñatio ꝓlis. Rñdeo
expone cōiugia. i. cōiuges. Vl̄ dicendū eſt ꝙ ille nō eſt vl
tim⁹ finis cōiugij ſ3 adimpletio nūeri electoꝝ q̄ citi⁹ im
pleret̄ ſi oēs cōtinerēt. Itē ſup illud. pterit figura huius
mūdi. glo. In iudicio mūdanoꝝ igniū flagratione huius
mūdi pibit nō ſbia ſ3 figura. Cōtra. 2ª. pe. 3. Per quē ce
li magno impetu trāſient. Rñdeo. Ille trāſit⁹ ⁊ illa ſolu
tio accidētalis ē nō ſubſtātial̄. i. ſm q̄litatē nō ſm ſbam.

Lectio ſeptima.

Volo aūt vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſollicit⁹ eſt q̄ dñi ſunt: quō placeat deo. Qui aūt cum vxore eſt: ſollicit⁹ eſt q̄ ſunt mūdi quō placeat vxori: ⁊ diuiſus eſt. Et mulier innupta et virgo cogitat q̄ dñi ſunt: vt ſit ſancta corpore ⁊ ſpū. Que aūt nupta eſt cogitat que ſūt mundi quō placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem veſtrā dico: nō vt laqueū vobis iniiciam ſed id qđ honeſtū eſt ⁊ qđ facultatē prebeat ſine impedimēto dñm obſecrandi.

Supius dedit pmo ꝟginib⁹ ꝯſiliū ꝯtinēdi. Scđo nubēti
b⁹ documētū bñ viuēdi hic. Tertio oñdit ꝙ magis expe
dit tps ꝯtinēdi. Et h⁹ oñdit pzio rōe maioris trāquillita
tis. Scđo rōe maioris ſctitatis ibi. Et mulier īnupta ⁊c.
Tertio rōe maioris vtilitatis ibi. Porro hoc ad vtilitatē
vrā3 ⁊c. Pzia rō tal̄ eſt. Trāquillitas ī amore ſoli⁹ dei ꝑ
ferēda ē ſollicitudini mūdanoꝝ. ſ3 ꝯtinētes hñt trāquilli
tatē. ꝯiugati ſollicitudinē mūdi. ergo ſtat⁹ ꝯtinētiū pfe
ctior⁹ eſt ſtatui ꝯiugatoꝝ. Pzio ergo dehortat̄ ſollicitudi
nem mūdi. Scđo ſubdit ꝙ ꝯtinentes nō ſūt ſolliciti niſi
hijs q̄ ſūt dei ibi Qui q̄ ſine vxore ⁊c. Tertio oñdit ꝙ cō
iugatos oportet eē ſollicitos in hijs q̄ ſūt mūdi ibi. Qui
aūt cū vxore ⁊c. Dicit ergo volo aūt. q. d. Si nubitis pdic
ta facere ꝯſulo. ſed magis volo vos eē ſine ſollicitudīe rei
vxorie. phil. 4. Nihil ſolliciti ſitis. Nota ꝙ dehortat̄ nos
ſcriptura a ſollicitudine triplici. ſ. circa mulierē vt h. Vo
lo vos ſine ſollicitudīe eē. Circa vētrē. mat. 6. Ne ſollici
ti ſitis aīe vr̄e ⁊c. Circa burſā. ꝓuer. 11. Expectatio ſollici
toꝝ pibit. Et recte hoc volo q2 q̄ ſine vxore eſt ſollicit⁹ eſt
q̄ dñi ſūt vt cōplaceat ei. Nō eī h3 excuſationē illoꝝ q̄ di
cūt. Luc. 14. Vxorē duxi ⁊ nō poſſū veīre. Sollicitudo ī
q̄. ſ. quō placeat dō ꝯ interiori. ſ. pulcritudīe ſua. Felix cu
ius votū ē vxorē fugere: cui⁹ ſollicitudo eſt dño ſuire cu
ius intētio eſt dō placere. ¶ Deīde cū dicit. Qui aūt cū
vxorē ē ⁊c. Hic oñdit quō ꝯiugatos oz eē ſollicitos ī hijs
q̄ ſūt mūdi. vbi īplicant̄ q̄ttuor ḡuia. Pzio vīculū ꝯiugu
le ibi. Qui cū vxore ē. ſtudiū mūdiale ibi. Sollicit⁹ ē. Sb
lectō vxoris ibi. quō placeat. Opis diuiſio ibi. Et diuiſ⁹ ē.
Dicit ergo q̄ aūt cū vxore eſt. ſ. in m̄rionio ſollicitus eſt q̄
ſūt mūdi. i. de regimīe familie ⁊ huiuſmōi. Vñ Jacob ac
ceptis vxorib⁹ ait geñ. 30. Juſtū eſt aliq̄n ꝓuideā domui
mee. i. ſollicit⁹ ſi3 quō placeā vxori. Et hoc fine pōt ſe lici
te ornare. Nā ſm glo. Magna amaritudo in domo eſt vx
or triſtis ⁊ talis diuiſus ē nō natura ſ3 actu. ſ. diuiſiōe offi
cij nō intētionis pncipalis. Vñ glo. ptim ſuit deo. ptim
mūdo. ¶ Deīde cū dicit. Et mulier īnupta ⁊c. Hic ponit̄
ſcđa rō ꝓbās ꝙ magis expedit ſuare ꝓpoſitum ꝯtinētie

q̄ nubere.rōe maioris ſetitatis.⁊ eſt rō ſua tal'.Cōtinens
ſtudet ſctitati ⁊ diuitati ⁊ amori dei.nupta v̄o mūdo.er-
go illa ꝓferēda eſt iſti.Prio ergo tāgit ſtudiū innupte q̄a
cogitat totalr̄ placere deo.Scd̄o ſtudiū nupte q̄z cogitat
ꝑtim placere mūdo ibi.Que aūt nupta eſt.In pria ipli-
cat tria.ſ.ꝯtinentiū ſtatū cogitatū.⁊ fructū.Statū hone-
ſtum q̄z innupta ⁊ v̄go:cogitatuz rectū.qui cogitat que
dn̄i ſunt.multiplicatū fructuz.q̄z vt ſit ſancta ⁊c.Dicit er
go Et ſimilr̄ mulier innupta id eſt vidua ⁊ v̄go cogitat.
id eſt maiorē habet facultatē cogitādi q̄ dn̄i ſunt id eſt ſpi
ritualia ⁊ eterna.Cogitat inq̄ vt ſit ſancta magis q̄ nup
te.Multe eñ̄ nupte ſunt ſancte.Aug.āpliorez nō nupta
rum ⁊ in corꝑe ⁊ in ſpū ſanctificationē intelligi voluit.nō
tn̄ nuptas oīno ſanctificatiōe ꝑuauit.Sācta inq̄ corpore
id eſt corꝑabilib⁹ actionib⁹.⁊ ſpū id eſt ſpūalib⁹ actioni-
bus.Vel ſancta corꝑe ꝯtra vitia carnalia ⁊ ſpū cōtra ſpū-
alia.¶ Deinde cū dicit.Que autē nupta eſt.Hic tangit
ſollicitudinez nuptaꝝ.vbi implicat tria.Prio ꝯiugium.
Scd̄o ſollicitudinē ibi.Cogitat q̄ ⁊c.Tertio cōiugij ſtu
diū ibi.Quomō placeat ⁊c.Dicit ergo.q̄ autē nupta eſt
cogitat q̄ mundi ſunt ſcz de cura filioꝝ de regimīe dom⁹
et huiuſmōi.Vn̄ ꝑentes monuerunt ſarā honorare ſocrū:
diligere maritu3 gubernare domū ⁊c.Thobie.10.Cogi
tat inq̄ quō placeat viro.vnde hoc fine ornātes ſe nō pec
cant:verūtamē magꝭ debēt ſtudere ei placere ornatu mo
rum q̄ veſtimētoꝝ.1ᵉ.thy.3.Mulieres in habitu ornatu
ornātes ſe nō in tortis crinib⁹ auro ⁊c.¶ Deinde cū dicit
Porro hoc ad vtilitatē ⁊c.Hic allegat tertiā rōm ſcz ma
iorem vtilitatē.Et eſt rō talis.Illud qđ eſt vtili⁹ magis
expedit.ſed ꝯtinere eſt vtili⁹ q̄ nubere.ergo magis expe
dit eligere continentiā q̄ nuptias.Primo ergo oñdit q̄
vtile eſt ꝯtinere.Scd̄o q̄ honeſtū eſt ibi.Sz id qđ eſt ho
neſtum ⁊c.Tertio q̄ facile ibi.Et qđ facultatē ⁊c.Dicit
ergo porro ⁊c.q.d.ꝯſulo nō nubere.porro hoc ad vtilita-
tem vr̄am maiorez ſcz dico.vt expediti⁹ deo ſuiatis quia
ſic mortificaꝛ caro q̄ eſt inimica ſpūs.Aug.ſicut inimicus
occiſus nō facit tibi iniuriā.ſic caro mortificata nō turbat
animā.Dico inq̄ nō vt laqueū fornicationis ſcz incōtinē
tibus vobis iniſciā aliquid difficile ſuꝑ hoc faciendo.im
mo potius laqueus poneret ſi ꝯſuleret nubere q̄z de muli
ere dicit Ecc.7.Q laqueus venatoꝝ eſt ſed poti⁹ inten-
dens inducere oēs ad id qđ honeſtū eſt ſcz ad ſanctitatez
corꝑis ⁊ anime nō q̄z cōiugalis ſtatus nō ſit honeſt⁹ ſz q̄z
minus honeſt⁹.Aug.Nō matrimoniū turpe eſſe mōſtra
uit ſed quod honeſtius erat generalis honeſti nomine cō-
mendauit ⁊ monens ad illud quod facultatem prebeat a-
licui obſeruandi ſe in dn̄o id eſt ad ſeruitiū dn̄i ⁊ hoc ſine
impedimēto qđ eſt in ꝯiugio.2ᵉ.coꝛ.11.Deſpondi vos
vni viro v̄ginem caſtā exhibere xp̄o.Vere eligendus eſt
ſtatus cōtinentie vbi maius cōmodum:q̄z hoc ad vtilita-
tem:vbi minus ꝑiculum:q̄z nō vt laqueum.maior hone-
ſtas:q̄z id quod honeſtum liberior facultas ſeruiendi deo
q̄z facultatem prebet ⁊c.Notandum eſt hic q̄ multiplex
ſolicitudo eſt bona.Prima prelationis ſicut nauta ſolici-
tus eſt de regimine nauis pater de filijs.Ro.12.Qui p̄-
eſt in ſollicitudine.Scd̄a predicationis ſicut pedagogus
ſollicitus eſt de puero:doctor de diſcipulis.pᵉ.theſ.2°.
Fiduciam habuim⁹ loqui ad vos verbuz dei in multa ſol
licitudine.Tertia diſcretionis ſicut amicus verus ſolici
tus eſt de cōſeruatione amoris ephe.4.Soliciti ſeruare
vnitatem ſpiritus in vinculo pacis ⁊c.Quarta cōpaſſio-
nis ſicut vir miſericors ſollicit⁹ eſt đ egenis ⁊ afflictis.1ᵉ.
thi.1°.Cum veniſſet romā ſolicite me queſiuit ⁊ inuenit.
Quinta deuotionis ſicut ſeruus ſolicitus eſt de placēdo
domīo:religioſus deo.Mich.ſexto.Indicabo tibi o ho-
mo quid ſit bonum.Et poſt Solicite ambulare cum deo
tuo Sexta circūſpectionis ſicut ſpeculator de caſtro cuſto-
diendo.deut.4.Cuſtodite animas veſtras ſolicite.Cor
pus enim cū organis anima cuz potentijs quoddā caſtrū
eſt.Septima actionis ſicut agricola ſolicitus eſt de ope-
re perficiendo.Luc.10.Martha martha ſolicita es.2ᵉ.
thi.2.Solicite cura teipſuz ꝓbabilē exhibere deo.Octa
ua ꝓuiſionis ſicut diſpēſator de domo.mercator đ cōpu-
to.pauꝑ đ pane q̄rendo.Ro.12.Sollicitudīe nō pigri.

## Lectio octaua.

Si q̄s aūt turpez ſe videri exiſtimat
ſuꝑ v̄gine ſua q̄ ſit ſuꝑadulta ⁊ ita
oꝑtet fieri qđ vult faciat.Nō peccat
ſi nubat.Nā q̄ ſtatuit in corde ſuo firm⁹ non
hn̄s neceſſitatē.ꝑtātez aūt hn̄s ſue volūtatꝭ.
⁊ hoc iudicauit ī corde ſuo ſuare v̄ginitatez
ſuā:bn̄ facit.Igiꝛ ⁊ q̄ mr̄ionio iūgit v̄ginez
ſuā bn̄ facit.⁊ q̄ nō iūgit meli⁹ facit Mulier
alligata eſt legi:q̄nto tꝑe vir ei⁹ viuit.Q̄ ſi
dormierit vir ei⁹:liberata eſt a lege.Cui au
tē vult nubat:tm̄ in dn̄o.Beatior aūt erit ſi
ſic ꝑmanſerit ſcd̄m meū ꝯſiliuz.Puto autez
q̄ ⁊ ego ſpiritū dei habeam.

Suꝑius egit de v̄ginib⁹:hic agit de v̄ginū cuſtodibus.
oñdēs ꝑmo q̄ licet eis v̄gines ſuas ꝯiugio copulare.Se
cūdo q̄ nō ſimilr̄ nuptꝭ licet niſi poſt mortē viri cōtraheꝛ
ibi.Mulier alligata eſt ⁊c.In ꝑma ꝑmo oñdit q̄ cuſtos
pōt dare v̄ginē ſuā ī ꝯiugio.Scd̄o q̄ nō peccat h° faciē-
do ibi.Nᵒ peccat.ſi nubat ⁊c.Tertio q̄ etiā bn̄ facit ſuā
do ibi.Nā q̄ ſtatuit ⁊c.Quarto q̄ licet vtrūq̄ ſit bonū tn̄
hoc eſt meli⁹ illo ibi.Igiꝛ ⁊ q̄ mr̄ionio ⁊c.In pria primo
ſuppōit in v̄gine etatē nubilē.Scd̄o volūtatē nubēdi ibi
Et ita oꝑtuit fieri ⁊c.Tertio dat nubēdi licētiā ibi.Nō
vult faciat ⁊c.Dicit ergo ſi q̄s aūt ⁊c.q.d.eſſe ſine ꝯiugio
honeſti⁹ eſt ⁊ expediti⁹ Sed tn̄ ſi q̄s turpē ſe videri exiſti
mat apud iudiciū hoīuz ſuꝑ v̄gine ſua timēs ne corrūpa
tur eo q̄ ſit ſuꝑadulta.i.vltra pubertatē ⁊ iā in ānis nubi
lib⁹ ⁊ ita oz fieri vt nubat q̄z nō vult cōtinere:qđ vult vir
go faciat cuſtos.Ecc.7.Trade filiā tuā ⁊ grāde op⁹ fec
ſti ⁊ hoī ſenſato da illā.Nec peccat cuſtos ſi nubat v̄go.
Hoc ideo dicit ſm glo.Ne et ſi v̄go nō peccet cuſtos viđ
atur peccare.Auguſtin⁹ de bono ꝯiugali.Que ſe nō cō-
tinet nubat.Que nō cepit deliberet.Que egreſſa ē ꝑſe-
ueret.nulla aduerſario deꝛ occaſio ſz falſa retrahaꝛ obla-
tio.¶ Deinde cū dicit.Naz q̄ ſtatuit ⁊c.Hic oñdit q̄ cu-
ſtos v̄ginis bene facit eā in ſtatu v̄ginali ſuando.vbi im
plicaꝛ quadruplex ꝯditio ad h° expediēs.Pria q̄ cuſtos
firm⁹ ſit in ꝓpoſitio eā v̄ginez cuſtodiēdi.Scd̄a q̄ nō ti-
meat de caſu v̄ginali ibi.Nō hn̄s neceſſitatē ⁊c Tertia
q̄ cognoſcat in v̄gine ꝓpoſitū ꝯtinēdi ibi.Poteſtatē au
tem hn̄s ⁊c.Quarta q̄ hoc faciat ex deliberatiōe ibi.Et
hoc iudicauit.Dicit ergo.nā q̄ ſtatuit ⁊c.q.d.ideo aūt di
co q̄ nō peccat q̄ tradit v̄ginez.naz de alio q̄ ſuat eā patz
q̄ bene faciat.Nā q̄ ſuat in corde ſuo ſuare v̄ginem ſuaz
firmus in ꝓpoſito ſuo nō curās ſobolē vł' aliud huiuſmōi
nō hn̄s neceſſitatē tradēdi eā cū v̄go velit cōtinere.ꝑtā-
tem aūt hn̄s ſm alūne ꝯtinentiā voluntatꝭ ſue ꝑficiēde.⁊
hoc iudicauit in corde ſuo.i.ex iudicio rōnis nō ex leuita
te mētis diſcernit eſſe bonū.1ᵉ.thy.5.Sine ꝑiudicio ni-
hil facias.iudicauit inq̄ ſuare virginē ſuaz.Ambroſius
Nō ingerens ei fomitem nuptiaꝝ.Ecc.7.Filie tibi ſunt
ſerua corpus illarum.Qui facit inquam ſic bene facit.
¶ Deiñ cū dic.Igiꝛ ⁊ q̄ mr̄imonio ⁊c.hic oñdit q̄ lz vtrū
q̄ ſit bonū.tn̄ v̄ginitas ē melior mr̄imonio.Vbi p° ap-
pbat ſtatū ꝯiugalē.Scd̄o ꝑponit ſtatū v̄ginalē ibi.Qui đ

iūgit ꝛc. Dic ḡ. Igit̄ ꝛ q̄ ꝛc. q. d. qꝛ oportet fieri vt dixim⁹
igit̄ ꝛ qui mr̄imonio iungit virginem bene facit. quia lici
tum eſt qḋ facit. ꝛ q̄ non iungit cū virgo acqeſcat contine-
re melius facit. Glo. melius facit q̄ apud deū meritū ſuuꝫ
collocat ꝛ a ſollicitudine liberat eaꝫ. Melius em̄ eſt qḋ li
cet ꝛ expedit. ꝙ̄ qḋ licet ꝛ non expedit. Hic em̄ bene vti-
tur malo: ibi vero bene vtit̄ bono. Bene vtit̄ q̇s bono con
tinentiam dedicans deo. Male vtit̄ q̇s bono cōtinentiaꝫ
dedicans idolo. Male vtit̄ q̇s malo concupiam relaxans
adulterio. bene vtit̄ malo cōcupiam reſtringens cōnubio.
Bonū eſt pudicitia cōiugalis. ſed melius eſt cōtinētia vir-
ginalis vel vidualis ſm̄ glo. ¶ Deinde cū dicit. Mulier
alligata eſt legi ꝛc̄. hic oſtendit ꝙ non ſimilit̄ coniugata
niſi viro mortuo poteſt contrahere. Ubi primo oſtendit ꝙ
cōiugata non poteſt nubere viro viuēte. Secundo ꝙ vi-
ro mortuo pōt alij nubere ibi. Q ſi dormierit ꝛc. Tertio
ꝙ meli⁹ eſt illi ꝯtinere ibi. Beatior aūt erit ꝛc. Quarto ꝙ
debet conſilio eius credere ibi. Puto aūt ꝙ ꝛ ego ꝛc̄. Di
cit ḡ. mulier alligata eſt ꝛc. q̄ſi dicat. Qui non iungit vir
ginē ſuā melius facit. Et vere melius. qꝛ mulier alligata
eſt ꝛc̄. Uel ſic virgo q̄cūqꝫ tempore pōt nubere ſꝫ vxorata
nō. qꝛ mulier alligata eſt legi ita vt non poſſit nubere alte
ri quanto tp̄e vir eius viuit Ro. 7. Que aūt ſub viro eſt
mulier viuente viro alligata eſt lege viri. ¶ Deinde cum
dicit. Q ſi dormierit ſomno mortis. de q̄ dormitione Io.
11. Lazarus amic⁹ noſter dormit. Uir eius ꝛc. Aug. Nō
dicit p̄mus. ſcd̄us. vel tertius. vel quart⁹. vel q̄ſqꝫ licꝫ.
Nec nobis diffiniendū eſt qḋ non diffinit ap̄lus. Ūn̄ nec
vllas nuptias debeo damnare nec eis verecundiā nume-
roſitatis afferre. Si dormierit inq̄ꝫ liberata eſt a lege viri
vnde ꝑmittit̄ ei nubere. Hinc patet ꝙ reſurgēti nō tenet̄
copulari: ſed cui vult nubat. Inuite em̄ nuptie ſolent ha-
bere malos ꝓuentus. ideo dr̄ Gen̄. 24. Uocem⁹ puellā
ꝛ queram⁹ volūtatē ei⁹. Nubat inq̄ꝫ tm̄ in dn̄o. i. viro ſue
religionis naꝫ in diſpari cultu ꝓhibitū ē in lege matrimo
niū deut. 7. Per hanc licentiā ap̄li reuocate ſunt oēs pe
ne ꝛ infamie. q̄ ſm̄ leges infligebant̄ olim mulieri. ſecun-
do nubenti infra tempus luctus ſcꝫ vltra ān̄ū. Ergo in nu
ptiis exigit̄ ꝑſonaꝝ legitimitas vnde dicit̄ liberata ē. Cō
ſenſu's libertas. Unde addit Cui vult nubat. Cultus pa-
ritas. Ūn̄ ſubdit. Tm̄ in dn̄o. ¶ Deinde cū dicit. Beati-
or aūt erit ꝛc̄. Hic oñdit ꝙ melius eſt illi ꝯtinere q̄ꝫ nube-
re dicens. Quis liceat ei nubere tn̄ beatior erit ſi ſic ꝑman
ſerit ſcꝫ innupta. Et hoc eſt cōſiliū meū ſupra codē datum
habebit em̄ fructuꝫ ſexagiſimū qui debetur viduis Mat.
13. Auguſtinus. ſatis oſtendit beatam eſſe poſt morteꝫ vi
ri. ꝛ ſecundo nubentem. ſed beatior ē nō nubens. ¶ De-
inde cum dicit. Puto auteꝫ ꝙ ꝛ ego ꝛc̄. Hic vltimo oſtē-
dit ꝙ debent conſilio eius credere quia inſpirante ſpiritu
ſancto hoc conſulit. Et hoc eſt qḋ dicit. Puto auteꝫ ꝛc̄.
quaſi dicat. faciendum eſt ſcd̄m conſilium meum quia pu
to ꝙ ꝛ ego ſicut ceteri apoſtoli ſpiritum dei habeā. Ro.
8. Sed ꝛ noſipſi primitias ſpiritus habentes ꝛc̄. Hoc er
go conſilium debet impleri ꝛ propter fructum ſequentem
quia beatior erit ꝛ propter conſulentis auctoritateꝫ. quia
ſcd̄m conſilium meum. ꝛ propter ſpiritum dei inſpirantē.
quia puto ꝛc̄. Hic queritur ſuper illo verbo. Uolo vos ſi-
ne ſollicitudine eſſe. Contra. Ro. 12. Sollicitudine non
pigri. Reſponſio. Ibi loquitur de ſollicitudine ſpirituali
hic de temporali. Item ſuper illo diuiſus eſt. Contra
Oſee. 10. Diuiſū ē cor eoꝝ nūc interibūt. Rn̄ſio. Ibi lo-
quit̄ de diuiſiōe intēriōis ꝑncipalis h̄ de diuiſiōe actiōis
Itē glo. ibidē: parti fuit mūdo. Cōtra. Mat. 6. Nemo
pōt duob⁹ dn̄is ſuire. Rn̄ſio. Ueruꝫ eſt ita ꝙ eq̄liter ſer
uiat vtriqꝫ in eo ꝙ duo id eſt contrarij ſunt. ¶ Iteꝫ ſuper
illud. Mulier innupta cogitat que domini ſunt: gloſa nō
cogitat ne damnetur a deo. Cōtra. damnari poteſt vt pa-
tet in parabola de fatuis virginib⁹. Reſponſio. non cogi-
tat hoc ſolum. ſed cum hoc etiam ne offendat ſponſum.
¶ Itē ſuper illud. Ut ſit ſancta corpore ꝛ ſpiritu. glo. non
poteſt fieri vt non ſit ſanctum corpus quo vtitur ſanctifi-
cator ſpirit⁹. Contra. ſpiritusſanctus vſus eſt lingua cay-
phe non ſancta. Io. 11. Reſponſio. vtebat̄ ea vt ſpiritus
non vt ſanctificator. Item ſed ad id quod honeſtum eſt.
Contra. ergo matrimoniū turpe. Reſponſio ſm̄ glo. Po
ſitiuū poſuit pro comparatiuo. ¶ Item ſuper illud. Qui
non iungit melius facit. gloſa. hic ſcilicet in coniugio be-
ne vtitur homo malo. Contra. cuius vſus bonus eſt ip-
ſum quoqꝫ bonuꝫ eſt. Reſponſio. illud intelligitur de vſu
rei per ſe ſcilicet ad quem ordinata eſt non per accidens
ſcilicet ad quem ex prudentia vtentis ordinat̄. Item glo.
ibidem. Melius eſt bene vti bono q̄ꝫ bene vti malo. Con
tra. Hoc difficilius illo. Reſponſio. loquitur hic de malo
vitij non ſupplicij. Item ſuper illo verbo in gloſa due ꝑ-
miſſe. Contra. ergo due nuptie non ſunt a deo. Reſpon-
ſio. Non ex eo ꝙ due niſi ex conſequenti. Item ſi dormie
rit vir quid dicēdū eſt ſi reſuſcitat̄? Rn̄o. req̄rit̄ conſenſus
nou⁹ ad hoc ꝙ ſit mr̄imoniū. Itē ſup illud. puto ꝙ ſp̄m
dei habeā. Cōtra. Ro. 8. Cert⁹ ſuꝫ ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vi
ta ꝛc̄. Rn̄o. ſm̄ glo. n̄ dic̄ hoc dubitādo ſꝫ q̄ſi increpādo.

## Incipit capitulū octauū.

De his aūt q̄ idolis ſacrificant̄ ſci-
muſ. qꝛ oēs ſciam habemus. Scia
inflat. Charitas vero edificat. Si
q̇s aūt ſe exiſtimat ſcire aliquid:
nondū cognouit queadmodū oporteat eum
ſcire. Si quis aūt diligit deū hic cognitus eſt
ab eo. De eſcis aūt que idolis imolant̄ ſcim⁹
qꝛ nihil eſt idolum in mundo. ꝛ ꝙ null⁹ de⁹
niſi vnus. Nā ꝛ ſunt qui dicant̄ dij: ſiue in ce
lo ſiue in terra. ſiquidē ſunt dij multi ꝛ domi
ni multi: nobis tn̄ vnus de⁹ pater ex q̄ oīa:
ꝛ nos in illo. ꝛ vnus dn̄s ieſus xp̄s ꝑ quē oīa
ꝛ nos ꝑ ipſum. Sed nō in oīb⁹ eſt ſcia. Qui-
dam aūt cum conſcientia vſqꝫ nūc idoli qua-
ſi idolotitū manducāt. ꝛ conſcia ipſoꝝ cuꝫ ſit
infirma polluit̄. Eſca aūt nō nos cōmendat
deo. Neqꝫ em̄ ſi manducauerim⁹ abundabi-
mus neqꝫ ſi nō manducauerim⁹: deficiem⁹.

Excluſo errore circa correctionē criminū: ca. 5. et. 6. Iteꝫ
circa virginitatē ꝛ matrimoniū. cap̄lo ſeptimo: hic exclu-
dit errorem circa eſum ꝛ abſtinentiā ciboꝝ cap̄lo iſto et. 9
et. 10. loquēs de his que idolis imolabant̄ a qb⁹ q̄uis in
ſe licitis abſtinere monet. Primo allegando eis ſcandalū
infirmoꝝ ca. iſto. Scd̄o exemplū ſui q̄ ꝓpt̄ alios abſtinet
a receptione ſumptuū licitoꝝ cap̄lo nono. Tertio exēpluꝫ
pene iudeoꝝ poſt tanta beneficia dei in deſerto ꝓſtratoꝝ
cap̄lo. 10. Ergo ꝓpter ſcandalū ꝓximi exemplo ap̄li ꝓpt̄
timorē ſupplicij debem⁹ abſtinere a cibis aliquādo licitꝫ.
In p̄mo oñdit ꝙ in ſe licita eſt comeſtio idolotitoꝝ. Se-
cūdo monet nihilomin⁹ abſtinere ꝓpter ſcādalū frm̄ in-
firmoꝝ ibi. Uidete ne forte ꝛc̄. In prima p̄mo ꝓponit ꝙ
maiores eoꝝ h̄nt ſciam de idolotitis. Scd̄o oſtendit q̄leꝫ
ſcientiā habēt de eis ibi. De eſcis aūt q̄ idolis imolant̄ ꝛc̄
Tertio ꝙ quidā infirmi hac ſcientia carēt ibi. Sꝫ in om-
nibus nō eſt ſcia ꝛc̄. Quarto ꝙ alij corā eis idolotita ede
re nō debēt ibi. Eſca aūt nos n̄ cōmēdat deo. In p̄ma p̄⁹
dicit ꝙ de idolotitiſ ſciaꝫ h̄nt. Scd̄o ꝙ eā ſine caritate in-
utiliter habent ibi. Scia aūt inflat ꝛc̄. Tertio oñdit a qb⁹

habeat̃ hec ſcientia inſufficiēter ibi. Si quis aūt exiſtimat
Quarto a q̄bꝰ ſufficiēter ibi Si aūt q̄s diligit ⁊c. Dicit ḡ
de hijs aūt ⁊c. q. d. d̾ p̄dictꝭ q̄ſiuiſtꝭ a me. ſ. de ꝑtinētibus
ad matrimoniū d̾ alijs aūt vt d̾ imolatis idolo n̄ fuit neceē
querere q: om̄es ſcitis ſup̄ hoc veritatē. ⁊ hoc eſt qđ dicit
de his aūt q̄ idolis ſacrificant̃ an liceat edere vł nō. ſcimꝰ
ego ⁊ vos ꝙ liceat ea comedere ſm̄ illud Tit. 1. Omnia
munda mundis. Scimus q: oēm ſciam habemꝰ ego ſcꝫ ⁊
vos perfecti inter alios ſcꝫ ſciam de creatore ⁊ creaturis.
⁊ iō minꝰ excuſabiles ſi male facimus. ¶ Deinde cū dicit
Scientia aūt inflat ⁊c. hic oſtendit quō ſine charitate ſci
entiam inutiliter habent q̄ſi dicat. Habetis q̄dē ſciam: ſꝫ
non valet vobis. quia inde ſup̄bitis contra ignaros. ſcia
aūt ſi ſola ē inflat. Eccēs. 1. In multa ſapia multa ē indi-
gnatio. Act. 26. Multe lr̄e te faciūt inſanire. Hec enim
fuit plaga egyptioꝝ. i. ſapientiū huius mundi veſſce tur-
gentes Exo. 9 Caritas vero edificat infirmos q̄ qđ eis ob
eſſe pōt dimittit: q: non querit q̄ ſua ſunt. Unde addēda
eſt ſciētie charitas. Aug. Addite ḡ ſcie charitatē ⁊ vtilis
erit ſcia. Per ſe quidē ē inutilis. ex charitat vtilis. Phi-
loſophꝰ. Scire aut nihil aut parū ꝓdeſt ad vtūtē. ¶ De
inde cū dicit. Si q̄s aūt exiſtimat ⁊c. hic oſtendit a q̄bus
hec ſcientia hētur inſufficienter. q: ab illis q̄ ea vtunt̃ in
nocumentū ꝓximi. ⁊ eſt ſua ratio talis. Quicūꝗ habꝫ ſci
entiam ⁊ nō modū vtendi ea. habet ſciam inſufficiēter: ſed
q̄ habet ſciam ſine charitate eſt hmōi. ergo q̄ habet ſciam
ſine charitate habet inſufficiēter ſciam. Primo ergo ſup-
ponit ſciam ſine charitate. Scđo oſtēdit inſufficientiā ta-
lis ſcientie ibi. Nondū cognouit ⁊c. Tertio rōem inſuffi-
cientie ibi. Quēadmodū oporteat ⁊c. Dicit ḡ. Si q̄s aūt
⁊c. q̄ſi dicat habetis ſciam ſed nō ſufficientē: q: ſi q̄s vr̄m
exiſtimat ſe ſcire habēs ſciam ſine charitate: aliq̄d ſcit ſcꝫ
ꝙ liceat comedere idolotita. nondū tm̄ cognouit q: non ſe
cognoſcere facto oſtendit quō oporteat eum ſcire. i. q̄liter
debeat vti ſcientia. q: in edificationē non in nocumentuꝫ
aliorum. Scire aūt contingit dupliciter. ſcꝫ habere ſciam
⁊ vti ſcientia. ſicut videre habere viſum. ⁊ vti viſu. Glo.
Bernardi. Hic nō approbat aplꝰs multa ſcientē ſi modū
ſciendi neſcierit. Modus enim ſciendi eſt vt ſcias quo or
dine: quo ſtudio. quo fine ſcire queꝗ oporteat. q̄ ordine
vt id prius qđ maturiꝰ eſt ad ſalutem. quo ſtudio vt id ar
dentius qđ efficatius eſt ad amorē. q̄ fine vt nō ad inaneꝫ
gloriā vel curioſitatē velle aliq̄d ſꝫ ad edificationē tui et
ꝓximi. Sūt nāꝗ q̄ ſcire volunt eo fine tantū: vt ſciāt ⁊ cu
rioſitas eſt. quidā vt ſciant̃ ⁊ vanitas eſt. quidā vt ſcienti
am vendāt ⁊ turpis queſtus eſt. quidā vt edificent̃ ⁊ pru-
dentia eſt. quidā vt edificent ⁊ charitas eſt. ¶ Deiñ cum
dicit. Si q̄s aūt diligit ⁊c. hic oñdit a quibꝰ hec ſciētia ha
bet̃ ſufficienter: q: ab illis q̄ vtūtꝫ ea ex charitate. Primo
ḡ ſupponit ſciam cū caritate. Secūdo oſtendit ſufficiētī-
am talis ſcie ibi. Hic cognitus eſt. Dicit ḡ ſi quis ⁊c. q. d.
Ille ꝑfecte non ſcit q̄ neſcit quēadmodū oporteat eū ſcire
Si quis aūt diligit deum ⁊ ita cum ſcia habet charitateꝫ
hic cognitus id ē approbatꝰ eſt ab eo. Nouit eñ dñs qui
ſunt eius. 2. Ti. 2. Unde talis vere ſcit deo approbāte q:
bñ vtit̃ ſcientia ꝓpter charitatē ānexā. ¶ Notādū eſt hic
ꝙ ad hoc ꝙ aliq̄s ſciat quēadmodū oportet ſcire. ix. ſunt
neceſſaria. Pr̄o humiliter ſine inflatiōe Phil. 4. Scio
humiliari. pſ. Si non humiliter ſentiebā. Scđo ſobrie ſi
ne preſumptione. Ḡ. 1. Nō iudicaui me ſcire Ro. 12. Non
plus ſapere ꝙ oportet Tertio certitudinalit̃ ſine heſitatio
ne. 2 Ti. 1. Scio cui credidi ⁊ certus ſum. Quarto vera
citer ⁊ ſine errore. 2. Ti. 3. Semp̄ diſcentes ⁊ nūꝗ ad ſci-
entiam veritatis ꝑuenientes. Quinto ſimplicit̃ ſine dece-
ptione. 1. Ti. 6. Oppoſitiones falſi nōis ſcientie. Sexto
ſalubriter cū caritate ⁊ dilectiōe. infra. 13. Si habuero om
nem ſcientiā caritatē aūt nō habuero. Septimo vtilit̃ cuꝫ

ꝓximoꝝ edificatione. infra. 12. Alij dat̃ ſermo ſcientie in
eodem ſpū. Octauo liberaliter cum gratuita cōmūicatio-
ne ſap. 6. Ponā in lucē ſapiam eius. Nono efficaciter cū
bona operatione. Scienti eñ bonū ⁊ non facienti pctm̄ ē
illi. Jac. 4. Primū ſcꝫ humilitas ſcientie arguit ſapien-
tes ſup̄bos. ſobrietas curioſos. certitudo dubioſos. veri-
tas hereticos. ſimplicitas aduocatos. ſalubritas magnos.
vtilitas iniq̄s. liberalitas auaros. efficatio ocioſos. ¶ De
inde cum dicit. De eſcis aūt q̄ idolis ⁊c. hic oñdit qualeꝫ
ſciam habēt de idolotitis: oſtendēs p̄mo ꝙ ſciūt idolū ni
hil eſſe. Scđo ꝙ ſciūt oīa a deo eſſe ibi. Nā ⁊ ſi ſunt q̄ di-
cant̃ dij ⁊c. In p̄ma p̄mo dicit idolū nihil eſſe. Scđo iu-
xta hoc ad declarationē oñdit deuꝫ nō niſi vnū eſſe ibi Et
ꝙ nullus deus ⁊c. Dicit ḡ. de eſcis aūt ⁊c. q. d. p̄dictis
modis non valet ſcientia. ſed tm̄ de eſcis q̄ imolant̃ idolis
ſcimus ſcientia vera ſcꝫ ꝙ in ſe ſunt licite nec ꝓpter idolū
ſunt imūde. ⁊ hoc q: idolū nihil eſt in mundo. Hoc tripli͛
exponit̃. Primo mō ſic. Idolū nihil eſt in mundo. i. inter
creaturas mūdi q̄tū ad formā idoli. licet eñ materia ido
li ſit aliq̄d ſcꝫ aurū vł argentū vel hmōi tm̄ nil eſt forma ſcꝫ
q̄ credit̃ ibi eſſe ab idolatris q̄ credūt idolū eſſe deū Eſa.
41. Ecce vos eſtis ex nihilo ⁊ opus vr̄m ex eo qđ nō eſt.
Secūdo mō ſic idolū nihil eſt ſcꝫ ꝑſona ſubſiſtens ex ſimu
lacro ⁊ ſpū p̄ſidente. Ex illis eñ duobus nihil fit ſicut ab
idolatris putat̃. Jere. 10. Cōfuſus eſt oīs artifex in ſcul-
ptili q: falſum eſt qđ cōflauit ⁊ nō eſt ſpūs in eo. Tertio
mō ſic idolū nihil eſt in mūdo. i. nullius rei q̄ ſit in mundo
habet ſilitudinē. Eſt eñ differētia int̃ idolū ⁊ ſimulacrū
q: ſimulacrū dicit̃ qđ fit ad ſilitudinē rei alicuiꝰ naturalis
idolū ad nulliꝰ rei fit ſilitudinē vt ſi corpori humano ad-
dat̃ caput equinū Eſa. 40. Cui ſimilē feciſtis deū ⁊c. Et
ſcimus etiā ꝙ nullus deus niſi vnꝰ deut. 6. Audi iſrael
dñs deus tuus deꝰ vnꝰ eſt. ¶ Deinde cum dicit. Nā ⁊ ſi
ſunt q̄ ⁊c. hic oñdit ꝙ ſciunt oīa a deo eſſe nō a dijs nun-
cupatiuis vel adoptiuis vt ſunt idola vel ſancti ſꝫ ab vno
ſummo. Pr̄o ḡ dicit quō pōt īntelligi deoꝝ pluralitas. ſ.
p̄ adoptionē vel nuncupationē. Secūdo quō eſt diuinita
tis vnitas ſcꝫ p̄ eſſentiā ibi. Nobis tm̄ vnꝰ deus ⁊c. Ubi
p̄mo tangit vnitatē in pr̄e. Scđo in filio ibi. Et vnꝰ dñs
⁊c. In p̄ma tangit tria ſcꝫ eſſentiā q: vnus deꝰ. ꝑſonā q:
pater. potentiā ex q̄ oīa. clementiā q: ⁊ nos in illo. ſilit̃
iſta tangit in filio. Dicit ḡ. Nā ⁊ ſi ſunt ⁊c. q. d. ⁊ vere nō
eſt niſi vnus deus. Nā ⁊ ſi ſunt q̄ dicant̃ dij vere ꝑticipati
one diuinitatis vt ſancti. pſ. Ego dixi dij eſtis. ſiue in ce-
lo vt ſancti comp̄henſores. ſiue in terra vt ſancti viatores
Si quidē ſunt dij multi vere participatiōe diuinitatis vt
ſancti ⁊ iuſti dñi. aplī ⁊ p̄lati. nobis tm̄ ⁊c. Alio mō legit̃
ſic. Nā ⁊ ſi ſunt q̄ dicunt̃ dij a gentibꝰ ſcꝫ falſa nuncupati
one. ſiue in celo vt ſol ⁊ luna. ſiue in terra vt mercurius ⁊
dyana. ſiquidē ſunt dij multi ſola ſcꝫ nūcupatione ſm̄ gē
tiles. pſ. Om̄es dij gentiū demonia. ⁊ dñi mlti q̄ alijs p̄-
ſunt. nobis tm̄ tm̄ vnꝰ eſt deꝰ eſſentialiter ſcꝫ pat̃ ex q̄ oīa
ſm̄ naturā ⁊ p̄ p̄rnaꝫ auctoritatē. Ro. 11. Ex q̄ oīa ⁊ nos
ī illo p̄ grāꝫ. act. 17 In ipſo viuimꝰ mouemur ⁊ ſumꝰ. Et
vnꝰ cū pr̄e deꝰ dñs ieſus xp̄s Jo. 10. Ego ⁊ pater vnū ſu-
mus. Per quē oīa ſcꝫ facta ſunt ſm̄ naturā. Jo. 1. Om̄ia
p̄ ipſum facta ſunt. ⁊ nos p̄ illum ſcꝫ ſumꝰ in deo p̄ grām
Ro. 1. Per quē accepimꝰ grām ⁊c. ḡ vnus eſt altiſſimus
creator oīm om̄ipotens. Ex his elicit̃ talis ratio. Non eſt
niſi vnus deus qui fecit omnia. ſed multa ſunt idola. ergo
non ſunt deus qui fecit omnia nec creduntur aliquid. er-
go nihil. ¶ Sꝫ nō in omnibꝰ eſt ſciētia. habito ꝙ maiores
illoꝝ habent ſciam de idolotitis. hic oſtendit ꝙ minores
hac ſcia carent. Ubi p̄mo oſtendit ꝙ in quibuſdā defuit
p̄dicta de idolotitis ſcientia. Secūdo ꝙ ꝓpt̃ hoc eſu ido
lotitoꝝ polluit̃ eoꝝ conſcia. Ubi pᵒ tangit pollute ꝯſcien
tie rōem. Secūdo ipſaꝫ pollutionē ibi. Et ꝯſcia ipſoꝝ ⁊c.

Dicit ergo. Sꝫ non oībus ⁊c̄. q̄ſi dicat. hoc ſcimꝰ nos ſcꝫ
ꝙ idoluꝫ nihil eſt. ſed nō in oībus vt in infirmis eſt ſcīa
hec: ⁊ vere nō eſt in omnibꝰ. Quidā eñ ⁊c. Vel ſic. Nos
ſcimus ꝙ idolum nihil eſt in mundo. Quidā eñ cū con-
ſcientia idoli q: ſcꝫ putent idolū aliquid diuinuꝫ eſſe vſqꝫ
nunc id eſt poſt conuerſionē ſicut ante manducāt idoloti-
tum id ē d̄ ſanctificatis idolis ⁊ hoc nō quaſi cibū ſimplici
ter ſed quaſi idolotitū ſcꝫ ī reuerētiā idoli. ⁊ conſcīa illoꝝ
cum ſit infirma polluit̄ ꝑ illos ſcꝫ q̄ hn̄t rectam ſcientiā: ſꝫ
nō cum charitate ꝑ quos in hunc errorē infirmi inducunt̄
deut. 27. Maledictꝰ q̄ errare facit cecū in itinere. Hic in
nuit ꝙ non cibus ſed conſcientia polluit̄ ꝑ pctm̄ comedē
do ad exemplū maloꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Eſca aūt nō
cōmendat ⁊c. hic quarto oſtendit ꝙ corā eis idolotita co-
medere non debēt. Ubi primo oñdit ꝙ huiuſmodi come
ſtio nihil ꝓdeſt apud deū. Secūdo ꝓbat ꝙ nō preſtat ali-
qd̄ bonum augmentū ibi. Neqꝫ eñ ſi nō manducaueritis
Dicit ḡ eſca aūt ⁊c. q. d. Illis nocet vr̄a comeſtio. vobis
aūt non ꝓdeſt. Eſca eñ nos nō cōmendat deo ſed recta fi
des in edendo. Nam nec Eſau eſu lenticule iuſtificatus ē
nec Helias eſu carniū pollutus eſt Ro. 14. Nō eſt regnū
dei eſca ⁊ potus Heb. vlti. Bonū eſt gr̄a ſtabilire cor nō
eſcis. ¶ Deinde cum dicit. Neqꝫ eñ ſi nō māducauerimꝰ
⁊c̄. h̄ ꝓbat qd̄ ꝓpoſuit ⁊ eſt ſua ratio talis. Nō comedere
idolotitū non diminuit bonū: comedere non auget. ergo
talis eſca ſumpta vel non ſumpta nihil ꝓdeſt apud deum
⁊ hoc eſt ꝙ dicit. Neqꝫ eñ ſi non manducauerimꝰ deficie
mus id ē minus ab eo habebimꝰ: neqꝫ ſi manducauerimꝰ
abundabimꝰ in virtutibꝰ: q: eſca ventri nō menti ꝓficit.
⁊ ita cum non ſit de veritate vite iuſticie ⁊ doctrine dimit
tenda eſt ꝓpter ſcandalum.

## Lectio ſecunda.

Videte aūt ne forte hec licētia veſtra
offendiculum fiat infirmis. Si quis
eñ viderit eum q̄ habet ſcientiaꝫ in
idolo recumbētē: nonne cōſcientia eius cum
ſit infirma edificabit̄ ad manducandū idolo
tita? Et peribit infirmꝰ in tua cōſcientia fra-
ter ꝓpter quē xp̄s mortuus eſt. Sic aūt pec
cantes in fratres ⁊ ꝑcutientes conſcientiā eo
rum infirmā. in xp̄o peccatis. Quapropter
ſi eſca ſcandalizat fratrem meū, non mandu-
cabo carnē ineternū ne frēm meū ſcādalizē.

Hec eſt ſecunda pars huius capituli: ſuperius eñ oſten-
dit ꝙ ī ſe licita ē comeſtio idolotitoꝝ. hic monet abſtine-
re ab ea ꝓpter ſcandalū infirmoꝝ. Ubi p̄mo monet ne of-
fendāt frēs ſua comeſtiōe. Scd̄o qd̄ pōt offendere ibi Si
ei q̄s viderit ⁊c. Tertio oñdit malū qd̄ inde pōt accidere
ibi. Et peribit infirmꝰ ⁊c. Quarto prebet ſe in exempluꝫ
abſtinentiū ibi. Qua ꝓpter ſi eſca ſcandalizat ⁊c̄. Dicit ḡ
videte q: q̄tū ad nos nihil ꝓdeſt vel obeſt eſca ipſa. ſꝫ tñ
videte ne forte hec licentia vr̄a q̄ ſcitis licere vobis come
dere de idolotitis offendiculū fiat infirmis in fide q̄ nōdū
ſciunt idolum nihil eſſe. Leuit. 19. Corā ceco non pones
offendiculū. ¶ Deinde cū dicit. Si q̄s viderit ⁊c̄. hic oſtē
dit quō poſſunt offendere q: comedendo idolotitū coram
infirmis vbi implicant̄ quattuor ꝯcurrentia ad ſcandalū.
Prio maior ſcīa. Scd̄o comeſtio idolotiti publica ibi. In
idolo recūbentē. Tertio occaſio ſcandali accepti ibi. Nō-
ne conſcīa eius. Dicit ḡ. ſi eñ q̄s ⁊c. q. d. Et vere pōt eē
offendiculū. Si eñ q̄s infirmꝰ viderit eū q̄ habet ſciam re
cumbentē in idolo id eſt in p̄ñtia idoli. nōne conſcīa eius
cum ſit infirma ꝑ te edificabit̄ id ē ꝑ factū tuū ad mandu-
candū idolotita id ē ſacrificata in reuerētiā idoli. q. d. ſic.
videns eñ q̄s frēm peritū ī idolo ſacrificata comedere in-
cipit ipſe edere nō illa conſcientia q̄ ille ſcꝫ peritie cauſa:
ſed ibi putat eſſe numē in cuius reuerentia hoc fiat. ¶ De
inde cū dicit. Et ꝑibit infirmꝰ. hic oñdit malū qd̄ inō pōt
accidere. ⁊ hoc duplex. Primo ſcandalū ꝓximi. Secūdo
offenſaꝫ ꝓximi ibi. Sic aūt peccātes ⁊c. In p̄ma implicāt̄
tria. peccantis conditio q: infirmꝰ. peccandi occaſio. q: in
tua cōſcīa. peccati exaggeratio. q: ꝓpter quē xp̄s mortuꝰ
eſt. Dicit ḡ: ⁊ ita peribit infirmꝰ in fide id ē in tua ſcīa fra
ter. i. occaſione accepta a tua ſcīa. q: te ſapientē videt co
medere. putans ꝙ ſub idoli veneratione comedas ꝓpter
quē ſaluandū xp̄s mortuꝰ ē. ⁊ ita grauiter peccas Ro. 14
Noli cibo ꝑdere illū ꝓ q̄ mortuꝰ eſt xp̄s. Sic aūt peccan-
tes in fratres peccato ſcandali ⁊ ꝑcutientes conſciam eoꝝ
infirmā gladio mali exempli. Amos. 9. Percute cardinē
id eſt conſciam ⁊ cōmouebunt̄ ſupluminaria id ē intelle-
ctus ⁊ affectꝰ. In xp̄o peccatis cuiꝰ mēbra ſunt. nō ait in
xp̄m ſm glo. q: in xp̄m peccare eſt xp̄m negare. i. ꝑpeccare
in fide In xp̄o peccare eſt in his q̄ xp̄i ſunt peccare ſcꝫ in
moribꝰ ſicut ille q̄ in lege eſt dicit̄ in lege peccare. q̄ aūt in
lege non eſt dicit̄ peccare in legem. ¶ Deinde cum dicit.
Qua ꝓpter ſi eſca ⁊c̄. hic vltimo ꝓponit ſe in exemplū ab
ſtinentie. Ubi p̄mo implicat ſcandalū. Secūdo ex hoc ex-
plicat abſtinentie ꝓpoſitū ibi. Nō māducabo ⁊c̄. Tertio
ꝑuenit dubiū ibi. Ne frēm meū ⁊c. Dicit ḡ. Qua ꝓpē ne
ſcꝫ peccē in xp̄m ſi eſca ſcandalizat frēm meū nō manduca
bo carnē aliquā non ſolū idolotita ineternū. ſi ḡ ꝓpter ſcā
dalū frm̄ abſtinendū eſt quaſi a neceſſarijs vite: mlto ma-
gis a ſupfluis. ⁊ hoc nō ideo ꝙ eſca in ſe mala ſit: ſꝫ ne ſcā
dalizem fratrē meū. Nā q̄ ſcandalizauerit vnū de puſil-
lis iſtis expedit ei vt ſuſpendat̄ in collo eiꝰ mola aſinaria
⁊c. Mat. 18. Ro. 14. Oīa munda mūdis. ſed malū ē hoī
q̄ ꝑ offendiculū manducat. ¶ Hic querit̄ ſup illud. Scīa
inflat. Glo: ſcientia ꝑ ſe inutilis eſt. Cōtra. ſcīa ꝑ ſe bona
eſt ḡ ⁊ vtilis. Reᵒ. Inutilis eſt ad ſalutē: vtil' tñ ad mul-
ta alia. ¶ Itē charitas edificat. Cōtra. ſicut ſcīa inflat nō
ꝑ cauſam ſed ꝑ occaſionē ſic ⁊ charitas. Reᵒ. Nō ē ſimile
q: ſcīa habenti ſe manifeſtat. ſed nō ſic charitas: q: nemo
certꝰ eſt de charitate. ¶ Itē ſup illud. Idolū nihil ē glo.
Naturā deus formauit. ſed ſtulticia hoīm formā dedit.
Cōtra. Omē eſſe eſt a deo ḡ oīs forma. Reᵒ. glo. loq̄t̄ de
forma puta in nā nō de vera. ¶ Itē ibidē glo. Forma ho-
minis in idolo nō eſt facta ꝑ verbū. Cōtra. Jo. 1. Oīa per
ipſum facta ſunt. Reᵒ. q̄uis forma hoīs in illo ſit facta ꝑ
verbū nō tñ in idolo id ē ad colēdū. ¶ Itē ibidē glo. ido-
lum nihil eſt q: nulliꝰ rei q̄ ſit in mundo ſimilitudinē habet.
Cōtra. nō pōt artifex cogitare vel formare niſi q̄lia vidit.
Reᵒ Nō hꝫ ſimilitudinē in toto ſed in ꝑtibꝰ. ¶ Itē ſup illō
Nullus deꝰ niſi vnus glo. hoc dicit ne putet̄ eſſe deus in
idolo. Cōtra. deꝰ licꝫ ſit vnꝰ tñ eſt vbiqꝫ. Reᵒ In idolo ē
ꝑ potentiā nō ꝑ p̄ſidentiā vl' vnionē vt putabāt gentiles.
¶ Itē ibidē glo. ꝑs trinitatis nō pōt eſſe q̄ cūqꝫ vnꝰ in tri-
bus. Cōtra. cuiuſlibet numeri ꝑs eſt vnitas. Reᵒ. Trini-
tas non eſt numerꝰ ſimplr̄: ſꝫ numerꝰ ꝑſonaꝝ. ¶ Itē ſup
illud. Et ſi ſunt q̄ dicunt̄ dij. Glo. ꝑticipatione diuinitat̄.
Cōtra. diuinitas eſt imꝑticipabil'. Reᵒ. ꝑticipatio hec ꝑ
cauſam eſt non ꝑ eſſentiam. ¶ Item ibidem glo. queritur
vtrū angeli vocādi ſint dij. Reᵒ q̄uis ꝑticipēt diuinitatē
tñ ſm glo. non ſunt dicendi dij ꝓpter periculum adorati
onis. ¶ Item ſup illud. Nobis tñ vnus deus pater gloſa
trinitas eſt nobis vnus pater. nō tñ ille q̄ tertia in trinita
te ꝑſona alius. Contra. Idem ⁊ aduerſum diuidunt ens
Reſpondeo q̄uis idem ⁊ aduerſum diuidant ens creatuꝫ
non tñ increatū. q: ibi eſt idemptitas in eſſentia cū diuer-

ſtate in pſonis. ¶ Itē non in omnib⁹ eſt ſcientia. Cōtra ſupra eodē. Omēs ſciētiam habemus. Reſponſio. Illud non intelligit vniuerſaliter. ſed de maiorib⁹ ¶. Itē ſup illud. Eſca non cōmendat nos deo dicit glo. ſumpta vel nō ſumpta. Cōtra. Ergo abſtinētis nihil meret. Reſpō. Nō vſ⁹ eſce ſ3 vſ⁹ abſtinētie ꝓdeſt. ¶ Itē ſi eſca ſcādalizat ⁊c. Cōtra ḡ ꝑ ſcandalo fratris a pane ⁊ vino abſtinēdū eſt imperpetuū. Reſponſio. Nō eſt ſimile de neceſſarijs ⁊ ſuperfluis. Vel loquit hic de ſcandalo actiuo non paſſiuo. Vel pfectionis eſt hoc nō neceſſitatis. ¶ Notandū eſt hic ſup illō. Vnus deus. ꝙ deus pōt accipi multipliciter. ſ. falſa nuncupatione. ſic idola dicunt dij pš. Omnes dij gentiū demonia. Iere. 10. Dij qui celū ⁊ terram non fecerūt pereant ō t̄ra. Vera adoptiōe ſic ſcti dicūt dij pš. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excelſi oēs: vos autē ſicͭ ⁊c. Mūdana prelatiōe ſic ꝑlati dicunt dij Exo. 22. Dijs non detrahes. Jo. 10. Si illos dixit deos ad quos ⁊c. Eſſentie ꝓprietate. ſic trinitas dicit deus deut. 6. Audi iſrael dñs deus tuus vn⁹ eſt. ¶ Item notandū ꝙ xp̄s vnus ſine pari multiplicit dicitur. Primo vnus deus ꝓpter naturaȝ diuinitatis. Vn̄ ſic nullus eſt deus niſi vnus. Scḋo vnus creator ꝓpt infinitatē poteſtatis Ecc. 1. Vnus eſt altiſſimus creator omniū. Tertio vnus homo ꝓpter ſingularē eminentiaȝ ſanctitatis pš. Non eſt q̄ faciat bonuȝ ⁊c. Jo. 11. Expedit vt vnus moriat homo. Quarto vn⁹ dñs ꝓpter gubernationē ꝑlatōis. Eph. 4. Vn⁹ dñs vna fides ⁊c. ⁊ hoc mō vn⁹ dñs ieſus chriſtus. Quinto vnus magiſter ꝓpter infuſionē cognitiōis Mat. 23. Nō vocemini magiſtri q: mgr̄ veſter vnus eſt xp̄s. Sexto vn⁹ pater ꝓpter ꝓductionē vniuerſitatis Mat. 23. Vnus eſt eñ pater veſter q̄ in celis ē. Septimo vnus paſtor ꝓpter generalē refectionē populi fidelis. Jo. 10. Fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. Octauo vna hoſtia ꝓpter ſingulare precium noſtre redemptionis Heb. 10. Vna enim oblatione conſumauit ineternū ſanctificatos.

## Incipit capitulū nonū.

Non ſum liber non ſum apoſtolus Nōne xp̄m dñm noſtrū vidi nonne opus meum vos eſtis in dño? Et ſi alijs non ſum apl's. ſed tñ vobis ſum. Nam ſignaculum apoſtolat⁹ mei vos eſtis in dño. Mea defenſio apud eos q̄ me interrogant hec eſt. Nūquid nō habem⁹ poteſtatē manducandi ⁊ bibendi? Nunquid non habem⁹ poteſtatē ſororem mulierculaȝ circūducendi. ſicut ⁊ ceteri apl'i ⁊ fratres dñi ⁊ cephas? Aut ſolus ego ⁊ barnabas non habemus poteſtatē hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̄? Quis plantat vineam: ⁊ de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem: ⁊ de lacte gregis nō manducat? Nūquid ſm hominē hec dico. An ⁊ lex hec non dicit. Scriptū eſt eñ in lege moyſi. Non alligabis os boui trituranti. Nūquid de bobus cura eſt deo? An ꝓpter nos vtiq̄ hoc dicit. Nam ꝓpter nos vtiq̄ ſcripta ſunt. quoniam debet in ſpe qui arat: arare. ⁊ qui triturat in ſpe fructus percipiendi.

Superius monuit cauere ab edendo idolotita corā infirmis ꝓpter ſcandalū fratru īfirmorū: hic ꝓponit ſe in exēpluȝ q: ꝓpter alios abſtinet ſe a ſibi licitis ſcȝ ab acceptione ſumptuū. vbi ṗmo ꝓponit multipliciter q: licituȝ eſt ſumptus accipere. Secundo ꝙ nihilomin⁹ nō vult accipere ibi. Ego aūt nullo eorum vſus ſum ⁊c. In prima pte ꝙ licitū ſit ſumpt⁹ accipe ꝓbat tripliciter. Primo ꝑ auctoritatem. Secundo ꝑ rōem. Tertio ꝑ exemplorū ſimilitudinem ibi. Neſcitis ꝙ hi q̄ ⁊c. In ṗma ṗmo ꝓbat ꝑ auctoritatē aplice dignitatis. Secūdo ꝑ auctoritatem humane ꝯſuetudinis ibi. Quis militat ſuis ſtipēdijs ⁊c. Tertio ꝑ auctoritatē diuine legis ibi. Nūqd ſm hoīem ⁊c. In ṗma ṗmo ꝓbat ꝙ ſit aplus generalit. Scḋo ꝙ ſit aplus eorū ſpecialiter ibi. Et ſi alijs nō ſum aplus. Tertio ꝙ poteſt accipe ſumptus licite ibi. Nūqd non habem⁹ ⁊c. In ṗma primo querit an habeat libertatem accipiendi ſumptus. Secūdo an ſit aplus ibi. Nō ſum aplus ⁊c. Tertio ꝓbat duplici ratione ꝙ ſit liber ⁊ aplus ibi. Nonne dñm ieſum xp̄m ⁊c. Dicit ḡ nō ſum liber ⁊c. q. d. Abſtinete ab hoc licito ſcȝ ab eſu idolotitoruȝ: q: ego etiā abſtineo a ſtipendijs cū tñ habeā libertatē accipiendi. Nūquid eñ non ſum aplus. imo vere ſum aplus. Gal. 2. Qui opatus eſt Petro in aplatū circumciſionis opatus eſt ⁊ mihi inter gētes Eſt ergo ratio ſua talis. Oīs aplus rōne ſui aplat⁹ habȝ libertatē accipiēdi ſumptus. ſed ego ſum aplus vtrūq̄ ꝓbat poſtea. ḡ ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Nōne dñm ieſuȝ xp̄m ⁊c. hic ꝓbat duplici rōne ꝙ ſit aplus. ṗmo ꝑ cauſaȝ. ſecūdo ꝑ effectū ibi. Nōne opus meū ⁊c. Prima ratio ſumit ex pte xp̄i mittentis. Secūda ex pte corinthiorū q̄bus mittitur. Prima ratio talis eſt. Ego vidi dñm q̄ me miſit ad predicandum. ḡ ſum aplus. Et hoc eſt ꝙ dicit. Nōne ⁊c q. d. Vere ſum aplus. Nōne dñm ieſum xp̄m vidi. hoc dicit ꝓpter pſeudo aplōs q̄ dicebant ipſum nō eſſe aplum. q: non fuerat in ſocietate dñi ſicut ceteri apli. Ipſe aūt vidit euȝ iam īmortalē ſm glo. Vel in via act. 9. Vl. in templo act. 22. Unde act. 9. Barnabas apprehenſuȝ illū duxit ad aplōs ⁊ narrauit quō in via vidiſſet dñm. infra. 15. Nouiſſimo oīm tanq̄ abortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Nonne opus meū ⁊c. Ecce ſecūda ratio talis. Vos eſtis conuerſi ad fidē ꝑ me miſſum ad hoc. ḡ ſum aplus. Nōne op⁹ meū vos eſtis o corinthij ſicut templū architecti. ῑ. 3. Ut ſapiens architectus fundamentū poſui. ¶ Item vt filius op⁹ genitoris. ῑ. 4. In xp̄o ieſu ꝑ euangeliū vos genui. opus inq̄ meū ⁊ hoc in dño id ē dño coopante. Vel in dño id ē ad glām dñi. q. d. ſic eſtis. ¶ Deinde cum dicit. Et ſi alijs aplis ⁊c. hic ꝓbat ꝙ eſt aplus eorū ſpecialiter. Ubi ṗmo ꝓponit ꝙ eſt aplus eorū ſpecialiter. Scḋo ꝓbat hoc ꝑ effectum ibi. Nā ſigillū aplatus ⁊c. Tertio oſtendit ꝙ ꝑ effectū illuȝ defendit ſe eſſe aplum ibi. Mea defenſio ad eos ⁊c. Dicit ḡ. Et ſi ⁊c. quaſi dicat. Vere opus meū eſtis: q: ⁊ ſi alijs ſcȝ iudeis quorū legem euacuo nō ſum id ē nō videor eſſe aplus. ſed tñ vobis ſum q̄ ꝑ me cōuerſi eſtis ſpecialiter Ro. 11. Quādiu gentiū ſum aplus miſteriū meū honorificabo. Et vere vobis ſum aplus nam vos eſtis ſigillum aplatus mei id eſt forma ⁊ ſigillū: q: aplatus me⁹ impreſſus eſt in vobis ſicut forma ſigilli in cera. Glo. In vobis appet ꝙ ſum aplus duȝ habetis ꝑ me qḋ etiā ꝑ alios aplōs. 1. corin. 9. Signa aplatus mei facta ſunt ſuper vos: Vos eſtis inq̄ in dño id ē dño ꝑncipali actore: ⁊ vere ita eſt: q: mea defenſio ad eos q̄ me interrogant vtrū ſcȝ ſim aplus. ſ. hoc eſtis vos: ꝑ vos eñ oſtēdo me eē aplm. ¶ Deinde cuȝ dicit. Nūquid nō habem⁹ ⁊c. hic oſtendit ꝙ poteſt accipe ſumpt⁹ licent. Ubi ṗmo q̄rit an habeat hāc ptātē generalit. Scḋo q̄tū ad pſonas dēminatas ſpecialit ibi. Nūqd non habem⁹ ptātem ⁊c. Tertio an ipſe

Barnabas ſint hac poteſtate priuati ſingulariter ibi. An ego ſolus ꝛc. Dicit ergo nunquid ꝛc. quaſi dicat non ſcꝫ ſim apl'us nūquid non habemus ego ꝛ mei poteſtatē manducandi ꝛ bibendi noſtra id eſt viuēdi ſtipendijs noſtris. Auguſtinus. Permiſit dñs non iuſſit apl'is accipere neceſſaria a ſubditis. Nūquid non habem⁹ poteſtatē mulierem ſororem ſcꝫ fide circūducendi nobiſcū ꝓpter ſumpt⁹ miniſtrandos. Ambroſius in glo. Mulieres deſiderio doctrine dñice ꝛ virtutū cupide apl'os ſequebant ꝛ miniſtrabant eis ſumptus ꝛ ſeruitia. Et ſimiliter xp̄m ſecute ſunt. Luc. 8. et. 23. Sicut ceteri apl'i vt habet act. 6. Et ſic fratres id eſt cognati dñi qui maiores ſunt Gal. 2. Jacob⁹ et Johannes q̄ videbant columne eſſe ꝛc. et cephas qui maxim⁹ eſt inter apl'os. vñ cephas interp̄tat caput. Ambroſius non hos rep̄hendit apl'us ſed eoꝝ more ſibi ꝓbat licere. idcirco aūt vt ait Auguſtin⁹. Dñs mulieres miniſtraturas ſequi voluit oſtendens quid debet a plebib⁹ euangeliſtis. Uel ideo etiam ne viderent aliene a ſalute. Aut nunquid ego ſolus ꝛ barnabas. Iſti eñi fuerūt coniuncti ad predicandū gētibus act. 13. Segregate mihi barnabā ꝛ paulum in opus ad qđ aſſumpſi eos. Nō habemus ſm opinionem veſtram poteſtatē hoc operandi ſcꝫ mulieres circumducendi ꝛ ſumptus accipiendi: quaſi dicat imo habemus ſicut alij. ſed oīes alij licite accipiunt. ergo ꝛ nobis licꝫ. ¶ Deinde cum dicit. Quis militat ſuis ſtipēdijs ꝛc. hic ſecūdo ꝓbat ꝙ licꝫ accipe ſumptus ꝑ auctoritatē humane conſuetudinis. ꝛ primo in ſtatu militis. ſecundo agricole ibi. Quis plātat vineā ꝛc. ter⁹ paſtoꝝ ibi. Quis paſcit gregem ꝛc. Militi comparat prelatus ꝓpter ſubſidiū. agricole ꝓpter verbum. paſtori ꝓpter exemplū. Debet eñi ſubditos defendere ſuffragio. plātare v̄bo. paſcere exēplo. Primū reſpicit extra eccl'iaꝫ exiſtētes. ſcđm eccleſiā intrātes. tertiū ī eccl'ia ꝯmorātes. Dicit ḡ. Quis militat q. d. vtiq꜡ hēm⁹ poteſtatē accipiendi ſumptus ꝛ merito. Quis militat ſuis ſtipendijs: q̄ſi dicat vnq̄ nullus. Dabant eñi militibus ſtipendia de republica. Unde Jo. dicit Luc. 3. Contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Sic predicatores ꝛ prelati accipe poſſunt ſumptus a ſubditꝭ. 1. ti. 1. Ut milites in illis militiā bonā. Quis eñi plantauit vineaꝫ ꝛ de fructu eius nō edit? Uinea dñi eſt eccleſia Eſa. 5. Uinea dñi ſabaoth domus iſrael eſt. Apl'i eñi fuerunt plātatores hui⁹ vinee. ſ. 3. Ego plantaui apollo rigauit. Quis etiaꝫ paſcit gregem et de lacte eius nō manducat? Quaſi dicat null⁹. Grex dñi ſunt fideles eccleſie. Ezech. 34. Uos greges paſcue mee. Huius gregis paſtores ſūt prelati ꝛ predicatores. Unde p̄mo prelato dictū eſt. Paſce oues meas Jo. 21. Tales poſſunt paſci de lacte gregis q꜡ poſſunt accipe ſumptus a ſubditis. Si ḡ defendimus plantamus ꝛ paſcimus more boni militis: boni agricole: boni paſtoris licet nobis ſumptus accipe. Sed q꜡ hodie multi ſunt q̄ ſtipendia accipiunt ꝛ non militant. edunt fructū vinee ꝛ non plantant. lac comedunt ꝛ gregem non paſcūt. Ezech. 34. Lac comedebatis gregeꝫ aūt meū nō paſcebatis. ¶ Notandū ſup illud. Nōne dñm ieſum vidi ꝙ multiplicem dñi legimus viſionē. Unam corporaleꝫ que preterijt de q̄ Baruch. 3. Poſt hec ī terris viſus eſt ꝛ cū hominibus conuerſatus. Scđam ſpūalem q̄ preſens eſt pſ. Uacate ꝛ videte qm̄ ego ſum deus ꝛc. Tertiam eternalem: q̄ futura eſt de qua Jo. 17. Uolo vt vbi ego ſum ꝛ illi ſint mecū vt videant claritatē meam. Job. 19. In carne mea videbo deum. Quartā momentaneā que etiā futura eſt de q̄ Luc. 21. Tunc videbunt filium hoīs venientem in nube cum poteſtate magna. Prima fuit in mūdo. Scđa in animo. Tertia in celo erit. Quarta erit in iudicio. p̄ma viſio dat exemplū viuendi. ſecūda adiutoriū proficiendi. tertia deſideriū ꝑueniēdi: quarta odiuꝫ peccandi

Prima dat exemplū viuendi tripliciter q꜡ viſus eſt pauper ꝛ penoſus. vt refrenet cupiditas diuitiarum pſ. Ego ſum pauper ꝛ dolens ꝛc. Et pſ. Uideant pauperes ꝛ letētur. Sic viderūt paſtores Luc. 2. Uilis ꝛ abiectus vt refrenet ambitio honoꝝ. Eſa. 53. Uidimus eum ꝛ non erat aſpectus ꝛ deſiderauim⁹ eum virum deſpectum. Ideo dicit Matth. 11. Diſcite a me q꜡ mitis ꝛ humilis ſum. Afflictus ꝛ paſſus. vt refrenet ꝯcupiſcentia voluptatū Treñ. 1. O vos omnes qui tranſitis ꝑ viam videte ꝛc. Secūda viſio dat adiutoriū ꝓficiendi tripliciter q꜡ dat robur penitentib⁹ culpas ꝛ penas oñdendo ſicͭ ſol attamos. Dañ. 5. Uidit Baltazar manū ſcribentis Job. 42. Nunc oculus meus videt te ꝛc. Spem certantibus mercedē manifeſtādo: ſicut dñs opanti act. 7. Ecce video celos ꝛc. Leticiā contemplantib⁹ preguſtationes offerendo. ſicut tabernarius modicum vini pſ. Guſtate ꝛ videte qm̄ ſuauis eſt domin⁹. Geñ. 32. Uidi dñm facie ad faciē ſicut paulus hic. Tertia viſio eternalis dat deſideriū ꝑueniendi ꝓpter tria videlꝫ ꝓpͤ verā iocūditatē Eſa. vl. Uidebitꝭ ꝛ gaudebit coꝛ veſtrū q꜡ dulce lumē ꝛ delectabile ꝛc. Hoc ſignificatū eſt Jo. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo dño propter iocūditatis multiplicitatē ſiue pluralitatē Eſa. 60. Tūc videbis ꝛ afflues ꝛc. Quippe q꜡ videbim⁹ eū ſicuti eſt. ꝛ ipſe erit omnia in omnib⁹. Erit eñi rationi plenitudo lucis. volūtati multitudo pacis. memorie ꝯtinuatio eternitatꝭ. Propter puritatis eternitatē apoc. vltio. Serui eius ſeruient illi ꝛ videbunt patrem eius ꝛ regnabunt in ſecula ſeculoꝝ pſ. Adimplebis me leticia ꝛc. Quarta viſio dat odium ſiue terrorē peccandi ꝓpter tria. videlꝫ ꝓpter furtum ꝓpalandū corā iudice vidente Malach. 3. Ecce veniet et q̄s ſtabit ad videndū eum? Ipſe eñi q̄ſi ignis cōflans ꝛc. Propter malefactoꝝ ſeuerā vltionē. Latro eñi vidēs ſocium ſuum ſuſpendi plus timet furari. Jere. 7. Ite ad locum meū in ſylo: ꝛ videte q̄d fecerim ibi. Sylo interp̄tat auulſa. Apoc. 1. Uidi ſimilē filio hoīs. Et infra Ex ore eius q̄ſi gladi⁹ ex vtraq꜡ pte acutus exibat ꝛc. Propͤ viſam bonoꝝ premiationē: videns eñi clericus alium prebendari q꜡ bonus cauet a malo. pſ. Uidebunt iuſti ꝛ letabunt ꝛ oīs iniquitas opilabit os ſuū. ¶ Deinde cum dicͭ. Nunquid ſm hoīem ꝛc. hic ꝓbat tertio ꝙ licet ſumpt⁹ accipere ꝑ auctoritatē diuine legis. Ubi p̄mo ꝓponit ꝙ lex hec dicit. Scđo verbū legis ponit ibi. Scriptū eſt eñi ꝛc. Tertio qualiter intelligendū ſit oñdit ibi. Nūquid de bobus cura eſt ꝛc. Dicitꝭ ḡ. Nūquid ꝛc. q̄ſi dicat. Probaui ratione humane conſuetudinis ꝙ licꝫ nobis ſumpt⁹ accipere. Sed nūquid ſm hoīem id eſt ſm humanā conſuetudinem vel ſilitudinē tantū dico hoc? an non lex moyſi diuinitus ꝓmulgata hoc dicit? q̄ſi dicat: immo dicit. Scriptuꝫ eſt eñi in lege moyſi deut. 25. Et habet idē. 1. Ti. 5 Non alligabis os boui triturāti vt poſſit viuere de labore ſuo. i. non ꝓhibebis predicatorē viuere de euāgelio. Triturare eñi eſt ſepare granū a paleis qđ facit predicator abſtrahendo aīas a terrenis: diſcernendo virtutes a vitijs. ſepando vtilia a vanis Jere. 15. Si ſepaueris p̄cioſum a vili quaſi os meum eris. ¶ Deinde cum dicit. Nūquid đ bobus ꝛc. hic oñdit qualiter dicta auctoritas intelligenda ſit Et primo ꝙ intelligēda ſit l'raliter de bobus. Secundo ꝙ non tm̄ l'raliter de bobus: ſed ſpūaliter de predicatoribus ibi. An ꝓpter nos ꝛc. Dicit ergo. Nūquid ꝛc. q̄ſi dicat: Hec auctoritas de bob⁹ ſpūalib⁹ id ē predicatoribus intelligit. Nūquid eñi de bobus materialib⁹ cura ē deo vt de eis in lege p̄cipiat? An ꝓpter nos hoc vtiq꜡ dicit. q. d. Hoc vtiq꜡ ꝓpter nos dicit. Nā ꝓpͤ nos ſcp̄ta ſūt hec ꝛ ſilia Ro. 15. Quecūq꜡ ſcp̄ta ſūt ad nr̄am doctrinaꝫ ſcp̄ta ſūt. Propͤ nos inq̄ idcirco: qm̄ p̄dicator qui corda agit ad fidē debet arare ī ſpe ſtipendioꝝ tpaliū, nō tm̄ ꝑ

pter ſpem hanc. Debet eñ primuȝ querere regnũ dei. Et q̃
triturat id eſt bonos a malis q̄ſi grana a malis diſcernit
predicando ſcȝ ad mores debet hoc facere in ſpe fruct⁹ ꝑ-
cipiendi. 2. Ti. 2. Laborantem agricolaȝ oportet primũ
de fructibus ꝑcipere. Ecc. 6. Js q̃ arat ⁊ qui ſeminat acce
dit ad illam ⁊ ſuſtinet bonos fructus illius.

## Lectio ſecunnda.

SI nos vobis ſpiritualia ſeminaui-
mus magnum eſt ſi nos carnalia ve
ſtra metamus: Si alij poteſtatis ve
ſtre participes ſunt: quare non potius nos.
Sed nõ vſi ſumus hac poteſtate. Sed oĩa
ſuſtinemus: ne qd̓ offendiculum demus euã
gelio chriſti. Neſcitis quoniã qui in ſacrario
operant̄: que de ſacrario ſunt edunt. Et qui
altario deſeruiunt: cum altario participant.
Jta ⁊ domin⁹ ordinauit his qui euangeliuȝ
annunciant: de euangelio viuere.

Superius ꝓbauit ꝑ auctoritatẽ ꝙ licȝ accipe ſumpt⁹: hic
ꝓbat idem ꝑ rõem. Et pͥmo ꝓbat hoc ex eoꝝ obligatiõe.
Secũdo ex pſeudo apl̓is accipientiũ ab eis operatiõe ibi.
Sed alij poteſtatis noſtre ⁊c̄. Tertio dicit ꝙ nihilomin⁹
noluit vti hac poteſtate ibi. Sed non vſi ſum⁹ ⁊c̄. Prima
ratio talis eſt. Maius eſt dare ſpũalia q̄ꝫ accipe tempora-
lia. ergo ſi apl̓us dat ſpũalia licet ei accipere tꝑalia. Pri
mo ergo explicat beneficiũ impẽſum. Secũdo explicat ſti
pendiũ exhibenduȝ ibi. Magnũ eſt ſi nos ⁊c̄. Dicit ergo.
Si nos ⁊c̄. quaſi dicat vere habemus poteſtatẽ accipiẽdi
ſumptus a vobis. Si eñ nos ſeminauim⁹ vobis ſpũalia
fidem ſcȝ ⁊ ſacramenta ſpũm alentia a ſpũſancto miniſtra
ta magnũ eſt ſi nos metamus ad ſuſtentationẽ noſtrã. car-
nalia id eſt ad carnis ſuſtentationẽ conceſſa. Quaſi dicat
Non eſt magnũ Ro. 15. Si ſpũaliũ eorum ꝑticipes facti
ſunt gentiles debent in carnalib⁹ miniſtrare. ¶ Deinde
cum dicit. Si aũt alij ⁊c̄. Ecce ſcd̓a ratio ad idem talis.
Veri apl̓i licentius ꝑticipant bona ſubditoꝝ q̄ꝫ pſeudo. ſȝ
pſeudo apl̓i ꝑticipant. ergo multoplus veri apl̓i ꝑticipare
debent. Primo ꝗ ponit antecedens. Scd̓o cõſequẽs ibi.
Quare nõ potius nos ⁊c̄. Dicit ꝗ. Si aũt alij ſcȝ pſeudo
quos non exprimit ex noĩe ne cõfundant̄. vocat eos alios
q̄ſi a conſortio alienos eccleſie. Oẽs eñ catholici vnuȝ
ſunt Jo. 17. Vt ſint vnũ ⁊c̄. Si inq̄ꝫ alij poteſtatis veſtre
ꝑticipes ſunt id eſt tam potenter vtunt̄ bonis vr̄is: quare
nõ potius nos apl̓i qui cauſa ſalutis vr̄e laboram⁹? Ecc.
12. Da bono ⁊ ne receperis peccatorẽ. ¶ Deinde cũ dicit.
Sed non vſi ſumus. hic oſtẽdit ꝙ noluit vti hac poteſta-
te. Vbi dicit primo ſe ſumptus non accepiſſe. Secũdo di
cit ſe nihilominus indiguiſſe ibi. Sed oĩa ſuſtinem⁹ ⁊c̄.
Tertio rõem vtriuſq̄ꝫ aſſignat ibi. Ne qd̓ offendiculũ ⁊c̄.
Dicit ꝗ. Sed non ⁊c̄. q̄ſi dicat. Ecce patet ꝙ licet nobis
ſumptus accipe. ſed tamẽ vſi non ſumus hac poteſtate. ſ̄.
6. Oĩa mihi licent: ſed nõ oĩa expediunt. Non ſum⁹
inq̄ꝫ vſi. non qȝ nõ indigeam⁹ ſed oĩa ſuſtinemus: quia
⁊ ſi penuriam patiamur tñ patienter ſuſtinem⁹. 2. cor. 13.
Cum eſſem apud vos ⁊ egerẽ nulli oneroſus fui. Et hoc
feci ideo ne qd̓ offẽdiculũ demus euangelio xp̄i. Hoc aũt
poſſet accidere. Vel qȝ pſeudo apl̓is daret exemplum ac-
cipiẽdi. Vl̓ qȝ corithij auari erãt ⁊ ſcandalizarẽt ſi ab eis
accipẽt. Vel forte putarẽt ſe emiſſe licentiã peccandi ⁊ di-
minueret in apl̓o auctoritas arguendi. ⁊ his modis daret
offendiculũ euangelio chriſti. ꝓuer. 15. Via iuſtoꝝ abſq̄ꝫ
offendiculo. ¶ Deinde cum dicit. Neſcitis q̄ꝛ qui in ſa-
crario ⁊c̄. ꝓbauit ꝙ licet ſumptus accipe. primo ꝑ auctoꝛ
ritatem. ſecundo ꝑ rõem. tertio idem ꝓbat hic ꝑ exemplo
rum multitudinẽ. Vbi primo inducit ſimilitudinẽ eorũ q̃
templa reparant. Scd̓o eoꝝ q̃ templo miniſtrant ibi. Et
q̃ altari deſeruiunt ⁊c̄. Tertio adaptat ſimilitudinẽ his q̃
ꝑdicant ibi. Et dñs ordinauit ⁊c̄. q̄ſi dicat. Et vere licet
mihi ſumptus accipere: neſcitis q̄ꝛ q̃ in ſacrario id eſt in
tẽplo iudeorũ vel gentiliũ opant̄ vt artifices que de ſacra
rio ſunt edunt. Suſtentabant̄ eñ artifices de denarijs q̃
in gazophilacio templi offerebant̄ vt patet tempe Joas.
4. reg. 12. Et q̃ altario templi hieroſolimitãi vel etiã ipſi
templo vt ſacerdotes deſeruiunt id ẽ deuote ſeruiũt. vna
eñ de. xij. abuſionibus eſt irreuerentia corã altari. Cuȝ
altari ꝑticipant. qȝ partẽ habent de his que offerunt̄ in al
tari. vt patet ꝑ totum Leuiticũ. ⁊ maxime. 6. et. 7. ca. Et
ſicut fit hic ita ⁊ dñs ordinauit. id ẽ rõnabiliter diſpoſuit
his q̃ euangelium annunciant de euangelio viuere. Hoc
ordinauit dicens Matth. 10. ⁊ Luc. 10. Dignus eſt eñ
operarius mercede ſua. Notandũ ẽ hic ꝙ apl̓us nominib⁹
m̄ltoꝝ officioꝝ ꝑdicatorẽ hic deſignat. qȝ vocat eũ pͦ mili
tem ꝓpter officium eccleſiã contra aduerſarios defenden
di. 2. corin. 10. Arma militie noſtre. ⁊c̄. 2. Ti. 2. Labora
ſicut bonus miles xp̄i. Secundo vinitorẽ ꝓpter officium
palmites ſupfluos. i. malos reſecãdi Oſee. 2. Dabo ei vi
nitores eius ex eodem loco. Sed heu cant. dicit̄. 1. Vine
am meam non cuſtodiui. Tertio paſtorẽ ꝓpter officiũ ſub
ditos bono exemplo paſcendi. 1. Pe. 5. Paſcite qui in vo
bis eſt gregem Sȝ heu qȝ hodie implet̄ illd̓ Zach. 11. O
paſtor ⁊ idolum derelinquẽs gregeȝ ⁊c̄. Quarto bouẽ ꝓ
pter officium maturitatis in oĩbus ꝓcedendi ꝓuer. 14.
Vbi non ſunt boues preſepe vacuũ eſt Job. 1. Boues ara
bant ⁊ aſine paſcebant̄ iuxta eos ⁊c̄. Quinto aratoreȝ ꝓ
pter officium corda ad fideȝ ⁊ penitentiã aperiendi Oſee
10. Arabit iudas ꝯfriget ſibi ſulcos iacob ⁊c̄. Sexto tritu
ratorẽ ꝓpter officiuȝ malos a bonis diſcernendi Eſa. 41.
Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouũ habens ro-
ſtra ſerrantia ⁊ triturabis montes ⁊c̄. Septimo ſeminato
rem ꝓpter officium frequenter ⁊ vtiliter predicãdi Luc.
8. Exijt q̃ ſemĩat ſeminare ſemen ſuũ. pſ̄. Eũtes ibãt ⁊c̄.
Nono templi architectum ꝓpter officiũ eccleſiã cõſtruen
di ⁊ reparandi. ſ̄. 3. Vt ſapiens architectus fundamẽtum
poſui ⁊c̄. Decimo altaris miniſtruȝ ꝓpter officiũ deo de-
uotum impendendi. ſ̄. 4. Sic nos exiſtimet hõ ⁊c̄. Que
ritur hic ſup illud non ſum liber. Glo. Jpſe eñ apl̓ica di-
gnitate poteſtatem habens non operari manibus ſed de
euangelio viuere. Contra ꝗ q̃ predicant nõ habentes apo
ſtolicam dignitatẽ non poſſunt ſine opere manuũ de euã-
gelio viuere. Reſponſio glo. loquit̄ de poteſtate qua po-
teſt̄ inuitos ad hoc cogere non de ſpontanea qua poteſt a
voluntarie dantibus petere ⁊ accipere. ¶ Jtem ex dicta
glo. videt̄ ꝙ prelati non teneant̄ manibus operari. Cõtra
gñ. 3. Jn ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo. Jpſi nõ ſunt
exempti ab hac maledictione: ergo ⁊c̄. Reſponſio. tenẽt
laborem ſpũalem nõ corporalẽ. tñ bene facerent ſi occupa
rent ſe in honeſtis anteq̄ꝫ vacarent. ¶ Jtẽ ſup illud. nõne
opus meũ glo. perfectꝭ. Contra ipſi erant imperfecti. Re
ſponſio. Opus ꝑfectũ dicebant̄ qȝ eis apl̓us predicauerat
vel qȝ eos ꝑfecte docuerat quantũ in ſe erat. ¶ Jtẽ ſup il-
lud. Nũquid non habem⁹ poteſtatẽ manducandi. Cõtra
Mat. 10. Gratis accepiſtis: gratis date. Reſpõ. gratis. i.
ſine precio ſed nõ ſine ſtipendio. ¶ Jtẽ ſup illud. Qui pa
ſcit gregem. glo. Ex euangelio viuentes panẽ gratuitum
manducabant. Contra ſubditi tenebant̄ dare. Reſponſio
Gratuit⁹ erat ex parte recipientiũ: qȝ humiliter non pote-
ſtatiue recipiebãt licet debitus ex parte dantiũ. ¶ Jtẽ nũ
quid de bobus cura eſt deo. Quaſi dicat non. Cõtra ſap.

6. Cura eſt illi de oib⁹. Rñdeo. Ibi loquit̃ de cura generali ſcꝫ ꝓuidẽtie: hic de ſpeciali ſcꝫ diſcipline. ¶ Itẽ debet in ſpe qui arat arare. Contra ſpes nõ eſt de viſibilib⁹ ſed eternis. Re⁹ Spes accipit̃ equiuoce. ¶ Itẽ in ſpe fructus ꝑcipiendi. Contra nõ debet poni lucerna predicationis ſub modio rei tẽporalis. Rñdeo. predicare in ſpe rei temporalis nõ eſt ponere lucernã ſub modio ſed ꝑ̃dicare ꝓpter ſpem. ¶ Itẽ ſi nos vobis ſeminauerimus ſpiritualia ⁊c̃. Contra gal̃. 6. Que ſeminauerit homo hec ⁊ metet. ergo qui ſemiat ſpiritualia debet metere ſpũalia. Reſpondeo ibi loquitur de meſſione ſtipendij.

## Lectio tertia.

Ego aũt nullo horũ vſus ſuꝫ. Nõ autem ſcripſi hec vt ita fiant in me. Bonũ ẽ eñi mihi magis mori: q̃ꝫ vt gloriã meã quis euacuet. Nã ⁊ ſi euangelizauero nõ eſt mihi glĩa. neceſſitas eñi mihi incũbit. Ve enim mihi eſt ſi nõ euangelizauero. Si eñi volẽs hoc ago: mercedẽ habeo. ſi autẽ inuitus diſpẽſatio mihi credita eſt. Que eſt ergo merces mea vt euãgeliũ predicãs ſine ſũptu ponã euãgeliũ vt non abutar poteſtate mea in euãgelio.

Superius multipliciť ꝓbauit ꝙ ſibi licet accipe ſũptus: hic oſtendit ꝙ nihilomin⁹ nõ vult accipe ſed abſtiere tribus rationib⁹. Primo ꝓpter intentionẽ ꝑmij. Secundo ꝓpter dilectionẽ euãgelij ibi. Nã cũ liber eſſem ex omnibus ⁊c̃. Tertio ꝓpter expeditionẽ curſus ſui ibi. Neſcitĩ ꝙ hi qui in ſtadio currũt. In prima primo dicit quare nõ vult accipere ſcꝫ ne glĩa ſua euacuet̃. Secũdo oſtendit ꝙ accipiendo euacuaret̃ ibi. Nã ſi euãgelizauero nõ ẽ mihi glĩa ⁊c̃. Tertio ꝙ nõ accipiẽdo ꝯfuabit̃ ibi. Que ẽ ergo merces mea ⁊c̃. In prima pꝛĩo oñdit ꝙ poteſtate accipiẽdi vti noluit. Secundo ꝙ vti nõ intẽdit ibi Nõ aũt ſcripſi hoc vt ⁊c̃. Dicit ergo Ego aũt ⁊c̃. quaſi dicat tot modis conſtat ꝙ licet mihi ſumptus accipere: ſed tamẽ ego nullo hoꝝ auctoritate. rõe. exẽplo. ad ad accipiendũ vſus ſum. Ipſe eñi vel ab alijs ecclijs accipiebat vt. 2. cor. 11. Alias eccleſias ſpoliaui ⁊c̃. vl̃ manibus opabat̃ act̃. 20. Non aũt ⁊c̃. Quaſi dicat Nõ ſum vſus ſed nec vti volo. Non eñi ſcripſi hec ſcꝫ ꝙ licet mihi accipere vt ita fiãt in me ſicut ſcripſi id eſt vt ego accipiã: qꝛ nõ quero datũ ſed fructũ. ¶ Deinde cũ dic̃. Bonũ eſt eñi mihi ⁊c̃. Hic oſtẽdit quare hoc fecit ſcꝫ ne glĩa ſua euacuet̃. Ubi primo mľtiplicat afflictionẽ coꝛpalẽ. Secũdo ſuppõit ei glĩe diminutionẽ ibi. Quã vt glĩam ⁊c̃. Dicit ergo Bonũ eſt ⁊c̃. q̃ſi diceret nõ accipiã. nã ſi acciperẽ gliaꝫ meã euacuarẽ qḋ nullatenus facerẽ. Bonũ eſt eñi mihi mori. nõ ſolum ſumptuũ egeſtate affligi magis q̃ vt gliam meã quaꝫ habeo de gratuita ſinceritate ꝑ̃dicationis de ꝑmio ſuperrogationis. abſtinẽdo a vitijs q̃s euacuet ab aliquo ĩpoꝛtune accipiendo. vel ꝓpter ſumptus euangelicos. Multi tamen moderni doctores gloriã iſtã euacuãt vel ꝓpter intentionẽ ſumptuũ vel ꝓpẽ fauoꝛẽ humanũ docẽdo. Job. 12. Ducit ſacerdotes inglorios ⁊ optimates ſupplantat. ¶ Notandũ eſt hic ꝙ gloria amittit̃ ſeptẽpliciter ꝓpẽ ſeptẽ vitia. Nam glĩa guloſoꝝ euacuat̃. Vñ hic d̃r Bonuꝫ eſt eñi mihi magis ⁊c̃. Glĩa luxurioſoꝝ maclat̃ Ecc. 27. Inclinaſti femoꝛa tua mulieribus. dediſti maculam ĩ gloriã tuam. Gloria ſupboꝝ captiuat̃. 1. macha. 2. Uaſa glĩe ei⁹ captiua ducta ſunt. Gloria iracũdoꝝ intermittit̃. pſ̃. Si reddidi retribuentibus mihi mala ⁊c̃. Et poſt. Perſequat̃ inimic⁹ aĩam meã ⁊c̃. Et poſt. Et glĩam meã ĩ puluerẽ deducat. Glĩa inuidoꝝ excludit̃. Ro. 3. Ubi ẽ gloriatio tua. Glĩa auaroꝝ annihilat̃. pſ̃. Ne timuerĩ cũ diues factus fuerit homo ⁊c̃. Glĩa accidioſoꝝ culpat̃. 1. macha. 9. Moꝛiamur in virtute ꝓpter fratres nr̃os ⁊ nõ inferamus crimen glĩe nr̃e. Ecc. 13. Precellẽs eſto opib⁹ tuis ⁊ ne dederĩ maculã in glĩa tua. Ergo ꝑ gulã euacuat̃ gloria ſobrietatis. ꝑ luxuriã maculat̃ glĩa caſtitatis. ꝑ ſupbiam captiuat̃ glĩa humilitatis. per iracundiaꝫ intermittit̃ glĩa mãſuetudinis. per inuidiã excludit̃ glĩa charitatĩ. ꝑ auaritiã annihilat̃ glĩa liberalitatis. ꝑ accidiã culpat̃ gloria ſtrẽnuitatis. De iſtis d̃r Oſee. 4. Gliam eoꝝ in ignominiã cõmutabo. De ꝑmo exemplũ in eſau Geñ. 25. In holoferne. 11. Judith. 13. De ſc̃do ĩ ſalomõe tertij reg. 11. De tertio in lucifero Eſa. 14. De quarto in achitofel. 2. reg. 16. De quinto in chain geñ. 4. De ſexto in gieſi. 4. reg. 5. De ſeptio in exploꝛatoꝛib⁹ numeri 13. ⁊ 14. Nã et ſi euangelizauero ⁊c̃. hic oñdit ꝙ accipiẽdo ſupt⁹ euacuaret̃ glĩa eius qꝛ nõ ſuperogaret Et eſt ſua rõ tal̃. Gloria q̃ eſt ꝑmiũ ſuperogatiõis nõ debet̃ opibus neceſſitatĩ ad q̃ tenemur ex ꝑ̃cepto. ſed euãgelizare tenebat̃ ex ꝑ̃cepto. ergo ex hoc nõ habebat gloriã ſuperogatiõis ſed potius ex hoc ꝙ nõ accipiebat ſupt⁹. pꝛĩo ergo tãgit glorie euacuationẽ. Secũdo euacuationis rationẽ ibi Neceſſitas enim mihi ⁊c. Tertio rõis declarationẽ ibi. Ve eñi mihi ẽ ⁊c. Quarto recte euãgelizãtium mercedẽ ibi. Si volẽs hoc ago ⁊c. Dicit ergo. Nã ſi euãgelizauero ⁊c. quaſi diceret vere euacuaret̃ gloria mea. nã ſi euãgelizauero ita ꝙ ſumptus accipiã nõ eſt mihi gloria id eſt ſuperogatiõis ꝑmiũ. neceſſitas eñi ꝑmij mihi incũbit act̃. 13. Uade q̃m ad nationes lõge mittã te. Et vere neceſſitas. Ve eñi mihi eſt id eſt pena trãſgreſſionis in me manet ſi nõ euãgelizauero Eſa. 6. Ve mihi qꝛ tacui Aliter legit̃ ſꝫ glo. ⁊ hoc dupliciter. Primo modo ſic Nã ſi ⁊c. quaſi dicat. vtiq̃ꝫ euacuaret̃ gloria mea celeſtis ſcꝫ ſi ideo ꝑ̃dicarẽ vt ſumpt⁹ acciperẽ. Naꝫ ſi euãgelizauero tm̃ ita ꝙ nõ ex dilectiõe dei ⁊ ꝓximi hoc faciã nec libera volũtate nõ ẽ mihi glĩa apḋ deũ. Neceſſitas eñi ꝑ̃cepti ꝙ nõ audeo omittere mihi incũbit vñ ſi ſolo timoꝛe ſuili ꝑ̃dico ve eñi id eſt eterna dãnatio mihi eſt ſi nõ euãgelizauero ſicut mihi iniũctuꝫ eſt. Si aũt volẽs ⁊c. Quaſi dicat. ſi neceſſitate hoc facio non eſt mihi gloria. ſi aũt volẽs hoc ago id eſt ſi voluntatẽ adiungo neceſſitati mercedẽ eternã habeo ideo pſalmiſta dicit. Volũtarie ſacrificabo tibi ⁊ cõfitebor ⁊c. Si aũt inuitus id eſt ſolo ꝑ̃cepto coactus euãgelizo diſpẽſatio mihi credita eſt ſicut ſuo vt ſcilicet diſpenſem ad alioꝝ vtilitatẽ nõ meam quaſi dicat. alijs ꝓficio nõ mihi. Intelligit eñi hoc de diſpenſatiõe ſuili nõ filiali ſm glo. aug. Nemo inuitus benefacit ⁊ ſi bonũ ẽ qḋ facit infra. 13. Si charitatẽ nõ habuero factus ſum velut es ſonãs ⁊c. Secũdo modo legit̃ ſic. Nam ſi euangelizauero ꝓ ſumptib⁹ accipiendis nõ eſt mihi gloria de ſuperogatione in ꝑ̃dicando. Peto eñi cõtra me Mat. 10. Gratis accepiſtis gratis date. neceſſitas eñi vite ſuſtentãde mihi incũbit qꝛ ꝓ neceſſitate vite ꝑ̃dico. Ve eñi mihi eſt id eſt famis turbatio ſi nõ euãgelizauero. Si autẽ volẽs id eſt ſi nõ ꝓ victus neceſſitate ſed ꝓ charitate hoc ago mercedẽ eternam habeo. ſi aũt inuitus id eſt neceſſitate coactus diſpẽſatio mihi credita eſt ſicut ſuo ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit Que ẽ ergo merces mea ⁊c. hic oñdit ꝙ nõ capiẽdo ſumptus gloria ei⁹ cõſeruat̃. Ubi primo q̃rit. Sc̃do ſoluit ibi. Ut euãgeliũ predicans ⁊c. Dicit ergo. que eſt merces mea id eſt quid faciendo mercedẽ accipiam: quia hoc eſt meritũ mercedis vt ſcilicet ego predicans euangeliũ ſine ſumptu ponã id eſt ſtabiliaꝫ euangeliũ Eſa. 28. Ponet triticũ per oꝛdinẽ ⁊c. Hoc autẽ faciebat ſm gloſã ne euãgeliũ venale putaret̃.

ſine ſumptu inꝗ̃ ⁊ hoc vt nõ abutar poteſtate mea id ē mi hi cõmiſſa in euangelio predicando. quod eſſet ſi accipe-rem indiſtincte qꝛ ꝑderē auctoritatē libere arguendi quia Ecc. 20. Exenia ⁊ dona excecãt oculos iudicũ ⁊ quaſi mu tus ĩ orꝫ auertet correptionē. Eccleſiaſtica ergo vtilitas implicatᷣ in hac ſolutiõe ſcʒ ꝯfirmatio boni qꝛ vt euãgeli-um ꝑdicãs. ⁊ decliatio mali. qꝛ ne abutar ptãte. ¶ Et no tandũ ꝙ quatuor tetigit differentias eoꝝ q̃ tenentᷣ ꝑdica re. Quidã eñ tenentᷣ ſed nõ euãgelizant hi merentᷣ penã. Quidã tenentᷣ ⁊ euãgelizãt ſed coacti. hi nõ merentᷣ mer cedem ſed vitãt penã. Quidã tenentᷣ ⁊ euãgelizãt volun tarie ſed accipiũt ſumptus. ⁊ hi merentᷣ mercedē ⁊ vitant penã ſed nõ habẽt ſuperogatiõis gloriã. Quidã tenentᷣ ⁊ euangelizãt volũtarie nec accipiũt ſũptus. ⁊ hi mercedē merentur ⁊ vitant penã et habẽt ſuperogatiõis gloriam. Primũ ſtatũ tangit ibi. Ue mihi eſt ⁊c. Secũdũ ibi. Nã ſi inuitus ⁊c. Tertiũ ibi. Si autē volẽs ⁊c. Quartũ ibi. Que eſt ergo merces. ⁊c.

## Lectio quarta.

Nam cũ liber eſſem ex omnibꝰ: omniũ me ſeruũ feci: vt plures lucrifacerē. Et factus ſum iudeis tanꝗ̃ iudeꝰ: vt iudeos lucrarer. His q̃ ſub lege ſunt. quaſi ſub lege eſſem: cũ ipẽ nõ eſſeʒ ſub lege vt eos q̃ ſub lege erãt lucrifacerē. His q̃ ſine lege erãt tãꝗ̃ ſine lege eſſem: cũ ſine lege dei non eſſem ſed in lege eſſem xp̃i: vt lucrifacerē eos q̃ ſine lege erant. Factus ſuʒ infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerē Omnibus omnia factus ſũ. vt oẽs facerē ſaluos. Omnia aũt facio ꝓpter euangeliũ: vt ꝑticeps eiꝰ efficiar.

Superius oſtendit ꝙ nõ vult ſumptꝰ accipere ⁊ hoc ꝓpter infectionē ꝑmij: hic oñdit ꝙ idē fecit ꝓpter amorem euãgelij. Ubi primo dicit ꝙ omniũ ſe ſuũ fecit. Secũdo ꝙ oĩbus ſe contemperare ſtuduit ibi. Et factus ſum iudeis ⁊c. Tertio ſubdit cãm quare hoc fecit ibi. Oĩa autē facio ꝓpter euãgeliũ ⁊c. In pria implicat triplicē ꝯditionem cõmendabilē in ſuitio que ſunt generalitas. liberalitas. vtilitas. Seruit ergo gratis ſiue liberalitᷣ ibi. Cum liber eſſem ⁊c. generalitᷣ ibi. Omniũ me ⁊c. vtilitᷣ ibi. Ut plures lucrifacerē ⁊c. Dicit ergo. Nã cũ eſſem ⁊c. q̃ſi dicat ſine ſumptu ponã euangeliũ. nã ⁊ maius feci ſcilicʒ cũ liber eſſem ex oĩbus id eſt nullius meritis obnoxiꝰ omniũ me ſeruũ feci omnibus me cõtẽperãdo ꝓ vtilitatē ⁊ q̃ſi debitorē ꝯſtituẽdo. 2. coꝝ. 4. Nos aũt ſeruos vr̃os ꝑ ieſum. ⁊ hoc vt plures lucrifacerē id eſt lucrũ mee ꝑdicationis ⁊ ſuitutis facerē. Querebat eñ non res ſed aĩas. 2. coꝝ. 12. Non quero veſtra ſed vos. Si eñ cõmendabile eſt ſeruire in tẽporalibus ꝓpᷣ lucrũ tẽporale: ꝗ̃to plus in ſpiritualibus ꝓpter lucrũ ſpirituale ¶ Deinde cum dicit Et factus ſum iudeis ⁊c. hic oñdit ꝙ omnibus ſe cõtemperare ſtuduit. Et primo dicit ꝙ cõtẽperauit ſe nõdũ cõuerſis. Scdõ ꝙ etiã iã cõuerſis ibi. Factꝰ ſũ infirmis ⁊c. Tertio ꝙ generaliter vniuerſis ibi. Omnibus oĩa factus ſum ⁊c. In prima prĩo dicit ꝙ cõtẽperauit ſe iudeis Secũdo ꝙ ſamaritanis ibi. Et his qui ſub lege ⁊c. Tertio ꝙ gentilibus ibi. His qui ſine lege erãt ⁊c. In prima primo tangit ꝯtemperationē. Secundo ꝯtẽperationis rationē ibi. Ut iudeos ⁊c. Dicit ergo. ⁊ factus ſũ iudeis tãꝗ̃ iudeus ſcʒ aliqua legalia ſuando ſicut in diſcretiõe ciꝫ boꝝ. in circũciſiõe thimothei act. 15. In purificatione legali act. 21. Poteſt aũt hoc ĩtelligi dupliciᷣ. Uno modo ſm hieronymũ. factus ſum iudeis tanꝗ̃ iudeꝰ ꝑ ſimulatoriã diſpenſationē. Simulabat eñ ſe ſuare legalia aliqua ſed nõ ſuabat. Alio modo ſm aug. Factus ſũ iudeis ⁊c. Uere eñ cõdeſcẽdebat eis in obſeruatiõe aliquoꝝ legalium ꝓpter piaʒ cõpaſſionē. ⁊ hoc fecit vt iudeos lucrarentᷣ xp̃o id ē eos ad fidē xp̃i ꝯuerteret. ¶ Deinde cũ dicit. Et his qui ſub lege ſunt ⁊c. hic dicit ꝙ ꝯtẽperabat ſe ſamaritanis Ubi notãtur tria de ipſo. Primo eius ſagacitas in hoc ꝙ ſe ꝯtẽperabat Secundo eiꝰ libertas in hoc ꝙ ſub lege nõ erat. Tertio eius vtilitas in hoc ꝙ lucrifaciebat Dicit ergo ſum etiã his q̃ ſub lege moyſi ſunt id eſt ſamaritanis qui nõ ſũt iudei ſed aſſirij q̃ fuerũt adducti ad inhabitandũ terrã iſrl̃. 4. reg. 17. Iſti etiam erant ſub lege moyſi qꝛ tñ quinqꝫ libros moyſi recipiebãt. his ergo factus ſum quaſi ſub lege eſſem approbãdo ſcʒ legē ⁊ ex ea docẽdo xp̃m. cũ tñ ipẽ ſub lege nõ eſſem ſm litteralē obſuantiã. vel ſeruiliter: qꝛ iuſto non eſt lex poſita. 1. thi. 1. et hoc ideo feci vt eos qui ſub lege erãt ſcʒ ipſos ſamaritanos lucrifacerē: eos ad fidē xp̃i cõuertendo. ¶ Deinde cũ dicit. His qui ſine lege erant ⁊c. hic dicit ꝙ ꝯtẽperauit ſe gentilibus. Ubi primo tangit ſuã ꝯformitatē. Scdõ ſue fidei veritatē ibi. Cũ tñ ſine lege ⁊c. Tertio ſue intẽtiõis rectitudinē ibi. Ut lucrifacerē ⁊c. et hoc eſt. Et factꝰ ſum his q̃ ſine lege erãt id eſt gentibus. Ro. 2. Cũ eñ gentes que legē nõ habẽt: tanꝗ̃ ſine lege eſſem aſſentiẽdo rationibus eoꝝ ⁊ bonis poſitionibꝰ phoꝝ vt patet act. 17. cum tñ ſine lege nõ eſſem. Ro. 7. Mente ſeruio legi dei. Sʒ in lege eſſem nõ iudaica ſed xp̃i q̃ deus eſt nõ aũt moyſes De qua gal. 6. Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis ⁊c. Et hoc ideo feci vt lucrifacereʒ eos qui ſine lege erant gẽtiles ad fidē ꝯuertẽdo o felix zelator Greg. Nullum tale ſacrificiũ quale zelus aĩaꝝ. ¶ Deinde cum dicit Factus ſum infirmis ⁊c. hic oñdit ꝙ ſe cõtẽperauit iam ꝯuerſis. Ubi primo ponit modũ bonũ. Secũdo finē debitum ibi. Ut infirmos. Dicit ergo factus ſuʒ etiã infirmis in fide infirmꝰ. a licitis abſtinẽdo 2. cor. 11. Quis ĩfirmatur ⁊ ego nõ infirmor. Sic facit bonus medicus q̃ comedit cibũ infirmi vt eũ ꝓuocet ad comedẽdũ ⁊ ſic ſanet. Et hoc feci vt infirmos lucrifacerē eos in fide roborãdo. Et breuiter oĩbus oĩa factus ſum: quaſi eſſem omniũ ſectarũ Ideo dicitur infra. 10. Sicut ⁊ ego ꝑ omnia omnibꝰ placeo Et hoc vt omnes facerē ſaluos. Sap. 18. In veſtimēto poderis qđ habebat aaron totus orbis terraꝝ erat deſcriptus. Et. 2. reg. 4. Heliſeus ꝯtraxit ſe ad modũ pueri ⁊ ſic ſuſcitauit illũ. Et qꝛ ſm Homeꝝ oĩs alteritas odi ſcoꝛs: ſimilitudo vero appetẽda eſt idõ viri ſpũales ſalua vite ⁊ religionis ſue obſuantia oĩbus ſe debẽt ꝯformare. ¶ Deinde cũ dicit. Omnia facio ꝓpter euãgeliũ. Superius oſtendit ꝙ omnibus ſe contẽperare ſtuduit: hic ſubdit rationē quare hoc facit ⁊ hanc duplicē. Unam ex ꝑte euangelij ſcilicet vt curſũ libeꝝ habeat. Aliaʒ ex ꝑte ſui ſcilicet vt ꝓmiſſum ꝑmiũ obtineat ibi. Ut ꝑticeps ⁊c. Et hoc eſt quod dicit. Omnia aũt facio ꝓpter euãgeliũ ſine impedimẽto ꝑdicandũ vt ꝑticeps eius id eſt ꝓmiſſionuʒ q̃ ĩ eo ꝯtinentᷣ efficiar Mat. 5. Qui fecerit ⁊ docuerit ſic: magnus vocabitur in regno celoꝝ.

## Lectio quinta.

Neſcitis q̃m hi q̃ in ſtadio currũt omnes q̃dē currũt: ſed vnꝰ accipit brauium Sic currite vt cõprehẽdatis. omnis eñ q̃ in agone ꝯtẽdit ab oĩbꝰ ſe abſtinet. ⁊ illi quidē vt corruptibilē coronã acci-

**piãt nos autẽ incorruptã. Ego igiꝛ ſic curro nõ quaſi in incertũ: ſic pugno non quaſi aerẽ verberãs. Sed caſtigo corpꝰ meũ ⁊ in ſeruitutẽ redigo: ne forte cũ alijs p̃dicauerim: ipſe reprobus efficiar.**

Supius oñdit qđ ꝓpoſuit a ſumptibꝰ abſtinere. Primo ꝓpter intentionẽ p̃mij. Secundo ꝓpter amorẽ euangelij hic tertio ꝓpter expeditionẽ curſus ⁊ agonis ſui. Primo quidẽ oñdit ꝙ oportet in ſtadio expedite currere. Secũdo ꝙ ſimiliꝛ oportet in agõe expedite certare ibi. Omnis em̃ qui in agõe ⁊c. Tertio ꝙ ipſe facit vtrũqꝫ ibi. Ego igitur ſic curro ⁊c. In prima p̃mo põit exemplũ expedite currentiũ. Secundo monet eos ad ſiliꝛ currendũ ibi. Sic currite ⁊c. In prima p̃mo tãgit currẽdi exercitiũ. Scđo ꝯuenientiã currẽtiũ ibi. Omnes em̃ q̃dẽ currunt ⁊c. Tertio differentiã ꝯueniẽtiũ ibi. Sꝫ vnus accipit brauiũ ⁊c. In primo notaꝛ ꝯditio viatoꝝ. In ſcđo multitudo vocatorũ In tertio paucitas electoꝝ Mat. 20. Multi ſunt vocati pauci vero electi. Conditionẽ vero viatoꝝ deſcribit a tribus. A certitudine cũ q̃rit. Neſcitis. A breuitate cũ addit In ſtadio. A labore cũ ſubdit. Currũt. Dicit ergo neſcitis. Quod tripliciꝛ continuaꝛ. Primo modo ſic. quaſi dicat Recte abſtineo a ſumptibꝰ ſumẽdis vt ꝑticeps efficiar. Nã ſi nõ abſtierẽ a cõtrarijs euãgelio nõ eſſem eiꝰ ꝑticeps. Neſcitis em̃ ꝙ hi ⁊c. Vel ſic. Neſcitis ꝙ hoc facio vt ꝑticeps euãgelij efficiar ⁊ vtiqꝫ poſſum eſſe ꝑticeps Nã non ſic eſt de euãgelij p̃mio vł de curſus brauio. qꝛ ħ vnus accipit brauiũ ibi vero omnes accipere pñt. Tertio modo ſic. Neſcitis. quaſi diceret. Ideo aũt ſic curro. qꝛ licet multi currentes ſint. pauci tñ ſunt ꝑuenientes. Neſcitis em̃ ꝙ hi qui in ſtadio currũt oẽs q̃dẽ currũt. In labore pares ſunt: ſed vnus tm̃ accipit brauiũ id eſt p̃miũ curſus. Stadiũ em̃ eſt ſpaciũ in quo pedites currũt qđ hercules dicitur ſtatuiſſe. Perficiũt autẽ ſtadiũ. 125. paſſus Et dicitur ſtadiũ a ſtãdo qꝛ hercules tot paſſus currebat ⁊ poſtea ſtabat ⁊ reſpirabat. in fine huiꝰ ſpacij põebaꝛ aliquid qđ erat p̃miũ curſus. vt equꝰ ⁊ pãnus purpureus. ⁊ hoc diciꝛ brauiũ Et licet in hoc ſtadio oẽs currerẽt vnus tñ ſolus accipiebat brauiũ ſcilicet q̃ citius ꝑueniebat. Sic in curſu ſp̃ali vnus tm̃ ſcilicet ꝑſeuerãs accipit brauiũ Quia q̃ ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finẽ hic ſaluꝰ erit. ¶ Deinde cũ dicit Sic currite ⁊c. monet eos ad currẽdũ. Ubi implicat tria. Actũ ſtrẽnuũ: Currite. Modũ debitũ: Sic. Finẽ optimũ: Ut cõprehendatis. Dicit ergo ſic ⁊c. quaſi diceret qꝛ vnus accipit brauiũ ſic currite ꝑ viã veritatis ꝑſeuerãtes vt cõprehẽdatis brauiũ vite eterne. he. 12. Per patientiã curramꝰ ad ꝓpoſitũ nobis certamẽ. ¶ Deinde cum dicit Oĩs aũt q̃ in agone ⁊c. oñdit ꝙ in agõe oportet expedite certare. Ubi p̃mo tãgit agonizantiũ pugnã. Secũdo pugnandi formã firmã ibi. Ab oĩbus ſe abſtinet ⁊c. Tertio ſic pugnãtiũ mercedẽ debitã ibi Et illi q̃dẽ vt corruptibilẽ ⁊c. Primũ eſt neceſſitatis ſcꝫ pugnare. Scđm virtutis ſcilicet abſtinere. Tertiũ felicitatis ſcꝫ coronam accipere. Dicit ergo Omnis qui in agone ⁊c. quaſi diceret vere ſic agendũ eſt. qđ patet exẽplo. qꝛ oĩs q̃ in agõe cõtendit ab omnibꝰ impediẽtibus ſe abſtinet. Uñ ⁊ nudi agonizabãt in paleſtra. Attẽde vt aug. ait ꝙ de rebꝰ nõ laudãdis mł'te trahunꝛ ſimilitudines. ¶ Deinde cũ dicit Et illi q̃dẽ vt corruptibilẽ ⁊c. tãgit pugnantiũ mercedem Et primo pugnantiũ materialiꝛ. Scđo pugnãtiũ ſp̃ualiꝛ ibi. Nos aũt ĩcorruptã ⁊c. Dicit ergo. Et illi quidẽ abſtinent vt corruptibilẽ coronã accipiãt qđ modicũ eſt. Nos aũt abſtinere debemꝰ vt accipiamus incorruptã ſcꝫ coronam vite de qua Jac. 1. Beatus vir qui ſuffert tẽptationem qm̃ cũ ꝓbatus fuerit ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit Ego igitur ſic curro ⁊c. ponit exemplũ vtriuſqꝫ ſcꝫ currẽdi ⁊ pugnandi. vbi primo tangit curſũ ſuũ in ꝑfectu boni. Secũdo pugnã ſuã in victoria mali ibi Sic pugno ⁊c. Tertio rationẽ vtriuſqꝫ facti ibi. Sꝫ caſtigo. ⁊c. Dicit ergo Ego igiꝛ ⁊c. quaſi dicat quia talis corona ſuaꝛ: igiꝛ ego ſic curro bonũ operãdo nõ quaſi in incertũ id eſt vt ſim incertus de premio. In incertũ em̃ currit qui talia facit vt de quibuſdã ſperare: ex alijs poſſit deſperare Omnia inſtruunt ad bonũ ⁊ ꝑſona aplica que notaꝛ ibi. Ego. ⁊ forma ĩplicita que notaꝛ ibi. Sic Et actio ſtrennua que notatur ibi. Curro. Et merces ſperata que notatur ibi Non quaſi in incertum philipenſ. 2. Non inuacuum cucurri nec inuacuum laboraui. Sic pugno cõtra hoſtes decertando contra malũ. Nõ quaſi aerẽ verberãs id eſt nõ verbis tantuꝫ ſed factis. Nõ em̃ in ſmone eſt regnum dei ſed in virtute. ſupra. 4. Vel nõ quaſi aerẽ verberãs id eſt non inaniter me fatigando: aduerſarium nõ ledẽdo. Sic erit ꝑfectus homo ſi ſic ſe habeat vt ſit intentus in ꝯfeſſione Eſa. 38. Recogitabo tibi oẽs annos meos in amaritudine anime mee Deuotus in orõe Mat. 6. Sic ergo orabitis Pater noſter qui es in celis ⁊c. Efficax in p̃dicatiõe Jac. 2. Sic loq̃mini ⁊ ſic facite. Hec tria ꝑtinent ad actũ oris recti ita tñ ꝙ cõfeſſio dirigiꝛ deo ⁊ ꝓximo. orõ ſoli deo. p̃dicatio ſoli ꝓximo. Fortis in pugnãdo. Uñ hic pugno ⁊c. Apo. 3. Qui vicerit ſic veſtieꝛ veſte alba. Patiens in ſuſtinẽdo. Judith. 8. Sic iſaac. ſic iacob. ſic moyſes ⁊ oẽs q̃ placuerũt deo ꝑ multas tribulationes trãſierũt fideles. Cautus in ſe ſuando. Joſue. 2. Ad mõtana cõſcẽdite ne forte occurrãt vobis reuertẽtes ⁊c. ſic ibitis viã vr̃am. Primũ ꝓpter malũ culpe ſcꝫ pugna. Secundũ cõtra malũ pene ſcꝫ patiẽtia. Tertiũ ꝯtra malũ tẽptatiõis ſcꝫ cautela. Benignus in ꝯdonãdo Math. 18. Sic non eſt volũtas ante patrẽ vr̃ꝫ ⁊c. Inutilẽ ſe reputãdo Luc. 17. Sic ⁊ vos cũ feceritis oĩa q̃ p̃cepta ⁊c. Sollicitus ſe diſcutiẽdo ĩfra 11. Probet aũt ſe homo ⁊ ſic de pane illo edat ⁊c. Primũ reprobat malitiã ꝓximi. Scđm ꝓbat bonitatẽ dei. Tertiũ dubietatẽ ſtatus ꝓprij. Humilis in obſequẽdo Mat. 4. Sic decet nos ĩplere omnẽ iuſtitiã. Agilis in ꝓficiẽdo. vnde hic Sic currite id eſt ꝓficite in bono vt cõꝓhendatis. Cõſtans in ꝑſeuerando. Uñ hic Sic currite philꝛ. 4. Sic ſtate in domĩo chariſſimi. Famoſos in cõuerſãdo ſupra. 4. Sic nos exiſtimet homo. ⁊c. Primũ r̃ſpicit icipientes. Scđm ꝓficientes. Tertiũ ꝑſeuerãtes. Quartũ ꝑfectos. ¶ Deinde cũ dicit Sed caſtigo corpꝰ meũ ⁊c. tãgit rationẽ p̃dictoꝝ vtriuſqꝫ. Ubi p̃mo tangit auſteritatẽ vite. Scđo cõmendationẽ doctrine ibi Ne forte ⁊c. Tertio rationẽ cõcordie vtriuſqꝫ ibi. Ipſe reprobus ⁊c. Ergo implet facto qđ docet verbo ne ſe damnet ore ꝓprio. Et hoc eſt ꝙ dicit. Sed caſtigo corpus meũ ꝑ declinationeꝫ mali: motus carnis illicitos reprimẽdo. Caſtigo ergo nõ occido corpus meũ nõ tm̃ alienũ. Ro. 12. Exhibeatis corpora vr̃a hoſtiã viuentẽ ſanctã deo placẽtem rationabile obſequiũ veſtꝝ. Et in ſuitutẽ redigo ꝑ operationẽ boni: corpus ſcꝫ ſpiritui ſuire cogẽdo. ⁊ ſenſualitatẽ rõi ſubijciendo. ſicut de beato martino legiꝛ. Carneꝫ ſpiritui ſuire cogebat. ⁊ hoc facio ne forte cũ alijs p̃dicauerim ⁊c. Aug. Suo timore nos terruit apl's. q̃d em̃ faciet agnus vbi aries timet ⁊ tremit. Ipſe reprobus id eſt a deo reprobatus efficiar. qđ turpe eſſet. Ro. 2. Qui p̃dicas nõ furandum furaris. De huiuſmodi poſſet vere dici illud Job. 4. Ecce docuiſti plurimos ⁊c. Nunc aũt vẽit ſuꝑ te plaga ⁊ defeciſti. ¶ Hic queritur ibi. Melius eſt mihi mori ⁊c. Contra gloria non euacuaꝛ niſi per peccatũ. ergo accipere eſſꝫ ei peccatum non ergo licitum. Reſpõdeo gloria eſſentialꝛ per hoc nõ euacuareꝛ ſed gloria accidentalis de hoc opere ſuꝑerogationis. ¶ Item ſi euangelizauero nõ eſt mihi

Gloria. Contra euangelizanti ꝛ ſumptus accipiēti debet
ꝛ aurea ꝛ aureola. Sed glo. exponit qñ euāgelizat ex ne
ceſſitate timoris vl' ex cupiditate mercedis tpalis. ¶ Itē
ſup illud. Diſpenſatio mihi credita eſt. Glo. Non debe-
mus euangelizare vt manducem⁹. Contra ergo pdicato
res queſtuarij peccant mortalit̄: qꝛ faciunt qđ nō debent
Rñdeo ſi ꝓpter queſtū principalit̄ faciūt peccāt. ſed ſi ꝓ
pter fructū ſpūalē unde ꝓuenientē bene faciūt. ¶ Itē ibi-
dem glo. Propter regnū dei debemus opari oīa nō ſolū
ſed cū regno dei mercedē temporalē meditari. Contra er-
go qui vadunt ad eccliā ꝓ diſtributionibus peccāt. Re-
ſpondeo verū eſt ſi ſolū vel principalit̄ ꝓpter hoc vadant
¶ Itē ſup hoc Ut nō abutar poteſtate. Glo. qđ eſſet ſi ac-
ciperet qđ ꝓbauit ſupra eodē qđ ei licet accipere Reſpō
deo intelligendū eſt ſi acciperet indiſcrete ꝛ inordinate ꝛ
īmoderate. ¶ Itē omniū ſeruū me feci. Contra ſupra 6.
Nolite ſerui effici hominū. Rñdeo hic loqtur de ſuitute
charitatis ſcꝫ in bono: ibi deſeruitute iniqtatis ſcꝫ in ma-
lo. ¶ Item factus ſum iudeis iudeus. Glo. in cibis acci-
piendis vel nō accipiēdis. Contra glo. Iniuſte ergo rep-
hendit petꝝ de diſcretiōe ciboꝝ gal. 2. imo bene qꝛ petr⁹
diſcernebat cū ſcandalo gentiū ſcꝫ in locis gentiliū: pau-
lus autē nō. ¶ Itē ibidē glo. Propt̄ ſcandalū iudeorum
circūcidit thimotheū act. 16. Contra veritas doctrine vi
te ꝛ iuſtitie nō debet dimitti ꝓpt̄ ſcandaluꝫ. Rñdeo vſqꝫ
ad diuulgationē euāgelij nō erat de veritate doctrine ſi-
ue vite ne homines circūciderent ſed ne ſpem ponerēt in
circūciſione. ¶ Item vt omnes facerē ſaluos. Cōtra ſcie-
bat nō omnes ſaluādos. Reſpōdeo volebat omnes in ꝑ-
ticulari id eſt quēlibet ꝑ ſe non oēs ſimul. ¶ Itē ſup il-
lud omnes qdē currūt. Glo. in ſpirituali agone quotqt q-
dem currūt ſi ſpiritualit̄ currūt accipiunt ꝛ q̄ prior venerit
expectat vt coronet cū poſteriori. Cōtra vnuſqſqꝫ in mor-
te coronat̄. Reſpondeo hoc intelligit̄ de glīa corporis nō
anime. ¶ Item ſup illud Ne forte cū predicauerim. Glo.
ſuo timore nos terret aplus. Cōtra. 1. Ioh. 4. Perfecta
charitas foras mittit timorē. Rñdeo verū eſt timorem pe
ne ſed non timorē ſeparationis ſiue offenſe.

¶ Incipit capitulū decimum.

Nolo em̄ vos ignorare fratres: qm̄
patres noſtri oēs ſub nube fue-
runt ꝛ omnes mare tranſierunt ꝛ
omnes in moyſe baptizati ſūt in
nube ꝛ in mari. Et omnes eandē eſcā ſpirita
lem māducauerunt. ꝛ omnes eundem potū
ſpiritalē biberūt. Bibebant aūt de petra ſpi
ritali conſequente eos petra. petra aūt erat
xp̄s. Sed nō in pluribus eoꝝ beneplacitū ē
deo. Nam proſtrati ſunt in deſerto.

Superius monuit abſtinere ab ydolotitis. Primo pro-
pter vitandū ſcandalū fratrū infirmoꝝ ca. 8. Secundo ꝓ
pter exemplū ſuum qui abſtinet ꝓpter alios ab acceptio-
ne ſūptuū cap. 9. Hic tertio monet ad idē ex cōſideratio
ne iudeoꝝ in deſerto ydola venerantiuꝫ. vbi exemplo pe
ne iſtorum Primo monet abſtinere a ꝑpetratione pecca
torum ſimilium. Secundo ſpecialiter a comeſtione ydol'
ymolatorū ibi. Propter qđ chariſſimi fugite ab ydoloꝝ
cultura ꝛc. In prima primo oñdit qđ antiqtus iudeis cō-
tingit. Secundo ꝓpter quid. quia non ꝓpter ſe tantum
ſed ꝓpter nos corrigendos ita euēit. Hec autē in figura
facta ſunt nr̄i ꝛc. Tertio vt exemplo eoꝝ caueant conclu
dit ibi. Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare ꝛc. Ergo pena timēda
cautela adhibenda. In prima primo ponit beneficia gra-
tie eis īpenſa exiſtentibus in egypto. Secūdo preſtita in
deſerto ibi. Et omnes eandē eſcam ꝛc. Tertio flagella ꝓ
pter ingratitudinē inflictā ibi. Sed non in pluribus ꝛc.
In prima tangit tria beneficia. Primum in ꝓtectiōe nu
bis. Secundum in tranſitu maris rubri ibi. Et oēs ma-
re tranſierunt ꝛc. Tertium in purgatiōe baptiſmatis ibi
Et omnes in moyſe ꝛc. Dicit ergo Nolo vos ꝛc. quaſi di
cat. ſic agēdum eſt ſicut monui. Non em̄ ſufficiunt ſacra-
menta eccleſie ſuſcepta vobis poſtea peccantibus ſicē nec
iudeis dei beneficia quin poſtea punirent̄. Nolo em̄ vos
ignorare ꝛc. Hoc dupliciter legit̄. Uno modo de bonis ꝛ
malis cōmuniter. Alio modo de malis ſpecialiter. Primo
modo ſic. Nolo vos ignorare fratres qm̄ patres nr̄i inſti
tutores fidei noſtre. omnes tam boni ꝙ̄ mali ſub nube ꝓ-
tegente fuerunt Exo. 13. Dominus p̄cedebat eos ad oſtē
dendum viā per diē in colūna nubis ꝛc. Al' ſub nube id ē
ſub figura ꝛ vmbra. he. 10. Umbram habens lex futuro-
rum ꝛc. Et omnes mare rubrum ſubmerſis hoſtib⁹ tran-
ſierunt. non de vna ripa ad ripā oppoſitā. ſed ad eandem
vnde tranſierunt quendā ſinum maris: ꝛ omnes in moy-
ſe id eſt in ducatu moyſi baptizati ſunt in nube ꝛ in mari.
id eſt ꝑ viſa ſigna illa purgati ab ignorātia. Ul'a vitijs ꝑ
fidem ſcilicet ſubmerſis egyptijs. Exo. 14. Timuit po-
pulus dñm ꝛ crediderunt dño ꝛ ſuo ſuo moyſi. Uel ba-
ptizati ſunt id eſt ſignū baptiſmi receperunt. Naꝫ baptiſm⁹
conſtat ex aqua ꝛ ſpiritu Ioh. 3. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua et ſpiritu. Nubes aūt ſimboluꝫ erat ſpirit⁹: mare
vero aque vt dicit Dam̄. ¶ Deinde cū dicit. Et oēs eā
dem eſcā ſpiritalē ꝛc. Poſt bñficia exhibita iſrl' de egy-
pto exeūti. hic tangit beneficia exhibita in deſerto. Et ꝑ-
mo beneficiū manne. Secūdo beneficiū aque ibi. Et om-
nes eundē potū ꝛc. Tertio potus originem mirabilē ibi.
Bibebāt aūt ꝛc. Quarto originis ſignificationē ibi. Pe
tra aūt ꝛc. Dicit ergo Et omnes eandē eſcā ſpiritalē mā-
ducauerunt māna ſcilicet de celo. Uocat autē eā ſpiritalē
cum eſſet corpalis: ſed quia miraculoſe fuit data. De hoc
habetur Sap. 16. Panem de celo preſtitiſti eis. Et om-
nes eundē potū ſpiritalē id eſt aquam de petra. Numeri
20. Loquimī ad petrā ꝛ ipſa dabit vobis aquā. Percuſ-
ſit petrā ꝛ fluxerunt aque. Bibebant aūt de petra ſpiritali
q̄ dicitur ſpiritalˀ ꝓpter effectū miraculoſū ꝓpt̄ futuri ſi-
gnū. petra ꝯſequēte eos Dupliciť intelligit̄ ꝯſequēte id ē
ſatiſfaciente voluntati eoꝝ. pſ. Deſideriū eoꝝ attulit eis
Aque em̄ vbiqꝫ ſequebant̄ eos Eſa. 48. Aquā de petra
ꝓduxit eis ꝛc. Uel conſequēte eos id eſt veritatē ſequen-
tem ſignificante. Petra aūt erat xp̄s. non ꝑ ſubſtantiam
ſed per ſignificationē. Hic eſt lapis quē reprobauerūt ꝛc.
Alio modo legitur de bonis breuit̄ ſic. Nolo vos ignora
re fratres quoniā patres noſtri inſtitutores fidei nr̄e om-
nes boni ſpiritualiter. Unde dicit patres noſtri nō illorū
ſub nube fuerunt ſicut prius. ꝛ omnes eandē eſcā mandu
cauerunt ſpiritalē id eſt corpus xp̄i in ſigno ſpiritualit̄ in-
tellecto. Unde eandē eſcam ſpiritalē māducauerunt ideꝫ
ſcꝫ qđ nos. ſed aliā eſcaꝫ corporalē ꝙ̄ nos. et hoc ꝙ̄tū ad
maiores in xp̄m credentes. Manducabant xp̄m ſpiritua-
liter ſcḋm illud Crede ꝛ manducaſti. Et omnes eundē po-
tum biberunt ſcꝫ xp̄i ſāguinē in ſigno. Sic loquitur de ſi-
gno ꝛ potu ſpirituali per fidē nō de corporali. Bibebant
autē de ſpiritali ꝛc. ſicut pri⁹ Appetēdus cibus ꝛ pot⁹ q̄a
ſufficiens. Unde dicit Omnes māducauerunt. Indefici-
ens quia eundem. Utilis quia potus ꝛ cibus ſpiritualis
quod notatur in ipſo nomine ſpiritalis ꝛc. ¶ Deinde cuꝫ
dicit Sed non in pluribus ꝛc. poſt beneficia tāgit flagel-
la. et primo offenſam. Secūdo penā ibi. Nā ꝓſtrati ſunt.
Dicit ergo. Sed nō in plurib⁹ ꝛc. quaſi dicat his oīb⁹
beneficijs vſi ſunt iudei ſed nō in pluribus eoꝝ bñplacitū

eſt deo in illis ſcilicet qui deum offenderunt ſed tantũ in duobus ſcilicet Caleph ⁊ Joſue quibus ſolis conceſſum eſt terraꝫ ꝓmiſſionis obtinere Numeri.14. Mal.1. Nõ eſt mihi voluntas in vobis.

¶ Lectio ſecunda.

Hec autem in figura facta ſunt noſtri vt non ſimus concupiſcẽtes malorũ ſicut ⁊ illi concupierũt. Neq; idolatre efficiamini ſicut quidã ex ipſis: queadmodum ſcriptũ eſt. Sedit populus manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerunt ludere. Neq; fornicemur ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt: ⁊ ceciderunt vna die vigintitria milia. Neq; temptemus xp̃m ſicut quidã eoꝝ temptauerũt: ⁊ a ſerpentibus perierunt. Neq; murmuraueritis ſicut quidã eoꝝ murmurauerũt ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec autẽ omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt aũt ad correptionẽ noſtram in quos fines ſeclorum deuenerunt.

Superius oſtendit quid antiq̃s iudeis contigit: hic oſtẽdit ꝙ non ꝓpter ſe tantũ ſed ꝓpter nos corrigendos ita euenit. Ubi primo oſtendit ꝙ ꝓpter nos corrigendos a peccato: predicta facta ſunt. Secundo ꝙ ꝓpter hoc etiã ſcripta ſunt ibi. Hec autẽ omnia in figura ⁊c. In pria oſtẽdit ꝙ ideo facta ſunt vt cohibeamur a peccato ⁊ primo a peccato cordis. Secundo a peccato op̃is ibi. Neq; idolatre efficiamini ⁊c. Tertio a peccato oris ibi. Neq; murmuraueritis ſicut q̃dã ⁊c. In prima primo deterret ꝑ penam. Secundo ex hoc dehortat̃ culpã ibi. Ut non ſimus concupiſcẽtes ⁊c. Tertio malos reducit ad memoriã ibi. Sicut illi concupierunt ⁊c. Dicit ergo: hec autẽ in figura facta ſunt noſtri. nõ ficta ſed vere facta. In figura inq̃ ido ſcilicet vt nos conſiderantes illoꝝ ſupplicia: non ſim⁹ cõcupiſcentes malorũ. ſicut ⁊ illi ↄcupierũt. de quibus. pſ̃. Concupierunt concupiſcentiã in deſerto. Numeri.11. dicitur ꝙ vulgus ꝓmiſcuũ flagrauit deſiderio carnium. Et notandũ ꝙ ſicut in bonis longe melius eſt qđ figuratur q̃ ipſa figura vt regnũ celoꝝ q̃ terra ꝓmiſſiõis. ita in malis longe peius eſt qđ figuratur q̃ figura ſignificans. Fm autẽ aug. illa ſupplicia que ſuſtinuerũt figura gehẽne fuerunt: que omni pena maior eſt. Hec autẽ ꝑtinent ad ſapiẽtes inter corinthios qui deſiderio carnes comedebant in idolo ⁊ ſcandalizabãt infirmos vnde ſimiles erant iudeis carnes deſiderantibus in deſerto. vnde digni erant etiaꝫ ſimili pena. ¶ Deinde cũ dicit Neq; idolatre ⁊c. Dehortatur peccatũ operis. vbi tangit tria peccata. Primo idolatrie. Secundo fornicationis ibi. Neq; fornicemur ⁊c. Tertio diuine tẽptatiõis ibi. Neq; tẽptemus ⁊c. In prima primo diſſuadet idolatrie vitiũ. Secundo deterret ꝑ exemplum ibi. Sicut quidaꝫ ex ipſis ⁊c. Tertio explicat exemplum implicitũ ibi. Quemadmodum ſcriptũ eſt ⁊c. Dicit ergo. Neq; idolatre efficiamini idolotitis veſcẽdo in veneratione idoli vel in ſcandalũ infirmoꝝ. Sicut quidam illorũ ſupple idolatre fuerunt Exo.32. ⁊ pſ̃. Et fecerunt vitulũ in oreb. ⁊ adorauerũt ſculptile. Quemadmodum ſcriptũ eſt Exo.32. Sedit populus id eſt quidaꝫ de populo manducare ⁊ bibere corã idolo quib⁹ ſimiles ſũt qui comedunt idolotita: idola venerando. Et ſurrexerũt ludere id eſt ludos facere. ſicut choreas ⁊ huiuſmodi ĩ venerationem idoli. Uel ſurrexerunt ludere id eſt idoluꝫ adorare quod eſt ſimile ludo puerorũ qui faciũt ymagĩes luteas. ¶ Deinde aũ dicit Neq; fornicemur ⁊c. tãgit peccatũ fornicationis vbi primo diſſuadet tale peccatũ. Secundo deterret per exemplũ culpe ibi Sicut quidam ⁊c. Tertio pene ibi. Et ceciderunt vna die ⁊c. Dicit ẽ Neq; fornicemur vt quidã ex vobis ſupra.5. Omnino auditur fornicatio inter vos Sicut quidã ex ipſis fornicati ſũt cum madianitis ſcilicet numeri.25. Et ibi ceciderũt vna die.23. immo.24000. milia. ſed maior numer⁹ nõ excludit minorẽ vnde nõ dicitur hic cũ preciſione. Uł forte vitium ſcriptorũ eſt. ¶ Deinde cũ dicit Neq; tẽptem⁹ xp̃m ⁊c. tangit peccatũ diuine tẽptationis. quod diſſuadet primo verbo. Secundo exemplo ibi. Sicut quidã ⁊c. Tertio ſupplicio ibi. Et a ſerpentib⁹ ⁊c. Dicit ergo Neq; tẽptemus xp̃m diffidendo de eius potẽtia. ſicut illi q̃ in vobis deſperant de reſurrectione ſicut quidam eoꝝ tẽptauerunt deũ vł xp̃m in moyſe dicentes: Nunq̃d poterit parare menſam in deſerto. ⁊ ideo a ſerpentibus perierunt donec ſcilicet ſerpens eneus erectus eſt ad cuius aſpectũ ſanabantur. De hoc habetur numeri.21. ⁊ deutro.6. Non tẽptabis dominũ deũ tuũ. ¶ Deinde cũ dicit. Neq; murmuraueritis ⁊c. poſt peccatũ cordis ⁊ operis dehortatur peccatũ oris. vbi primo diſſuadet murmurationis vitiuꝫ Secũdo adducit quoſdã in exemplum ⁊ primo culpe ibi Sicut quidã ⁊c. Secundo pene ibi. Et perierunt a ſerpentibus. Dicit ergo Neq; murmuraueritis contra me: vel minores cõtra maiores Sap̃.1. Cuſtodite vos a murmuratione ſicut quidã eoꝝ murmurauerunt contra moyſen. numeri.16. Murmurauit om̃is congregatio filioꝝ iſrł cõtra moyſen. ⁊ ideo perierunt ab extermĩatore. ab angelo ſcilicet qui extra terminos terre eos percuſſit. Baruch 3. Exterminati ſunt ⁊ ad inferos deſcenderunt. ¶ Notandũ ſuper illud In moyſe baptizati ſũt ꝙ dam̃.li.4. capi. de baptiſmo diſtinguit nouẽ genera baptiſmatũ accipiendo baptiſmata large. Primũ eſt aqua diluuij de quo habet̃ gẽñ.6. Secundum mare rubrũ de quo Exo.14. Tertiũ aqua expiationis de qua numeri.19. Quartum baptiſm⁹ Johannis de quo Mat.3. Quintuꝫ baptiſmus de q̃ xp̃s baptizatus fuit Luc.3. Sextũ baptiſmus ſpiritusſãcti ſuper diſcipulos act̃.1. Uos autẽ baptizabimini ſpiritusſancto. Septimũ baptiſmus penitentie ⁊ contritiõis de quo Ecc.34. Qui baptizatur a mortuo ⁊c. Octauũ baptiſmus ſanguinis de quo Luc.12. Baptiſma habeo baptiſari ⁊ quomodo coartor vſq; dum ꝑficiatur. Nonũ baptiſmus aque ⁊ ſpiritus de quo Joh.3. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritusſancto ⁊ Mat. vlti. Baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ¶ Deinde cũ dicit. Hec aũt omnia in figura ⁊c. Habito ꝙ ꝓpter nos predicta facta ſunt: hic oſtendit ꝙ ꝓpter nos etiã ſcripta ſũt. Et primo ꝙ in ſignificatione. Secũdo ꝙ in correctiõe ibi Scripta ſunt aũt ⁊c. Dicit ergo Hec autem ⁊c. quaſi dicat. Iſta contigerunt illis ⁊ hoc non tantũ ꝓpter ſua peccata. autẽ ꝑ ſed omnia in figura noſtri ſcilicet cõtingebãt illis. erat em̃ tunc tẽp⁹ figurarũ. ¶ Deinde cũ dicit Scripta ſunt autẽ ad correptionẽ. tangit ꝙ ſcripta ſunt ad correctionẽ noſtrã. Ubi implicant̃ tria incitãtia ad correctionem noſtraꝫ. Primo antiquoꝝ exempla que notantur in ſcripturis. Secũdo exemploꝝ cauſa que eſt correctio noſtra. Tertio etas nouiſſima que eſt finis ſeculoꝝ. De ergo Scripta ſunt autẽ ad correctionẽ noſtrã. quia quecunq; ſcripta ſunt ad nr̃am doctrinã ſcripta ſunt. Roma.15. Nos dico in quos fines ſeculoruꝫ deuenerunt id eſt ſexta etas que eſt vltima etas laborantiũ. 1. Joh.2. Filioli mei nouiſſima hora eſt. Quia ergo in vltima ſecli etate ſum⁹ tot exemplis prioꝝ corrigi debemus. Uel in quos fines ſeculoꝝ deuenerunt id eſt in quibus ꝑ fidem ⁊ amorẽ xp̃i

finita eſt ſecularitas quia phil.3.dicitur. Conuerſatio nõ
ſtra in celis eſt. Unde temporalia non promittuntur tem
pore gratie ſicut tempore legis. Unde nec in pactum de=
ducuntur ſed adijciuntur Mat.6. Primum querite re=
gnum dei ꝛc. Sed antiquitus erant in pactuꝫ Eſa.1. Si
volueritis ⁊ audieritis ꝛc. Ecce ergo exempla certa quia
ſcripta ſunt. vtilia quia ad correctionẽ noſtraꝫ. durabilia
quia in quos fines ꝛc.

## ¶ Lectio tertia

**Itaqꝫ qui ſe exiſtiat ſtare videat ne cadat. Temptatio vos nõ apprehẽdat niſi humana. Fidelis autem deus eſt qui non patietur vos temptari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet etiã cũ tẽptatione ꝓuentũ vt poſſitis ſuſtinere.**

Habita primo iudeorum punitione. Secundo punitiõis
ratiõe: hic tertio concludit ꝙ exemplo eorum debẽt a ma
lo cauere. vbi primo monet vt caueant caſum. Secundo
cauendi docet modum ibi. Uos nõ apprehẽdat ꝛc. Ter=
tio promittit firmum adiutorium ibi. Fidelis autẽ deus
eſt ꝛc. In primo implicat quatuor ſollicitantia ſapientẽ.
ſcilicet multitudinẽ cadentiũ cum dicit Itaqꝫ. incertitudi
nem ſtantiũ cũ ſubdit. Qui ſe exiſtimat ſtar. Neceſſitatẽ
cautele cum addit. Uideat. facilitatem ruine cũ dicit Ne
cadat. Dicit ergo Itaqꝫ ꝛc. quaſi dicat. Illi ⁊ ſi benefici=
is dei vſi ſunt nihilominꝰ propter peccata perierũt. Ita=
qꝫ ex eoꝝ conſideratione qui exiſtimat aliqua cõiectura=
tione ſe ſtare id eſt ꝙ ſit in gratia ⁊ charitate. videat dili=
genti attentiõe ne cadat peccando vel alios faciendo pec
care. Eſa.14. Quomodo cecidiſti lucifer. pſ. Cadent a
latere tuo mille ꝛc. Ideo eph.5. Uidete quõ caute ambu
letis. ¶ Deinde cũ dicit Temptatio vos nõ apprehẽdat
ꝛc. Docet modũ cauendi cauſam ſcilicet cauẽdo tempta=
tionẽ Ubi p̄io docet aliquã tẽptationẽ fugiẽdã Secũdo
aliquam ſuſtinendã ibi. Niſi humana. Primã primo no=
tificat quia pulſat vt introeat. Unde dicitur tẽptatio. Se
cundo quia ĩpugnat vt ꝑualeat. Unõ ſubditur. Non vos
apprehendat. Dicit ergo Temptatio ꝛc. quaſi diceret ne
cadatis. Temptatio ſcilicet peccati non vos apprehẽdat
trahendo in conſenſum peccati: niſi humana. hoc duplici
ter exponitur. Uno modo de tẽptatione interiori mala. ⁊
tũc eſt permiſſio. Quaſi dicat. nulla peccati dilectio vos
apprehendat niſi forte de malis ſine quã vita humana nõ
ducitur. Non enim eſt homo qui ſemꝑ faciat bonũ ⁊ non
peccet. 3.reguꝫ.8.⁊.2.paꝛ.6. Alio modo expõitur de tẽ=
ptatione exteriori boni. Et tunc eſt exhortatio ſic. Tem=
ptatio vos non apprehendat niſi humana ſcilicet tribula
tionũ preſentiũ ꝓpter chriſtum tolerãtia. Aug. ꝓpẽ chri=
ſtum pati humana temptatio eſt. Thob.12. Quia acce=
ptus eras deo neceſſe fuit vt tẽptatio probaret te. ¶ De=
inde cum dicit. Fidelis deus. oſtendit paratũ adiutoriuꝫ
in tẽptatione. Ubi cõmẽdat deũ adiutorẽ qꝛ dat nob reſi=
ſtẽdi potentiã qð notat ibi. Sꝫ faciet cũ tẽptatiõe ꝛc. pſe=
uerãtiã qð notat ibi. Ut poſſitꝭ ſuſtinere. Uere fidelꝭ deꝰ q̃
dat potẽtiã ne vincamur. grãꝫ vt mereamur. conſtãtiã vt
vincamꝰ. Dic ḡ Fidelꝭ ꝛc. q̃ſi diceret vos ad hoc hortor
⁊ moneo ꝙ poteſtꝭ. fidelꝭ dñs in oĩbꝰ verbis ſuis q̃ nõ patie
tur vos tẽptari ſupra id qð poteſtis. qð vtiqꝫ poſſet dya=
bolus ſi ꝑmitteret qꝛ nõ eſt ptãs ſuꝑ t̃rã q̃ ei cõpet Eſa.
40. Dat laſſo virtutẽ. Iõ Iac.1. Oĩe gaudiũ exiſtimate
fr̃es cũ ĩ varias tẽptatiões ĩcid̃ritꝭ. aug. Qui dat dyabolo
tẽptãdi licẽtiã. ipẽ dat tẽptatꝭ miſicordiã ꝓuẽtũ inq̃ ita
vt poſſitꝭ ſuſtiere. ne deficiatꝭ ĩ lucta. ſꝫ vicatꝭ qð fit ꝑ hũi
litatẽ vt dicꝭ aug. Illi eñi nõ crepãt ĩ fornace q̃ nõ hñt vẽ=
tũ ſuꝑbie. ¶ Notãdũ ẽ ſuꝑ illð q̃ ſe exiſtĩat ſtare ꝛc. ꝙ ad
caſũ ĩpellũt nos primo debilitas viriũ. ſicut cadunt pue=
ri. decrepiti. infirmi. Eſa.40. In ĩfirmitate cadẽt. qð cõ=
tingit ꝑ tepiditatẽ bene operandi ⁊ inſtabilitatẽ. Secun=
do onus peccatorũ ſicut cadunt aſini ſub onere nimio. pſ.
Ceciderunt qui operantur iniquitatẽ. quod cõtingit per
negligentiã penitendi quia peccatũ qð ꝑ penitentiaꝫ ꝛc.
Tertio multitudo trahentiũ ſicut arbor vꝉ domus multꝭ
trahentibus deorſum cadit ſupra eodẽ. Neqꝫ fornicemur
ꝛc. quod contingit per impulſum hoſtiũ. Quarto lubri=
citas viarũ ſicut incauti cadunt in lubrico Ecc.28. Attẽ=
de ne forte labores in lingua ⁊ cadas. ⁊ in conſpectu ꝛc.
quod contingit per incautã cuſtodiã ſenſuũ. Quinto va
rietas offendiculoꝝ ſicut auis capta in medio laqueorum
pſ. Hi in curribus ꝛc. ꝓuer.24. Septies in die cadit iu
ſtus quod cõtingit ꝑ corruptionẽ creaturaꝝ. Sexto igno
rãtia agendoꝝ ſicut ceci cadũt defacili Mat.15. Si cecꝰ
ceco ducatũ preſtet ꝛc. quod contingit per negligentiam
addiſcendi neceſſaria. Septimo exempla cadentiũ ſicꝫ an
geli ad exemplũ luciferi. pſ. Cadẽt a latere tuo mille ꝛc.
ꝓuer.25. Fons turbatus pede ⁊ vena corrupta iuſtꝰ ca=
dens corã ipio. qꝛ ꝯtingit ꝑ imitationẽ maloꝝ. Octauo
ponderoſitas corporum. Corpus eñi quod corrumpit ag
grauat animã ſicut lapis in collo natãtis Iob.14. Mõs
cadens defluit. quod contingit per carnis fomẽtũ ſuper=
fluum.

## ¶ Lectio quarta.

**Propter quod chariſſimi mei: fugite ab idolorũ cultura. Ut prudentibꝰ loquor vos ipſi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimꝰ: nonne cõmunicatio ſanguinis chriſti eſt: Et panis quem frangimus nõne participatio corporꝭ domini eſt: Quoniaꝫ vnus panis ⁊ vnũ corpus multi ſumus: omnes qui de vno pane ⁊ de vno calice ꝑticipamus.**

Superius ex conſideratione iudeoꝝ pene monuit abſti=
nere a perpetratione peccatoruꝫ ſimilium: hic ſpecialiter
monet cauere a cõmeſtione idolis ymolatorum. Ubi pri=
mo ponit cõmonitionem cauendi ab idolotitis. Secun=
do ſubdit cauſam cõmonitionis ibi. Quid ergo dico ꝛc.
Tertio docet modũ cauendi a dictis ibi. Omne quod in
macello venit manducate ꝛc. In prima cauere ab idoloti=
torum comeſtione monet. Primo ex timore pene conſimi
lis. Secundo ex cõmuniõe ſancti altaris ibi. Ut prudenti
bus loquor ꝛc. Tertio ex ſimilitudine ſacrificij legalꝭ ibi.
Uidete iſrꝉ ſm carnẽ ꝛc. In prima vt eius obediant dic=
tis. Primo arguit inferendo cũ dicit. Propter qð. Se=
cundo allicit blandiẽdo cũ ſubdit Chariſſimi mei. Ter=
tio inſtruit exhortando cum addit Fugite ꝛc. Dicit ergo
Propter quod ꝛc. quaſi diceret quia ſacramẽta ſola non
ſaluant. ⁊ qui cadit punitur ⁊ auxilium dei non deeſt. ꝓ=
pter quod chariſſimi mei fugite ab idoloꝝ cultura id ẽ ab
omni idoli veneratione. Glo. Ideo hos apoſtolus horta
tur fugere ab idolatrie ſuꝑſtitione. Uel ne ſapiẽtes come
dãt idolotita cũ offendiculo infirmoꝝ quibꝰ idolatrare vi
derentur. Uel ne ipſi infirmi idolatre ſint edendo in ido=
li veneratione. Fugite ergo ab idoloꝝ cultura. Uel puta
tiua quo ad eſum ſapientũ. Uel vera quo ad eſuꝫ infirmo
rum. ¶ Deinde cum dicit. Ut prudentibꝰ loquor ꝛc. mo=
net cauere ab idolotitoꝝ comeſtione ex cõmunione ſacra=
menti altarꝭ. Ubi ꝑmo qð dicturꝰ ẽ ſuppõit coꝝ iudicio.

Secundo oſtendit qđ ẽ illud.ſ.ꝙ ꝑ cõiones eucharíſtie
efficimur vnũ cũ xp̄o ibi. Calix bñdictiõis ⁊c. Tertio ꝓ
bat ꝙ ita ẽ ꝙ oẽs ſumꝰ vnum in corpe eius miſtico. ibi.
Qm̄ vnus panis ⁊c. Dicit ergo. Ut prudentibꝰ ⁊c.q.d
Ut fugiatis loquoꝛ vobis vt prudẽtibꝰ. Uel ſic. loquoꝛ
vobis altũ quid.ſ.qđ ſequit̄ vt prudentibus. Uel ſic lo
quoꝛ infirmis.ſ.qui ſunt inter vos: vt ſupra loquutꝰ ſuꝫ
prudentibꝰ. Et iõ voſipſi maiores iudicate: qđ dico Job
21. Si contempſi ſubire iudiciũ cũ ſeruo meo. Judicate
inꝗ hoc qđ ſequit̄. Calix bñdictiõis.i.potus calicis per
quẽ pticipantes bñdicunt̄. Luce.22. Siľr ⁊ calicẽ poſt
ꝙ̄ cenauit dicẽs. Hic calix ⁊c. Cui bñdicimus.i.qđ nos
fideles exaltamꝰ credendo ⁊ grãs agendo. Uel cui bñ=
dicimus.i.quẽ nos ſacerdotes ꝯſecramus. Nõne cõica=
tio ſanguinis xp̄i ẽ faciẽs nos vnũ cũ ip̄o: ſm̄ illud aug.
Nec tu me mutabis in te. Eſt ergo ſua rõ talis. Sicut
pticipans calicem dñi fit vnũ cũ eo: ſic pticipans calicẽ
demonioꝝ fit vnũ cũ eis: ſed demonũ vnitas ẽ maxime
fugienda. ergo ⁊ pticipatio idolotitoꝝ in eoꝝ veneratõe
Et ideo fugite ab idoloꝝ cultura. Et panis quẽ frangi=
mus id eſt ſumptio panis fracti in altari nõne pticipatõ
corpis dñi eſt. faciens nos vnũ cũ xp̄o.qꝛ ſub ſpecie pa=
nis ſumit̄ corpus xp̄i. ¶ Deinde cũ dicit. Qm̄ vnus pa=
nis ⁊c. oſtendit ꝙ oẽs ſumꝰ vnum in corpe eiꝰ miſtico.
Ubi ꝓponit p̄mo vnitatẽ. ſcđo ſubdit vnitatis rõneꝫ ibi
Oẽs qui de vno ⁊c. In p̄ma tangit duplicem vnitatem
Primã incorporationis qua in xp̄m transformamur cuꝫ
dicit. Unus panis ⁊c Aliã vite ⁊ ſenſus quam a chriſto
capite accipimꝰ cũ addit. Et vnũ corpus ⁊c. Dicit ergo
Qm̄ vnus ⁊c. Quaſi dicat ꝑ hoc pꝫ ꝙ vnũ ſumus cum
xp̄o. qm̄ vnus panis vnione fidei ſpei ⁊ charitatis ⁊ vnũ
corpus multi ſumus ꝑ ſubminiſtrationẽ operũ charita=
tis. Corpus.ſ.illius capitis q̄ ẽ xp̄s. Multi dico ſcꝫ om
nes qui de vno pane.i.corpore xp̄i ⁊ vno calice id ẽ ſan
guine pticipamus digna pticipatione ſcꝫ ſpũali non tm̄
ſacramentali. Augꝰ. Accipite qꝛ vnus panis ⁊ vnũ cor
pus eccľia xp̄i dicitur ꝓ eo ꝙ ſicut vnus panis ex multiſ
granis ⁊ vnũ corpꝰ ex multis mẽbris cõponit̄. ſic eccle=
ſia xp̄i ex multis fidelibus capite copulatis cõnectitur.
De iſta vnitate infra.12.dicit̄. ¶ Hic queritur ſuꝑ illo.
Oẽs in moyſe baptizati. Glo. ꝓuiſa illa legalia purgati
Cõtra. Legalia nõ iuſtificabãt. Rñdeo. Juſtificabãt di
ſpoſitiue a remotis non copulatiue quia per modum ſig=
ni non cauſe. ¶ Item ſuper illud. Petra autẽ erat chri
ſtus. Glo. Non petra dedit aquas ſed chriſtus. Contra
Numeri.20. Loquimini ad petram ⁊ ipſa dabit vobis
aquas. Reſpondeo. Petra dabat originaliter non effe=
ctiue. ¶ Item ſuper illud. Omnes eandeꝫ eſcam. Glo.
Si quis manducauerit ex hoc pane nõ morietur in eter
num: ſcilicet qui manducat corde non qui premit ore.
Contra. ergo non oportet ſacramentaliter manducare.
Reſpondeo non qui premit ore ſolum ſcilicet. ¶ Item
ſuper illud. Eundem potum ſpiritalem. Glo. Idem eſt
effectus in illis ſacramentis ſed nõ tantum quantum in
noſtris. Contra. ſacramenta vetera nõ efficiebant quod
figurabant. Reſpondeo Jdẽ eſt effectus. ſed aliter: nam
illorum per modũ ſigni: noſtrorum per modum cauſe.
¶ Item ſuper illud. Hec autem in figura facta ſũt. Glo.
Omnes pene minores ſunt gehenna. Contra. carentia
viſionis dei maior pena eſt ꝙ̄ gehenna: ſm̄ Chriſoſto.
Rñdeo. loquit̄ de penis tẽporalibus. ¶ Item ſuꝑ illud
Qui ſtat videat ne cadat. Glo. Nõ ꝙ ſit aliquis ſine ca=
ſu. Contra. Multi ſunt ſine mortali. Reſpondeo Du=
plex eſt caſus: vnꝰ a domino per mortale. alter in domi
no per veniale. ¶ Item ſuper illud. Fidelis deus. Glo.
ſa. Qui dat temptanti diabolo licentiaꝫ dat temptatis
miſericordiam. Contra. qđ fit de licentia licite fit. Ergo
licet diabolo temptare. Reſpondeo. Licentia accipitur
hic pro permiſſione non pro conceſſione. ¶ Itẽ voſipſi
iudicate. Contra. Non eſt inferiorum iudicare de factis
ſuperiorum. Reſpondeo. Nõ debent iudicare iudicio
ſuperordinationis: ſed licet iudicio diſcretionis. ¶ Iteꝫ
ſuper illud. Benedicimus. Glo. Nos ſacerdotes. Con=
tra. Quod minus eſt a maiori benedicitur. Reſpondeo
In ſacramento altaris benedictio ſacerdotis fertur ſuꝑ
terminum a quo.id eſt ſuper panem nõ ſuper terminum
ad quem id eſt corpus chriſti. ¶ Item. Panis quẽ fran
gimus ⁊c. Contra. Jam tunc non eſt ibi panis. Reſpon
deo. Ponitur ſignificatum pro ſigno.id eſt panis ꝓ ſpe=
cie panis. ¶ Item ſuper illud. Nonne participatio ⁊c.
Glo. Per partes manducatur in ſacramẽto: ⁊ manet in=
teger in celo. Contra. Chriſtus ſub ſacramẽto ẽ imparti
bilis. Reſpondeo. Manducatur per partes ſacramenti
non ſui. ¶ Item ibidem glo. In illo ſacramento corpus
ſuum ⁊ ſanguinem cõmendauit. quod eſt fecit nos ip̄os
Contra: nõ fecit nos corpus chriſti verum. Reſpondeo
qđ.i.cuius ſignificatum. vnde relatio eſt ſimplex.

## ¶ Lectio quinta.

Videte iſrael ſm̄ carnem. Nõne qui
edunt hoſtias pticipes ſũt altaris.
Quid ergo. Dico ꝙ idolis imolatũ
ſit aliquid: aut ꝙ idolũ ſit aliquid Sed que
imolant gentes demoniis imolant ⁊ nõ deo
Nolo autem vos ſocios fieri demoniorum.
Nõ poteſtis calicẽ domini bibere ⁊ calicem
demonioꝝ. Nõ poteſtis menſe dñi partici=
pes eſſe ⁊ menſe demonioꝝ. An emulamur
dñm. Nunquid fortiores illo ſumꝰ? Omĩa
mihi licent ſed nõ oĩa expediũt. Omnia mi
hi licent: ſed nõ oĩa edificant. Nemo qđ ſuũ
eſt querat ſed qđ alterius.

Superiꝰ monuit abſtinere a comeſtione idolotitoꝝ. pri
mo ex timore pene ꝯſimilis. Scđo ex cõione altaris: hic
tertio monet ad ideꝫ ex ſilitudine ſacrificij legalis. Ubi
p̄mo excitat attẽtionẽ. Scđo oñdit ꝓpoſitũ ibi. Nonne
qui edunt hoſtias. Dicit ergo. Videte. Hoc dupliciter
legit̄. Uno mõ de ſacrificijs iudeoꝝ. Alio mõ de ritu gẽ
tiliũ. P̄mo mõ hoc qđ dico iſrľ ẽ accuſatiui caſus. Alio
mõ vocatiui. P̄mo mõ ſic.q.d. Multi vnũ corpꝰ ſumꝰ
qui de vno pane ⁊ vno calice pticipamꝰ. Et hoc pꝫ per
hanc ſilitudinẽ. Videte iſrael ſm̄ carnem ſupple ambu=
lantem.ſ.carnalibus ſacrificijs deſeruientẽ. Hoc dĩc ad
dĩam iſrľ ſm̄ ſpm̄. Deutroqꝫ Ro.2. Nõ eñi q̄ ĩ manife
ſto iudeus.⁊c. Nõne qui edũt hoſtias legales pticipes
ſunt altaris legalis. Sicut qui edunt carnem xp̄i ⁊ ſan=
guinẽ pticipes ſunt corpis. Scđo mõ legit̄ ſic. Videte
o iſrľ.o vos qui eſtis iſrľ ſpũalis videntis.ſ.deũ videte in
ꝗ ea que ſunt ſm̄ carnem.id eſt in idolatrie ritu carna=
li. Nonne qui edunt hoſtias idolis ſcilicet imolatas par
ticipes ſunt altaris demonum et idolorum. Quaſi di=
cat. Sic. Eſt ergo ſua ratio talis: Qui edunt hoſti=
as oblatas altari: participes ſunt altaris. A ſimili qui
edunt hoſtias imolatas idolis: participes ſunt idolo=
rum ſiue demoniorum. ¶ Deinde cum dicit. Quid er
go dico ⁊c. Superius poſuit monitionem cauẽdi ab ido
lotitorum comeſtione: hic ponit cauſam admonitionis.
Ponit autem quattuor cauſas quare debent ab idoloti=

ꝗs abſtinere. Primo propter vitandam demonis ſocie-
tatem. Secundo propter vitandā ſacre cōmunionis ex-
cluſionē ibi. Quia nō poteſtis calicē domini bibere ⁊c.
Tertio propter vitandā dei indignationeꝫ ibi. An emu
lamur dn̄m ⁊c. Quarto ꝓpter fratrum leſionem. ibi.
Oīa mihi licent ⁊c. In prima p̄rio oſtendit ꝑ hoc ꝙ nō
dicit hoc: eo ꝙ alicui⁹ virtutis reputet idolum vel ido-
lotitū. Secūdo ꝙ potius iō qꝛ demonibus ē imolatum:
ibi. Sed que imolant ⁊c. Tertio ꝙ nō vult eos eſſe ſo-
cios demonū ibi. Nolo autem vos ſocios ⁊c. Dicit ergo
Quid ergo. Quaſi dicat. Moneo cauere ab idolotitis
Quid ergo dico. i. quid dicere videor hoc monēdo. Nū
quid hoc ſupple ꝙ illud qđ idolis ē imolatū ſit aliquid
vel alicui⁹ virtutis vt noceat aut ꝙ idolum ſit aliqđ ve-
neratione dignū. Quaſi dicat. Nō. p̄s. Neqꝫ eniꝫ ē ſpi-
ritus in ore ipoꝝ. Sed hoc potius dico ꝙ que imolant
gentes idolo: demoni imolāt ⁊ nō deo. p̄s. Oēs dij gen
tium demonia. Deutero. 32. Imolauerunt demonijs ⁊
nō deo. ¶ Deinde cū dicit. Nolo aūt vos fieri. ⁊c. oſten
dit ꝙ nō vult eos fieri ſocios demonū qđ fierent ſi com-
municarent menſe idoloꝝ. Et hoc ē ꝙ dicit. Nolo autē
vos qui fideles eſtis ſocios fieri demonum edendo. ſ. de
his que idolis imolantur. 2. Coꝝ. 6. Que ſocietas lu-
cis ad tenebras aut que cōuentio xp̄i ad belial. ¶ Dein
de cū dicit. Nō poteſtis calicē. ⁊c. Ecce ſecūda rō quare
abſtinendū ē ab idolotitis que ē talis. Oē qđ excludit a
cōmunione corporis ⁊ ſanguinis xp̄i: vitandū ē. Come-
ſtio idolotitoꝝ eſt huiuſmodi. Ergo vitanda eſt. p̄mo er
go oſtendit ꝙ huiuſmodi comeſtio excludit a cōmuniōe
ſanguinis xp̄i. Scđo ꝙ ⁊ a cōīone corporis chriſti. ibi.
Nō poteſtis mēſe ⁊c. Dicit ergo. Nō poteſtis ⁊c. q. d.
Nolo vos fieri ſocios demonioꝝ. hoc aūt ideo dicit. Qꝛ
nō poteſtis calicē domini bibere potu ſpirituali: non ſa-
cramētali tm̄. p̄s. Calicē ſalutaris accipiā Et calicē de
monioꝝ ſimul: ⁊ hoc quo ad ſacramentū ſanguinis. Nō
poteſtis mēſe domini ꝑticipes eſſe quo ad ſacramētum
corporis ⁊ menſe demonioꝝ. Matt. 6. Nemo pōt duo-
bus dn̄is ſeruire. Ecce ergo calix fructuoſus quia ad bi
bendū ſpūaliter: p̄cioſus qꝛ domini ſpūaliter: purus ⁊ mū
dus quia nō dat immūdis vtiliter. Silr pōt dici de mē
ſa. ¶ Deinde cū dicit. An emulamur dn̄m ⁊c. Ecce ter
tia ratio talis. Omne illud qđ ꝓuocat iram dei vitādū
eſt. comeſtio idolotitorū eſt huiuſmodi. Ergo vitāda eſt
Primo ergo oſtendit ꝙ de⁹ ꝓuocat ex tali comeſtione
Secūdo ꝙ ſtultū eſt eū ꝓuocare ibi. Nunquid fortiores
illo ⁊c. Dicit ergo. An emulamur. i. ad iram ꝓuocare
volumus dn̄m comedendo idolotita. Vel ſic. An emu-
lamur dn̄m. i. inuidem⁹ ei vt quaſi incōtēptum ei⁹ hoc
faciam⁹ Deut. 32. Prouocauerūt eū ī dijs. Nūqđ. Qua
ſi dicat: Nō debem⁹ eū ꝓuocare. Nūquid illo fortiores
ſumus. Quaſi dicat. Non. Iob. 9. Si fortitudo querit
robuſtiſſimus eſt. Fatuū eſt enī ꝓuocare fortiorem ſe.
¶ Notandū ſup illud. Nolo autē vos ſocios fieri ꝙ eſt
ſocietas bona ⁊ mala ⁊ vtraqꝫ quadruplex. Eſt ergo ſo-
cietas bona prima perſonaꝝ diuinaꝝ. de qua. 1. Ioh. 1.
Vt ſocietatē habeam⁹ cū deo: ⁊ ſocietas noſtra ſit cū pa
tre ⁊ cum filio eius ieſu xp̄o. Et hoc exigit ſūma iocum
ditas: qꝛ nullius rei ſine ſocio iocunda ē poſſeſſio. Se-
cunda angeloꝝ ſcōꝝ: de qua Tobie. 5. Credo enī ꝙ an
gelus dei bonus comitet̄ ei. Et hoc exigit hominis di-
gnitas. Iero. Magna eſt dignitas animarū ⁊c. Tertia
virorū iuſtoꝝ: de qua Gal. 2. Iacobus ⁊ iohannes dex-
tras dederunt mihi ⁊ barnabe ſocietatis. Et hoc exigit
noſtra vtilitas. Eccl. 4. Melius eſt duos ⁊c. Quarta
beatoꝝ. de qua Apocal. 1. Ego iohānes ſocius veſter ⁊
frater in tribulatiōe ⁊ regno: ⁊ hoc exigit cōis felicitas

quia ſi ſocij ſumus paſſionis: erimus ⁊ cōſolationis: ſu-
pra p̄mo. Societas mala ſilr quadruplex. prima aperte
malorum. de qua Eſa. 1. Pricipes tui infideles ſocij fu
rum. Hec eſt ſocietas herodis ⁊ pilati in crucifixiōe xp̄i.
Secūda ipocritarū. de qua Iob. 30. Frater fui draconū
⁊ ſocius ſtrutionū. Que alas habere videtur ⁊ volare
nō pōt. Hec eſt ſocietas vulpis ⁊ lupi. Tertia demonū
de qua Iob. 18. Habitent in tabernaculo eius ſocij eius
qui nō eſt. hec ſocietas catti ⁊ muris: carnificis ⁊ bouis
Quarta damnatorū. de qua. 2. Coꝝ. 6. Que ſocietas
lucis ad tenebras: hec ē ſocietas incarceratorū in igne.
¶ Deinde cū dicit. Oīa mihi licent ⁊c. ponit quarta rō
talis. Omne illud qđ ledit ꝓximorū ſalutem vitandū ē.
ſed comeſtio idolotitorum eſt huiuſmodi. ergo vitāda ē.
Primo oſtendit ꝙ talis comeſtio comedenti nō ꝓficit.
Secūdo ꝙ alterū ledit. ibi. Oīa mihi licent ⁊c. Dicit er
go. Oīa mihi ⁊c. quaſi dicat. Si illos peccare dicā qui
comedunt idolotita nō tamē dico cibos in ſe illicitos qꝛ
oīa que ad eſcam ꝑtinent mihi licēt. Vel ⁊ ſi omnia mi
hi licent ſed nō oīa expediunt. i. adiuuāt me ī curſu meo
Simile ſupra. 6. Omnia mihi licent. i. ⁊ ſi omnia mihi
licerent ſed nō omnia edificant ꝓximos ſed ea que cha-
ritatis ſūt ſupra. 8. Sciētia inflat charitas edificat: ⁊ qꝛ
nō omnia edificant: nemo qđ ſuū eſt querat tantū. Cha-
ritas enī nō que ſua ſunt querit. infra. 13. ſed qđ alterius
id eſt qđ alter proficit. Sed heu phil. 2. dicit. Omnes
que ſua ſunt querunt. Audiendus ē ergo ap̄ls qui ⁊ do-
cet verū ⁊ monet bonū. Docet verū duplex. ſ. expediētie
ſibi quia omnia licent ſed nō expediunt: ⁊ edificationis
alijs quia omnia licent ſed nō omnia edificant. Monet
bonum duplex ſcꝫ expedientie ſibi Nemo qđ ſuuꝫ eſt q̄
rat et edificatiōis alijs. Sed qđ alteri⁹.

## ¶ Lectio ſexta.

Omne qđ in macello venit mandu-
cate nihil interrogantes ꝓpter con
ſcientiā. Domini eſt terra ⁊ pleni-
tudo eius. Si quis vocat vos infidelium
ad cenā ⁊ vultis ire: omne qđ vobis appo-
nitur manducate: nihil interrogantes pro-
pter cōſciam. Si quis autē dixerit hoc imo
latū eſt idolis: nolite mādūcare ꝓpter illuꝫ
qui indicauit ⁊ ꝓpter cōſciam. Conſciētiā
autē dico nō tuā ſed alterius. Vt quid eniꝫ
libertas mea iudicat̄ ab aliena cōſcientia.
Si ego cum gratia participo quid blaſphe
mor pro eo ꝙ gratias ago.

Superi⁹ monuit cauere ab idolotitis ⁊ poſuit rōeꝫ qua
druplicē ſue monitiōis. hic tertio docet modū cauendi
a p̄dictis oñdendo qn̄o licet edere ⁊ qn̄o nō. Prio ergo
oñdit an liceat edere. Scđo qn̄ nō lꝫ ibi Si qs autē dixe
rit ⁊c. Tertio qđ in vtriſqꝫ debēt attēdere ibi Siue ergo
māducatis ⁊c. In p̄ria p̄rio ponit duos caſus in quib⁹ lꝫ
idolotita comedere. Prim⁹ qn̄ comedit ꝑ ſe. ſecund⁹ qn̄
cū alijs ibi. Si qs aūt infideliū ⁊c. Vel prim⁹ qn̄ neſcit
idolis imolatū. ſecūdus qn̄ nō ī ꝓximi ſcādalū. In p̄rio
caſu p̄rio tangit comedēdi licētiā. ſcđo comedēdi p̄ſtat
cautelā ibi. Nihil interrogātes ⁊c. Dicit ergo. Oē qđ ī
macello venit. i. vendit̄ ⁊c. quaſi dicat. Quia licet ede-
re ſed nō expedit aliqn̄ iō ſic edite. Oē qđ ī macello venit
i. vēdit̄ māducate ſi vultiſ. Oīs eī creatura dei bōa ⁊ ni-
hil reijciēdū ⁊c. 1. Thi. 4. Vos dico nihil interrogan-
tes. ſ. an ſit idol̄ imolatū vl̄ ñ ⁊ hoc ꝓpt̄ ꝯſciaꝫ aſtantis

infirmi. Domini eſt terra. ⁊c. Quaſi dicat. Hoc ſecure poteſtis facere quia domini eſt terra ⁊ plenitudo eius. i. omnia quibꝰ terra implet̃. ps. Qm̃ mee ſunt oĩs fere. ⁊c. Ambro. Nõ poteſt eẽ immundũ qđ dñi eſt: ſed oĩs carnes ſunt dñi ergo de ſe munde ſunt ⁊ licite. ¶ Deinde cũ dicit. Si quis autẽ vocat. ⁊c. oſtendit qñ licet comedere idolotita cũ alijs qñ. ſ. dant̃ in cõuiuio ⁊ ignorat̃ ab infirmis ꝙ ſint idolis imolata. Ubi implicantur quattuoꝛ expedientia cuilibet cõuiue ſcꝫ ne ſit ĩpudens ſe ingerendo qđ notat̃ ibi. Si q̃s vocat vos: ꝙ nõ ſit offendens in reſpuendo quod notat̃ ibi. Et vultis ire: ꝙ nõ ſit onerofus impediendo: qđ notat̃ ibi. Oẽ qđ vobis apponit̃. ꝙ nõ ſit indiſcretꝰ in loquẽdo: ibi. Nihil interrogantes. Dicit ergo. Si quis infideliũ. i. gentiliũ. Nã cũ iudeis comedere ꝓhibitũ eſt. 28. q. i. c. oẽs. vbi ſic dicit̃. Oẽs deinceps ſiue clerici ſiue laici iudeoꝝ conuiuia vitent: nec eos ad cõuiuiũ q̃ſq̃ recipiat: q꞉ cũ iudei apud xp̃ianos cibis cõibus nõ vtant̃: indignũ atq̃ ſacrilegũ eſt eoꝝ cibos a xp̃ianis ſumi. Si quis ergo infidelium. i. gentiliũ vocat vos ad cenã ⁊ vultis ire. i. placet vobis inuitatio: oẽ comeſtibile qđ vobis apponit̃ manducate. Cõceſſio eſt nõ iuſſio. Luc. x. Manducate que vobis apponũt. Uos dico nihil interrogãtes an ſit imolatũ idolis vel nõ. Et hoc ꝓpter cõſcientiã infirmoꝛum. ¶ Deinde cũ dicit. Si q̃s aũt dixerit. ⁊c. oſtendit quando nõ licet comedere. Ubi aſſignat triplicẽ cãm quare nõ licet comedere. Prĩo ꝓpter alterius cõſciam. Scđo ꝓpter dãnationẽ ꝓpriã ibi. Ut quid enĩ libertas mea. ⁊c. Tertio ꝓpter imperitoꝝ blaſphemiam ibi. Si cum gratia participo. ⁊c. Prima ratio talis eſt. Nihil faciendũ ẽ ſcienter qđ ledat cõſciam eius qui facit: ſꝫ comeſtio idolotiti ẽ hmõi: ergo nihil tale eſt faciendũ. Prĩo ergo ꝓponit idolotiti cognitionẽ. Scđo diſſuadet eius comeſtionẽ: ibi. Nolite manducare ⁊c. Tertio ſubdit huius rõnẽ ibi. Propter illũ qui indicauit. Dicit ergo. Si quis autẽ dixerit etiã nõ interrogatus: hoc ẽ imolatum idolis: nolite mãducare. ⁊ hoc propter illũ qui indicauit hoc eẽ imolatũ idolis. ne ſcꝫ credat te manducare ſub veneratione idoli: nõ ꝙ cibus de ſe ſit immundus. Ro. 14. Scio ⁊ cõfido in dño ꝙ nihil cõe eſt per ipſum niſi illi qui exiſtimãt aliquid cõe eẽ: ſed etiã ꝓpter conſcientiã alioꝝ infirmoꝝ. Cõſciam autẽ nõ tuã q̃ firma eſt ſed alterius ſcꝫ infirmi. 2. Coꝛ. 6. Nemini dantes vllã offenſionẽ. ¶ Deinde cũ dicit. Ut q̃d enĩ libertas mea. ⁊c. Ecce iã ſcđa rõ q̃ ẽ talis. Qđ facit ad iudiciũ dãnationis ꝓprie vitandũ ẽ: ſꝫ comeſtio idolotiti cũ ſcandalo ꝓximi ẽ hmõi: ergo talis comeſtio vitanda ẽ: ⁊ hoc eſt qđ dicit. Ut q̃d ⁊c. quaſi dicat. Nolite mãducare propt̃ cõſcientiã infirmi. Ut q̃d enĩ libertas mea. i. qđ liberũ mihi ẽ iudicat̃ ab aliena ꝯſcĩa. i. mihi fit dãnabile propter ꝯſciam rõne ſcãdali: q̃ſi dicat ſi comedo cũ alterꝰ ſcãdalo ſic ago vt reddã me dãnabilẽ. Mat. 18. Qui ſcandalizauerit vnũ de puſillis iſtis expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria ⁊c. Ut q̃d ergo ſic ago: quaſi dicat. Male ago. ¶ Deinde cũ dicit. Si cum gratia ꝑticipo ⁊c. Ecce tertia rõ talis. Cauendus eſt caſus in blaſphemiã ⁊ vituperiũ alioꝛum: ſed com edendo idolotitum cũ ſcandalo comedo ſic: ergo ⁊c. Ubi primo tangit modũ edendi debitũ: ſcđo nihilominꝰ blaſphemiã inſipientiũ ibi. Quid blaſphemoꝛ. Dicit ergo. Si ego cũ gratia. i. cum gratiarum actione ꝑticipo. i. comedo ſic enĩ ſemper ſumendus eſt cibus. Joh. 6. Gratias agens bñdixit ⁊ fregit. Quid blaſphemoꝛ ab imperitis dicentibꝰ me idolatrare. Blaſphemoꝛ inq̃ pro eo ꝙ gratias ago. id eſt ꝙ grãs agendo participo. Ro. 14. Non ergo blaſphemetur bonum nomen veſtrum

Lectio ſeptima

**S**Iue ergo manducatis ſiue bibitis vel aliud quid facitis. oĩa in gl'iam dei facite. Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibꝰ ⁊ eccl'ie dei. ſicut ⁊ ego ꝑ oĩa omnibꝰ placeo. nõ querẽs qđ mihi vtile ẽ. ſed qđ multis vt ſalui fiant.

Habito qñ licet de idolotitis comedere ⁊ qñ nõ: hic oſtẽdit quid in vtroq̃ debent intẽdere ⁊ primo reſpectu dei q꞉ debent querere eius gl'iam. Scđo quid reſpectu proximi q꞉ debẽt cauere eiꝰ offenſã ibi. Sine offenſione eſtote ⁊c. In prima primo inducit actũ multiplicẽ. Scđo ꝑſuadet actuũ intentionẽ debitã ibi. Oĩa in gloriã dei ⁊c. Dicit ergo. Siue ergo ⁊c. q. d. Quia hec mala contingunt ergo ſiue mãducatis ſiue bibitis que ſunt oꝑa neceſſitatis vel aliud quid facitis oĩa in gl'iam dei facite et cum inuocatiõe creatoꝛis: ea intentione vt deus laudet̃ ⁊ gloꝛificetur. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra corã hominibus ⁊c. Col. 3. Omne quodcunq̃ facitis in verbo aut in oꝑe omnia in gloꝛiã dei facite. Augꝰ. Hec ſi recte fiunt laudes dei ſunt. Nõ ergo ſolũ vox tua laudes dei: ſed etiã opera tua cõcoꝛdent cũ voce tua. Cũ enim deus laudat̃ de bono oꝑe: deũ laudas: ⁊ cũ blaſphemat̃ deus de malo opere tuo deũ blaſphemas. ¶ Deinde cũ dicit. Sine offenſione eſtote ⁊c. monet vt caueant ab offenſa alioꝝ ⁊ perſuadet hoc primo verbo. ſcđo exẽplo. ibi Sicut ⁊ ego ꝑ omnia ⁊c. Ubi ponit ſe in exemplũ: primo pacifice cõuerſatiõis Scđo fructuoſe oꝑationis ibi. Nõ querens qđ mihi vtile ⁊c. Tertio recte intẽtiõis ibi Ut ſalui fiant. Felix cuiꝰ ꝯuerſatio amabilis: oꝑatio vtilis: intentio ſalubꝛis. Dicit ergo. Sine offenſione. ⁊c. q. d. Ut oĩa in gl'iam dei fiant: ſine offenſione eſtote iudeis q̃ nõ adoꝛant idola: ⁊ ideo in tali comeſtione ſcãdalizant̃: ⁊ gentibus qui adoꝛant idola: ⁊ iõ per huiuſmodi comeſtionẽ in erroꝛe cõfirmant̃ ⁊ eccl'ie dei quantũ ad infirmos in fide qui inde offendunt̃. Judei ſunt ſub lege ſed nõ ſub fide. gentes nec ſub lege nec in fide: eccleſia dei ⁊ ſub lege ⁊ in fide. Ro. 12. Si fieri põt qđ ex vobis ẽ cũ oĩbus hoĩbꝰ pacẽ habẽtes. Sicut ⁊ ego oĩbꝰ placeo tanq̃ ꝯuerſans ſine ſcãdalo. Ego inq̃ nõ querens qđ mihi vtile eſt tantũ: ſed qđ multis. Ecce optimꝰ modus placendi oĩbus ſi oĩm vtilitas nõ priuat̃: comodũ ꝓcuretur Charitas inq̃ nõ querit q̃ ſua ſunt. Qđ ẽ vtile inq̃ multis ⁊ hoc nõ ad aliqđ comodũ tꝑale: ſed ad hoc vt ſalui fiant. Phil. vi. Nõ quero datũ ſed fructũ. ¶ Notandũ ꝙ multa ſunt que merito placere faciunt hoĩbus. Primũ prudentia in cõſilijs: ſicut aduocatus clienti. diſpenſatoꝛ principi placet. Gen. 41. Placuit pharaoni conſiliũ ⁊ oĩbus ſeruis eiꝰ. Eccl. 20. Uir prudẽs placebit magnatis. Scđm mũdicia ĩ factis ſicut cõiunx cõiugi: inſtrm̃ vtenti placet. pñe Re. 2. Puer autẽ ſamuel creſcebat ⁊ ꝓficiebat placẽs tã deo q̃ hominibus. Nõ ſic filij heli. Tertiũ pietas in ſuffragijs: ſicut medicus infirmanti baculus ſeni placet. Unđ de ſepultura Abner dr̃ ſcđi Re. 3. Placuerũt eis oĩa q̃ fecit dauid ⁊c. Quartũ ſapientia in verbis: ſicut lumẽ viatoꝛi: viroꝛ viſui placet. Joſue. 22. Placuit ſermo cũctis audientibꝰ. Eccl. 20. Sapiens in verbis producet ſeipm̃ ⁊ hõ prudens placebit magnatis. Quintũ clemẽtia in rñſis. ſicut ſapoꝛ guſtui melodia auri placet. ſcđi Paral. 10. Si placueris populo huic ⁊ lenieris eos vbis clementibꝰ erũt tibi oĩ tꝑe. Sextũ foꝛtitudo in bellis: ſicut pugil ꝯductoꝛi. miles ꝓncipi placet. 1. Re. 18. Dixerũt ſerui ſaul ad dauid. Ecce places regi ⁊ oẽs ſerui eiꝰ diligũt te. Septimũ largitas ĩ bñficijs

ſicut pluuia terre arenti: ſicut fons ſitienti placet. primo
Macha. 14. de ſimone. Queſiuit bona gētis ſue ⁊ placu
it illis poteſtas eius. ¶ Hic queritur ſuper illud. Nolo
vos eē ſocios demonioꝝ. Glo. ad hoc genꝰ ꝑtinent que
fiunt in quibuſdā rebꝰ ſuſpēdendis vel alligādis. Con
tra. ergo ſuſpenſio herbaꝝ ad collū vel cartulaꝝ ꝗ fieri
ſolet. ad idolatriam ꝑtinet. Rn̄deo. Aut herbe habent
a natura vim naturalē ad effectū illū aut non. In primo
caſu nō ꝑtinet ad idolatriā ſed in ſecūdo. Similit̄ cedu-
le aut cōtinent ſolū verba ſacra ⁊ ex hoc credunt̄ hr̄e vi
aut nō. In primo caſu nō ꝑtinet ad idolatriā ſed i ſcd̄o.
¶ Itē ſuꝑ illud. Oīa mihi licent Glo. Poteſtate liberi
arbitrij ⁊ doctrina legis naturalis. Cōtra. Secundū le
gē naturalē multa ſūt illicita. Rn̄deo hic loquitur de ci
bis ſpēalit̄. ¶ Itē ibidē Glo. Precepto dn̄i illa ꝓhibē
tur. Rn̄deo. Illa p̄cepta ad tēpus fuerūt ⁊ reuocata ſūt
¶ Itē nihil interrogātes. Cōtra Tob. 2. Videte ne for
te furtiuꝰ ſit. Rn̄deo. Nō ē ſimile q: cibū furtiuū nō ē li-
citū in ſe comedere ſed idolo imolatū licet edere niſi ꝓ
pter ſcandalū alteriꝰ ¶ Itē Oīa in gloriā dei facite. Cō
tra. ergo nullus actus ē indifferēs. Rn̄deo Relatio hec
in gloriā dei intelligit̄ vel in actu vel in aptitudine refe
rendi ꝗ nō ē ſolū in bonis ſed etiā in differentibꝰ ¶ Itē
dn̄i ē terra ⁊ plenitudo. Cōtra. Eadez rō fuit ſub lege.
Ergo ſi oīa ſūt mō mūda q: dn̄i ſūt ⁊ tūc fuerūt. Rn̄deo
Reputatione legis īmunda dicta ſūt ſed nō ſui natura.
¶ Itē. Sicut ego ꝑ oīa oībus placeo. Cōtra. Gal. prio.
Si hoībus placerē xp̄i ſeruꝰ nō eēm. ¶ Itē Quo place
bat ꝑſecutoribus ſuis. Rn̄deo. Ad primū. Placere vo-
lebat hoībus ꝓpter deū nō ꝓpter ſe. ¶ Ad argumentū
ſcd̄m intelligitur hoc nō de omnibus generaliter ſed de
eccleſiaſticis viris ſm glo.

## Incipit capitulū vndecimū.

IMitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego
xp̄i. Laudo aūt vos frēs ꝙ ꝑ oīa
mei memores eſtis ⁊ ſicut tradi-
di vobis p̄cepta mea: tenetiſ Vo
lo autē vos ſcire ꝙ oīs viri caput xp̄s ē ca-
put autē mulieris vir: caput vero xp̄i deꝰ.

Supra apl̄s remouit a fidelibus id qd̄ eſt contrariū eu
chariſtie ſacramento. ſ. ꝑticipationē menſe idoloꝝ Nūc
autē inſtruit fideles de ip̄o euchariſtie ſacr̄o. Et prio p̄-
mittit quandā āmonitionē generalē. Scd̄o accedit ad ꝓ
poſitū. ibi. Volo aūt vos ſcire ⁊c. Circa primū duo fac̄.
prio ꝓponit āmonitionē. ſcd̄o ſignificat quō corīthij ad
p̄dictā āmonitionē ſe habebant. ibi. Laudo autem vos
frēs. ⁊c. Circa primū cōſiderandū ē ꝙ ita ſe habet natu-
ralis ordo reꝝ ꝙ ea que ſunt inferiora in entibus imitā
tur ea ꝗ ſūt ſuꝑiora ſm ſuū poſſe. Vn̄ etiā naturale agēſ
tanꝗ̄ ſuꝑius aſſimilat ſibi patiens. Primordiale autem
p̄ncipiū totius ꝓceſſionis reꝝ ē filius dei. ſm illud Io.
prio. Oīa ꝑ ip̄m facta ſūt. Et iō ip̄e ē primordiale exem
plar qd̄ oēs creature imitant̄ tanꝗ̄ verā ⁊ perfectā ima-
ginē patris. Vnde dr̄ Col. 1. Qui ē imago dei inuiſibi-
lis primogenitꝰ oīs creature: q: in ip̄o cōdita ſunt vni
uerſa. Spēali tn̄ quodā mō exēplar ē ſpūaliū gratiarum
quibꝰ ſpūales creature illuſtrant̄: ſm illud qd̄ in ps̄. dr̄.
ad filiū. In ſplendoribꝰ ſanctoꝝ ex vtero ante luciferuz
genui te: q: ſcz genitꝰ ē ante oēm creaturā ꝑ grām lucē-
tē habēs exēplariter in ſe ſplēdores oīm ſcōꝝ. Hoc aūt
exēplar dei prius erat a nobis valde remotum: ſm illud
Eccl̄. 7. Quid ē hō vt ſequi poſſit regē factorē ſuū. Et
ideo hō fieri voluit: vt hoībus humanū exēplar p̄beret.
Vn̄ augꝰ dicit in lib. de agone xp̄iano. Qua ꝑuerſitate
nō caueat ꝗ dicta ⁊ facta illiꝰ hoīs intueri diligit ⁊ ſecta
tur in quo ſe nobis ad exēplum vite p̄buit filius dei. Et
ſicut diuinitatis eius exemplar: primo quidē imitantur
angeli. ſecūdario vero reliquē creature: vt dioniſiꝰ dic̄.
x. ca. angelice hierarchie: ita humanitatis exemplar p̄n
cipaliter ꝗdē imitandū ꝓponit̄ prelatis eccl̄ie tanꝗ̄ ſupe
rioribꝰ. Vn̄ ⁊ dn̄s apl̄is dicit. Io. 13. Exēpluz dedi vob
vt quēadmodū ego feci: ita ⁊ vos faciatis. Secundario
vero ip̄i prelati informati exēplo xp̄i ꝓponunt̄ exēplar
vite ſubditis: ſm illud prie pet̄. vlt. Forma facti gregis
ex aīo. Et. 2. ad theſ. 3. Vt noſmetip̄os formā daremus
vobis ad imitandū nos. Et iō apl̄s ſignāter dicit. Dixi
vt ſine offenſione oībus ſitis: ⁊ hoc quidē facere poteri-
tis: ſi hoc qd̄ dico ſeruetis. Imitatores mei eſtote ſicut
⁊ ego xp̄i. ſ. ſū imitator. Imitabat̄ enī eū prio ꝗd ē ī men
tis deuotione. Gal. 2. Viuo ego: iā nō ego: viuit vero in
me xp̄s. Scd̄o in ſubditoꝝ ſollicitudine. Vnde dicebat
phil̄. 2. Si imolor ſuꝑ ſacrificiū ⁊ obſequiū fidei vr̄e gau
deo ⁊ cōgratulor oībus vobis. Sicut ⁊ xp̄us obtulit ſe-
metip̄m ꝓ nobis. vt dicit̄ Ephe. 5. Tertio ꝗtū ad paſ-
ſionis tolerantiā. 2. Cor. 4. Semꝑ mortificationē ieſu
in corꝑe noſtro circūferentes. Et gal. vl. Ego ſtigmata
dn̄i ieſu in corꝑe meo porto. ¶ Eſt aūt notandum ꝙ nō
ſimpliciter dicit imitatores mei eſtote: ſed addit. ſicut et
ego xp̄i. q: ſcz ſubditi p̄latos ſuos imitari nō debent in
omnibꝰ ſ; in quibus illi xp̄m imitant̄ qui eſt indeficiens
ſanctitatis exemplar. ¶ Deinde cum dicit. Laudo autē
vos fratres: oſtendit qualiter corinthij ſe habebant ad
ammonitionē predictam. ¶ Circa qd̄ conſiderandū ē ꝙ
ſubditi ſuos prelatos ſequunt̄ dupliciter. ſ. quantuz ad
facta ⁊ dicta. Quātum quidem ad facta dum ſubditi prela-
torum exempla imitant̄. Vnde dicit̄ Iac̄. 5. Exemplum
accipite fratres mei prophetarum qui loquuti ſunt ī no
mine domini. Quantum vero ad dicta dum eorum pre
ceptis obediunt. Prouerb. 3. Cuſtodi precepta mea et
viues. In his autem corinthij deficiebant ⁊ maxīe quā
tum ad maiorem multitudinem. ⁊ ideo apl̄s alloquens
eos dicit. Laudo autē vos fratres. q. d. Super hoc lau
dandos vos prebere debetis ſed nō facitis: ꝙ per omia
memores eſtis quaſi ad imitandū mea exempla. Nō enī
poſſumus illorum exempla imitari quorum memoriam
nō habemus. Vnde dicitur Heb. 13. Mementote ꝓpoſi
torum veſtroꝝ quoꝝ intuentes exitū cōuerſatiōis imita
mini fidem. Quantū vero ad dicta ſubdit. Et ſicut tra-
didi vobis precepta mea tenetis: quaſi dicat: eodem te-
nore obſeruatis quo ego tradidi. hoc enim dicit quia ab
obſeruantia preceptorum eius receſſerant. Ioh. 15. Si
ſermonem meum ſeruauerunt ⁊ veſtrum ſeruabūt. Sed
videtur hic modus loquendi nō eſſe conueniens verita-
ti ſacre ſcripture que nihil patitur falſitatis. ſm illud.
Prouerb. 8. Iuſti ſunt omnes ſermones mei ⁊ non eſt
in eis prauū quid neqꝫ peruerſum. Sed dicendū ꝙ iro-
nica loquutio ē vna de loquutionibus figuratiuis ī qui
bus veritas nō attenditur ſm ſenſum quē verba faciunt
ſed ſm id quod loquens exprimere intendit per ſimile:
vel contrarium vel quocunqꝫ alio modo. Et iō in ironi-
ca loquutione veritas attenditur ſm contrarium eiꝰ qd̄
verba ſonant: ſicut in methaphorica ſm ſimile. ¶ Dein
de cum dicit. Volo autem vos ſcire fratres ⁊c. Accedit
ad ꝓpoſitū inſtruens. ſ. fideles de euchariſtie ſacramen
to. Et circa hoc tria facit. Primo redarguit eorum erro
res circa ritū huius ſacramēti. Scd̄o oñdit huius ſacra
menti dignitatē. ibi. Ego enī accepi a domino. ⁊c. Ter
tio docet cōuenientē ritū ibi. Itaqꝫ frēs mei. Circa pri-
mū tria fac̄. Primo redarguit eoꝝ errorem quo ſcz erra-

bānt in habitu: qꝛ ſcʒ mulieres ad ſacra miſteria conue-
niebant capite nō velato. Scḋo arguit errorē in cōuen-
tu. qꝛ ſcʒ dum cōuenirēt ad ſacra miſteria cōtentionib⁹
vacabant ibi. Hec aūt precipio nō laudans. ⁊c̄. Tertio
quantū ad certū cibum: qꝛ ſcʒ pranſi ad ſacra miſteria ſu-
menda accedebāt ibi. Conuenientib⁹ autē vobis. ⁊c̄. Cir-
ca primū duo facit. p̄ꝰo ꝑmittit quoddā documentuʒ ex
quo ſumit̄ rō ſubſequentis monitionis. Scḋo ponit mo-
nitionē ibi. Oīs autē vir orans. ⁊c̄. Circa primū ponit
triplicē cōparationē quaꝝ p̄ꝰa ē dei ad hominē dicens.
Dixi ꝙ ꝑcepta mea tenetis ꝑ cōtrariū. Sʒ vt appareat
vos irrōnabiliter agere. Uolo vos ſcire tanq̄ rem neceſ-
ſariā. ſm illud Eſa. 5. Captiu⁹ ductus ē populus meus
qꝛ nō habuit ſciam. Qḋ oīs viri caput xp̄s ē. qḋ quideʒ
dꝛ ſm ſilitudinē capitis naturalis in quo quattuor conſi-
derant̄. Prīo quidē ꝑfectio: qꝛ cuʒ cetera mēbra vnum
ſolū ſenſum habeant. ſ. tactū: in capite vigent oēs ſen-
ſus. ⁊ ſiliter in alijs viris inueniunt̄ ſingule gratie. ſm
illud qḋ dꝛ infra. 12. Alij dat̄ ꝑ ſpūʒ ſermo ſapīe. alij ſer-
mo ſcīe. ⁊c̄. Sed in hoīe xp̄o ē plenitudo oīm gratiarū.
Non eñ ad menſuram dat ei deus ſpūm vt dicit̄ Jo. 3.
Secūdo in capite inuenit̄ ſublimitas: qꝛ vt ſcʒ in homi-
ne ē ſuperi⁹ omnib⁹ mēbris. ita etiā xp̄s ſupeminet nō
ſolū omnibus hoīb⁹ ſed etiam oībus angelis. ſm illud
Ephe. 1. Cōſtituens illum ad dexterā ſuā in celeſtibus
ſuꝑ oēm ꝑncipatū ⁊ ptātē ⁊ infra. Et ipm dedit caput
ſuꝑ oēm ecctiam. Tertio in capite inuenit̄ influentia: q̄
ſcʒ quodāmodo influit ceteris mēbris ſenſū ⁊ motum.
ita a capite xp̄o in cetera membra ecclīe motus ⁊ ſenſus
ſpūalis deriuat̄. ſm illud Col. 2. Non tenens caput ex
quo totū corpus ꝑ nexū ⁊ cōiunctiōes ſubminiſtratum ⁊
cōſtructū creſcit in augmētū dei. Quarto in capite iue-
nitur cōformitas nature ad cetera mēbra: ⁊ ſimiliter in
xp̄o ad alios hoīes. ſm illud Phil. 2. In ſilitudinē ho-
minū factus ⁊ habitu inuentus vt homo. ¶ Secūdā cō-
parationē ponit hominis ad hoīem cū dicit. Caput aūt
mulieris vir. Qḋ etiā ſm ꝑdicta quattuor verificatur.
Nam primo quidē vir eſt perfectior muliere nō ſolū q̄-
tum ad corpus: qꝛ vt phūs dicit in libro de generatione
aīalium feīa ē maſcul⁹ occaſionat⁹: ſed etiaʒ quantū ad
aīe vigorē. ſm illud Eccl. 7. Uirū ex mille reperi vnuʒ
mulierē ex oībus nō inueni. Scḋo qꝛ vir naturaliter ſuꝑ-
eminet feīe. ſm illud Ephe. 5. Mulieres viris ſuis ſub-
iecte ſint ſicut dño qm̄ vir caput eſt mulieris. Tertio qꝛ
vir influit gubernādo mulierē. ſm illud Geñ. 3. Sub vi-
ri ptāte eris ⁊ ipſe dñabit̄ tui. Quarto vir ⁊ feīa confor-
mes ſūt in natura ſm illud Geñ. 2. Faciam⁹ ei adiuto-
riū ſilē ſibi. ¶ Tertiā cōparationē ponit dei ad dñm cuʒ
dicit. Caput vero xp̄i de⁹. Eſt aūt cōſiderandū ꝙ nomē
xp̄s ſignificat ꝑſonā ꝑdicatā rōne humane nature: ⁊ ſic
hoc nomē de⁹ nō ſupponit ſolū ꝑſonā pr̄is ſed totā trini-
tatē a qua ī humanitate xp̄i ſicut a ꝑfectiori oīa bona de-
riuant̄ ⁊ cui humanitas xp̄i ſubijcit̄. Alio mō pōt intelli-
gi ſm ꝙ hoc nomē xp̄s ſupponit dictam ꝑſonā rōne di-
uine nature: ⁊ ſic hoc nomē deus ſupponit ꝑſonam pr̄is
que dicit̄ caput filij. nō quidē ſm maiorē ꝑfectionē vel
ſm aliquā ſuppoſitionē ſed ſolū originē ⁊ ſm cōformita-
tem nature: ſicut in p̄s. dicit̄. Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹
es tu ego hodie genui te. Pōt aūt hec miſtice accipi ꝓ
ut in aīa ē quoddā ſpūale coiugiū. Nā ſenſualitas femi-
ne cōparat̄: rō vero viro ꝑ quā ſenſualitas regi debet.
Unde ⁊ caput eius dꝛ vel potius rō inferior q̄ inheret tē-
poralibus diſponēdis mulieri cōparat̄. viro autē rō ſu-
perior que vacat cōtemplationi eternorum: que caput ī-
ferioris dicit̄: qꝛ ſm rōnes eternas ſunt tēporalia diſpo-
nenda. ſm illud Exo. 25. Inſpice ⁊ fac ſm exemplar qḋ
tibi in monte mōſtratū eſt. Dicit̄ aūt caput viri xp̄us: qꝛ
ſola rō ſm ſuperiorē ſui partem deo inheret.

## Lectio ſecūda.

Omnis aūt vir orans aut ꝓphetans
velato capite deturpat caput ſuum
Omnis auteʒ mulier orans aut ꝓ-
phetans non velato capite deturpat caput
ſuū. Unū eſt enim ac ſi decaluet̄. Nā ⁊ ſi nō
velat̄ mulier: tondeatur. Si vero turpe eſt
mulieri tonderi aut decaluari: velet caput
ſuū. Uir quidē nō dʒ velare caput ſuuʒ qm̄
imago ⁊ glīa dei ē mulier autē gloria viri ē.

Premiſſo documento ſubiūgit āmonitionē cuius rō ſu-
mit̄ ex documento predicto: ⁊ circa hoc duo facit. Pri-
mo ponit āmonitionē ex ꝑte viri. Scḋo ex ꝑte mulieris.
ibi. Oīs aūt mulier ⁊c̄. Dicit ergo p̄ꝰo. dictum ē ꝙ ca-
put mulieris ē vir. Oīs aūt vir orās aut ꝓphetās vela-
to capite deturpat caput ſuū. Circa qḋ cōſiderandū ē ꝙ
quilibet hō iudici aſſiſtens ſuā cōditionē vl̄ dignitatem
debet ꝓfiteri ⁊ ꝑcipue aſſiſtens deo q̄ ē oīum iudex. ⁊ iō
q̄ deo aſſiſtūt ordinatiſſime ⁊ ꝯuenientiſſime ſe gerere de-
bent. ſm illud Eccl. 4. Cuſtodi pedē tuū ingrediēs do-
mū dei. Dupliciter aūt hō deo aſſiſtit. Uno mō humana
in deū referens qḋ quidē fit orando. ſm illud Eccl. 39.
In cōſpectu altiſſimi deꝑcabit̄ aperiet os ſuū in oratiōe
⁊ ꝓ delictis ſuis deꝑcabit̄. Alio mō diuina ad homīes
deferens qḋ quidē fit ꝓphetando. ſm illud Joel. 2. Ef-
fundam ſpūm meū ſuꝑ oēm carnē ⁊ ꝓphetabunt filij ve-
ſtri. Unde ſignanter apl̄s dicit. Uir orans ⁊ ꝓphetans
His enim duob⁹ modis vir deo tanq̄ iudici vel dño aſſi-
ſtit. Dicit̄ aūt ꝓphetans dupliciter. Uno mō inquantū
hō alijs annūciat q̄ ei diuinitus reuelant̄. ſm illud Lu.
primo. Zacharias pater ei⁹ impletus ē ſpū ſancto ⁊ pro-
phetauit dicens. Bñdict⁹ dñs de⁹ iſrl̄ ⁊c̄. Alio modo
dicit̄ hō ꝓphetans inq̄tū ꝓfert ea que ſunt alijs reue-
lata. vnde illi qui in eccleſia dicunt ꝓphetias vel alias
ſacras ſcripturas legunt dicunt̄ ꝓphetātes. Et ſic acci-
pitur infra. 14. Qui ꝓphetat ⁊ eccleſiā edificat. Et ita
etiā hic accipit̄. Pertinet aūt ad dignitatē viri vt infra
patebit. carere velamīe capitis. ⁊ iō dicit ꝙ oīs vir orās
aut ꝓphetās velato capite deturpat caput ſuū. i. rē icō-
uenientē ſibi agit. Sicut eñ in corꝑe pulchritudo dicit̄
ex debita ꝓportione mēbroꝝ in cōuenienti claritate vel
colore: ita in actib⁹ hūanis dꝛ pulchritudo ex debita ꝓ-
portione verboꝝ vel factoꝝ in quib⁹ lumē rōnis reſplē-
det. Un̄ ⁊ ꝑ oppoſitū turpitudo intelligit̄ qm̄ ꝯtra rōem
aliquid agit̄ ⁊ nō obſeruat̄ debita ꝓportio in verbis et
factis. Unde ſupra. 7. dictū ē. Si quis turpeʒ ſe videri
exiſtimat ſuꝑ virgine ſua ꝙ ſit ſuꝑadulta. Sed ꝯtra hoc
obijcit̄. Nā multi velato capite in eccleſia orant abſq̄ oī
turpitudine ſecretius orare volētes. Dicendū eſt autem
ꝙ duplex ē orō. Una ꝑuata quā. ſ. q̄s deo offert in pro-
pria ꝑſona. Alia publica quā q̄s offert deo ī ꝑſona toti⁹
eccleſie: vt pʒ in orōnib⁹ q̄ in eccleſia ꝑ ſacerdotes dicūt̄
⁊ de talib⁹ orōnib⁹ apl̄s hic intelligit. ¶ Itē obijcit̄ de
hoc ꝙ dicit glo. ꝙ ꝓphetās dꝛ ſcripturas reſerās ⁊ ſm
hoc ille q̄ ꝑdicat ꝓphetat. Epiſcopi autē ꝑdicant capite
tecto mitra. Sʒ dicendū ē ꝙ ille qui ꝑdicat vel docet in
ſcholis ex ꝓpria perſona loq̄tur. Unde ⁊ apoſtol⁹ Ro.
2. nominat euangelium ſuum ſcʒ propter induſtriā qua
vtebatur in predicatione euangelij: ſed ille qui ſacram
ſcripturam in eccleſia recitat. puta legendo lectionem

vel epiſtolam vel euangelium:ex perſona totius eccľie
loquitur. Et de tali prophetante intelligit qꝺ hic apľs
dicit. Sed tunc remanet obiectio de his ꝗ cantant pſal-
mos in choro capite tecto. Sed dicendū ꝙ pſalmi non
cantant quaſi ab vno ſingulariter ſe deo preſentante:ſed
quaſi a tota multitudine. ¶ Deinde cū dicit. Mis autez
mulier. ⁊c. ponit āmonitionē quantū ad mulieres dicēs
Omnis autē mulier orans aut prophetans vt ſupra. nō
velato capite qꝺ repugnat ꝓpter conditionē eius detur-
pat caput ſuū. i. rem incōuenientē facit circa ſui capitis
detectionē. Sed cōtra hoc obijcit qꝛ apľs dicit. 1. thi. 2
Docere in eccľia mulieri nō permitto. Quo ergo cōpe-
tit mulieri vt oret aut ꝓphetet publica orōne aut doctri-
na. Sed dicendū ē hoc intelligendū eſſe de orōnibus ac
lectionibus quas mulieres in ſuis collegijs proferunt.
¶ Deinde cū dicit. Unū eſt enī. ⁊c. probat admonitiōez
predictā. Et primo inducit probationē. Secūdo ꝓbati-
onis iudiciū auditoribus cōmittit ibi. Voſipſi iudicate.
⁊c. Circa primū duo facit. primo inducit ꝓbationē. Se-
cūdo excludit obiectionē ibi. Uerūtamen neqꝫ vir. ⁊c.
Circa primū ponit triplicem ꝓbationē. quarū prima ſu-
mitur per cōparationē ad humanā naturam. Scđa per
cōparationem ad deū. ibi. Uir quidē nō debet. ⁊c. Ter-
tia per cōparationē ad angelos cum dicit. Et propť an-
gelos. Circa primū cōſiderandū eſt ꝙ natura que ceteris
aīalibus prouidit auxilia ſufficientia vite: hominibꝰ ꝓ-
buit ea imꝑfecta. vt ꝑ rōnē arte vſu manu ſibi ea proſice-
rent:ſicut thauris dedit cornua ad defenſionē. homines
autē arma defenſionis ſibi preparāt manuali artificio ra-
tionis:⁊ inde eſt ꝙ ars imitat naturā ⁊ ꝑficit ea ꝗ natu-
ra facere nō poteſt. Sic igit ad tegumentū capitis natu-
ra homini dedit capillos:ſed qꝛ hoc tegumentū inſuffi-
ciens ē per artem preparat homo ſibi aliud velamē. Ea-
dez igitur rō eſſe videtur de velamine naturali capillo-
rum ⁊ de velamine artificiali. Naturale autē eſt mulie-
ri ꝙ comā nutriat. Habet enim ad hoc diſpoſitionē na-
ture ⁊ vlterius inclinatio quedam ineſt mulieribꝰ ad co-
mam nutriendam. In pluribus enim hoc accidit ꝙ mu-
lieres magis ſtudent ad nutriendam comam ꝙ̄ viri. Ui-
detur ergo cōditioni mulierū conueniens eſſe ꝙ magis
vtantur velamine capitis ꝙ̄ viri. ¶ Circa hoc ergo tria
facit. Primo ponit cōuenientiā velaminis naturalis et
artificialis dicens. Dictū eſt ꝙ mulier nō velans caput
deturpat caput ſuū:vnū eſt enim. ſ. vnius rōnis priuari
ſ. velamine artificiali. ac ſi decaluet. i. ac ſi priuet natu-
rali velamine capillorū qꝺ ī penā quibuſdā ꝑdicit Eſa.
3. Decaluabit dominus verticem filiarum ſion ⁊ crinez
earum nudabit. Secūdo ducit ad incōueniens dicens.
Nam ſi nō velatur mulier tondeat. quaſi dicat ſi abijcit
velamen artificiale abijciat pari rōne etiam naturale qꝺ
eſt inconueniens. Sed contra hoc videt eē ꝙ ſanctimo-
niales tondentur. Ad qꝺ dupliciter pōt reſponderi. pri-
mo quidem qꝛ ex hoc ipſo ꝙ votū viduitatis vel virgini-
tatis aſſumūt xp̄o deſponſante. ꝓmouent in dignitatez
virilē:vtpote liberate a ſubiectione viroꝝ ⁊ immediate
xp̄o cōiuncte. Secundo qꝛ aſſumunt pnīe lamentū reli-
gionem intrantes. Eſt autē conſuetudo viris ꝙ tēpore
luctus comam nutriant quaſi hec ſit ſue cōditioni cōue-
niens. mulieres autē ecōtrario tempore luctus comam
deponunt. Unde dicitur Iere. 7. Capillum tuū tonde:
⁊ proijce: ſume indirectum planctum. Tertio cōcludit
ꝓpoſitū dicens. Si vero turpe. i. indecens ē mulieri ton-
deri aut decaluari. i. priuari naturali velamine arte vel
natura:velet caput ſuū vtens. ſ. velamine artificiali.
¶ Deinde cum dicit. Uir quidem. ⁊c. ponit ſecūdā pro
bationem que accipit ꝑ cōparationem ad deū. Et p̄mo
inducit probationē. Scđo probat qꝺ ſuppoſuerat ibi.
Nō enim eſt vir. ⁊c. Dicit ergo primo. Dictū ē ꝙ turpe
ē mulieri tonderi ſicut ⁊ nō velari:viro autē nō eſt tur-
pe:cuius rō eſt hec. Uir quidē nō debet velare caput ſu-
um quia ē imago ⁊ gloria dei. Per hoc autē ꝙ dicit:eſt
imago dei:excluditur quorundā error dicentiū ꝙ hō ſo-
lum ē ad imaginē dei nō autē eſt imago:cuiꝰ cōtrarium
hic apľs dicit. Dicebant autē ꝙ ſolus filius eſt imago:
ſm illud Colo. 1. Qui eſt imago inuiſibilis dei. Eſt er-
go dicendū ꝙ homo imago dei dicit ⁊ ad imaginē. Eſt
enim imago imꝑfecta:filius aūt dicit imago nō ad ima
ginem qꝛ eſt imago ꝑfecta. ¶ Ad cuius euidentiā conſi-
derandū eſt ꝙ de rōne imaginis in cōmuni duo ſunt. pri
mo quidem ſimilitudo nō in quibuſcunqꝫ:ſed vel ipa ſpe
cie rei ſicut homo filius aſſimilatur patri ſuo. Uel in ali
quo qꝺ ſit ſignum ſpeciei:ſicut figura in rebus corporali
bus. Unde qui figuram equi deſcribunt dicunt imagi-
nem eius depingere. Et hoc ē qꝺ dicit hilarius ī libro
de ſinodis ꝙ imago eſt ſpē e indifferens. Secūdo requi
ritur origo. Nō enim duoꝝ hominū qui ſunt ſimiles ſpē
vnus imago alterius dicit:niſi ex eo oriat ſicut filiꝰ a pa
tre. Nam imago dicit ab exemplari. Tertio ad rōnem
ꝑfecte imaginis requiritur equalitas. Quia igit homo
ſiſatur deo ſm memoriam:intelligentiā ⁊ volūtatez mē
tis qꝺ pertinet ad ſpeciē intellectualis nature:⁊ hoc ha
bet a deo:dicitur eſſe dei imago:qꝛ tamē deeſt equalitas
eſt dei imago imꝑfecta. Et ideo dicit ad imaginē ſm il-
lud Geñ. 1. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ ſimilitudi
nem noſtram:Sꝫ filius qui eſt equalis patri eſt imago
ꝑfecta nō aūt ad imaginē. ¶ Conſiderandū eſt etiam ꝙ
gloria dei dupliciter dicit. Uno mō qua deꝰ in ſe glorio
ſus ē:⁊ ſic hō nō eſt gloria dei ſed potius deꝰ eſt gloria
hominis. ſm illud p̄s. Tu dñe ſuſceptor meus es:glīa
mea. Alio mō dicit gloria dei claritas eiꝰ ab eo deriua-
ta. ſm illud Exo. vlt. Glīa domini īpleuit illud. Et hoc
modo hic dicit:ꝙ vir eſt gloria dei inꝗtū claritas dei i-
mediate ſuꝑ virū refulget. ſm illud p̄s. Signatū eſt ſu-
per nos lumen vultus tui dñe. ¶ Deinde cū dicit. Mu-
lier aūt. ⁊c. ponit id qꝺ ē ex ꝑte mulieris dicēs. Mulier
aūt ē glīa viri ⁊c. qꝛ claritas mulieris deriuat a viro. ſꝫ
illud Geñ. 2. Hec vocabit virago qm̄ de viro ſumpta ē.
Sed contra hoc obijcit qꝛ imago dei attendit in homi-
ne ſm ſpūm in quo nō ē dr̄ia maris ⁊ femine. vt dicitur
Colo. 3. Nō ergo magis debet dici ꝙ vir dicit imago dei
ꝙ̄ mulier. Dicendū eſt aūt ꝙ vir dicit hic ſpēaliter ima-
go dei ſm quedam exteriora. ſ. qꝛ vir ē ꝑncipiū totiꝰ ſui
generis:ſicut deꝰ ē principiū totius vniuerſi:⁊ qꝛ de la-
tere xp̄i dormientis in cruce fluxerunt ſacra ſanguinis ⁊
aque a quibus fabricata ē eccľia. Pōt etiā ꝗtū ad inte-
riora dici ꝙ vir ſpēalius dicit imago dei ſm mentē in-
quantū in eo rō magis viget. Sed melius dicenduz ē ꝙ
apľs ſignanter loquit. Nam de viro dixit ꝙ vir imago ⁊
glīa dei ē:de muliere autē nō dixit ꝙ eēt imago ⁊ glīa
viri:ſed ſolū ꝙ ē glīa viri vt det intelligi ꝙ eē imaginez
dei cōe ē viro ⁊ mulieri:eē autē glīam dei immediate ꝓ-
prium eſt viri. Reſtat autē cōſiderandū ꝓpter qꝺ vir nō
debeat velare caput ſed mulier. Qꝺ quidē dupliciť ac-
cipi pōt. Primo quidē qꝛ velamē qꝺ capiti ſupponit deſi-
gnat ptātem alterius ſuꝑ caput exiſtentis ordine natu-
re:⁊ ideo vir ſub deo exn̄s nō debet velamē habere ſuꝑ
caput vt oñdat ſe īmediate deo ſubeſſe. mulier autē de-
bet velamē habere. vt oſtendat ſe deū alteri naturaliter
ſubeſſe. Unde ceſſat obiectio de ſeruo ⁊ ſubdito: qꝛ hec
ſubiectio nō eſt naturalis. Scđo ad oſtendenduz ꝙ glīa
dei nō ē occultanda ſed reuelanda. glīa aūt hoīs ē occul
tāda. vñ ī p̄s. Nō nob dñe nō nob:ſꝫ noī tuo da glīaz

**Lectio tertia.**

Non enim vir ex muliere eſt. ſꝫ mulier ex viro. Etenĩ nõ eſt creatꝰ vir ꝓpter mulierẽ. ſed mulier ꝓpter viꝝ. Jdo debet mulier velamẽ habere ſuꝑ caput ſuũ. ⁊ ꝓpter angelos. Verũtamẽ neqꝫ vir ſine muliere neqꝫ mulier ſine viro in dño. Nã ſicut mulier de viro: ita ⁊ vir ꝑ mulierẽ. Omnia aũt ex deo. Voſipi iudicate. decet mulierem nõ velatã orare deũ. Nec ipa natura docet vos ꝙ vir quidẽ ſi comã nutriat ignominia ẽ illi. mulier vero ſi comã nutriat gloria eſt illi. quoniã capilli ꝓ velamine ei datĩ ſunt Si quis autẽ videtur contentioſus eſſe nos talẽ conſuetudinẽ nõ habemus neqꝫ eccleſia dei.

Premiſerat aplꝰs ꝙ mulier eſt glĩa viri: quod hic ꝓbare intendit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit ꝓbationẽ. Secũdo aſſignat rationẽ eius qđ dixerat ibi. Etenim nõ eſt creatus ⁊c. Tertio infert cõcluſionẽ intentã ibi. Jdeo debet ⁊c. Circa primũ conſiderandũ eſt ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. mulier dicitur gloria viri ꝑ quandã deriuatiõeꝫ et ideo ad hoc ꝓbandum ſubdit. Nõ eñ prima ſcilicꝫ rerum conditiõe vir eſt ex muliere ſcilicet formatꝰ. ſed mulier ex viro. Dicitur eñ geñ. 2. Et edificauit dñs deꝰ coſtam quã tulerat de adã in mulierẽ. De viro autẽ dicitur Formauit dominus deus hominẽ de limo terre. ¶ Deinde cũ dicit Etenĩ ⁊c. Aſſignat rationẽ eius quod dixerat Ad cuius euidentiã conſiderandꝰ eſt talis ordo ꝑfecti et imꝑfecti ꝙ imꝑfectum in vno ⁊ eodẽ ſubiecto prius ẽ tẽpore ꝙ̃ ꝑfectum. Prius eñ aliquis homo eſt puer ꝙ̃ vir ſimpliciter tamẽ perfectũ eſt prius ĩperfecto etiã tẽpore. Nam puer ꝓducitur ex viro. Hec igitur eſt ratio q̃re mulier ꝓducta eſt ex viro qꝛ ꝑfectior eſt muliere qđ ex hoc ꝓbat apoſtolus qꝛ finis eſt ꝑfectior eo quod eſt ad fineꝫ vir autẽ eſt finis mulieris. Et hoc eſt quod dicit. Etenĩ nõ ẽ creatus vir ꝓpter mulierẽ ſed mulier ꝓpter virũ in adiutorium ſcꝫ generationis: ſicut patiens eſt ꝓpter agens et materia ꝓpter formã. Unde dicitur geñ. 2. Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolum: faciamꝰ ei adiutoriũ ſimile ſibi. ¶ Deinde cũ dicit Jdeo debet ⁊c. Jnfert concluſionẽ intentaꝫ dicens: Jdeo ſcꝫ quia vir eſt ymago ⁊ gloria dei: mulier autẽ eſt gloria viri. mulier debet habere velamẽ ſuꝑ caput ſuum quando ſcꝫ deo aſſiſtit orando vel ꝓphetando. vt per hoc oſtendatur ꝙ nõ ĩmediate ſubẽ deo. ſꝫ ſubijcit͛ etiã viro ſub deo. hoc eñ ſignificat velamẽ qđ capiti ſuponitur. Unde alia littera habet ꝙ mulier debet habere poteſtatẽ ſuper caput ſuum ⁊ idẽ eſt ſenſus. Naꝫ velamẽ eſt ſignũ poteſtatꝭ ſm ꝙ in pſ̃. dicitur. Jmpoſuiſti homines ſuper capita noſtra. ¶ Deinde cũ dicit. Et ꝓpter angelos ⁊c. Aſſignat tertiã rationẽ q̃ ſumitur ex ꝑte angelorum dicens: Et etiã mulier debet habere velamen ſuꝑ caput ſuum propter angelos Qđ quidẽ dupliciter ĩtelligi poteſt. Uno modo de ipſis angelis celeſtibus qui conuentus fideliũ, viſitare creduntur. precipue quando ſacra miſteria celebrantur. Et ideo tunc tã mulieres ꝙ̃ viri ad reuerentiã eoꝝ honeſte ⁊ ordinate ſe debent habere ſm illud pſ̃. Jn cõſpectu angeloꝝ pſallã tibi. Alio modo põt intelligi ſm ꝙ angeli dicuntur ſacerdotes inq̃tuꝫ diuina populo annũciant ſm illđ Mal. 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiã ⁊ legẽ requirent ex ore eius qꝛ angelus domĩ exercituũ eſt. ¶ Debet ergo mulier velamen habere ſemper in eccleſia ꝓpter angelos id eſt ꝓpter ſacerdotes duplici ratione. Primo quidẽ ꝓpter eoꝝ reuerentiaꝫ ad quã pertinet ꝙ mulieres corã eis honeſte ſe habeãt. Unde dicitur Ecc. 7. Honora deũ ex tota aĩa tua ⁊ honorifica ſacerdotes illius. Secundo ꝓpter eoꝝ cautelã ne ſcilicet ex conſpectu mulieꝝ nõ velataꝝ ad cõcupiſcẽtiã ꝓuocentur. Unde dꝛ Ecc. 9. Uirginẽ ne aſpicias ne forte ſcãdalizeris in decore illius. Aug. aũt aliter exponit ꝑdicta Oſtendit eñ ꝙ tam mulier ꝙ̃ vir eſt ad ymaginẽ dei per hoc qđ dicit͛ ephe. 4. Renouamini ſpũ mentis vr̃e ⁊ induite nouũ hominem qui renouatur in agnitione dei ſm ymaginẽ eius qui creauit eũ vbi non eſt maſculus ⁊ femina. Et ſic patet ꝙ ymago dei attenditur in homine ſꝫ ſpiritum in quo non eſt differentia maſculi ⁊ femine. et ideo mulier eſt ymago dei ſicut ⁊ vir. Expꝛeſſe eñ dicit͛ geñ. 1. ꝙ creauit deus hominẽ ad ymaginẽ ſuã maſculũ ⁊ feminã creauit eos. ⁊ ideo Aug. dicit hoc eſſe intelligendũ in ſpirituali coniugio qđ eſt in anima noſtra in qua ſicut ſupra dictũ eſt ſenſualitas vel etiaꝫ inferior ratio ſe habet ꝑ modum mulieris. ratio autẽ ſuperior per modũ viri in q̃ attenditur ymago dei. ⁊ ſm hoc mulier eſt ex viro ⁊ ꝓpter virũ qꝛ adminiſtratio reꝝ tẽporaliũ vel ſenſibiliũ cui intẽdit inferior ratio vel etiã ſenſualitas debet deduci ex cõtemplatione eternoꝝ que pertinent ad ſuperiorẽ rationẽ ⁊ ad eã ordinari. ⁊ ideo mulier dicitur habere velamẽ vel poteſtatẽ ſuper caput ſuũ ad ſignificandũ ꝙ circa tẽporalia diſpenſanda debet homo cohibitionẽ quandã ⁊ refrenationẽ habere ne vltra modũ homo ꝓgrediat͛ in eis diligendis. que quidẽ cohibitio circa amorẽ dei adhiberi nõ debet cũ preceptũ ſit deutro. 6. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Nam circa deſideriũ finis nõ apponit͛ mẽſura quã neceſſe eſt apponi circa ea que ſunt ad finẽ. Medicus eñ ſanitatẽ inducit q̃to ꝑfectiorẽ põt. nõ tamẽ dat medicinã q̃to maiorẽ poteſt. ſed ſcḋm determinatã mẽſuram. Sic vir nõ debet habere velamẽ ſuꝑ caput. Et hoc debet ꝓpter angelos ſanctos. quia ſicut in glo. dicit͛ gratuita eſt ſanctis angelis ſacrata ⁊ pia ſignificatio Unde ⁊ aug. dicit. 19. de ciuitate dei ꝙ demones alliciunt͛ q̃buſdam ſenſibilibus rebus. non ſicut aĩalia cibis ſed ſicͭ ſpiritus ſignis. ¶ Deinde cũ dicit Uerũtamen neqꝫ vir ⁊c. excludit dubitationẽ que poſſet ex dictis oriri. Quia enim dixerat ꝙ vir eſt gloria dei. mulier autem eſt gloria viri. poſſet aliquis credere vel ꝙ mulier nõ eſſet ex deo vel ꝙ nõ haberet poteſtatẽ in gratia. Unde primo hoc excludit dicens: Licet mulier ſit gloria viri qui eſt glĩa dei. verũtamẽ neqꝫ vir eſt in dño id eſt a dño ꝓductus ſine muliere. neqꝫ mulier ſine viro. vtrũqꝫ eñ deꝰ fecit ſꝫ illđ geñ. 1. Maſculũ ⁊ feminã creauit eos. Uel aliter. neqꝫ vir ẽ ſine muliere ĩ dño id eſt in gratia dñi nr̃i ieſu xp̃i. neqꝫ mulier ſine viro qꝛ vterqꝫ ꝑ gratiã dei ſaluat͛ ſm illud gal. 3. Quicunqꝫ in xp̃o baptizati eſtis xp̃ꝫ induiſtis. Et poſtea ſubdit. Non eſt maſculus neqꝫ femina ſcꝫ differẽs in gratia xp̃i. Secũdo aſſignat rationẽ dicẽs: Nam ſicut in prima rerũ inſtitutiõe mulier ẽ de viro formata. ita ⁊ in ſubſequentibus generationibus vir ꝑ mulierẽ ꝓductus ẽ ſꝫ illud Job. 14. Homo natus de muliere. Nã prima ꝓductio hominis fuit ſine viro ⁊ muliere qñ deꝰ formauit hominẽ de limo terre. euã de coſta viri. vt ibidẽ legit͛. Tertia autẽ eſt ex viro ⁊ muliere ſicut abel natus eſt ex adã et eua vt legit͛ geñ. 4. Quarta, ãt ẽ ex mliere ſine viro xp̃i ex virgĩe ſꝫ illđ gal. 4. Miſit deꝰ filiũ ſuũ factũ ex muliere. Tertio oſtendit rationẽ eſſe cõuenientẽ dicẽs: Omnia autẽ ex deo qꝛ ſcꝫ ⁊ hoc ipm ꝙ mulier primo fuit ex viro. ⁊ hoc ꝙ poſtmodũ vir eſt ex muliere eſt ex operatiõe diuina. Unde ad deũ ꝑtinent tã vir ꝙ̃ mulier. Unñ dꝛ Ro. 11.

Ex ipſo ⁊ ꝑ ipm̄ ⁊ in ipſo ſunt omnia. ¶ Deinde cū dicit Uoſipſi iudicate ⁊c. committit iudiciū eius qḋ dixerat auditoribus. Et circa hoc duo facit. Primo cōmittit iudicium rationabilibus auditoribus ibi. Si q̄s autē videt̄ ⁊c. Circa primū quatuor facit. Primo cōmittit auditoribus iudiciū eius qḋ dixerat more eius q̄ cōfidit ſe ſufficienter probaſſe dicens: Uoſipſi iudicate ⁊c. Pertinet em̄ ad bonum auditorē iudicare de auditis. Un̄ dicit̄ Job. 6. Loquentes id qḋ iuſtū eſt iudicate. Et. 12. Nōne auris v̄ba diiudicat. Secundo ꝓponit ſub q̄ſtione id de quo debet eſſe iudiciū dicens: Decet mulierē nō velatā orare deum Hoc ꝓhibetur. 1. Pe. 3. vbi dicit̄ quaꝝ ſit nō exteriꝰ capillatura. Tertio oſtendit vnde debeāt ſumere ſuū iudicium. quiā ab ip̄a natura ⁊ hoc eſt ꝙ dicit. Nec ip̄a natura docet vos Et vocat hic naturā ip̄am inclinationē naturalē q̄ ineſt mulieribus ad nutriendū comā q̄ eſt naturale velamē nō aūt viris. Que q̄dē incliatio naturalis eē oſtēditur qꝛ in pluribꝰ inuenit̄. oportet aūt ab ip̄a natura doceri. quia eſt dei opus. ſicut in pictura inſtruitur aliquis artificio pictoris ⁊ ideo ꝯtra quoſdā dicit̄ Eſa. 24. Trāſgreſſi ſunt leges mutauerūt ius: diſſipauerūt fedus ſempiternū id eſt ius naturale. Quarto aūt a natura ſumit rationē et p̄mo ponit id qḋ ē ex pte viri dicēs: ꝙ vir quidē ſi comaꝫ nutriat more mulieris ignominia eſt illi id eſt ad ignominiā ei reputat̄ apud plures homines. qꝛ ꝑ hoc videtur muliebris eſſe. Et ideo Eze. 44. dicit̄. Sacerdotes comā nō nutriant. Nec eſt inſtantia de quibuſdā q̄ in veteri lege comā nutrierunt. qꝛ hoc erat ſignū ꝙ tūc erat poſitū in lectiōe veteris teſtamēti vt dicit̄. 2. coꝝ. 3. Secundo ponit id qḋ eſt ex pte mulieris dicēs: Mulier ⁊ ſi comā nutriat gloria eſt illi. quia videtur ad ornatuꝫ eius ptinere. Unde dicit Can. 7. Come capitis eius ſicut purpura regis. ¶ Et aſſignat cōſequent̄ rationē cū dic̄. Qm̄ capilli dati ſunt ei ſcilicet mulieri ꝓ velamīe. ⁊ ideo eadē ratio ē de capillis nutriēdis ⁊ de velamine artificiali apponendo Can. 4. Capilli tui ſic̄ grex caprarū ⁊c. ¶ Deinde cum dicit Si quis autē vir ⁊c. Cōprimit ꝓteruos auditores dicens: Si quis autē videtur ꝯtencioſus eſſe vt ſcilicet rationibus p̄dictis nō acq̄eſcat ſed cōfidentia clamoris veritatē ip̄ugnet qḋ ptinet ad cōtētionē vt Amb. dicit ꝯtra id qḋ dicit̄ Job. 6. Reſpōdete obſecro abſq; cōtentione. Et ꝓuer. 20. Honor eſt ei qui ſeparat ſe a cōtētionibus. Hoc ſufficiat ad cōprimendū talē. ꝙ nos iudei in xp̄m credentes talē cōſuetudinē nō habemus ſcꝫ ꝙ mulieres orent nō velato capite neq; etiaꝫ tota eccleſia dei ꝑ gentes diffuſa. Unde ſi nulla eſſet ratio hoc ſolū deberet ſufficere ne aliquis ageret ꝯtra cōmunē eccl̄ie cōſuetudinē. Dicit̄ em̄ in pſ. Qui habitare facit vniꝰ moris ī domo. Unō aug. dicit in ep̄la ad caſulanū ꝙ oībꝰ in q̄bꝰ nihil certi diffinit ſacra ſcriptura. mos ppl̄i dei atq; inſtituta maioꝝ ꝓ lege habenda ſunt.

## Lectio quarta.

Hoc aūt p̄cipio nō laudās ꝙ nō ī melius ſꝫ ī deteriꝰ ꝯuēitis. Primū q̄dē cōueniētibꝰ vob̄ ī eccl̄iaꝫ: audio ſciſſuras eſſe inter vos ⁊ ex pte credo. Nā oportet ⁊ hereſes eſſe: vt ⁊ q̄ ꝓbati ſūt māifeſti fiant ī vob̄. Cōueniētibꝰ ergo vob̄ in vnū iam nō ē dn̄icā cenā māducare. Unuſq̄ſq; em̄ ſuam cenā p̄ſumit ad māducādū. Et aliꝰ q̄deꝫ eſurit. aliꝰ āt ebriꝰ ē. Nūq̄d domos nō habetis ad māducādū ⁊ bibēdū: An eccl̄iaꝫ dei cōtemnitis: ⁊ cōfūditis eos q̄ nō habēt. Quid dicā vob̄. Laudo vos: in hoc nō laudo.

Poſtq̄ ap̄lus redarguit corinthios de coꝝ errore in habitu. qꝛ ſcꝫ mulieres ad ſacra miſteria ꝯueniebant capite nō velato. ꝯſeq̄nt̄ arguit coꝝ errorē de ſciſſuris in ꝯuētu. qꝛ ſcꝫ dū cōuenirēt ad ſacra miſteria ꝯtētionibꝰ vacabant Et p̄mo tāgit coꝝ defectuꝫ in generali. Sc̄do in ſpeciali ibi. Primū q̄dē ⁊c. Dicit ꝰ p̄mo. Hoc āt qḋ dictū ē ſupra ꝙ mulieres velate ſint in eccl̄ijs p̄cipio vt ſic tripl̄r eos īduceret ad hm̄oi obſuātiā. Prio q̄dē rōe. Sc̄do ꝯſuetudine. Tertio p̄cepto qḋ ſolū ſine alijs neceſſitatē īduceret ꝓuer. 3. Cuſtodi p̄cepta mea ⁊ viues Et Eccl̄s. 4. dr̄ Funiculꝰ triplex difficile rūpit̄ Nō laudās ſꝫ magis vitup̄ās ꝙ ꝯuenitis in eccl̄iaꝫ nō in meliꝰ ſicut deberet eē. ſꝫ in deterius ex culpa v̄ra. Oīa em̄ aīalia gregalia. puta colūbe grues. oues. natali inſtinctu in vnū ꝯueīūt vt ſit eis corporalit̄ meliꝰ. Un̄ ⁊ hō cum ſit aīal gregale vl̄ ſociale. vt ph̄us ꝓbat ſꝫ rōem agere debet vt multi in vnū cōueniant ꝓpter aliqḋ melius. ſicut in rebꝰ ſcl̄aribꝰ m̄lti in vnitatē ciuitatꝭ ꝯueniūt vt ſit eis meliꝰ ſcl̄arit̄ ſcꝫ ꝓpt̄ ſecuritatē ⁊ ſufficientiā vite. Et ideo fideles in vnū ꝯuenire debent ꝓpt̄ aliqḋ meliꝰ ſp̄ūale ſm̄ illō pſ. In ꝯueniēdo populos in vnū: ⁊ reges vt ſuiāt dn̄o. Et alibi. In ꝯſilio iuſtorū ⁊ ꝯgregatiōe magna op̄a dn̄i. Sꝫ iſti in deteriꝰ conueniebāt ꝓpt̄ culpas q̄s cōmittebāt dū cōuenirēt. Eſa. 1. Iniq̄ ſūt cetꝰ v̄ri. Ecc. 21. Stuppa collecta ſinagoga peccantiū. ¶ Deinde cū dicit Primū q̄dē ⁊c. Pōit in ſpeciali quō in deteriꝰ ꝯuenirēt. Et p̄mo pōit iudiciū culpe dicens p̄mū q̄dē int̄ cetera ſcꝫ ꝙ in deteriꝰ cōuenitꝭ ꝯuenientibus vob̄ in eccl̄ia audio ſciſſuras eē int̄ vos ſcꝫ ꝑ ꝯtētiones q̄s exercebāt. Qḋ q̄dē eccl̄ie nō ꝯueīt q̄ in vnitate cōſtituit̄ ſm̄ illō ep̄h. 4. Unuꝫ corpꝰ ⁊ vnꝰ ſp̄ūs ſicut vocati eſtꝭ in vna ſpe vocatiōis v̄re. Hoc tn̄ p̄dicit̄ Eſa. 22. Sciſſuras ciuitatꝭ dauid videbitis qꝛ multiplicate ſūt. Dic āt glo. ꝙ dicēdo primū oñdit ꝙ p̄mū malū eſt diſſenſio vnō cetera oriunt̄ vbi em̄ eſt diſſenſio nihil rectū eſt. Sꝫ cōtra videt̄ eē qḋ dr̄ Ecc. 10. Initiū oīs pcī ſup̄bia ⁊. 1. thi. vl. Radix oīm maloꝝ cupiditas. Dicēdū ē aūt ꝙ hec auctoritates loquūt̄ q̄tū ad pcā p̄ſonalia ſinglariū hominū q̄rū p̄mū ē ſup̄bia ex pte auerſiōis ⁊ cupiditas ex pte ꝯuerſionis. Sꝫ glo. h̄ loquit̄ de pctīs m̄ltitudinis int̄ q̄ p̄muꝫ ē diſſenſio ꝑ quā ſoluit̄ rigor diſciplie. Un̄ dr̄ Jac. 3. Ubi eſt zelus ⁊ ꝯtētio ibi incōſtātia ⁊ oē opꝰ prauū. Secūdo pōit credulitatꝭ auditoꝝ cū dic̄. Et credo ex pte id ē q̄tuꝫ ad aliq̄s v̄rm q̄ erāt ad ꝯtentionē ꝓni. ſm̄ illō qḋ dixerat ſ. 1. Cōtētiōes ſūt int̄ vos. Hoc aūt dico qḋ vnuſq̄ſq; v̄ꝫ dicit. ego q̄deꝫ ſū pauli. ego appollo. ego v̄o cephe. Alij v̄o nō erāt ꝯtentioſi ex q̄ꝝ p̄ſona ibi ſubdit̄. Ego aūt xp̄i. Un̄ ⁊ Can. 2. dr̄. Sic̄ liliū int̄ ſpinas ſic amica mea int̄ filias. id ē boni int̄ malos. Tertio aſſignat rōeꝫ ſue credulitatꝭ dicēs: Nā oportꝫ nō ſolū qualcūq; ſciſſuras ſꝫ etiaꝫ hereſes eē. Ubi duo ꝯſiderāda ſunt. Prio q̄d ſit hereſis Sc̄do quō oportet hereſes eē. Circa p̄muꝫ ſciēdū ꝙ ſicut Hyero. dic̄ ſup ep̄laꝫ ad gal. hereſis grece ab electiōe dicit̄. qꝛ ſcꝫ eā ſibi vnuſq̄ſq; eligat diſciplinā quā putat eſſe meliorē. Ex q̄ duo accipi pn̄t. Prio q̄dē ꝙ de rōe hereſis eſt ꝙ aliq̄s priuatā diſciplinā ſequat̄ q̄ſi ꝑ electionē ꝓpriam nō aūt diſciplinā publicā q̄ diuinitus tradit̄. Sc̄do ꝙ huic diſcipline aliq̄s ptinacit̄ inhereat. Nā electio firmā īportat inheſionē. ⁊ ideo hereticꝰ dr̄ q̄ ſpernēs diſciplinā fidei q̄ diuinitꝰ tradit̄ ptinacit̄ ꝓpriū errorē ſectat̄. Pertinet aūt aliq̄d ad diſciplinā fidei dupl̄r. Uno mō directe ſicut articl̄i fidei q̄ ꝑ ſe credēdi ꝓponūt̄. Unde error circa hos ſm̄ ſe facit hereticū ſi ptinacia aſſit. Nō pn̄t aūt a tali errore ꝓpt̄ ſimplicitatē aliquā excuſari p̄cipue q̄tū ad ea

de qb⁹ eccl'ia ſolẽnizat ⁊ q̃ cõit᷑ verſant᷑ in ore fideliũ. ſicut
miſteriũ trinitatis natiuitat' xp̄i ⁊ alia hm̄oi. Quedã vero
indirecte ꝑtinẽt ad fidei diſciplinã inq̃tũ ſcʒ ipa nõ ꝓpo-
nunt᷑ vt ꝓp̄t ſe credẽda ſʒ ex negatiõe eoꝝ ſeq̄t᷑ aliq̃d ꝯriũ
fidei ſicut ſi neget᷑ yſaac fuiſſe filius abrae. ſequit᷑ aliq̃d cõ-
trariũ fidei ſcʒ ſacrã ſcripturã ꝯtinere aliq̃d falſi. Ex talib⁹
aũt nõ iudicat᷑ aliq̃s heretic⁹ niſi adeo ꝑtinacit᷑ ꝑſeueret
q̄ ab errore nõ recedat etiã viſo q̃d ex hoc ſequat᷑. ſic igit᷑
ꝑtinacia q̃ aliq̃s cõtẽnit in his q̃ ſunt fidei directe vl' indi-
recte ſubire iudiciũ eccl'ie facit hoĩem hereticũ. tal' ãt ꝑti-
nacia ꝓcedit ex radice ſupbie q̃ aliq̃s p̄fert ſenſũ ſuũʒ toti
eccl'ie. Vñ ap̄ls dic̃. i. ad thi. 6. Si q̃s alit᷑ docʒ ⁊ nõ acq̄e-
ſcit ſanis ſmonib⁹ dñi nr̄i ih̄u xp̄i. ⁊ ei q̃ ſm pietat᷑ ẽ do-
ctrine ſupbus eſt nihil ſciẽs ſʒ languẽs circa q̃ſtiões ⁊ pu-
gnas vborũ. ❡ Scd̃o ꝯſiderãdũ ẽ quõ oporteat hereſes
eſſe. Si eñi oportunũ ẽ hereticos eſſe. videt᷑ q̄ ſint cõme-
dabiles ⁊ nõ ſint extirpãdi. Sʒ dicẽdũ ẽ q̄ dupl'r de aliq̃
d̄r q̄ oportet illd̄ eẽ. Uno mõ ex intẽtione illi⁹ q̃ hoc agit
puta ſi dicam⁹ q̄ oportet iudicia eẽ. qꝛ ſcʒ iudices iudicia
exercẽtes intẽdũt iuſticiã ⁊ pacẽ in reb⁹ hũanis ꝯſtituere
Alio mõ ex intẽtiõe dei q̃ ẽt mala ordĩat in bonũ ſicut pſe-
cutionẽ tyrãnoꝝ ordinauit in gl'iam martirꝝ. Vñ Aug. di-
cit in encheridion q̄ de⁹ ẽ adeo bon⁹ q̄ nullo mõ ꝑmitte-
ret fieri aliq̃d malũ: niſi eẽt adeo potẽs q̄ de quolibʒ ma-
lo poſſet elicere bonũ. ⁊ ſm hoc dicit Mat. 18. Neceſſe ẽ
vt veniãt ſcãdala. verũtamẽ ve hoĩ illi ꝑ quẽ ſcãdalũ ve-
nit. ⁊ ſm hoc h̓ dicit ap̄ls q̄ oportʒ hereſes eẽ ex eo q̄ de-
us maliciã hereticoꝝ ordĩauit in bonũ fideliũ. Et hoc dic̃
p̄mo q̃dẽ ad maiorẽ declarationẽ veritat'. Vñ dicit aug.
in glo. ab aduerſario mota q̃ſtio diſcendi exiſtit occaſio.
Multa q̃ppe ad fidẽ catholicã ꝑtinẽtia dũ hereticoꝝ cal-
lida inquietudĩe excogitãtur vt aduerſus eos defẽdi poſ-
ſint: ⁊ ꝯſidrãnt᷑ diligẽti⁹ ⁊ ĩtelligunt᷑ clari⁹: ⁊ p̄dicant᷑ in-
ſtanti⁹. Vñ ⁊ puer. 27. Ferrũ ferro acuit᷑ ⁊ hõ exacuit fa-
ciẽ amici ſui. Scd̃o ad mãifeſtãdã ĩfirmitatẽ fidei ĩ his q̃
recte credũt. Et hoc eſt q̄ h̓ ſubdit ap̄ls. Ut q̃ ꝓbati id ẽ
approbati ſunt a deo. mãifeſti fiãt in vobis id eſt int᷑ vos
Sap. 3. Tanq̄ auruʒ in fornace ꝓbauit illos. ❡ Deinde
cũ dicit. Conueniẽtib⁹ g̃ vob̄ ⁊c̃. redarguit eos de t'tio de-
licto. qꝛ ſcʒ peccabãt in modo ⁊ ordĩe ſumẽdi corp⁹ xp̄i.
Et põt totũ q̃d ſequit᷑ dupl'r exponi. Scd̃m ãt p̄mã expo-
ſitionẽ redarguunt᷑ de hoc q̄ corp⁹ xp̄i p̄rãſi accipiebant.
Circa hoc ergo quatuor facit. Prio põit detrimentũ q̃d
ĩcurrebãt. Secũdo põit culpã ibi. Unuſq̃ſq3 eñi ⁊c̃. Ter-
tio inq̄rit de cauſa culpe ibi. Nunq̃d domos ⁊c̃. Quarto
cõcludit eoꝝ vituparatiõeʒ ibi. Quid dicã vob̄ ⁊c̃. Dicit g̃
p̄mo ita. Conuenientib⁹ vob̄ ſciſſure ſũt int᷑ vos. Ergo cõ-
uenientib⁹ vob̄ in vnũ corpe nõ aĩo. Iã ad hoc aduenitis
q̃d nõ eſt id eſt nõ licet vl' nõ cõpetit vob̄ dñicã cenã man-
ducare id eſt ſumere euchariſtie ſacramentũ q̃d dñs in ce-
na diſcipul' dedit. Hoc eĩ ſacramentũ vt aug. dic̃ ſup Io-
hãnem eſt ſacramentũ vnitat' ⁊ charitat'. Et ideo nõ cõ-
petit diſſentientib⁹ Cañ. 5. Comedite amici ⁊ bibite ⁊ ĩ-
ebriamĩ chariſſimi. Ul' meli⁹ põt referri ad ea q̃ ſequunt᷑.
vt ſit ſenſus. Nõ ſolũ ꝯuẽientib⁹ vob̄ ſciſſure ſunt int᷑ vos
ſed ꝯuẽit vobis ꝯuẽientib⁹ iã id eſt in p̄nti hoc determina-
tũ habetis q̄ nõ ẽ id ẽ nõ licʒ vobis dñicã cenã mãducar᷑
ad quã p̄rãſi accedit'. Quia eñi dñs diſcipul' ſuis poſt ce-
nã hoc ſacramẽtũ tradidit vt legit᷑ Mat. 26. volebãt etiã
corinthij poſt cõmuneʒ cenã ſũere corp⁹ xp̄i. Sʒ dñs hoc
rõnabil'r fecit ꝓp̄t tria. Prio q̃dẽ qꝛ ordĩe cõgruo figura
p̄cedit veritatẽ. Agn⁹ aũt paſchal' erat figura ſiue vmbra
hui⁹ ſacramẽti Et ideo poſt cenã agni paſchal' xp̄s hoc ſa-
cramẽtũ dedit. Dicit᷑ eñi colo. 2. de oĩb⁹ legalib⁹ q̄ ſunt
vmbra futuroꝝ: corpus aũt xp̄s. Scd̃o vt ex hoc ſacramẽ-
to ſtatim ad paſſionẽ trãſiret cui⁹ hoc ſacramẽtũ ẽ memo-
riale. Et ideo dixit diſcipulis Surgite eamus hinc ſcʒ ad
paſſionẽ. Tertio vt arti⁹ ĩprimeret᷑ hoc ſacramẽtũ cordi-
bus diſcipuloꝝ q̃b⁹ ipm̄ tradidit in vltio ſuo receſſu. Sʒ
in reuerẽtiã tãti ſacramẽti poſtmodũ eccl'ia ĩſtituit q̄ non
niſi a ieiunis ſumat᷑: a q̃ excipiunt᷑ ĩfirmi q̃ in neceſſitate q̃
legeʒ nõ hʒ p̄nt nõ ieiuni ſumere corp⁹ xp̄i. Quia vero aq̃
nõ ſoluit ieiuniũ Eſtimauerunt q̃daʒ q̄ poſt potũ aq̃ poſſʒ
aliq̃s ſumere hoc ſacramẽtũ p̄ſtim qꝛ vt dicunt aq̃ nõ nu-
trit ſicut nec aliq̃d aliud ſimplex elemẽtũ. Quãuis ãt aq̃
ſʒ ſe nõ nutriat ⁊ ob hoc nõ ſoluat ieiuniũ eccl'ie: ſm q̄ di-
cunt᷑ aliq̃ ieiunantes. nutrit tñ alijs admixta ⁊ ideo ſoluit
ieiuniũ nature ⁊ ſm hoc dicunt᷑ aliq̃ ieiuni q̃ ſcʒ eadẽ die
nihil ſũpſerũt nec cibi nec pot⁹. Et qꝛ reliq̄e cibi q̃ in ore
remanẽt ſumunt᷑ ꝑ modũ ſaliue. hoc nõ ĩpedit aliq̃s eẽ ie-
iunos. ſil'r ⁊ nõ ĩpedit aliq̃s eẽ ieiunos ſi tota nocte nihil
dormierit vel ſi etiã nõ ſint plene digeſti dũmõ eadeʒ die
oĩno cibi vel pot⁹ nihil ſumpſerint. Vñ qꝛ p̄ncipiũ diei
eſt ſumẽdũ ſm vſum eccleſie a media nocte ideo quicũq3
poſt mediã noctẽ aliq̃d ſũpſerit q̄tũcũq3 modicum cibi vl'
potus nõ poteſt eadẽ die ſumere hoc ſacramentũ. ❡ De-
inde cũ dicit Unuſq̃ſq3 eñi ⁊c̃. Põit culpam ⁊ p̄mo ſʒ q̄
peccabãt in deũ. Scd̃o ꝓut peccabãt in ꝓximũ ibi Et ali-
us q̃dẽ ⁊c̃. Dicit ergo prio Ideo dico q̄ nõ licet vobis do-
minicã cenã mãducare qꝛ vnuſq̃ſq3 vr̄m p̄ſumit id ẽ ante
ſumit ſuã cenã ſcʒ ciboꝝ cõmuniũ ad mãducãdũ. Quili-
bet eñi eoꝝ portabat ad eccl'iam fercula p̄parata ⁊ come-
debat q̃libʒ ſeorſũ anteq̄ ſumeret ſacra miſteria Oſee. 4.
Separatũ ẽ cõuiuiũ eoꝝ nũc interibũt Ecc. 11. dicit in ꝑ-
ſona pc̄i Inueni req̄em mihi ⁊ comedebã de bonis meis
ſolus. ❡ Deinde cũ dic̃. Et ali⁹ q̃dẽ ⁊c̃. Arguit culpã eo-
rũ inq̃tũ erat ꝯtra ꝓximũ. Diuites eñi laute comedebãt
in eccl'ia ⁊ bibebãt vſq3 ad ebrietatẽ. paupib⁹ ãt nihil da-
bãt ita q̄ remanebãt eſuriẽtes Et hoc eſt q̃d d̄r. Et ali⁹ q̃-
dẽ eſurit ſcʒ paup q̃ nõ habuit vñ ſibi p̄paret. alt᷑ aũt ebri⁹
eſt ſcʒ diues q̃ ſupflue comedebat ⁊ bibebat ꝯ̃ id q̃d dicit᷑
Neemie. 8. Comedite pinguia ⁊ bibite mulſũ ⁊ mittite ꝑ-
tes eis q̃ nõ p̄parauerũt ſibi Iob. 31. Si comedi buccellã
meã ſol⁹ ⁊ nõ comedit pupill⁹ ex ea. ❡ Deinde cum dicit
Nũq̃d domos ⁊c̃. Inq̄rit de cã hui⁹ cl'pe Et prio excludit
cãm ꝑ quã poterãt excuſari. Nõ eñi ẽ licitũ domũ dei q̃ ẽ
deputata ſacris vſib⁹: cõib⁹ vſib⁹ applicar᷑. vñ ⁊ dñs Io.
2. eijciẽs emẽtes ⁊ vẽdẽtes de tẽplo dixit. Domus mea
dom⁹ orõis vocabit᷑. vos ãt feciſt' eã domũ negotiatiõis.
Et aug. dicit in reg'la. In oratorio nemo aliq̃d faciat niſi
ad q̃d factũ ẽ: vñ ⁊ nomẽ accepit. tñ ꝓp̄t neceſſitatẽ q̃n. ſ.
aliq̃s aliã domũ nõ ĩueniret licite poſſʒ eccl'ia vti ad man-
ducãdũ vel ad alios hm̄oi licitos vſus. Hãc g̃ excuſatiõʒ
excludit ap̄ls dicẽs Nunq̃d nõ habet' domos ſcʒ ꝓprias
ad mãducãdũ ⁊ bibẽdũ. vt ꝓp̄t hoc excuſemĩ ſi in eccl'ia
ꝯuiuia celebret' q̃ debet' in ꝓprijs domib⁹ facere. Vñ et
Luc. 5. dicit᷑ q̄ leui fecit xp̄o ꝯuiuiũ magnũ in domo ſua.
Scd̃o cũ dicit Aut eccleſiã dei ⁊c̃. Aſſerit cãm q̃ eos inex-
cuſabiles reddit. q̃ꝛ p̄ria eſt ꝯtẽpt⁹ eccleſie dei. Et hanc
põit dicẽs Aut eccleſiã dei ꝯtẽpnit'. ⁊ ideo in eccl'ia p̄ſu-
mitis cenã vr̄am ad mãducãdũ. Et põt h̓ ſumi eccleſia tã
ꝓ ꝯgregatiõe fideliũ q̄ etiã ꝓ domo ſacra q̃ nõ eſt ꝯtẽnẽ-
da ſm illd̄ p̄s. Domũ tuã decet ſctitudo Et Ie. 7. Nun-
q̃d ſpelũca latronũ facta ẽ dom⁹ iſta in q̃ ĩuocatũ ẽ nomen
meũ in oculis vr̄is. Iſti aũt vtrũq3 ꝯtẽnebãt dũ p̄nte ꝯuẽ-
tu fideliũ in loco ſacro cõuiuia celebrabãt. ❡ Scd̃o ponit
ꝯtẽptũ ꝓximoꝝ ĩ hoc q̄ ſubdit᷑. Et ꝯfũditis eos q̃ nõ ha-
bẽt. In hoc eñi paupes erubeſcebãt q̄ ip̄i eſuriebãt in cõ-
ſpectu toti⁹ m'titudĩs alijs laute comedẽtib⁹ ⁊ bibẽtibus.
Dicit᷑ ãt puer. 17. Qui d̄ſpicit pauperẽ exprobrat fctõri
ei⁹. Et Ecc. 4. Aĩaʒ eſuriẽtẽ ne deſpexer'. ❡ Deinde cũ
dicit Quid dicã ⁊c̃. ꝯcludit eoꝝ vituparatiõʒ dicẽs: Quid

dicā vobis ex ꝯſideratiōe p̄dictoꝝ. Nūq̄d laudo vos? Et
rn̄det Et ſi in alijs factis laudo vos. in hoc tn̄ facto non
laudo. Et eſt aduertēdū φ .ſ. dū de habitu mulieꝝ loq̄re
tur ſaltē yronice laudauit eos dicēs: laudo vos φ ꝑ oīa
mei ꝛc. Hic vo nec yronice vult eos laudarꝫ q: in grauio
rib⁹ delictis nullo mō ſūt pctōres palpandi. Un̄ ꝛ in pſ.
9. Qm̄ laudatꝫ pctōr in deſiderijs aīe ſue ꝛ iniqu⁹ bndi-
citꝫ. exacerbauit dn̄m pctōr. Et Eſa. 3. Populꝫ me⁹ q̄ bea
tū te dicūt ipi te decipiūt. ſ; aliaꝫ vo expoſitionē arguunt
de alia culpa. In p̄mitiua em̄ eccleſia fideles panē ꝛ vinū
offerebāt q̄ ꝯſecrabātꝫ in ſāguinē ꝛ corp⁹ xp̄i. qb⁹ iā ꝯſūpta
tis diuites q̄ multa obtulerāt eadē ſibi repetebāt. ꝛ ſic ipi
habūdantꝫ ſumebāt paupib⁹ nihil ſumētib⁹ q̄ nihil obtu-
lerāt. De hac ḡ culpa apoſtol⁹ eos h̄ rep̄hēdit dicēs: Cō-
uenietib⁹ vobis in vnū iā nō ē id ē nō ꝯtigit intꝫ vos dn̄i-
cā cenā mādūcare. Cena em̄ dn̄i ē cōis toti familie. vnuſ-
q̄ſq; āt vr̄m ſumit eā nō q̄ſi cōmunē ſ; quaſi ꝓpriā. dū ſi-
bi vult vēdicare qō deo obtulit. ꝛ hoc ē qō ſubdit Unuſ-
q̄ſq; p̄ſumit. i. p̄ſūptuoſe attēptat ad māducandū cenā ſcȝ
dn̄i. i. panē ꝛ vinū ꝯſecratū quaſi ſuā. i. quaſi ꝓpriā vēdi-
cās. ſ. ea q̄ ꝯſecrata ſūt dn̄o in ſuos vſus. Et ita ſequitꝫ φ
ali⁹. ſ. paup̄ q̄ nihil obtulit eſurit nihil. ſ. ſumēs de ꝯſecra-
tis. Ali⁹ āt. ſ. diues qui multa obtulit ebri⁹ ē ad lr̄am ꝓ-
pter hoc φ nimiū ſūpſit de vīo ꝯſecrato quod. ſ. quaſi ꝓ-
priū repopoſcit. Sȝ videtꝫ hoc eē īpoſſibile quod de vino
ꝯſecrato aliquis īebrietꝫ vel etiā nutriatꝫ de pane. qm̄ poſt
ꝯſecrationē ſub ſpecieb⁹ panis ꝛ vini nihil remanet niſi
ſubſtātia corpis xp̄i ꝛ ſāguis q̄ nō pn̄t ꝯuerti in corp⁹ ho-
minis: ad hoc φ ex eis nutriatꝫ aut īebrietꝫ Dicit ḡ quidā
φ hoc nō fit ꝑ aliquā ꝯuerſionē ſȝ ꝑ ſolā īmutationē ſēſu-
um hoīs ab accidētib⁹ panis ꝛ vini q̄ remanēt poſt ꝯſe-
cratiōnē. Cōſueuerūt em̄ hoīes ex ſolo ciboꝝ odore cō-
fortari ꝛ ex multo odore vini ſtupefieri ꝛ quaſi inebriari.
Sed ꝯfortatio vel ſtupefactio q̄ ꝓuēit ex ſola īmutatione
ſenſuū ꝑuo tp̄e durat. cū tn̄ poſt ꝯſecrationē panis aut vi-
ni ſi vinū in magna q̄titate ſumeretꝫ aut panis diu ſuſten-
taretꝫ hō ꝓptꝫ panē aut ſtupefieret ꝓptꝫ vinum. Et p̄terea
māifeſtū ē φ panis ꝯſecrat⁹ in aliaꝫ ſubſtātiā cōuerti pōt
ex hoc φ ꝑ putrefactiōȝ rſoluitꝫ ī pulueres. aut ꝑ ꝯbuſtio-
nē in cineres cū ad nutriēdū nihil aliud requiratꝫ q̄ φ ci-
bus cōuertatꝫ in ſubſtātiā nutrimēti. Quidā ḡ poſuerunt
φ panis aut vinū ꝯſecratū pn̄t ꝯuerti in aliud ꝛ ſic nutrirꝫ
q: remanet ibi ſubſtātia pāis aut vini cū ſubſtātia corporꝫ
xp̄i ꝛ ſāguis Sȝ hoc repugnat vbis ſcripture. Nō em̄ ve-
rū eēt qō dn̄s dic̄ Mat. 26. Hoc eſt em̄ corp⁹ meū q: hoc
demōſtratū ē pāis. ſȝ poti⁹ eēt dicēdū h̄. i. in hoc loco eſt
corp⁹ meū. Et p̄terea corp⁹ xp̄i nō īcipit eē ī hoc ſacramē-
to ꝑ loci mutationē q: iā deſineret eſſe in celo. Un̄ relinq̄-
tur φ ibi incipiat eſſe ꝑ cōuerſionē alteri⁹. i. panis in ip̄m
vn̄ non pōt eſſe φ remaneat ſubſtātia panis. Et ideo alij
dixerūt φ remanet ibi forma ſubſtātialis panis ad quā ꝑ-
tinet oꝑatio rei ꝛ ideo nutrit ſicut ꝛ panis nutriret. Sed
hoc nō pōt eſſe q: nutrire eſt cōuerti in ſubſtātiā nutriti.
quod nō cōpetit nutrimento rōe forme cui⁹ eſt agere. ſed
magis rōe materie cui⁹ eſt pati. Un̄ ſi eēȝ ibi forma ſub-
ſtātialis panis nutrire nō poſſȝ. Alij vo dixerunt φ aer
circumſtās ꝯuertitꝫ vel in ſubſtātiā nutriti vl' in quodcūq;
aliud h⁹mōi. ſed hoc nō poſſȝ fieri abſq; mĺta cōdēſatiōe
aeris q̄ ſenſui latere nō poſſȝ. Et ideo alij dixerunt φ di-
uina virtute ad hoc φ ſacramentuȝ nō dep̄hendatꝫ ī h̄mōi
ꝯuerſiōib⁹ redit ſubſtātia panis ꝛ vini. ſȝ hoc videtꝫ eſſe ī-
poſſibile q: cuȝ ſubſtātia pāis cōuerſa ſit in corp⁹ xp̄i non
videtꝫ φ poſſit ſubſtātia panis redire niſi cōuerſo corpus
xp̄i cōuerteretꝫ in panem. Et p̄terea ſi ſubſtātia pāis redit
aut hoc eſt manentib⁹ accn̄tib⁹ pāis ꝛ ſic ſimul erit ibi ſb-
ſtātia panis ꝛ ſubſtātia corpis xp̄i quod. ſ. īprobatum eſt

Nā tā diu eſt ibi ſubſtātia corpis xp̄i q̄diu ſpecies manētꝫ
Aut redit ſpecieb⁹ nō manētib⁹ quod etiā ē īpoſſibile. q:
ſic eſſet ſubſtātia panis abſq; ꝓprijs accn̄tib⁹ niſi forte ī-
telligatꝫ φ deus ī nō cōuerſiōis cauſaret ibi quādā mate-
riā q̄ ſit ſubiectum hui⁹ cōuerſiōis. Sȝ meli⁹ eſt vt dicatꝫ
φ ſicut virute ꝯſecratiōis miraculoſe cōfertꝫ ſpecieb⁹ pāis
ꝛ vini vt ſubſiſtāt ſine ſubiecto ad modum ſubſtātie. ita ēt
eis miraculoſe cōfertꝫ ex cōſeq̄nti φ agāt ꝛ patiantꝫ quic-
quid agere aut pati poſſȝ ſubſtātia panis aut vini ſi adeſ-
ſet. Et hac rōe ſpecies ille pāis ꝛ vini pn̄t nutrirꝫ ꝛ īebria-
re. ſicut ſi eſſet ibi ſubſtātia panis ꝛ vini. Cetera nō mutā-
tur a prima expoſitione.

## Lectio quinta.

Ego em̄ accepi a dn̄o qō ꝛ tradidi vo-
bis: qm̄ dn̄s ieſus ī q̄ nocte tradebatꝫ
accepit panem: ꝛ gr̄as agēs fregit ꝛ
dixit. Accipite ꝛ mādūcate hoc ē corp⁹ meū
qō ꝓ vobis tradetꝫ. Hoc facite ī meam cōme-
moratiōnē.

Poſtq̄ aplus redarguit corinthioꝝ inordiatiōes q̄s cō-
mittebāt ꝯueniēdo ad euchariſtie ſacramētū ſumēdū: hic
agit de ip̄o ſacramēto. ꝛ p̄io agit de dignitate hui⁹ ſacra-
mēti. Scd̄o īducit fideles ad reuerentꝫ ſumēdū ibi. Itaq;
q̄cunq; mādūcauerit ꝛc. Circa p̄mū duo facit. P̄io com-
mēdat auctoritatē doctrīe quā datur⁹ ē. Scd̄o pōit doctri-
nā de dignitate hui⁹ ſacramēti ibi. Qm̄ dn̄s nr̄ ꝛc. Cir-
ca p̄mū duo facit. P̄io cōmēdat auctoritatē doctrine ex
ꝑte actoris q̄ eſt xp̄s dicēs: Dixi φ iā nō eſt vobis dn̄icaȝ
cenā mādūcare. ſacramētū euchariſtie dn̄icā cenā vocans
Ego em̄ accepi a dn̄o ſcȝ xp̄o q̄ eſt actor hui⁹ doctrine nō
ab aliquo puro hoīe. gal. 1. Paul⁹ aplus nō ab hoībus
neq; ꝑ hoīeȝ ſȝ ꝑ ieſū xp̄ȝ heb. 2. Qui cū īnitiū accepiſſȝ
enarrari ꝑ dn̄m ꝛc. Scd̄o cōmēdat auctoritatē doctrīe ex
ꝑte miniſtri q̄ eſt ip̄e paulus cū ſubdit. qō ꝛ trādidi vobis
Eſa. 21. Que audiui a dn̄o exercituū deo iſrl' ānūciaui vo-
bis Sap. 7. Quam ſine fictiōe didici ꝛ ſine īuidia cōico.
¶ Deinde cū dic̄. Qm̄ dn̄s ieſus cōmēdat dignitatē hu-
ius ſacramēti tradēs inſtitutionē ip̄i⁹. Et p̄mo pōit inſti-
tutionē. Scd̄o tp̄s inſtitutiōis cū dicit In qua nocte tra-
debatꝫ ꝛc. Tertio modū inſtituēdi ibi. Accepit paneȝ ꝛc.
Inſtitutor autem ſacramenti eſt ip̄e xp̄s. Un̄ dicit. Qm̄
dn̄s nr̄ ieſus xp̄s ꝛc. Dictū eſt em̄. ſ. cū de baptiſmo age-
retꝫ φ xp̄s in ſacramētis hȝ excellētie p̄tātē ad quā quatu-
or ꝑtinēt. P̄io q̄dē φ virt⁹ ꝛ meritū ei⁹ oꝑatꝫ in ſacramē-
tis. Scd̄o φ in noīe ei⁹ ſctificetꝫ ſacramentū. Tertio φ
effectū ſacramēti ſine ſacramēto p̄betꝫ pōt Quarto īſtitutio
noui ſacramēti. Specialitꝫ tn̄ ꝯgruebat vt hoc ſacramētū
ip̄e in ſua ꝑſona inſtitueret in quo corp⁹ ꝛ ſāguis eius cō-
municatꝫ. Un̄ ꝛ ip̄e dicit Joh. 6. Panis quē ego dabo vo-
bis caro mea ē ꝓ mūdi vita. ¶ Deīde cū dicit Qua nocte
tradebatꝫ Deſcribit tp̄s inſtitutiōis hui⁹ ſacramēti qō q̄-
dē cōgruū fuit. P̄io q̄dē q̄tū ad qualitatē tp̄is Fuit em̄
in nocte. Per virtutē em̄ hui⁹ ſacramēti aīa illūīatꝫ. Un̄
1. reg. 14. dicitꝫ φ Jonathas ītinxit virgā in fauū mellis ꝛ
ꝯuertit manū ſuaȝ ad os ſuū. ꝛ illūīati ſūt ocl'i ei⁹. ꝓptꝫ qō
ꝛ ī pſ. dicitꝫ. Nox illūīatio mea ī delitijs meis. Scd̄o q̄-
tū ad negociū qō in illo tp̄e gerebatꝫ. q: ſcȝ qn̄ tradebatur
ad paſſionē ꝑ quā trāſiuit ad patrē hoc ſacramētuȝ qō eſt
memoriale paſſiōis īſtituit. Un̄ dicitꝫ Ecc. 29. Trāſi hoſ-
pes ꝛ orna mēſā ꝛ q̄ in manu habes ciba ceteros. ¶ De-
inde cū dicit Accepit panē ꝛc. Oſtēdit modū inſtitutiōis
ꝛ p̄mo pōit ea q̄ fecit ꝛ dixit xp̄s inſtituēdo hoc ſacramen-
tū. Secūdo expōit ibi. Quotienſcūq; em̄ ꝛc. Circa p̄muȝ
duo facit. Primo agit de inſtitutiōe ſacramēti hui⁹ q̄tū

ad corp⁹ xp̄i. Scđo q̄tū ad ei⁹ ſāguinē ibi. Similit̄ ⁊ cali
cē ⁊c. Circa p̄mū an̄ expoſitionē lr̄e oportȝ p̄rio ꝯſiderar̄
neceſſitatē inſtitutiōis hui⁹ ſacramēti. Eſt aūt ſciēduȝ ꝙ
ſacramēta inſtituta ſūt ꝓpt̄ neceſſitatē vite ſpūal̄. Et quia
corporalia ſūt q̄dā ſimilitudies ſpūaliū oportet ſacramen-
ta ꝓporcionari eis q̄ ſūt neceſſaria ad vitā corporalē. In
qua p̄mo inuenit̄ generatio cui ꝓportionat̄ baptiſmus p̄
quē regenerat̄ aliq̄s in vitā ſpūalē. Scđo ad vitā corpora
lē reqrit̄ augmētū. p̄ qđ aliq̄s p̄ducit̄ ad q̄titatē ⁊ virtutē
p̄fectā ⁊ huic ꝓportionat̄ ſacramētū ꝯfirmatiōis in q̄ ſpi-
ritusſāct⁹ dat̄ ad robur. Tertio ad vitā corporalē reqritur
alimētū. p̄ qđ corp⁹ homīs ſuſtentat̄. Et ſil̄r vita ſpūalis
p̄ ſacramētū eucharīſtie reficit̄ ſm̄ illđ In loco paſcue ibi
me collocauit. ſup̄ aquā r̄fectiōis educauit me. ¶ Eſt aūt
notandū ꝙ generās nō ꝯiungit̄ genito ſm̄ ſubſtātiā ſȝ ſo-
lū ſm̄ virtutē. ſȝ cib⁹ ꝯiungit̄ nutrito ſm̄ ſubſtātiā. Vn̄ in
ſacramēto baptiſmi quo xp̄s regenerat ad ſalutē nō ē ip̄e
xp̄s ſm̄ ſuā ſubſtantiā: ſȝ ſolū ſm̄ ſuā virtutē. Sȝ in ſacra
mento eucharīſtie qđ eſt ſpūale alimentū xp̄s eſt ſm̄ ſuaȝ
ſubſtantiā. Cōtinet̄ aūt ſub alia ſpecie ꝓpt̄ tria. P̄rio q̄-
dem ne eſſ̄ȝ horribile fidelib⁹ ſumētib⁹ hoc ſacramentū ſi
in ꝓp̄ria ſpecie carnē homīs ederent ⁊ ſanguinē biberēt
Scđo ne hoc ip̄m eſſ̄ȝ deriſibile infidelib⁹. Tertio vt cre-
ſceret meritū fidei q̄ ꝯſiſtit in hoc ꝙ credunt̄ ea q̄ nō vidē
tur. Tradit̄ aūt hoc ſacramentū ſub duplici ſpecie ꝓpter
tria. P̄rio q̄dē ꝓpt̄ ei⁹ p̄fectionez q̄r cum ſit ſpiritual̄ re-
fectio dȝ haber̄ ſpiritualem cibuȝ ⁊ ſpiritualem potū. Nā
⁊ corpal̄ refectio nō p̄ficit̄ ſine potu ⁊ cibo. Vn̄ ⁊. ſ̄. 10. di
ctū eſt ꝙ oēs eādem eſcā ſpiritualem mādu cauerunt et
oēs eundem potuȝ ſpiritualem biber̄t. Nā ⁊ corpal̄ re-
fectio nō p̄ficit̄ ſine cibo ⁊ potu. Scđo ꝓpt̄ ei⁹ ſignificatio
nem. Eſt em̄ memoriale dn̄ice paſſionis p̄ quam ſanguis
xp̄i fuit ſepat⁹ a corp̄e. ⁊ ideo in hoc ſacramēto ſeorſū offer
tur ſanguis a corp̄e. Tertio ꝓpt̄ hui⁹ ſacramenti effectuȝ
ſalutarem. Valet em̄ ad ſalutem corp̄is ⁊ ideo offert̄ cor-
pus ⁊ valet ad ſalutē aīe. ⁊ ideo offert̄ ſanguis. Nam aīa
in ſanguīe eſt vt dicit̄ gen̄. 9. Offert̄ aūt ſpecialit̄ hoc ſa-
cramētū ſub ſpecie panis ⁊ vini. p̄mo q̄dem q̄r pane ⁊ vi-
no cōmuni⁹ vtunt̄ homīes ad ſuam refectiōez. Et ideo aſ
ſumunt̄ in ſacramento hec ſicut aqua ad ablutiōez in ba-
ptiſmo ⁊ oleum ad vnctionem. Scđo ꝓpt̄ virtutē hui⁹ ſa
cramenti. Nam panis ꝯfirmat cor homīs. vinum v̄o leti
ficat. Tertio q̄r panis q̄ ex m̄ltis granis fit ⁊ vinū ex mul
tis vuis ſignificant eccleſie vnitatem q̄ ꝯſtituit̄ ex m̄lt̄ſ fi-
delib⁹ Eſt autez hec eucharīſtia ſpecialit̄ ſacramentū vni
tat̄ſ ⁊ charitat̄ſ vt dicit Aug. ſup̄ Joh. His autē viſis cir-
ca lr̄e expoſitiōez. P̄rio ꝯſiderandum eſt q̄d xp̄s fecerit.
Scđo q̄d dixerit ibi, Et dixit ⁊c. Tria autem fecit. P̄ri-
mum q̄dem deſignat̄ cum dic̄. Accepit panem. p̄ qđ duo
ſignificari p̄n̄t. P̄rio q̄dem ꝙ ip̄e voluntarie paſſionē ac-
cepit. cui⁹ hoc ſacramentū eſt memoriale ſȝ illđ Eſa. 53.
Oblat⁹ eſt q̄r ip̄e voluit. Scđo pōt ſignificari ꝙ ip̄e acce-
pit a p̄re poteſtatem p̄ficiendi hoc ſacramentum ſȝ illud
Mat. 11. Oīa tradita ſunt mihi a p̄re meo. Scđ̄ȝ tangit
cuȝ dic̄ Et gr̄as agens In q̄ dat̄ nob̄ exemplū gr̄as agen
di de oīb⁹ q̄ nob̄ diuinit⁹ dant̄ ſm̄ illud. 1. ad theſ. vl. In
oīb⁹ gr̄as agite. Tertiuȝ tangit cū dic̄ Fregit. Eſa. 58.
Frange eſurienti panem tuȝ. Sȝ videt̄ hoc eſſe ꝯ̄rium
vſui eccl̄ie ſȝ quā p̄ri⁹ ꝯſecrat̄ corp⁹ xp̄i ⁊ poſtea frangit̄ h̄
autem d̄r ꝙ p̄ri⁹ fregit poſtea ꝓtulit v̄ba ꝯſecratiōis. Et
ideo q̄dā dixer̄t ꝙ xp̄s ꝯſecrauit p̄ri⁹ v̄bis alijs: ⁊ poſtea
ꝓtulit v̄ba q̄b⁹ nos ꝯſecram⁹. Sȝ hoc nō pōt eſſe q̄r ſa-
cerdos duȝ ꝯſecrat nō ꝓfert iſta v̄ba q̄ſi ex p̄ſōa ſua. ſȝ q̄-
ſi ex p̄ſōa xp̄i ꝯſecrant̄ſ Vn̄ manifeſtum eſt ꝙ eiſdez v̄bis
q̄b⁹ nos ꝯſecram⁹ ⁊ xp̄s ꝯſecrauit. Et ideo dicendum eſt
ꝙ hoc qđ h̄ dicit̄ Et dixit nō ē ſumēdū ꝯ̄iter q̄ſi xp̄s acce-
pit panē ⁊ gr̄as agēs fregit ⁊ poſtea dixerit v̄ba q̄ ſequū
tur ſȝ cōcomitant̄ ꝙ dū accepit p̄ ſe panem gratias agens
fregit ⁊ dixit. Et ideo cū Mat. 26. dicat̄ ꝙ ieſus accepit
panē ⁊ bn̄dixit ac fregit Ap̄lus nō curauit h̄ de bn̄dictiōe
facere mētionē itelligēs nihil aliđ eē illā bn̄dictionem q̄
hoc qđ dn̄s dixit hoc eſt corp⁹ meū. ¶ Deinde cū dicit Et
dixit. Oſtēdit q̄d xp̄s dixerit inſtituēdo hoc ſacramētum
In v̄bis āt p̄mo q̄dē iniūxit ſacramēti vſū. Scđo exp̄ſſit
ſacramēti v̄itatē. Tertio docuit miſteriū. Vſū q̄dē ſacra
menti iniūxit dicēs: Accipite. quaſi diceret nō ex poteſta
te vl̄ merito hūano cōpetit vob̄ vſus hui⁹ ſacramēti. ſȝ ex
eminēti di bn̄ficio Sap. 16. Angloꝝ eſca nutriuiſti popu
lū tuū dn̄e. ſ̄. 4. Quid habes qđ nō accepiſti. Et detmi-
nat ſpeciē vſus cū dicit Et mādu cate. Joh. 6. Niſi mādu
caueritſ carnē filij hoīs. Job. 31. Si nō dixer̄t viri taber-
naculi mei q̄s det de carnib⁹ ei⁹ vt ſaturemur. Sciēdum
eſt tn̄ ꝙ hec v̄ba nō ſūt de forma ꝯſecratiōis. Eſt em̄ hec
differētia int̄ hec ⁊ alia ſacramēta. q̄r alia ſacramēta p̄fici
unt̄ nō q̄dē in ꝯſecratiōe materie ſȝ in vſu materie ꝯſecra-
te. ſicut in ablutiōe aq̄: aut in vnctiōe olei: ſeu criſmatis.
⁊ hoc ideo q̄r in materijs alioꝝ ſacramētoꝝ nō eſt aliqua
natura rōnalis q̄ ſit gr̄e ſāctificāt̄ſ ſuſceptiua. ⁊ ideo ī for-
ma alioꝝ ſacramētoꝝ fit mētio de vſu ſacramēti ſicut cuȝ
dicit̄ Ego te baptizo vl̄ ꝯfirmo te criſmate ſalut̄ſ ⁊c. Sed
hoc ſacramētū p̄ficit̄ in ip̄a ꝯſecratiōe materie in qua ꝯti-
netur ip̄e xp̄s q̄ eſt finis toti⁹ gr̄e ſāctificāt̄ſ. Et ideo v̄ba
q̄ p̄tinēt ad vſū ſacramēti nō ſūt de ſubſtātia forme. ſȝ ſolū
illa q̄ ꝯtinēt v̄itatē ⁊ ꝯtinētiā ſacramēti q̄ ꝯ̄iter pōit ſub
dens hoc eſt corp⁹ meū. ¶ Circa q̄ v̄ba tria oportet ꝯſiđ-
rare. P̄rio q̄dē de re ſignificata p̄ hec v̄ba ꝙ ſcȝ ſit ibi cor
pus xp̄i. Secūdo de v̄itate hui⁹ locutiōis. Tertio vtruȝ
hec ſit ꝯueniēs forma hui⁹ ſacramēti. Circa p̄mū ꝯſiderā-
dū eſt ꝙ q̄dā dixerūt corp⁹ xp̄i nō eē in hoc ſacramēto ſm̄
v̄itatē ſȝ ſolū ſicut ī ſigno. ſic exponētes qđ h̄ dicit̄. Hoc
eſt corp⁹ meū id eſt hoc eſt ſignū ⁊ figura corp̄is mei ſicut
⁊. ſ̄. 10. dictū eſt. petra aūt erat xp̄s id ē figura xp̄i. Sed
hoc eſt hereticū cū exp̄ſſe dn̄s dicat Joh. 6. Caro mea ve-
re eſt cib⁹ ⁊ ſanguis me⁹ vere eſt pot⁹. Vn̄ alij dixer̄t ꝙ ē
ibi vere corp⁹ xp̄i. ſȝ ſimul cū ſubſtātia panis qđ eſt īpoſſi
bile vt. ſ̄. oſtenſū eſt. Vn̄ alij dixerūt ꝙ eſt ibi ſolū corpus
xp̄i ſubſtātia panis nō remanēte q̄ annihilat̄ vl̄ in p̄iacētē
materiā reſoluit̄. Sed hoc nō pōt eē q̄r ſicut Aug. dic̄ in
libro. 83. q. De⁹ nō auctor tēdēdi in nō eē. Scđo q̄r etiā
p̄ hāc poſitionē tollit̄ hoc ꝙ ſubſtātia panis conuertat̄ in
corp⁹ xp̄i ⁊ ſic cū corp⁹ xp̄i nō incipiat eē ī hoc ſacramēto
p̄ ꝯuerſionē alteri⁹ ī ip̄ȝ relinq̄t̄ ꝙ īcipiat ibi eē p̄ motū lo-
calē qđ ē īpoſſibile vt. ſ̄. dictū eſt. Oportet igit̄ dicer̄ ꝙ
corp⁹ xp̄i vere ſit ī hoc ſacramēto p̄ ꝯuerſionē panis in ip̄ȝ.
Cōſiderādū tn̄ ꝙ hec ꝯuerſio differt ab oīb⁹ ꝯuerſiōib⁹ q̄
ſunt in natura. Actio em̄ nature p̄ſuppōit materiā ⁊ ideo
eius actio nō ſe extēdit niſi ad īmutādū aliq̄d ſm̄ formaȝ
vl̄ ſubſtātialē vl̄ accidētalē. Vnde oīs ꝯuerſio natural̄ di-
cit̄ eē formal̄. Sed de⁹ q̄ facit hāc cōuerſionē eſt actor ma
terie ⁊ forme. ⁊ ideo tota ſubſtātia pāis materia nō rema-
nēte: pōt cōuerti in totā ſubſtātiā corpor̄ſ xp̄i. Et q̄r ma-
teria eſt indiuiduatiōis p̄ncipiū: totū hoc indiuiduū ſigna
tū qđ eſt ſubſtātia p̄ticl̄aris ꝯuertit̄ in aliā ſubſtātiā p̄ticu
larē. ꝓpter qđ dicit̄ iſta cōuerſio ſubſtātial̄ ſeu trāſſubſtā-
ciatio. Cōtingit igit̄ in hac ꝯuerſiōe ꝯ̄riū ei⁹ qđ accidit in
cōuerſiōib⁹ naturalib⁹ in q̄bus manēte ſubiecto fit tranſ-
mutatio interdū circa accidētia. hic aūt trāſmutata ſubſtā
tia manēt accidētia ſine ſubiecto virtute diuīa q̄ ſic cauſa
p̄ima ſuſtētat ea ſine cā materie q̄ eſt ſubſtātia cauſata ad
hoc ꝙ corp⁹ xp̄i ⁊ ſanguis ſumat̄ in ſpecie aliena rationi-
bus ſup̄adictis. ⁊ q̄r ordine quodā accidētia referunt̄ ad
ſubſtantiā. ideo dimenſiōes ſine ſubiecto remanent ⁊ alia

accidentia remanēt in ipſis dimenſionibꝰ ſicut in ſubiecto
Si autē ſub illis dimēſionibꝰ in illa ſubſtātia remaneat ni-
ſi corpus xpi dubiū pōt eſſe de fractiōibus hoſtie cōſecra-
te. cū corpus xpi glorificatū ſit. ⁊ ꝑ cōſequens infrāgibile
Unō nō pōt huic fractiōi ſubſtare. ſꝫ nec etiā aliđ pōt fin-
gi qđ ſubſiſtet. qꝛ ſacramētū veritatis non decet aliqua fi-
ctio. Unde nihil ſenſu ꝑcipit̄ in hoc ſacramēto qđ non ſit
ibi ſm veritatē. Senſibilia enī ꝑ ſe ſunt qualitates q̄ q̄dē
remanēt ſicut prius fuerāt in hoc ſacramento vt eſt dictū
Et ideo alij dixerunt ꝙ eſt q̄dē ibi vere fractio ſine ſubie-
cto. vnde nihil ibi frangit̄. Sed nec hoc dici pōt. qꝛ cum
fractio ſit in genere paſſionis q̄ habet debiliꝰ eſſe ꝙ̄ qua-
litas nō poteſt eſſe in hoc ſacramēto ſine ſubiecto ſicͭ nec
qualitas. Unī reſtat dicendū ꝙ fractio illa fūdat̄ ſicͭ in ſub-
iecto in dimēſionibꝰ panis ⁊ vini remanentibꝰ. corpꝰ aūt
xpi nō attingit̄ ab huiꝰ fractiōe qꝛ totū remanet ſub quali
bet ꝑte dimēſionū diuiſaꝝ. Qđ quidē hoc mō conſidera-
ri pōt. Nā corpꝰ xpi eſt in hoc ſacramēto ex cōuerſiōe ſub
ſtantie panis in ipſm. Non aūt fit conuerſio ratione dimē-
ſionū. Nā dimenſiones panis remanent. ſed ſolū ratione
ſubſtantie. Unde ⁊ corpꝰ xpi eſt ibi rōe ſue ſubſtātie. non
aūt rōe ſuaꝝ dimenſionū. licꝫ dimēſiones eiꝰ ſint ibi ex cō-
ſeq̄nti inq̄tū nō ſeparant̄ a ſubſtātia ipſius. Quantū autē
ad naturā ſubſtātie ꝑtinet tota eſt ſub qualibet ꝑte dimē-
ſionū. Unde ſicut ante conſecrationē tota veritas ſubſtā-
tie ⁊ natura panis erat ſub qualibet ꝑte dimenſionum: ita
poſt conſecrationē totū corpꝰ xpi eſt ſub qualibꝫ ꝑte pāis
diuiſi. Significat aūt hoſtie cōſecrate diuiſio. ꝑmo q̄dem
paſſionē xpi ꝑ quā corpꝰ eius fuit vulneribus fractū ſꝫ il
lud pſ. Foderūt manꝰ meas ⁊ pedes meos. Secūdo di-
ſtributionē donoꝝ xpi ex ipſo ꝓgredientiū ſm illđ īfra. 12.
Diuiſiones gratiaꝝ ſunt. Tertio diuerſas ꝑtes eccleſie.
Nā corꝝ q̄ ſūt mēbra xpi q̄dā adhuc ī hoc mūdo ꝑegrinant̄
q̄dā viuūt ī glīa cū xpo ⁊ q̄tū ad aīaꝫ ⁊ q̄tū ad corpꝰ. q̄daꝫ
aūt expectāt finalē reſurrectiōꝫ ī fine mūdi ⁊ hoc ſignificat
diuiſio hoſtie in tres ꝑtes. ¶ Secundo cōſiderandū ē de
veritate huiꝰ locutiōis. videt̄ enī hec locutio eſſe falſa Hoc
eſt corpus meū. Conuerſio enī panis in corpꝰ xpi fit in ter
mino ꝓlationis hoꝝ verboꝝ. Tunc enī cōplet̄ ſignificatio
huius locutionis. Forme enī ſacramentoꝝ ſignificādo ef
ficiunt: ⁊ ideo ſequit̄ ꝙ in ꝑncipio locutionis qñ dicit̄ ꝙ
non ſit ibi corpꝰ xpi. ſed ſola ſubſtantia panis que demon
ſtrat̄ ꝑ hoc ꝓnomen: hoc. qđ eſt demonſtratiuū ſubſtātie
Idem eſt ergo hoc cum dicit̄. Hoc eſt corpꝰ meū. ac ſi di-
ceret ſubſtātia panis eſt corpꝰ meū quod manifeſte falſuꝫ
eſt. Dixerunt ergo q̄dā ꝙ ſacerdos hec verba materialiter
⁊ recitatiue ꝓfert ex ꝑſona xpi. ⁊ ideo demōſtratio huius
ꝓnominis nō refert̄ ad p̄ſentē materiā vt ex hoc locutio
falſa reddat̄ ſm ꝙ obiectio ꝓcedebat. Sed hoc nō poteſt
ſtare. Primo q̄dem qꝛ ſi hec locutio nō applicet̄ ad p̄ſentē
materiā nihil faciet circa eā qđ eſt falſum. Dicit enī aug.
ſup. Ioh. Accedit verbū ad elementū ⁊ fit ſacramentum.
Unde neceſſe eſt dicere ꝙ verba iſta formaliter accipiantur
referendo ea ad p̄ntem materiā. Profert autem ea ſacer-
dos ex ꝑſona xpi a quo virtutē ſumpſerunt ad oſtendēdū
ꝙ eandem efficatiā nunc habent ſicut quando xps ea ꝓ-
tulit. Non enī virtus his verbis collata euaneſcit. neq꜡
tꝑis diuerſitate. neq꜡ miniſtrorum varietate. Secundo
qꝛ eadem difficultas remanet de prima ꝓlatione qua xps
ea ꝓtulit. Ideo alij dicunt ꝙ ſenſus huiꝰ eſt. Hoc eſt cor-
pus meū. id eſt hoc panis deſignat corpꝰ meū. vt li hoc de-
ſignet id quod eſt in ꝑncipio locutionis. Sed hoc etiā eē
nō pōt. qꝛ cū ſacramenta efficiāt qđ figurāt hec verba nihil
efficiunt niſi quod ſignificant. Secūdo qꝛ ex hoc ſequere-
tur ꝙ ꝑ hec verba nihil efficeret̄ ꝙ̄ ꝙ corpus xpi eſſet ibi
ſicut ſub ſigno quod ſupra improbatuꝫ eſt. Et ideo alij di

cunt ꝙ li hoc facit demōſtrationē ad intellectū ⁊ demon-
ſtrat id quod erit in fine locutiōis ſcꝫ corpus xpi. Sꝫ nec
hoc videt̄ cōuenient̄ dici qꝛ ſm hoc ſenſus eēt: corpꝰ me-
um eſt corpus meū. quod nō fit ꝑ hec verba. cū hoc ante
verba cōſecrationis fuerit veꝝ. Et ideo alit̄ dicenduꝫ eſt
ꝙ forme ſacramentoꝝ nō ſolū ſunt ſignificatiue ſed etiam
factiue. faciendo enī efficiūt. In omni aūt factiōe oportet
ſubijci aliq̄d cōmune tanq̄ ꝑncipiū. Cōmune autē in hac
cōuerſione non eſt aliqua ſubſtantia. ſed accidētia que et
prius fuerunt: ⁊ poſtea manent. ⁊ ideo ex ꝑte ſubiecti in
hac locutiōe nō ponit̄ nomē qđ ſignificat certā ſpeciē ſub
ſtantie. ſed ponit̄ ꝓnomen quod ſignificat ſubſtantiā ſine
determinata ſpecie. Eſt ergo ſenſus. Hoc. id eſt contentū
ſub his accidentibꝰ eſt corpus meū. ⁊ hoc eſt qđ fit ꝑ ver-
ba cōſecratiōis. Nā ante cōſecrationē id quod erat contē
tum ſub his accidentibus non erat corpꝰ xpi. quod tn̄ fit
corpus xpi ꝑ conſecrationē. ¶ Tertio autē oportet conſi
derare quō eſt hec cōueniēs forma huius ſacramēti. Nā
hoc ſacramentū vt dictū eſt nō cōſiſtit in vſu materie ſꝫ in
cōſecratione ipſius. Conſecratio aūt nō fit ꝑ hoc ꝙ mate-
ria conſecrata ſolū ſuſcipiat aliquā virtutē ſpiritualē. ſed
ꝑ hoc ꝙ trāſſubſtantiat̄ ſm eſſe in corpꝰ xpi. ⁊ ideo nullo
alio verbo vtenduꝫ fuit niſi verbo ſubſtantiuo vt dicatur
hoc eſt corpus meum. Per hoc enī ſignificat̄ id qđ eſt fi-
nis quod ſignificādo efficit̄. ¶ Deinde cū dicit. Quod ꝓ
vobis tradet̄. tangit miſteriū huiꝰ ſacramēti. Eſt enī hoc
ſacramētū rep̄ſentatiuū diuine paſſiōis ꝑ quā corpus ſuū
tradidit in mortē ꝓ nobis ſm illud Eſa. 50. Corpus me-
um dedi ꝑcutiētibus. ⁊ eph. 5. Tradidit ſemetipm ꝓ no-
bis. Et vt oſtendat rationē frequētandi hoc miſteriū ſub-
iungit. Hoc facite in meā cōmemorationē. hoc recolendo
ſcꝫ taꝫ magnū beneficiū quo ꝓ vobis me tradidi in mortē
Unde ⁊ treno. 3. dicitur. Recordare paupꝑtatꝭ mee abſin
thij ⁊ fellis. Et in pſ. Memoriam fecit mirabilium ſuo-
rum miſericors ⁊ miſerator dominus eſcam dedit timen-
tibus ſe.

## ¶ Lectio ſexta.

Similiter ⁊ calicem poſtq̄ cenauit di
cens. Hic calix nouū teſtamentū eſt
in meo ſanguine. Hoc facite quotieſ
cūq꜡ bibetis in meā cōmemorationē. Quo-
tienſcunq꜡ enī manducabitis panē hūc ⁊ ca-
licem bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec
veniat.

Poſtq̄ apoſtolus poſuit inſtitutionem huius ſacramen-
ti q̄tum ad conſecrationem corporis: hic ponit inſtitutio
nem eius q̄tum ad ſanguinis conſecrationem. Et primo
ponit ordinem inſtitutionis. Secundo verba cum dicit.
Hic calix ⁊c. Ordo autem attenditur q̄tum ad duo. Pri
mo ad concomitantiam vtriuſq꜡ ſpeciei cum dicit. Simi-
liter ⁊ calicē. Utrunq꜡ enim eſt de perfectione huius ſa-
cramenti. tum propter perfectionem refectionis. tum ꝓ-
pter repreſentationem paſſionis. tum propter efficientiaꝫ
ſalutis anime ⁊ corporis vt ſupra dictum eſt. ſed ſi prius
conſecratur in hoc ſacramento corpus chriſti ⁊ poſtea ſā-
guis. videtur ſequi ꝙ ante conſecrationem ſanguinis cor
pus chriſti in hoc ſacramento ſit exangue. Quod quidaꝫ
inconueniens reputantes dixerunt ꝙ due forme ſe expe-
ctant in efficiendo ita ſcilicet ꝙ prima forma conſecratio-
nis corporis non conſequitur ſuum effectum anteq̄ perfi
ciatur forma conſecrationis ſanguinis. ſicut etiam dictuꝫ
eſt ꝙ verba q̄ ꝓferunt̄ in ꝯſecratiōe corporꝭ non cōſequūt̄
ſuū effectū vſq꜡ ad finē ꝓlatiōis verboꝝ. Sꝫ hoc nō eſt ſile

ex ꝑte ritus cũ dicit. Siue iudei ſiue gentiles ꝛc. Alia ex
ꝑte cõditionis cũ dicit Siue ſerui ſiue liberi. Nulla eñi hu
iuſmõi diuerſitas impedit vnitatẽ corꝑis xp̃i. Un̄ gal. 3.
dicit̃. Nõ eſt iude⁹ neq̃ grecus. non eſt ſeruus neq̃ liber.
vnuꝫ eñi eſtis in xp̃o ih̃u. ¶ Deinde cũ dicit. Nã ꝛ corp⁹
explicat ſimilitudinẽ in ſpẽali. Et p̃mo deſcribit ꝯditionẽ
corꝑis naturalis ꝛ mẽbroꝝ ipſius. Scd̃o adaptat ad cor-
pus miſticuꝫ xp̃i ibi. Uos autẽ eſtis ꝛc. Circa p̃muꝫ duo
facit. Primo deſcribit integritatẽ corꝑis naturalis. Se-
cũdo habitudinẽ mẽbroꝝ ad inuicẽ ibi. Nõ põt autẽ ocu
lus dicere ꝛc. Circa p̃mum tria facit. Prĩo ꝓponit qð in
tendit. Scd̃o maifeſtat expli cãdo ibi. Si dixerit pes ꝛc.
Tertio ꝓbat ducẽdo ad incõueniens ibi. Si totũ corpus
oculus ꝛc. Dicit ergo p̃mo. Dictũ eſt ꝙ om̃s nos in vnuꝫ
corp⁹ miſticũ baptizati ſum⁹: qð repñſentat ſimilitudo cor
poris naturalis. Nã corp⁹ naturale hoĩs nõ eſt vnũ mem
brum ſed multa. qꝛ ſcꝫ ei⁹ ꝑfectio nõ ſaluat̃ in vno mẽbro
ſed integrat̃ ex multis q̃ neceſſe hñt deſeruire diuerſis po-
tentijs ꝛ actib⁹ aĩe. Un̄ ꝛ Ro. 12. dicit̃. Sicut in vno cor
pore multa mẽbra hẽmus oĩa autẽ membra corꝑis nõ eũ
dem actuꝫ hñt. ita multi vnũ corp⁹ ſumus in xp̃o. ¶ Dei
de cum dicit. Si dixerit pes ꝛc. manifeſtat qð dixerat ex
emplificãdo in mẽbris quibuſdã. Et p̃mo in membris de
ſeruientibus motui ꝛ ponit duo mẽbra. pedeꝫ tanq̃ igno
bilius mẽbrum eo ꝙ calcat terrã ꝛ portat toti⁹ corꝑis põ
dus. manuꝫ autẽ tanq̃ mẽbrum nobilius eo ꝙ ipſa eſt or
ganum organoꝝ. Et hoc eſt qð dicit. Si dixerit pes non
ſum de corpore quoniã nõ ſum man⁹: nõ ideo nõ eſt d̃ cor
pore: Quaſi dicat. ꝑfectio corporis nõ tota cõſiſtit in vno
membro q̃uis nobiliori. ſed ad eius ꝑfectionem req̃runt̃
etiã ignobiliora. per mẽbra autẽ deſeruientia motui deſi-
gnãtur in eccleſia homĩes dediti vite actiue. ita ꝙ pedes
ſunt ſubditi de q̃bus dicit̃. Eze. p̃mo. Pedes eoꝝ pedes
recti. ꝑ manus autẽ figurãtur p̃lati ꝑ quos alij diſponun
tur. Unde ꝛ cant. 5. dicit̃. Manus illi⁹ tornatiles aurec
plene hiacinctis. Sũt autẽ in eccleſia neceſſarie nõ ſoluꝫ
manus id eſt p̃lati. ſed etiã pedes id eſt ſubditi. Unde ꝓ
uer. 14. dicit̃. In m̃ltitudine populi dignitas regis. Se-
cundo exẽplificat de mẽbris ſeruientibus virtuti apꝑhen
ſiue ꝛ ponit oculum qui deſeruit viſui. et aurẽ que deſer-
uit auditui. Nam iſti duo ſenſus precipue deſeruiunt hu
mane ſapiẽtie. viſus q̃dem q̃tuꝫ ad inuentionẽ. eo ꝙ plu
res rerum differẽtias oſtendit. auditus autẽ q̃tum ad diſ
ciplinam que fit ꝑ ſermonẽ. Hoꝝ tamẽ ſenſuũ dignior eſt
viſus q̃ auditus. qꝛ et ſpũalior eſt et plura demõſtrat ac
per hoc oculus eſt dignior aure. Dicit ergo. Et ſi dixerit
auris que eſt ignobilius membruꝫ. nõ ſum de corpore q̃a
nõ oculus qui eſt mẽbrum nobilius. nõ ideo nõ eſt de cor-
pore ꝛc. Per membra ergo deſeruientia virtuti apꝑhen-
ſiue deſignãtur in eccleſia illi qui ſtudent vite cõtemplati
ue. Inter quos ſunt ſicut oculi doctores qui ꝑ ſeipſos ve-
ritatem inſpiciũt. Unde dicit̃ cant. 5. Oculi ei⁹ ſicut co-
lumbe ſuꝑ riuos aquaꝝ que reſident iuxta fluenta pleniſ
ſima. Per aures autẽ ſignificãtur diſcipuli q̃ a magiſtris
veritatem audiẽdo recipiũt. Unde ꝛ dñs Mat. 13. dicit.
Qui aures habet audiẽdi audiat. Sũt eñi in eccleſia ne-
ceſſarij nõ ſolum doctores ſed etiã diſcipuli. Unde ꝛ Job
29. dicit̃. Auris audiẽs beatificauit me. ¶ Deinde cũ di-
cit. Et totum corp⁹ ꝛc. ꝓbat ducẽdo ad incõueniens du-
plex. quoꝝ p̃mũ eſt ſubtractio neceſſarioꝝ a corpore. ſm
eſt remotio integritatis corporis ibi. Q̃ ſi eſſent oĩa ꝛc.
Circa p̃mum duo facit. Primo ponit incõueniens quod
ſequitur dicẽs. Si totuꝫ corpus eſſet oculus qð eſt mem-
brum nobili⁹. vbi eſſet audit⁹ id eſt inſtrumẽtum audien
di quaſi dicat ſi in eccleſia eſſent om̃s magiſtri. Unde di-
citur. Jac. 3. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei. Et
iterum ſi totũ corp⁹ eſſet auditus id eſt inſtrumẽtuꝫ audi-
endi. vbi eſſet odorat⁹ ꝛc. Per quẽ poſſunt in eccleſia in
telligi illi qui ꝛ ſi nõ ſint capaces verboꝝ ſapiẽtie. ꝑcipi-
unt tamẽ quedã ei⁹ indicia a remotis quaſi odorẽ. Unde
ꝛ cant. p̃⁹ dicit̃. In odorẽ vnguentoꝝ tuoꝝ currim⁹. Se
cundo aſſerit ꝯtrariã veritatẽ ſcꝫ ꝙ nec viſus nec auditus
corporis debet deeſſe dicẽs. Nũc aũt de⁹ poſuit id eſt or-
dinate diſpoſuit mẽbra diuerſa. Nã ꝛ ſi mẽbroꝝ diſtinctõ
ſit opus nature: hoc tamẽ agit natura vt inſtrumẽtum di-
uine ꝓuidentie. Et ideo primã cãm diſpoſitionis mẽbro
rum aſſignans ſubdit. Unũquodq̃ eoꝝ in corꝑe quaſi di-
cat. Nõ ſic poſuit mẽbra diuerſa vt vnũquodq̃ eoꝝ ſcd̃m
ſe ſeꝑatim exiſteret. ſed vt oĩa cõuenirent in vno corpore
Et ſicut voluit. Nã p̃ma cauſa inſtitutionis rerũ eſt volũ
tas diuina ſcd̃m illud. pſ. Om̃ia quecũq̃ voluit fecit. ſic
autẽ ꝛ in eccleſia diſpoſuit diuerſa officia ꝛ diuerſos ſtat⁹
ſcd̃m ſuã voluntatẽ. Unde ꝛ ephe. p̃⁹. dicit̃. Predeſtina
ti ſcd̃m ꝓpoſituꝫ eius qui operat̃ oĩa ſcd̃m cõſiliuꝫ volun-
tatis ſue. ¶ Deinde cũ dicit. Q̃ ſi eſſet ꝛc. Ducit ad aliõ
incõueniens qð eſt defect⁹ integritatis corporis. Und̃ p̃
mo ponit hoc incõueniens dicẽs. ꝙ ſi eſſent om̃ia vnũ mẽ
brum: vbi eſſet corp⁹ id eſt vbi eſſꝫ integritas corporalis:
quaſi dicat nõ eſſet. Ita ſi om̃s in eccleſia vni⁹ cõditionis
ꝛ gradus eſſent tolleret̃ ꝑfectio ꝛ decor eccleſie q̃ in. pſ.
deſcribitur Circũamicta varietate. Scd̃o aſſerit veritatẽ
ꝯtrariã dicens. Nũc aũt multa quidẽ ſunt mẽbra ſed vnũ
corpus qð ex oĩbus integrat̃. Sic eccleſia ex diuerſis or-
dinibus ꝯſtituitur. Unde ꝛ cant. 6. deſcribit̃. Terribilis
vt caſtroꝝ acies ordinata. ¶ Deinde cũ dicit. Nõ poteſt
autẽ oculus ꝛc. ponit cõparationẽ mẽbrorum ad inuicem
Et primo q̃tum ad neceſſitatẽ. Scd̃o q̃tum ad cultũ mẽ
bris adhibitum ibi. Et que putam⁹ ꝛc. Tertio q̃tum ad
mutuã ſolicitudinem ibi. Sed in idip̃m ꝛc. Circa p̃mum
duo facit. Primo ꝓponit om̃ia mẽbra corporis eſſe neceſ
ſaria: q̃uis quedã ſint ignobiliora. Scd̃o ponit neceſſita
tis cõparationem ibi. Sed multomagis ꝛc. Oſtendit au
tem p̃mo rõnem neceſſitatis mẽbrorum ſcd̃m duplicẽ diſ
ferentiã. Primo q̃dem ſcd̃m differentiaꝫ mẽbroꝝ deſerui
entium motui. Unde dicit. Nõ poteſt autẽ oculus qui d̃
ſeruit cognitioni et ſignificat ꝯtemplatiuos dicere manui
que deſuit motui ꝛ ſignificat actiuos opa tua nõ indigeo
Indigent eñi cõtemplatiui ꝑ opera actiuorum ſuſtentari
Unde ꝛ Luc. 10. dicit̃. Q̃ cum maria ſecus pedes domi
ni ſederet audiens verba eius: martha ſatagebat circa fre
quens miniſteriũ. Scd̃o oñdit idem ſm d̃ntiã p̃latoꝝ q̃
ſignificãtur per caput ꝛ ſubditoꝝ q̃ ſignificant̃ per pedes.
Et hoc eſt ꝙ ſubdit. Aut iterũ caput. i. p̃latus ſm illud.
p̃. r. 15. Caput in tribub⁹ iſrael fact⁹ es. Non põt dicere

# in epiſtolam I ad Corinthios. XII.

pedibus id eſt ſubditis. Nõ eſtis mihi neceſſarij. qꝛ vt di
citur ꝓuer. 14. In multitudine ppli dignitas regis. ¶ De
inde cũ dicit. Sed multomagis ⁊c. cõparat diuerſa mem
bra ad inuicẽ quo ad neceſſitatẽ eoꝝ dicẽs ꝙ membra cor
poris q̃ videnť eſſe infirmiora ſunt magis neceſſaria ſicut
inteſtina. ita etiaꝫ in eccleſia ſine officio aliquaꝝ abiectaꝝ
ꝑſonaꝝ puta agricultoꝝ ⁊ alioꝝ huiuſmõi pñſens vita trã
ſiri nõ poſſet. que tñ poſſet duci ſine aliq̃bus excellẽtiori
bus ꝑſonis cõtemplationi ⁊ ſapiẽtie deputatis. q̃ eccleſie
defuiunt ad hoc ꝙ ſit ornatior ⁊ meli⁹ ſe hñs. Ex hoc eiꝫ
aliquid dicit ꝙ eſt vtile ad finẽ. Illa vero q̃ ſunt nobiliſſi
ma nõ ſe hñt in rõne vtiliũ ſed ſunt ꝑ ſeipſa appetẽda vt
fines. Et ideo dicit Iob. 21. Si fruct⁹ terre ꝯmedi abſqꝫ
pecunia ⁊ animã agricolaꝝ ei⁹ afflixi. ¶ Deinde cũ dicit.
Et que putam⁹ ⁊c. cõparat mẽbra q̃tum ad exteriorẽ cul
tum. Et pᵐo ponit diuerſitatem qui diuerſis mẽbris ad
hibetur. Scdo cauſaꝫ diuerſitatis aſſignat ibi. Deus tẽ
perauit ⁊c. Cult⁹ autẽ exterior mẽbris adhibitus ad duo
pertinet ſcꝫ ad honorẽ ſicut ea que apponũtur ad ornatuꝫ
vt monilia. ⁊ inaures. ⁊ ad honeſtatẽ ſicut apponũtur ad
tegumentũ. vt brace. ⁊ alia huiuſmõi. Quãtũ ergo ad pᵐ
mum cultũ dicit pᵐo. Et que putam⁹ eſſe ignobiliora mẽ
bra corporis hijs circũdamus habundãtiorẽ honorem id
eſt maiorem ornatũ ſicut aurib⁹ alicubi ſuſpendũtur inau
res. oculis autẽ nihil apponiť. ⁊ pedib⁹ apponũtur calcia
menta depicta ⁊ gẽmata ſcdm illud cant. 7. Quam pul
cri ſunt greſſus tui in calciamẽtis filia pͥncipis. Man⁹ au
tem nude habenť. Et ſimiliter in eccleſia impꝫfectioribus
ſunt magis cõſolationes adhibende quib⁹ ꝑfectiores nõ
egent. Unde dicit Eſa. 40. In brachio ſuo congregabit
agnos ⁊ in ſinu ſuo leuabit. fetas ipſe portabit. Et. 1ᵉ. pe.
3. dicit. Uiri quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartien
tes honorẽ Scdo ꝓſequiť q̃tum ad cultuꝫ honeſtatis di
cens. Et que inhoneſta ſunt abundãtiorem honeſtatẽ ha
bent ſcꝫ ꝑ ſtudiũ humanũ. Dicũtur autẽ mẽbra aliqua in
honeſta in ſanctis nõ ꝓpter aliq̃ꝺ peccati turpitudinẽ ſed
ꝓpter inobedientiã mẽbroꝝ genitaliũ ſubſequutã ex pec
cato originali. Uel etiã ſũt ignobili vſui deputata ſicut om
nia membra que deſeruiũt emiſſioni ſupfluitatuꝫ quibus
abundãtior honeſtas adhibeť dũ ſtudioſius teguntť quo
nõ indigent mẽbra nobilibus vſibus deputata. Unõ ſub
dit. Honeſta autẽ noſtra nulli⁹ egent. ſ. exterioris hone
ſtatis. vnde nec faciei velamen apponiť. Et ſimiliter i ec
cleſia illi qui ſunt in aliquo culpabiles ſunt admonendi.
et cuſtodiendi ſcdm illud. Ecc. 42. Sup filiã luxurioſaꝫ
cõfirma cuſtodiã. Et gal. 6. dicit. Si pͦoccupatus quis fu
erit in aliquo delicto. vos qui ſpũales eſtis huiuſmodi in
ſtruite in ſpiritu lenitatis. Illi auteꝫ qui ſunt abſqꝫ culpa
hijs nõ egent. Et eſt notandũ ꝙ triplicẽ defectũ circa mẽ
bra notauit ſcꝫ inhoneſtatis. ignobilitatis. ⁊ infirmitatis
Quoꝝ pᵐuꝫ in mẽbris eccleſie pertinet ad culpã. Scdꝫ
ad cõditionem ſeruilem. Tertiũ ad ſtatuꝫ impꝫfectionis.
¶ Deinde cũ dicit. Et deus temperauit ⁊c. ponit cauſaꝫ
pͥdicti cultus. ⁊ primo aſſignat cauſaꝫ efficientẽ primã. li
cet eñ homĩes taliter ſe habeant ad cultuꝫ mẽbrorũ hoc
tamẽ ꝓcedit ex ordinatione diuina. Unde dicit. Sed de
us temperauit corpus abundãtiorem honorem tribuẽdo
ei membro cui deerat. Naꝫ homĩes hoc faciunt ex quodã
diuino inſtinctu ſcdm illud. Iob. 33. Apit aures viroruꝫ
et erudiens eos inſtruit diſciplina. Scdo ponit cauſaꝫ fi
nalem dicens. Ut nõ ſit ſciſma in corpore. Quod quidẽ
ſequeretur ſi defectui membroꝝ nõ ſubueniretť. hoc auteꝫ
ſciſma q̃tum ad mẽbra corporis miſtici manifeſte vitatur
dum pax eccleſie cuſtodiť per hoc ꝙ ſingulis ea que ſunt
neceſſaria attribuunť. Unde ⁊ ſupra dictuꝫ eſt capi. pᵒ.
Id ipm dicatis oms ⁊ nõ ſint in vobis ſciſmata. Sed q̃

tum ad membra corporis naturalis ſciſma eſſet in corpo
re ſi debita ꝓportio membroꝝ tolleret. ¶ Deinde cũ dicit
Sed in idipm ⁊c. ponit cõparationem membroꝝ ad inui
cem q̃tum ad mutuã ſollicitudinẽ. Et pᵐo ꝓponit eã di
cens. Nõ ſolum pͥdicta membrã operãtur ad inuicẽ ſed e
tiam ꝓ ſeinuiceꝫ ſunt ſollicita in idipm id eſt in vnitatem
corporis cõſeruandi. Et hoc quideꝫ manifeſte in corpore
naturali apparet. Nã quodlibet membrũ naturaleꝫ q̃dã
inclinationem habet ad iuuamẽtum alioꝝ mẽbrorum.
Unde ⁊ naturaliter homo opponit manũ ad ꝓtegenduꝫ
alia mẽbra ab ictib⁹. Et ſimiliter alij fideles qui ſunt mẽ
bra corporis miſtici ꝓ ſeinuiceꝫ ſollicitudinẽ gerunt ſcꝫm
illud. Ecc. 17. Unicuiqꝫ mandauit deus de proximo ſuo
Et gal. 6. Alter alterius onera portate. Secũdo ſpecifi
cat hanc ſollicitudinem. ⁊ primo in malis in quibus ma
gis eſt manifeſtum. Unde dicit. Et ſi quid ſcꝫ mali patiť
vnum membrũ cõpatiunť omĩa membra. Quod quidem
manifeſtum eſt in corpore naturali. Nã vno membro lan
guẽte totum corp⁹ quaſi langueſcit ⁊ ad locuꝫ languoris
ꝯfluunt ſpirit⁹ ⁊ humores quaſi ad ſubueniendũ. Et ſimi
liter debet eſſe in fidelib⁹ xpi. vt vnũ malũ alterius cõpa
tiatur ſcdm illud Iob. 30. Flebã quõdam ſup eo qui affli
ctus erat ⁊ anima mea cõpatiebať pauperi. Scdo in boĩs
Unde ſubdit. Siue gloriať id eſt quocũqꝫ modo vigorať
vnuꝫ membrũ cõgaudent oĩa membra. Quod etiã mani
feſtuꝫ eſt in corpore naturali in quo vigor vnius membri
in iuuamentũ cedit alioꝝ mẽbroꝝ. Sic debet etiã eſſe in
mẽbris eccleſie. vt vnuſqſqꝫ bonis alterius cõgaudeat.
phil. 2. Gaudeo ⁊ cõgratulor omĩbus vobis. Roma. 12.
Gaudete cũ gaudentib⁹ ⁊ flete cuꝫ flentib⁹. ¶ Deinde cũ
dicit. Uos autẽ eſtis ⁊c. adaptat ſimilitudinẽ ad ꝓpoſitũ
Et pᵐo q̃tum ad corporis vnitatẽ dicens: Uos autẽ ſcꝫ
qui eſtis in vnitate fidei cõgregati eſtis corpus xpi. ſcdm
illud ephe. pᵐo. Ipm dedit caput ſup oẽm eccleſiaꝫ que
eſt corpus eius. Scdo q̃tum ad mẽbroruꝫ diſtinctionem
cum ſubdit. Et eſtis mẽbra de membro. Quod poteſt in
telligi tripliciter. Uno mõ ſic. Eſtis membra dependẽtia
de xpo mẽbro. qꝺ q̃dem diciť membrũ ſcdm humanitatẽ
ſcdm quã precipue diciť eccleſie caput. Nã ſcdm diuini
tatem nõ habet rõm membri aut partis cũ ſit cõmune bo
num toti⁹ vniuerſi. Alio mõ ſic. Uos eſtis mẽbra depen
dentia de membro inq̃tum ꝑ me xpo acquiſiti eſtis. ſcdꝫ
illud. ꝯ. 4. In xpo ihu ꝑ euãgelium ego vos genui. Ter
tio mõ poſſet exponi vt deſignareť diſtinctio ⁊ ſeries mẽ
brorum vt ſit ſenſus. Uos eſtis membra de mẽbro id eſt
ita diſtinguimini ⁊ ordinamini ad inuicẽ ſicut vnuꝫ mem
brum ad aliud. ¶ Deinde cũ dicit. Et quoſdã quideꝫ ⁊c.
ꝓſequitur de diſtinctione miniſtrationũ. Circa qꝺ tria fa
cit. Primo aſſignat ordinem miniſtrationũ. Scdo mani
feſtat eaꝝ diſtinctioneꝫ ibi. Nũquid apoſtoli oẽs ⁊c. Ter
tio ordinat eoꝝ affectionem circa diuerſas adminiſtratio
nes ⁊ gratias ibi. Emulamini autẽ ⁊c. Circa pᵐuꝫ duo
facit. Primo ponit maiores ſeu pͥncipales ãminiſtratio
nes. Scdo miniſtrationes ſecũdarias ibi Opitulatiões.
⁊c. Maiores autẽ miniſtri in eccleſia ſunt apoſtoli. ad q̃
rum officiuꝫ tria ꝑtinent. Quoꝝ pᵐuꝫ eſt auctoritas gu
bernandi fidelem populũ que ꝓprie pertinent ad officiuꝫ
ãpoſtolatus. Scdo facultas docẽdi. Tertio poteſtas mi
racula faciendi ad confirmationeꝫ doctrine. ⁊ de hijs tri
bus habetur. Luc. 9. vbi diciť Conuocatis ihs. 12. apoſto
lis dedit illis virtutem ⁊ poteſtatẽ ſup omĩa demonia et
vt languores curarent. ⁊ miſit illos pͥdicare regnum dei.
In omibus autẽ poteſtatibus ſeu virtutibus ordinatis il
lud qꝺ eſt principale reſeruatur ſupreme poteſtati. Alia
vero etiã inferioribus cõmunicãtur. Poteſtas aũt facien
di miracula ordinatur ad doctrinam ſicut ad finem. ſcdm

illud Mar. vlti. Sermonem cōfirmante :ſequētibus ſig-
nis. Doctrina autē ordinatur ad gabernationem populi
ſicut ad finez ſcōm illud Jere. 3. Dabo vobis paſtores ſe
cundū cor meum ⁊ paſcent vos in ſcientia ⁊ doctrina. Et
ideo primus gradus inter eccleſiaſtica miniſteria eſt apo-
ſtolorū. q̄bus ſpecialiter cōpetit eccleſie regimen. Et prop
ter hoc dicit. Et deus poſuit id eſt ordiate collocauit. In
eccleſia quoſdā ſcz in determinatis miniſterijs ſcōm illō
Joh. 15. Poſui vos vt eatis. Primuz q̄dem apoſtolos. q̄
rum regimini cōmiſit eccleſiaz ſcōm illud Luc. 22. Ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater me⁹ regnū. Un
de et apōc. 21. Sup duodecim fundamēta ciuitatiſ deſcri
būtur duodecī apoſtoloꝝ nomia. Propter qō ⁊ ipſi inter
ceteros fideles p̄matum in ſpiritualib⁹ gratiis obtinuerūt
ſcōm illud Ro. 8. Nos ipi primitias ſpirit⁹ habētes. Et
q̄uis ad apoſtolos p̄cipue pertineat doctrine officium q̄-
bus dictum eſt. Mat. vlti. Euntes docete om̄es gentes:
tamē alij in cōmunionē hui⁹ officij aſſumūtur. quorū qui
dam p ſeipſos reuelationes a deo accipiunt qui dicuntur
ꝓphete. q̄dam vero de hijs que ſunt alijs reuelata popu
lum inſtruūt. qui dicūtur doctores. Unde ſubdit. 2°. pro
phetas qui etiā in nouo teſtamēto fuerūt. Quod em̄ dici
tur Mat. 11. Lex ⁊ ꝓphete vſq̄ ad Johānez. intelligitur
de ꝓphetis q̄ futurū xp̄i aduentuz prenūciauerunt. Ter-
tio doctores. vnde ⁊ Act. 13. dicit. Erant in eccleſia que
erat antiochie ꝓphete ⁊ doctores. Similiter etiā ⁊ gra-
tia miraculoꝝ fuit alijs cōmunicata que p̄mitus a xp̄o da
ta fuit apoſtolis. Unde ſubdit. Deinde virtutes qui ſcili-
cet miracula faciūt circa ipa elemēta mundi. gal. 3. Ope
ratur v̓tutes in nobis. Quātum autē ad miracula que fi
unt in corporibus humanis ſubdit. Exinde gratias cura-
tionum ſcōm illud Luc. 9. Ut languores curarēt. ¶ De-
inde cū dicit. Opitulationes ⁊c. ponit minores ſiue ſecū-
darias adminiſtrationes quaꝝ quedaz ordinant ad regi-
men eccleſie qō ad apoſtolat⁹ dignitatē pertinere dixim⁹
quedā vero ad doctrinā. Ad regimen eccleſie ꝑtinent in
generali quidē opitulationes id eſt illi qui opez ferūt ma
ioribus p̄latis in vn̄i regimine. ſicut archidiaconi ep̄is. ſm
illud phil. 4. Adiuua illas que mecū laborauerūt in euā
gelio cum clemēte ⁊ ceteris adiutoribus meis. In ſpēali
autē ponit gubernationes ſicut ſunt ꝑrochiales, ſacerdo-
tes q̄bus cōmittitur gubernatio aliquaꝝ ꝑticularium ple
bium. ꝓuer. 11. Ubi nō eſt gubernator corruet populus.
Ad doctrinā autē pertinet ſecūdario quod ſubdit. Ling
uarum genera q̄ntum ad illos qui varijs linguis loquun
tur magnalia. vt dicit Act. 2. Ne ſcz ꝓpter varietatē idi
omatum euāgelica doctrina impediret. Quātuz vero ad
āmouendum impedimētuz doctrine qō poſſet prouenire
ex obſcuritate ſermonuz ſubdit. Interp̄tationes ſermonū
infra. 14. Qui loquit lingua oret vt interp̄tetur. ¶ Dei-
de cum dicit. Nūquid om̄s apoſtoli ⁊c. manifeſtat diſtin-
ctionem p̄dictaruz miniſtrationū dicens: Nūquid omēs
in eccleſia ſunt apoſtoli quaſi dicat. Nō. Nūquid om̄s ꝓ
phete ⁊c. Ex quo patet diuerſitas harū adminiſtrationuz
Ecc. 33. In multitudine diſcipline dn̄i ſeparauit eos. Et
37. Nō omia omibus expediūt. ¶ Deide cū dicit. Emu
lamini autē ⁊c. ordinat corū affectum circa p̄dicta ſpiritu
alia dona dicens: Cum multa ſint dona ſpūſancti vt. ſ.
dictum eſt. Emulamini id eſt deſiderate cariſmata melio
ra id eſt gratias potiores vt ſcz magis deſideretis ea que
ſunt meliora. puta prophetiā q̄ donum linguaꝝ vt infra
13. dicetur. 2. ad theſ. vlt. Omnia ꝓbate. quod bonū eſt
tenete. Et ne in p̄miſſis donis coꝝ affect⁹ quieſceret ſub-
dit. Et adhuc excellentiorem viam demōſtro ſcz caritatē
qua directius in deum itur. pſ. Uiam mādatoꝝ tuoꝝ cu
curri. Eſa. 30. Hec eſt via ambulate in ea.

¶ Incipit capitulum decimūtertium.

Si linguis hominū loquar ⁊ ange
lorum caritatem autē nō habeaz
factus ſum velut es ſonans aut ci
balum tinniens. Et ſi habuero ꝓ
phetiam ⁊ nouerim miſteria omnia ⁊ omnē
ſcientiam. ⁊ ſi habuero omnē fidez ita vt mō
tes tranſferam: caritatem autē non habuero
nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos paupe-
rum omnes facultates meas: ⁊ ſi tradidero
corpus meum ita vt ardeam: caritatem autē
nō habuero: nihil mihi prodeſt.

Apl'us ſupra gratiaꝝ gratis dataꝝ diſtinctionē aſſigna-
uit ⁊ miniſtrationuz in quib⁹ mēbra eccleſie diſtinguunt
hic agit de caritate que inſeꝑabiliter concomitat gratiaz
gratum facientē. Et qz ꝓmiſerat eis ſe demonſtraturum
viam excellentiorē. oſtendit preeminentiā caritatis ad ce
tera gratuita dona. Et p̄mo q̄ntum ad neceſſitatez qz ſcili
cet ſine caritate alia dona gratuita nō ſufficiunt. Scdo q̄
tum ad vtilitatē qz ſcz p caritatē omia mala vitātur ⁊ om
nia bona agunt ibi. Caritas patiens eſt ⁊c. Tertio q̄ntuz
ad permanentiā ibi. Caritas nunq̄ excidit ⁊c. Omia au
tem dona gratuita reducere videt apoſtol⁹ ad tria. Nā p̄
mo oſtēdit q̄ donuz linguaꝝ quod ꝑtinet ad loquutionē
ſine caritate nō valz. Scdo q̄ etiā nō valēt ea q̄ ꝑtinēt ad
ꝯgnitionē ibi. Et ſi habuero ꝓphetiam ⁊c. Tertio oñdit
idē de his q̄ ꝑtinent ad operationē ibi. Et ſi diſtribuero i
cibos pauꝑerū ⁊c. Erat autē apud corinthios multuz de
ſiderabile donuz linguaꝝ. vt infra. 14. patebit. ⁊ ideo ab
eo incipiēs dicit. Promiſi me demōſtraturū excellentio-
rem viā ⁊ hoc p̄mo patet in dono linguaꝝ qz ſi līguis ho
minū ſcz oīum loquar id eſt ſi habuero donuz gratie p qō
loqui poſſim linguis oīum hoīum ⁊ ad maiorem abundā
tiam ſubdit. Et angeloꝝ. caritatem autē nō habeā factus
ſum velut es ſonās aut cimbalum tinniens. recta cōpara
tione vtitur. Aia em̄ p caritatem viuit que viuit deo q̄ eſt
anime vita ſcōm illud deutro. 30. Ipe eſt vita tua. Unde
⁊ p̄ᶜ. Jo. 3. dicitur. Trāſlati ſum⁹ de morte ad vitaz quo
niā diligim⁹ fratres. qui nō diligit manet in morte. Rec-
te ergo cōparat loquelā caritate carentez ſono rei mortue
ſcz eris aut cimbali. qz licet claruz ſonuz reddat nō tamē
eſt viuus ſed mortuus. Ita etiā loquutio hoīs caritate
carentis. q̄ntumcūq̄ ſit diſerta tamē habet ꝓ mortua. q̄a
nō proficit ad meritum vite eterne. Eſt autē differentia in
ter es ſonans ⁊ cimbalū tinniens qz es cū ſit planū ex per
cuſſione ſimplicē ſonum emittit. Cimbalū autē cuz ſit cō-
cauum ex vna ꝑcuſſione ſonū multiplicat. qō pertinet ad
tīnitum. Eri ergo cōparantur qui veritatē ſimpliciter pro
nunciant: cimbalo vero qui veritatē multiplicant ⁊ ꝓnū-
ciant multas rōnes ⁊ ſimilitudines apponēdo. ⁊ cōcluſio
nes plurimas eliciendo: que tamē oīa ſine caritate haben
tur vt mortua. ¶ Conſiderandū eſt autē qui lingua ange
lorum dicant. Nam cū lingua ſit membrū corporeuz ⁊ ad
eius vſum ꝑtineat donū linguaꝝ qō interdū lingua dici-
tur. vt patebit infra. 14. neutrū videtur angelis cōpetere
qui mēbra nō habēt. Pōt ergo dici q̄ per angelos intel-
ligūtur homīēs angeloꝝ officiū habentes qui ſcz alijs ho
minib⁹ diuina ānunciāt ſm illō Malach. 2. Labia ſacer
dotis cuſtodiūt ſcientiā ⁊ legē requirunt ex ore ei⁹ qz ange
lus dn̄i exercituum eſt. Sub hoc ergo ſenſu dicit. Si lin
guis hoīm loquar ⁊ angeloꝝ id eſt nō ſolū minoꝝ ſed eti-
am maioꝝ qui alios docēt. Pōt etiā intelligi de ipſis ior

poreis ãgelis. ꝓut in. pſ̃. dicit. Qui facit angelos ſuos
ſpũs. Et ꝗuis nõ habeãt linguã corporeã ꝑ ſimilitudinẽ
tamẽ lingua in eis dici põt vis qua manifeſtãt alijs quod
habent in mẽte. Eſt aũt ſciendũ ꝙ in cognitione mẽtis ã-
gelice aliquid eſt de quo ſuꝑiores angeli nõ loquunt inferi-
oribꝰ neq̧ ecõuerſo. ſ. ipa diuina eſſentia quã oĩs ĩme-
diate vident deo ſe oĩbus monſtrante ſm illud Jere. 31.
Nõ docebit vltra vir ꝓximum ſuũ ⁊ vir fratrẽ ſuũ dicẽs
cognoſce dñm. Oĩs eñ cognoſcẽt me a minimo ad ma-
ximum eoꝝ. Aliquid autẽ eſt in cognitione mẽtis ange-
lice de quo ſuꝑiores loquunt inferioribꝰ ſed nõ ecõuerſo.
Et huiuſmõi ſunt diuine ꝓuidentie miſteria. quoꝝ plura
cognoſcunt in ipo deo ſuꝑiores qui clariꝰ eũ vident ꝙ ĩ-
feriores. Unde ſuꝑiores de huiuſmõi inferiores inſtruũt
vel illuminãt qḋ loquutio põt dici. Aliquid vero eſt ĩ co-
gnitione mẽtis angelice de quo ſuꝑiores loquunt inferi-
oribꝰ ⁊ ecõuerſo. ⁊ huiuſmõi ſunt occulta cordium ꝗ ex li-
bero arbitrio dependẽt que ſoli deo patent ⁊ hijs quoꝝ
ſunt ſm illud. s̃. 2. Que ſũt homĩs nemo nouit niſi ſpũs
homĩs ꝗ in ipo eſt. Que in noticiã alteriꝰ deueniũt eo cu-
ius ſunt manifeſtante ſiue ſit inferior ſiue ſuꝑior. Fit aũt
huiuſmodi manifeſtatio dũ inferior angelus ſuꝑiori loq̄-
tur nõ ꝑ illuminationẽ ſed ꝑ quendã ſignificationis mo-
dũ. Eſt eñ in quolꝫ angelo aliquid qḋ naturaliter ab al-
tero angelo cognoſcit. Dum ergo id qḋ eſt naturalit̃ no-
tum ꝓponitur vt ſignũ eius qḋ eſt ignotũ. manifeſtat oc-
cultum ⁊ talis manifeſtatio dicit locutio ad ſimilitudinẽ
hoĩm qui occulta cordiũ manifeſtãt alijs ꝑ voces ſenſibi-
les aut ꝑ qḋcunq̧ aliud corporale exterius apparẽs. Un-
de ⁊ ea que ſunt in angelis naturaliter nota inq̄tum aſſu-
muntur ad manifeſtationẽ occultoꝝ dicũtur ſigna vl̃ nu-
tus. Poteſtas autẽ manifeſtandi ꝯceptũ ſuũ hoc modo
methaphorice lingua nomĩatur. ¶ Deinde cũ dicit. Et ſi
habuero ⁊c. oſtendit idem de hijs que ꝑtinent ad cogni-
tionem. Eſt autẽ attendendũ qꝛ ſupra ꝓpoſuit. 4. dona
gratuita ad cognitionẽ ꝑtinentia ſcꝫ ſapientiã. ſcientiam
fidem. ⁊ ꝓphetiam. Incipit ergo hic a ꝓphetia dicens.
Et ſi habuero ꝓphetiam per quã diuinitꝰ occulta reuelan-
tur ſm illud. 2ᵉ. pe. ꝑmo. Nõ eñ volũtate humana alla-
ta eſt aliquãdo ꝓphetia ſed ſpũ ſancto inſpirati locuti ſũt
ſancti dei homĩes. Scḋo q̄tum ad ſapientiã ſubdit. Et
nouerim omĩa miſteria id eſt occulta diuinitatis qḋ ꝑtinꝫ
ad ſapientiã ſm illud. s̃. 2. Loq̄mur dei ſapiẽtiã in miſte-
rio abſconditã. Tertio q̄tum ad ſcientiã dicit. Et omnẽ
ſcientiã ſiue humanitꝰ acquiſitã ſicut habuerunt phi. ſiue
diuinitꝰ infuſam ſicut habuerũt eã apoſtoli. Sap. 7. De-
dit mihi eoꝝ que ſunt verã ſcientiã. Quarto q̄tum ad fi-
dem ſubdit. Et ſi habuero oẽm fidem ita vt mõtes tranſ-
feram. Poteſt autẽ exponi id qḋ dicit oẽm fidem id ẽ om-
nium articuloꝝ ſed melius eſt vt exponat oẽm id eſt ꝑfec-
tã fidẽ ꝓpter illud qḋ ſubdit. Ita vt mõtes trãſferã. Di-
citur eñ Mat. 17. Si habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis
diceretis mõti huic trãſi hinc ⁊ trãſibit. Et ꝗuis granũ ſina-
pis ſit minimũ q̄titate nõ tamẽ intelligit ꝑua ſed ꝑfecta
fides grano ſinapis cõparari. Dicit eñ mat. 21. Si habu-
eritis fidẽ ⁊ nõ heſitaueritis nõ ſolũ de ficulnea facietis.
ſed etiã ſi mõti huic dixeritis tolle ⁊ iacta te in mari. fiet.
Fides ergo ꝗ nõ heſitat grano ſinapis cõparatur qḋ quã-
to magis atterit tãto magis eiꝰ fortitudo ſentit. Obijci-
unt aũt aliq̄ ꝙ cũ multi ſancti ꝑfectã fidẽ habuerũt. nul-
lus legit mõtes trãſtuliſſe. qḋ q̄dem ſoluit ꝑ id qḋ. s̃. 12.
dictũ eſt. Unicuiq̧ dat manifeſtatio ſpũs ad vtilitatẽ. Il-
lo eñ modo loco ⁊ tẽpore miracula ꝑ grãm ſpũſſcti fiũt
quo eccleſie req̄ritur vtilitas. Fecerũt aũt ſancti mlta ma-
iora ꝙ tranſlationẽ mõtium ꝓut erat fidelibꝰ vtile. puta
ſuſcitãdo mortuos diuidẽdo mare. ⁊ alia huiuſmõi opa fa-
ciẽdo. Et hoc etiã feciſſent ſi neceſſitas affuiſſet. Põt eti-
am hoc transferri ad expulſionẽ demonũ de hũanis corpi-
bus ꝗ mõtes dicũtur ꝓpter ſuꝑbiã. Jere. 13. Anteꝙ offẽ-
dãt pedes vr̃i ad mõtes caliginoſos. Ecce ego ad te mõs
peſtifer ꝗ corrũpis vniuerſã terrã. Attribuit autẽ opatio
miraculoꝝ fidei nõ heſitãti qꝛ fides innitit oĩpotentie per
quã miracula fiunt. Si inq̄ habuero oĩa p̄dicta ad ꝑfecti-
onem intellectꝰ ꝑtinentia. caritatẽ autẽ nõ habuero per
quã ꝑficitur volũtas nihil ſũ. ſ. ſm eſſe grẽ de quo dicit
eph. 2. Ipius ſumꝰ factura creati in xp̄o ihu in opibꝰ bo-
nis. Un̄ ⁊ cõtra quẽdam dicit. Eze. 28. Nihil factꝰ es ⁊
nõ eris imꝑpetuũ. Qḋ quidẽ fit ꝓpter defectũ caritatis
per quã homo bene vtit intellectu ꝑfecto. Sine caritate
autẽ eius vſus bonꝰ nõ eſt. Unḋ ⁊ ſupra octauo dicitur ꝙ
ſciẽtia inflat caritas autẽ edificat. Eſt autẽ attendendum
ꝙ apoſtolꝰ hic loquit de ſapiẽtia ⁊ ſcientia ſm ꝙ ꝑtinent
ad dona grẽ gratis date ꝗ ſine caritate eſſe poſſunt: Nam
ſm ꝙ cõputant inter ſeptẽ dona ſpũſſancti nunꝙ ſine ca-
ritate hñtur. Unde ⁊ ſap. ꝑmo dicit. In maliuolã aĩam
nõ intrabit ſapiẽtia. Et ſap. 10. dicit. Dedit illi ſciẽtiam
ſanctoꝝ. De ꝓphetia aũt ⁊ fide manifeſtũ eſt ꝙ ſine cari-
tate haberi poſſunt. Sed notandũ eſt hic ꝙ fides firma
etiã ſine caritate miracula facit. Un̄ Mat. 7. dicentibus
Nõne in noĩe tuo ꝓphetauimꝰ ⁊ multas vtutes fecimꝰ
dicetur. Nunꝙ noui vos. Spũs eñ ſanctꝰ opatur virtu-
tes etiã per malos ſicut ⁊ ꝑ eos loquit veritatem. ¶ De-
inde cũ dicit. Et ſi diſtribuero ⁊c. oñdit idem in hijs ꝗ ꝑ-
tinent ad opa ꝗ cõſiſtunt in hoc ꝙ hõ faciat bona ſcḋm il-
lud gal. 6. Bonũ faciẽtes nõ deficiamꝰ. ⁊ in hoc ꝙ patiẽ-
ter ſuſtineat mala. ſm illud. pſ̃. Bene patientes erũt vt
annunciẽt. Inter cetera vero bona opa magis cõmendãt
opa pietatis ſm illud. 1ᵉ. ad thi. 4. Pietas ad oĩa vtilis
eſt. Circa qḋ opus quattuor cõditiones deſignat. Qua-
rum ꝑma eſt ꝙ opꝰ pietatis nõ totũ cõgreget in vnũ ſed
diuidat in plures ſm illud. pſ̃. Diſꝑſit dedit pauꝑibus.
Et hoc deſignat cum dicit. Si diſtribuero. Scḋo vt opꝰ
pietatis fiat ad ſubueniendũ neceſſitati nõ ad ſeruiendũ
ſuꝑfluitati. ſm illud. Eſa. 58. Frãge eſurienti panẽ tuũ.
⁊ hoc dſignat cũ dicit. In cibos pauperũ. Tertio vt opꝰ
pietatis exhibeat indigentibꝰ ſm illud. Luc. 14. Cũ fa-
cis cõuiuiũ voca pauperes. ⁊ hoc deſignat cũ dicit. Pau-
perũ. Quarto ad ꝑfectionẽ ꝑtinet vt omĩa hõ bona ſua
in opa pietatis expendat. ſm illud. Mat. 19. Si vis per-
fectus eſſe vende oĩa ꝗ habes. ⁊ da pauꝑibus. ⁊ hoc deſi-
gnatur cũ dicit. Oĩs facultates meas. Inter mala vero
que q̄s ſuſtinet patiẽter potiſſimũ eſt martiriũ. Unḋ dicit
Mat. 5. Beati ꝗ ꝑſecutionẽ patiũtur ꝓpter iuſticiã. Qḋ
etiã quadrupliciter cõmendat. Primo q̄dem qꝛ laudabi-
liꝰ ẽ ꝙ neceſſitate ĩminente puta ꝓpt̃ defẽſionẽ fidei ſeip-
ſum offerat paſſioni ꝙ ſi dephenſus patiat. Et ideo dicit
Si tradidero. Sicut ⁊ de xp̄o dicit ephe. 5. Tradidit ſe-
metipm ꝓ nobis. Scḋo qꝛ grauior eſt corꝑis hũani iac-
tura ꝙ rex de quo tamẽ q̄dam cõmendant. Heb. 4. Ra-
pinã bonoꝝ vr̃oꝝ cũ gaudio ſuſtinuiſtis. Et ideo dicit.
Corpus. Eſa. 50. Dedi corpꝰ meũ ꝑcutientibꝰ. Tertio
laudabilius eſt ꝙ aliq̄s corpus ſuũ exponat ſupplicio ꝙ
corpus filij vel cuiuſcũq̧ ꝓpinq̄. de quo tamẽ cõmendat
quedã mulier. ſcḋi macha. 7. Supra modũ videt mirabi-
lis ⁊ bonoꝝ memoria digna que ꝑeuntes ſeptẽ filios ſub
vnius diei tp̄e cõſpiciens bono aĩo ferebat. Et ideo dicit
Meũ. Judith. 5. Qui ꝓpria volũtate obtuliſtis vos diſ-
crimini ꝓ dño. Quarto reddit martiriũ laudabilius ex a-
cerbitate pene de quo ſubdit. Ita vt ardeã ſicut laurenti-
us. Ecc. 48. Quaſi ignis effulgẽs ⁊ thus ardẽs in igne
Si inq̄ p̄dicta opa tam excellentia fecero caritatem autẽ
nõ habuero. vel qꝛ ſimul cũ p̄dictis opibus adeſt volun-

tas peccādi mortaliter vel qꝛ fiunt ꝓpter inanē gloriā nihil mihi ꝓdeſt. ſ. q̄tum ad meritū vite eterne q̄ ſolis diligentib⁹ deū rep̄mittit̄ ſm illud. Job. 37. Annūciat d̄ ea amico ſuo ꝙ poſſeſſio ei⁹ ſit. Et notandū ꝙ locutionē q̄ eſt vox aīalis ſi ſit ſine caritate cōparat̄ nō exiſtenti: opera autē que fiunt ꝓpter finem. ſi ſint ſine caritate dicit eſſe infructuoſa. ſap̄. 3. Uacua ē ſpes eoꝝ ⁊ labores ſine fructu.

## Lectio tertia.

CAritas patiens eſt. benigna eſt. Caritas nō emulatur: nō agit ꝑperam. nō inflatur. nō eſt ambicioſa. non q̄rit que ſua ſunt. nō irritatur. nō cogitat maluȝ. nō gaudet ſuper iniquitate. congaudet autem veritati. Omnia ſuffert. omīa ſperat omnia ſuſtinet.

Poſtq̄ apoſtolus oñdit caritatem eſſe adeo neceſſariam ꝙ ſine ea nullum ſpirituale donum ſufficiat ad ſalutem: hic oſtendit eam adeo eſſe vtilem ⁊ efficacis virtutis ꝙ ꝑ eam cuncta opa ꝟtutis implentur. Et p̄mo p̄mittit duo q̄ſi gn̄alia. Scd̄o ſubiungit in ſpēali ꝟtutum opera. que per caritatē cōplentur ibi. Caritas nō emulatur ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Nā oīs ꝟtus cōſiſtit in hoc ꝙ aliq̄s in operādo bene ſe habeat ī ſuſtinendo mala vel in opān bona. Quātum ergo ad tolerantiā maloꝝ dicit. Caritas patiens eſt. id eſt facit patienter tolerari mala. Cum eniȝ homo diligit aliquē ꝓpter eius amorē defacili tolerat q̄cunq̄ difficilia. Et ſimiliter qui diligit deū ꝓpter eius amoreȝ patienter tolerat quecūq̄ aduerſa. Un̄ ⁊ cant. 8. dicit̄. Aque multe nō poterūt extinguere caritatem. nec flumina obruēt eam. Jac p̄mo. Patientia op⁹ perfectū habet. Quātum autē ad opationem bonoꝝ ſubdit. Benigna eſt. Benignitas autē dicit̄ quaſi bona igneitas vȝ ſcȝ ſicut ignis liquefaciēdo effluere facit. ita caritas hoc efficit vt bona q̄ homo habet nō ſibi ſoli retineat. ſed ad alios deriuet. ſm illud. ꝓuer. 5. Deriuentur fontes tui foras ⁊ in plateis aquas tuas diuide. Hō quidem caritas facit. Unō p̄me. Jo. 3. dicit̄. Qui habuerit ſubſtātiam hui⁹ mūdi ⁊ viderit frēȝ ſuū neceſſe habere ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo quō caritas d̄i manet in eo. Unde ⁊ ephe. 4. dicitur. Eſtote inuiceȝ benigni ⁊ miſericordes. Et ſap̄. p̄o. dicitur benignus eſt ſp̄us ſapiētie. ¶ Deinde cū dicit. Caritas nō emulat̄ ⁊c. ꝓponit in ſpēali virtutū opa que caritas efficit. ⁊ qꝛ ad virtutem duo ꝑtinent ſcȝ abſtinere a malo ⁊ facere bonum. ſm illud. pſ: Declina a malo ⁊ fac bonuȝ. ⁊ Eſa. p̄mo. Quieſcite agere ꝑuerſe. diſcite bene facere. Primo oñdit quomō caritas facit oīa mala vitare Scd̄o quō facit omīa bona efficere ibi. Cōgaudet autē veritati ⁊c. Malum autē efficaciter non pōt homo deo facere. ſed ſoluȝ ſibi ⁊ ꝓximo ſcd̄m illud Job. 36. Si peccaueris quid ei nocebis? Et poſtea ſubditur. Homini qui ſimil̄ tibi eſt nocebit impietas tua. Primo ergo oñdit quō per caritatem vitant̄ mala que ſunt ꝯtra ꝓximuȝ. Scd̄o quomodo vitātur mala q̄bus aliquis deordinat̄ in ſeipſo ibi. Nō inflatur ⁊c. Malum autē qd̄ eſt ꝯtra ꝓximum pōt eē in affectu ⁊ in effectu. In affectu autem precipue eſt cum per inuidiā quis dolet de bonis ꝓximi quod directe contrariatur caritati ad quā ꝑtinet ꝙ homo diligat ꝓximuȝ ſicut ſeip̄m vt habetur Leuit̄. 19. Et ideo ad caritatem ꝑtinet vt ſicut homo gaudet de boīs ꝓprijs ita gaudeat d̄ bonis proximi. Ex quo ſequitur ꝙ caritas excludat inuidiam. Et hoc eſt ꝙ dicit. Caritas nō emulatur id eſt non inuidet qꝛ ſcȝ facit cauere inuidiā. Unde ⁊ in pſ. dicitur Noli emulari in malignātibus. Et prouer. 23. Nō emuletur cor tuū peccatores. Quantū ad effectuȝ ſubdit. Nō agit ꝑperam. id eſt peruerſe cōtra aliqueȝ. Nullus enim iniuſte agit cōtra illum quem diligit ſicut ſeip̄ȝ. Eſa. p̄o. Quieſcite agere ꝑuerſe. ¶ Deinde cum dicit. Nō inflat̄ ⁊c. oſtēdit quomō caritas facit vitare mala quib⁹ aliquis deordinatur in ſeipſo. Et p̄mo q̄tum ad paſſiones. Secūdo q̄tum ad electionem ibi. Nō cogitat malū. Oſtendit ergo p̄mo ꝙ caritas repellit inordinatā paſſionem q̄tum ad tria Primo q̄dem q̄tum ad ſupbiam que eſt inordinatus appetitus ꝓprie excellentie. Tūc autē inordinate ſuam excellentiam appetit quādo nō ſufficit ei cōtineri ī eo gradu qui ſibi eſt a deo preſtitus. Et id̄o dicitur. ecc. 10. Initium ſuperbie homis apoſtatare a deo. Quod quidē fit dum homo nō vult contineri ſub regula ordinationis diuine. Et hoc repugnat caritati. qua quis ſuper omnia deum diligit. Coll̄. 2. Inflat⁹ ſenſu carnis ſue ⁊ nō tenēs caput ⁊c. Recte aūt ſuperbia inflationi comparatur. Nā id quod inflatur nō habet ſolidam magnitudinem ſed apparenteȝ. ita ſuperbi videntur quidem eſſe ſibi magni. cū tamē vera magnitudine careant que nō poteſt eſſe abſq̄ ordine diuino. Sap̄. 4. Dirumpet illos inflatos ſine voce. Eſt autem principalis ſuperbie filia ambitio per quaȝ aliquis querit preeſſe. quam etiam caritas excludit que potius proximis eligit miniſtrare ſecundū illud. Gal̄. 5. Per caritatem ſpiritus ſeruire inuicem. Et ideo ſubdit̄. Nō eſt ambitioſa id eſt facit hominem ambitionem vitare. Eccleſ̄. 7. Noli querere ab homine ducatuȝ neq̄ a rege cathedram honoris. Secūdo oſtendit quomodo caritas excludit inordinationem cupiditatis cum dicit. Non querit que ſua ſunt. vt intelligatur cum preciſione id eſt neglectis bonis aliorum. nam qui diligit alios ſicut ſeipſum bona aliorū querit ſicut ⁊ ſui ipſius. Un̄ ⁊ ſupra. 10. apoſtolus dixit. Nō querens qd̄ mihi vtile eſt ſed qd̄ multis vt ſalui fiant. Cōtra qd̄ de quibuſdam dicitur phil̄. 2. Omnes que ſua ſunt querunt nō q̄ ih̄u xp̄i. Poteſt ⁊ aliter intelligi. nō querit que ſua ſūt id eſt nō repetit ea que ſunt ſibi ablata. ſ. in iudicio cū ſcādalo qꝛ magis amat ſalutem ꝓximi q̄ pecuniā. ſm illud phil̄. vlti. Non quero datuȝ ſed req̄ro fructū abūdantē in iuſtitia vr̄a. Qō tamen qualiter intelligendū ſit. ſ̄. 6. dictuȝ eſt. Tertio oſtendit quō caritas excludat inordinationē ire dicens. Nō irritatur id eſt nō ꝓuocat̄ ad irā. Eſt eīm ira inordinat⁹ appetitus vindicte. Ad caritatē aūt ꝑtinet magis remittere offenſas q̄ ſupra modū aut inordinate vindicare. ſm illud Coll̄. 3. Donātes vobiſmetipſis. ſi q̄s aduerſus aliquem habet q̄relam. Jac p̄mo. Ira viri iuſtitiaȝ dei nō opatur. ¶ Deinde cū dicit. Nō cogitat ⁊c. oñdit quō per caritatē excluditur inordinatio electionis. Eſt autē electio vt dicitur in. 3. ethicoꝝ appetit⁹ p̄conſiliati. Tunc ergo hō peccat ex electione ⁊ nō ex paſſione quādo ex cōſilio rōnis affectus ei⁹ ꝓuocat̄ ad maluȝ. Caritas ergo p̄mo q̄dem excludit ꝑuerſitatem cōſilij. ⁊ ideo dicit. Nō cogitat maluȝ id eſt nō ꝑmittit excogitare quō aliquis perficiat malum. Mich. 2. Ue qui cogitatis inutile ⁊ opamini malū in cubilibus vr̄is. Eſa. p̄mo. Auferte maluȝ cogitationū vr̄arum ab oculis meis. Uel caritas nō cogitat malū qꝛ nō ꝑmittit hoīem ꝑ varias ſuſpitiones ⁊ temeraria iuditia cogitare malum de ꝓximo. Mat. 9. Ut quid cogitatis mala in cordib⁹ vr̄is. Scd̄o caritas excludit inordinatū affectum maloꝝ cum dicit. Nō gaudet ſuper iniquitate. Ille enim qui ex paſſione peccat cuȝ quodā remorſu ⁊ dolore peccatuȝ cōmittit. ſed ille qui peccat ex electione gaudet ex hoc ip̄o ꝙ peccatuȝ cōmittit ſcd̄m illud ꝓuer. 2. Qui letantur cū malefecerint ⁊ exultant in reb⁹ peſſimis. Hoc aūt caritas ipedit inq̄tuȝ ē amor ſūmi boni cui repugnat

oīe peccatū. Uel dicit ꝙ charitas non gaudet ſuꝑ iniq̄tate ſcȝ a ꝓximo cōmiſſa q̄nimo de ea luget inq̄tum cōtrariat̄ ꝓximoꝝ ſaluti quam cupit. 2. Corin. 12. Ne iteꝝ cū venero humiliet me de⁹ apud vos ⁊ lugeā multos ex his qui ante peccauerunt. ¶ Deinde cum dicit. Congaudet autē ⁊c. oſtendit quō charitas facit operari bonū. ⁊ p̄mo q̄tum ad ꝓximū. Scđo q̄tū ad deū ibi. Omīa credit ⁊c. Quātū ad ꝓximū aūt hō opat̄ bonū dupliciť. Prīo q̄dez gaudēdo de bonis eius. Et q̄tū ad hoc dicit. Cōgaudet aūt veritati ſcȝ ꝓximi. vel vite vel doctrine. vel iuſticie eo ꝙ ꝓximū diligit ſicut ſeipſum in ſecūda. Jo. gauiſus ſum valde venientbius fratrib⁹ ⁊ teſtimoniū ꝑhibentib⁹ veritati tue ſicut in charitate ambulas. Secūdo in hoc ꝙ homo mala ꝓximi ſuſtinet ꝓut decet. Et quantū ad hoc dicit. Omīa ſuffert id ē abſq; turbatione ſuſtinet oēs defectus ꝓximoꝝ vel quecūq; aduerſa. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. Gal. 6. Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis legez xpi ſcȝ charitatem. ¶ Deinde cum dicit. Omīa credit. oſtendit quō charitas faciat opari bonū in comparatiōe ad deum. Qđ quidē fit precipue ꝑ virtutes theologicas q̄ habent deum ꝓ obiecto. Sunt aūt p̄ter charitatē due virtutes theologice vt infra diceť ſcȝ fides ⁊ ſpes. Quantuȝ ḡ ad fidē dicit. Omīa credit ſcȝ que diuinit⁹ tradunť. gen̄. 15. Credidit abraam deo ⁊ reputatū eſt ei ad iuſticiā. Credere vero oīa que ab hoīe dicunť eſt leuitatis ſm illđ Ec. 11. Qui cito credit leuis eſt corde. Quātū aūt ad ſpem dicit. Omīa ſperat q̄ ſcȝ ꝓmittunť a deo Ecc. 2. Qui timetis deum ſperate in eum. Et ne ſpes frangat̄ ꝑ dilationez ſubdit. Omīa ſuſtinet id ē patienter expectat q̄ ꝓmittūť a deo q̄uis dilata ſm illud Abachuc. 2. Si morā fecerit expecta eum. pš. Confortet̄ cor tuū ⁊ ſuſtine dn̄m.

## Lectio tertia.

CHaritas nunq̄ excidit ſiue probetie euacuabunť. ſiue lingue ceſſabunt. ſiue ſcientia deſtrueť. Ex parte eniz cognoſcimus ⁊ ex parte ꝓphetam⁹. Cū autē venerit quod perfectuz eſt. euacuabiť quod ex ꝑte eſt. Cū eſſez paruul⁹: loq̄bar vt ꝑuul⁹ ſapiebā vt ꝑuul⁹ cogitabā vt paruul⁹. Qn̄ autē factus ſum vir: euacuaui q̄ erāt ꝑuuli.

Poſtq̄ ap̄lus oſtendit ꝙ charitas excellit alia dona ſpūs ſancti neceſſitate ⁊ fructuoſitate: hic oſtendit excellentiaz charitatis ad alia dona q̄tuȝ ad ꝑmanentiā. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit differētiā charitatis ad alia dona ſpūſſancti: q̄tum ad ꝑmanentiā. Secūdo ꝓbat qđ dixerat ibi. Ex ꝑte em̄ cognoſcim⁹ ⁊c. Tertio infert concluſionem intentam ibi. Nūc autē manent ⁊c. Circa p̄mum duo facit. Primo ꝓponit ꝑmanentiā charitatis. Secundo ceſſationē alioꝝ donoꝝ ibi. Siue ꝓphetie ⁊c. Dicit ergo p̄mo. charitas nūq̄ excidit. Qđ q̄daȝ male intelligentes in errorē ceciderūt dicentes ꝙ charitas ſemel hita nūq̄ poteſt amitti. cui videť ꝯſonare qđ dicit. 1. Jo. 3. Oīs q̄ natus eſt ex deo peccatū non facit qm̄ ſemen ipſius in eo manet. ſed huius dicti primo quidē ſententia falſa eſt. Poteſt em̄ aliquis charitatē habēs a charitate excidere per pctm̄ ſm illud apoc. 2. Charitatē tuā p̄mā reliq̄ſti. Memor eſto itaq; vnde excideris ⁊ age penitentiā. Et hoc idē eſt q: charitas recipiť in aīa hoīs ſm modū ipſius. vt ſcȝ poſſit ea vti vel non vti. Dum vero ea vtiť homo peccare non poteſt q: vſus charitatis eſt dilectio dei ſuꝑ omnia. ⁊ ideo nihil reſtat ꝓpter qđ homo deum offendat ⁊ ꝑ hunc modū intelligiť verbuȝ. Jo. inductum ſcđo predicta ſententia non eſt ſm intentionē ap̄li q: nō loquiť hic de ceſſatione donoꝝ ſpualiū ꝑ peccatū mortale. ſȝ potius de ceſſatione donoꝝ ſpūalium que ꝑtinent ad hanc vitā ꝑ gloriam ſuperuenientē. Unde ſenſus ap̄li ē. Charitas nūq̄ excidit. q: ſcȝ ſicut eſt in ſtatu vie ita ꝑmanebit in ſtatu patrie ⁊ cū augmēto ſm illđ Eſa. 31. Dixit dn̄s cuius ignis eſt in ſyon ſcȝ in eccleſia militante ⁊ caminus eius in hieruſalem id ē in pace celeſtis patrie. ¶ Deinde cum dicit. Siue ꝓphetie ⁊c. ꝓponit ceſſationē aliorū donoꝝ ſpūalium ⁊ ſpecialiter eoꝝ que precipua videť. Primo q̄tū ad prophetiā dicit. Siue prophetie euacuabunť id eſt ceſſabunt quia ſcȝ in futura gloria prophetia locum non habebit ꝓpter duo. Primo quidē quia prophetia reſpicit futurum. ſtatus aūt ille nō expectabit aliquid in futurū: ſed erit finale complementuȝ omniū eorum que ante fuerant ꝓphetata. Unde in pš. dicit. Sicut audiuim⁹ ſcȝ ꝑ prophetas. ita ⁊ vidim⁹ preſentialier in ciuitate domini virtutum. Secundo q: prophetia eſt cum cognitione figurali ⁊ enigmatica que ceſſabit in patria. Unde diciť numeri 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini per ſomniū aut in viſione apparebo ei vel per ſomnium loquar ad illum. Et Oſee. 12. In manib⁹ ꝓphetaꝝ aſſimilatus ſum. Scđo q̄tū ad donū linguaꝝ dicit. Siue lingue ceſſabūt. qđ quidē non eſt intelligendū q̄tum ad ipſa membra corporea que lingue dicunť. vt dicitur infra. 15. Mortui reſurgent incorrupti id eſt abſq; diminutione membroruȝ. Neq; aūt intelligendū eſt q̄tum ad vſuȝ lingue corporee. Eſt em̄ futura in patria laus vocalis ſm illud pš. Exultationes dei in gutture eorum vt glo. ibidē exponit. Eſt ergo intelligendū q̄tum ad donum linguaꝝ quo ſcȝ aliqui in primitiua eccleſia linguis varijs loquebanť vt dicitur act. 2. In futura em̄ gloria quilibet quālibet linguā intelliget. Unde non erit neceſſariū varijs linguis loqui. Naȝ etiam a p̄mordio generis humani vt diciť Gen̄. 11. Unus erat ſermo ⁊ vnum labium oīb⁹. qđ multomagis erit in vltimo ſtatu in quo erit vnitas conſūmata. Tertio q̄tum ad ſcientiam ſubdit. Siue ſcīa deſtrueť. Ex quo quidā accipere voluerūt ꝙ ſcīa acq̄ſita totaliť ꝑdiť cū corpore. Ad cuius veritatis inquiſitionē ꝯſiderare oportet ꝙ duplex ē vis cognitiua ſcȝ vis ſenſitiua ⁊ vis intellectiua. Inť q̄s eſt differentia. q: vis ſenſitiua eſt actus organi corporalis ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ deſinat corpore corrupto. vis aūt intellectiua non eſt act⁹ alicui⁹ organi corporei vt ꝓbať in tertio de aīa. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ maneat corpore corrupto. Si ergo aliquid ſciētie acquiſite cōſerueť in parte anime intellectiue neceſſe eſt ꝙ id ꝑmaneat poſt mortē. Quidā ergo poſuerunt ꝙ ſpecies intelligibiles nō conſeruanť in intellectu poſſibili niſi q̄diu intelligit. Conſeruanť autē ſpecies fantaſmatū in potētijs aīe ſenſitiue puta ī memoratiua ⁊ imaginatiua. Ita ſcȝ ꝙ ſemꝑ intellect⁹ poſſibilis quādo de nouo vult intelligere etiam que prius intellexit indiget abſtrahere a fantaſmatib⁹ ꝑ lumen intellect⁹ agētis. Et ſm hoc ꝯſequēs ē ꝙ ſcīa hic acq̄ſita nō remaneat poſt mortē. Sȝ hec poſitio ē p̄mo q̄dez ꝯtra rōem. Manifeſtū eſt em̄ ꝙ ſpēs intelligibiles ī intellectu poſſibili recipiunť ad min⁹ dū actu intelligit. Qđ aūt recipiť ī aliq̄ ē in eo ꝑ modū recipiētis. Cū ḡ ſubſtātia intellect⁹ poſſibiliť ſit īmutabilis ⁊ fixa. ꝯſeq̄ns ē ꝙ ſpēs ītlligibiles remaneant ī eo īmobiliť. Scđo ē ꝯtra auctēz ariſtotelis ī. 3° đ aīa q̄ dicit ꝙ cū intellect⁹ poſſibilis ē ſciēs vnūq̄dq; tūc etiaȝ ē itelligens in potentia. Et ſic patet ꝙ hȝ ſpēs intelligibiles ꝑ quas dicitur ſciens ⁊ tamē adhuc eſt in potentia ad intelligendū in actu. ⁊ ita ſpēs intelligibiles ſunt in intellectu poſſibili. etiam qn̄ non intelligit actu. Unde etiam ibidē ph̄us dicit ꝙ aīa intellectiua eſt loc⁹ ſpecieꝝ. q: ſ. ī ea cōſeruanť ſpēs intelligibiles. Indiget tn̄ ī hac vita cō-

uertere ſe ad fantaſmata. ad hoc ꝙ actu intelligat non ſolum vt abſtrahat ſpecies a fantaſmatibꝰ. ſed etiam vt ſpecies habitas fantaſmatibus applicet cuius ſignū eſt ꝙ leſo organo virtutis imaginatiue vel etiam memoratiue nō ſolum impedit̄ homo ab acquiſitiōe noue ſcientie: ſed etiā ab vſu ſcientie prius habite. Sic ergo remanet ſcientia in anima: poſt corporis mortē ꝗtū ad ſpecies intelligibiles. non aūt quantū ad inſpectionē fantaſmatū qua anima ſeparata non indigebit: habēs eſſe ⁊ operationē abſq̄ corporis cōmuniōe. Et ſm̄ hoc aplus hic dicit. ꝙ ſciētia deſtruet̄ ſcꝫ ſm̄ cōuerſionē ad fantaſmata. Unde et Eſa. 29. dicit̄. Peribit ſapientia a ſapientibꝰ ⁊ intellectus prudētium eius abſcondet̄. ¶ Deinde cum dicit. Ex parte eniꝫ cognoſcimus. ꝓbat qđ dixerat. Et pͥmo inducit ꝓbatiōꝫ Secundo manifeſtat ea q̄ in ꝓbatione continent̄ ibi. Cū eſſem paruulus ⁊c̄. Inducit ḡ pͥmo ad ꝓbandū ꝓpoſitum talem rationē. Adueniēte ꝑfecto ceſſat imperfectū. ſꝫ dona alia preter caritatē habent impꝑfectionē. ergo ceſſabunt ſupueniente perfectione glorie. Primo ḡ ꝓponit minorem ꝓpoſitionem quo ad impꝑfectionē ſcientie cum dicit. Ex pte eīn cognoſcimꝰ id eſt imperfecte. Nā ps habet rationem perfecti. Et hoc precipue verificat̄ ꝗtum ad cognitionem dei ſm̄ illud Job. 36. Ecce deus magnus vincēs ſcientiā noſtrā. Et. 26. Ecce hec ex parte dicta ſunt viarum eius. Proponit etiaꝫ imperfectionē ꝓphetie cū ſubdit. Et ex parte id ē imperfecte ꝓphetamꝰ. Eſt eīn ꝓphetia cognitio cum imperfectione vt dictū eſt. Tacet aūt de dono linguarū qđ eſt imperfectiꝰ his duobꝰ vt infra. 14. patebit. Secundo ponit maiorem dicens. Cum aūt venerit quod ꝑfectum eſt id eſt ꝑfectio glorie euacuabit̄ qđ ex parte eſt id eſt oīnis imperfectio tollet̄. De qua perfectione dicit̄. 1. Pe. vltimo. Modicū paſſos ipſe ꝑficiet. Sed ſm̄ hoc videt̄ ꝙ etiam caritas euacuet̄ ꝑ futurā gloriā. qꝛ ipſa eſt imperfecta in ſtatu vie ꝑ cōparationē ad ſtatū patrie. Dicendū ergo ꝙ imperfectio dupliciter ſe habet ad id qđ dicit̄ impꝑfectū. Quandoq̄ eīn eſt de ratione eius. qn̄q̄ vero non. ſed accidit ei ſicut impꝑfectio eſt de ratione pueri. non aūt de ratione hominis. Et ideo adueniente ꝑfecta etate ceſſat quidē pueritia. ſed humanitas fit ꝑfecta Impꝑfectio eſt ergo de ratione ſcientie ꝓut hic de deo habet̄ inquantū ſcꝫ cognoſcit̄ ex ſenſibilibꝰ ⁊ ſimiliter de ratione ꝓphetie inꝗtū eſt cognitio figuralis. ⁊ in futurū tēdens. non eſt aūt de ratione charitatis ad quā cognitū bonum diligere ꝑtinet. ⁊ ideo ſupueniente ꝑfectione glorie ceſſat ꝓphetia ⁊ ſcientia. charitas aūt non ceſſat ſed magis ꝑficit̄ qꝛ quanto ꝑfectius cognoſcet̄ deus tanto etiam ꝑfectius amabit̄. ¶ Deinde cum dicit. Cum eſſem paruulus ⁊c̄. manifeſtat ea que ꝓmiſſa ſunt. Et pͥmo manifeſtat maiorē ſcꝫ ꝙ veniēte ꝑfecto ceſſat imperfectū. Scđo manifeſtat minorē ſcꝫ ꝙ ſcientia ⁊ ꝓphetia ſint impꝑfecta ibi Uidemus nunc ⁊c̄. Oſtendit aūt pͥmū ꝑ ſimilitudinē ꝑfecti ⁊ impꝑfecti qđ inuenit̄ ī etate corporali. Unde ⁊ primo deſcribit impꝑfectū etatis corporalis dicens. Cū eſſem ꝑuulus ſcꝫ etate: loquebar vt ꝑuulus id ē ꝓut congruit ꝑuulo ſcꝫ balbutiendo. Unde ꝓpter naturalē defectū locutionis q̄ eſt in ꝑuulis cōmendat̄ ſapientia. ſap. 10. Q̄ linguas infantium fecit diſertas ⁊ vt ꝑuulus loquit̄ q̄ vana loquit̄ pſ̄. Uana locuti ſunt vnuſquiſq̄ ad ꝓximuꝫ ſuum Quantū vero ad iudicium ſubdit. Sapiebā vt ꝑuulꝰ. i. approbabā vel reprobabā aliq̄ ſtulte vt faciunt ꝑuuli. qui quandoq̄ precioſa contemnunt ⁊ vilia appetūt vt dicitur ꝓuer. 1. Uſq̄quo ꝑuuli diligitis infantiā et ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cupient. Sapiunt ḡ vt ꝑuuli qui ſpūalibꝰ contemptis: terrenis inherent. de quibꝰ dicit̄ phil. 3. Gloria in confuſione eoꝝ qui terrena ſapiūt. Quantū aūt ad rationis diſcurſum dicit. Cogitabā vt ꝑuulus id ē aliqua vana. Unde ⁊ in pſ̄. dicit̄. Dn̄s ſcit cogitatiōes hominū qn̄ vane ſunt. Et videt̄ aplus ordine prepoſtero hec tria ponere. Nam locutio preexigit iudiciū ſapientie. iudiciū vero preſupponit cogitationes rōnis. Et hoc ſatis cōgruit imperfectioni puerili in qua eſt locutio ſine iudicio ⁊ iudiciū ſine deliberatione. Poteſt aūt referri qđ dicit. Loquebar vt paruulus ad donū linguaꝝ. cum dicit. Sapiebam vt paruulꝰ ad donū ꝓphetie. ꝙ aūt ſubdit cogitabā vt ꝑuulus ad donū ſciētie. Secūdo ponit id qđ ꝑtinet ad ꝑfectionē etatis dicens. Quādo aūt factus ſum vir id eſt qn̄ peueni ad ꝑfectam ⁊ virilē etatem euacuaui id ē abieci ea que erant ꝑuuli: qꝛ vt dicit̄ Eſa. 65. Puer centum annoꝝ morietur. ⁊ peccator centum annoꝝ maledictꝰ erit. Et eſt attendendū ꝙ aplus hic compat ſtatum preſentē pueritie ꝓpter impꝑfectionē. ſtatū aūt future glorie ꝓpter ꝑfectionē virili etati.

## Lectio quarta.

Uidemus nunc ꝑ ſpeculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. Nūc cognoſco ex parte: tūc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſum. Nunc autē manēt fides. ſpes charitas tria hec. Maior autem horum eſt charitas.

ponat ⁊ ſic deinceps. quē modū cōſueuerūt ſeruare predi-
catores qñ predicant ꝑ interꝑtationeꝫ hoībus ignote lin-
gue ⁊ ideo dicit ⁊ vnus interpreteꝉ. ¶ Conſequēter cū di-
cit. Si autē non fuerit ⁊c. oſtendit quādo nō eſt vtenduꝫ
linguis dicens ꝙ loquendū eſt ꝑ partes ⁊ vnus debet in-
terpretari. Sed ſi nō fuerit aliquis interpres id ē q̄ inter-
pretetur ille q̄ donū habet linguaꝝ taceat in eccleſia id eſt
non loquaꝉ ſeu predicet multitudini in lingua ignota. q᷑
non intelligiꝉ ab eis ſed ſibi loquaꝉ q᷑ ipſe ſe intelligit. et
hoc tacite orando vel meditādo Job. 10. Loquar in ama-
ritudine anime mee dicam deo ⁊c. ¶ Prophete aūt duo
⁊c. Hic apl̄us ordinat eos quomō ſe habeant ad vſum ꝓ-
phetie. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̄liter vtē-
dum eſt dono ꝓphetie. ⁊ quantū ad numerū, ⁊ ad ordinē.
Secundo oſtendit quibus vſus ꝓphetie interdiciꝉ ibi.
Mulieres in eccleſia ⁊c. Circa primū tria facit. Prīo do-
cet ordinem vtendi dono ꝓphetie. Secundo huius ratio
nem aſſignat ibi. Poteſtis enim omnes ⁊c. Tertio obie-
ctionem excludit ibi. Spūs ꝓphetarum ⁊c. Circa ꝑmuꝫ
duo facit. Primo determinat numerū vtentium dono di-
cto. Secūdo docet modū ſeu ordinē vtēdi ibi. Qꝺ ſi alij
⁊c. Circa primū ſciendum eſt ꝙ vſus ꝓphetie ſm̄ ꝙ hic
videꝉ accipere apoſtolus eſt ꝓponere verbū exhortatiōis
ad plebem exponendo ſcꝑturas ſacras. ⁊ q᷑ erant in ꝑmi-
tiua eccleſia plures q̄ a deo hoc donū habebant ⁊ fideles
non erant adhuc multiplicati. ideo ne eſſet confuſio ⁊ te-
dium: vult apl̄us ꝙ non om̄es q̄ ſciunt exponere ꝓpheti-
as ⁊ ſacram ſcꝑturam ꝓphetent: ſed aliq̄ ⁊ determinati. ⁊
hoc eſt qꝺ dicit. Prophete ⁊c. Quaſi dicat. Nolo ꝙ om
nes q̄ conueniūt ſed duo tm̄ aut ad plus tres: ꝓut hoc lo
quendi neceſſitas exigit dicant id eſt exhortentur. Et hoc
etiam conſonat ſcꝑture. Deut. 17. et Matth. 18. In ore
duoꝝ vel trium ⁊c. Ceteri vero ſcꝫ illi q̄ non debent diiu-
dicēt ea que ab his ꝓponunꝉ vtrum ſcꝫ bene vel male di
cta ſint. benedicta approbando ⁊ maledicta retractari faci
endo. ś. 2. Spūalis homo om̄ia diiudicat. Eſt etiam ſer-
uandus ordo in vtēdo dicto dono. vt ſi alteri illoꝝ q̄ ſede
bant ⁊ tacebant ⁊ diiudicabant fuit aliq̄d melius reuela-
tum q̄ illi q̄ exhortaꝉ ⁊ ſtat prior. tunc iſte q̄ ſtat debet ſe-
dere: ⁊ ille cui melius reuelatū eſt debet ſurgere ⁊ exhor-
tari. Et hoc eſt qꝺ dicit. Q: ſi alij ſedenti reuelatum fuit
ſcꝫ ꝑ ſpūm ſanctum ꝑor exhortans taceat ⁊ cedat ei. Ro.
12. Honore inuicem preuenientes. Et ratio huius eſt: q᷑
ſm̄ hūc modū poteſtis ſucceſſiue ꝓphetare ꝑ ſingulos id
eſt omnes. ſcꝫ vt ſic omnes id ē maiores diſcant ⁊ omnes
id eſt minores exhortenꝉ ꝓuer. 1. Audiens ſapiēs ⁊c. Et
ſi aliquis dicat o apl̄e ego non poſſum tacere dum ali⁹ ꝓ-

ꝓphetat vel cedere ſedenti ex quo incepi qꝛ non poſſum retinere ſpūm q̄ in me loquit̄ ſm̄ illud Job. 4. Conceptum ſermonē tenere quis poteſt? Ideo aplꝯ hoc remouet cū dicit. Spūs ꝓphetaꝝ ⁊c̄. Quaſi dicat imo bene poteſt tacere vł ſedere qꝛ ſpūs ꝓphetaꝝ id ē ſpūs q̄ dat ꝓphetias ⁊ ponit̄ in plurali numero ꝓpter multas reuelatiões eis inſtinctas ꝓphetis ſubiecti ſunt non quidē q̄tū ad cognitionem qꝛ ſicut dicit gregoriꝰ ꝙ non ſemꝑ ſpūs ꝓphetie adeſt ꝓphetis. Unde non eſt habitus ſicut ſcientia. Sic enī ſequeret̄ ꝙ etiam q̄tum ad cognitionē eis ſubiectus eſſet ⁊ poſſent vti eo quādo vellent ⁊ non vti. Sed eſt q̄dam vis aut impreſſio a deo illuminans ⁊ tangens corda ꝓphetarū tunc ſolum qn̄ ſic tangunt̄ cognoſcunt. Unde non eſt ſic eis ſubiectus. nec ſm̄ hoc intelligit̄ verbū apoſtoli. ſꝫ ſpūs ꝓphetaꝝ ſunt ſubiecti ꝓphetis q̄tum ad ꝓnunciationē: qꝛ ſcꝫ in eorum poteſtate eſt ꝓnunciare ea q̄ reuelant̄ eis quādo volunt. ⁊ nō pronūciare. Et ſic nihil valet excuſatio qꝛ nō cogit te ſpūs quin tacere poſſis. Et ꝙ hoc ſit verum ꝓbat cum dicit. Non enim eſt diſſenſionis ⁊c̄. ⁊ facit talem rationē. Deus nunꝙ̄ cogit ad id vnde oriat̄ rixa vel diſſenſio. qꝛ deus non eſt diſſenſionis: ſꝫ pacis. ſed ſi cogeret hoīes ſpūs ꝓphetie ad loquendū tūc eſſet cauſa diſſenſionis qꝛ ſic vellet ſemꝑ loqui vel non docere vel tacere alio loquente de quo alij turbarent̄. Ergo ſpūſſanctus non cogit homines ad loquendū. 2. cor. vlti. Deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcū ⁊c̄. Uerūtamē qꝛ adhuc poſſet obijcere ꝙ hoc non faceret qꝛ ſolum eis iſta mandabat ⁊ nō alijs eccleſijs. Unde ⁊ in grauamē poſſet videri. ideo aplꝯ ſubdit. Hoc non ſolū in eis ſed etiā in omnibꝰ eccleſijs docere. ⁊ hoc eſt qđ dicit. Sicut in omnibus eccleſijs ſanctorū doceo. ſ. de vſu linguaꝝ ⁊ ꝓphetie ſupra. 1. Idipſum dicatis oēs.

## Lectio ſeptima:

Mulieres in eccleſia taceant. Non enī ꝑmittit̄ eis loqui: ſed ſubditas eſſe ſicut ⁊ lex dicit. Si quid autē volunt diſcere: domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in eccleſia. An a vobis verbum dei ꝓceſſit. aut in vos ſolos peruenit. Si quis videt̄ ꝓpheta eſſe aut ſpiritualis: cognoſcat que ſcribo vobis. qꝛ domini ſunt mandata. Si quis autē ignorat ignorabitur. Itaq̃ fratres emulamini ꝓphetare: ⁊ loqui linguis nolite ꝓhibere. Oīa autē honeſte ⁊ ſm̄ ordinē fiant.

Hic aplꝯ ponit perſonas quibꝰ interdicit vſū ꝓphetie Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quibus ꝓphetie vſus interdicit̄. Secūdo remouet obiectionē ibi. Si q̄d aūt volunt ⁊c̄. Circa ꝑmū duo facit. Primo ponit mādatum de interdicto. Secūdo huius rōem aſſignat ibi. Non enī ꝑmittit̄ ⁊c̄. Dicit ergo. Uolo vt viri hoc modo vtant̄ dono ꝓphetie: ſed mulieres in eccleſia nolo loqui ſꝫ taceant in eccleſijs. 1. Ti. 2. Mulierē docere in eccleſia nō ꝑmitto. Et rationem huius aſſignat Chryſoſtomꝰ dicēs ꝙ ſemel eſt locuta mulier: ⁊ totum mundū ſubuertit. Sꝫ cōtra hoc videt̄ qꝛ de multis mulieribꝰ legit̄ ꝙ ꝓphetauerunt ſicut de ſamaritana. Jo. 4. Et de anna vxore phanuel Luc. 2. Et de delbora. Judicū. 4. Et de oldan ꝓpheten vxore ſellum. 4. Reg. 22. Et de filiabꝰ philippi act. 21. ſupra. 10. etiā dicit̄. Oīs mulier orans vel ꝓphetās ⁊c̄. Rñſio. dicendū ꝙ in ꝓphetia ſunt duo. ſcꝫ reuelatio ⁊ manifeſtatio reuelationis. ſed a reuelatione non excluduntur mulieres: ſed multa reuelant̄ eis ſicut ⁊ viris. Sꝫ annunciatio eſt duplex. Unā publica et ab hac excludunt̄. Alia eſt priuata et hec ꝑmittitur eis qꝛ non eſt predicatio ſed ānunciatio. huius aūt rationē aſſignat dicēs. Nō enī ꝑmittit̄ eis loqui ſcꝫ ab eccleſie auctoritate. ſed hoc eſt officium earum vt ſint ſubdite viris. Unde cum docere dicat prelationē ⁊ preſidentiam non decet eas que ſubdite ſunt. Ratio aūt quare ſubdite ſunt ⁊ nō preſunt eſt qꝛ deficiunt ratione que eſt maxime neceſſaria preſidēti. Et iō dicit pħus in politica ſua ꝙ corruptio regiminis eſt quādo regimen ꝑuenit ad mulieres. ¶ Conſequēter cum dicit. Si quid volūt ⁊c̄. quia poſſent aliq̄ dicere ꝙ ad minꝰ de dubijs poſſunt q̄rere in eccleſia. ideo aplꝯ hoc excludit. Et circa hoc duo facit. Primo enī remouet obiectionem. Sc̄do rationē aſſignat ibi. Turpe eſt ⁊c̄. Dicit ḡ dico ꝙ mulieres taceant in eccleſia. ſed ſi aliqua de quibus dubitant addiſcere volunt interrogent viros ſuos domi. 1. Ti. 2. Mulier in ſilentio diſcat cum oīi ⁊c̄. Huius aūt ratio eſt qꝛ turpe eſt non ſolū indecens. In mulieribꝰ enī cōmendat̄ verecundia. Ecc̄. 26. Gratia ſuꝑ grām ⁊c̄. Si ergo in publico q̄reret ⁊ diſputaret ſignū eſſet inuerecundie ⁊ hoc eſt ei turpe. ⁊ inde eſt etiam ꝙ in iure interdicit̄ mulieribꝰ officium aduocandi. ¶ Cōſequenter cum dicit An a vobis ſermo dei ⁊c̄. confutat cōtradicētes. ⁊ qꝛ poſſent oēs ſimul cōtradicere vel ad minus ſapientes inter eos. Ideo circa hoc duo facit. Pꝛio enī confutat eos q̄tum ad totam eorum eccleſiā. Secūdo q̄tum ad ſapientes tantū ibi. Si q̄s aūt videt̄ ⁊c̄. Circa ꝑmum ſciendū eſt ꝙ cauſa quare populus cōſueuit contradicere dn̄o vel rectori eſt ſingularitas. Singularitas enī poteſt cauſari vel ex prioritate in aliquo bono vel excellētia. Et ideo aplꝯ volens ⁊ contradicentes corinthios confutare excludit ꝑmo ab eis ꝑoritatem cū dicit. An a vobis ſermo dei ꝓceſſit? Quaſi dicat. Non: ſed a iudeis Eſa. 2. De ſyon exibit lex ⁊c̄. Quaſi dicat: ſi in eccleſia iudeorū facerem aliquas ordinationes contra ordinationes ſuas poſſent cōtradicere quia ipſi ꝑus habuerunt verbum dei. ſed vos non. quia non proceſſit a vobis ſermo dei. Secundo excludit ab eis excellentiā. An in vos ſolos ⁊c̄. Quaſi dicat nō ſolū vos credidiſtis ſed etiam alij. Unde vos nō excellitis eos pſ̄ In oēm terram exiuit ſonus eorū ⁊c̄. ⁊ ideo debetis facere vt alij faciūt. ¶ Conſeq̄nter cum dicit. Si quis aūt videtur ⁊c̄. In ſpeciali confutat maiores. Et circa hoc duo facit. Primo confutat eos. Secūdo reſpondet cuidā tacite obiectioni ibi. Si q̄s aūt ignorat ⁊c̄. Dicit ergo, eſto ꝙ tota eccleſia non contradicat: ſed aliquis qui videt̄ eſſe ꝓpheta ⁊c̄. ⁊ dicit videt̄ qꝛ ſi contradicit non vere eſt ꝓpheta vel ſapiēs ſeu ſpiritualis qꝛ nō ꝯtradiceret. Dicit etiā ꝓpheta ⁊ ſpūalis qꝛ multi ſunt ſpūales q̄ non ſunt ꝓphete. licet oēs ꝓphete ſint ſpūales. Iſte ingꝙ̄ q̄ ſic videtur ꝓpheta ⁊ ſpūalis non contradicat ſed cognoſcat id ē ſciat qꝛ ea que ſcribo vobis ſunt mandata dei ⁊ nō tantū mea. Quaſi dicat ex q̄ nullꝰ auſus mādatis dn̄i ē cōtradicere ⁊ ea que ſcribo ſunt mandata dei. non audeat aliquis cōtradicere. 2. corin. vltimo. An experimentū queritis ⁊c̄. et ex hoc poſſumus colligere ꝙ verba apoſtolorū ſunt ex familiari reuelatione ſpūſſancti ⁊ chriſti ⁊ ideo ſeruanda ſunt ſicut ꝑcepta chriſti. Unde ⁊ ſignāter aplꝯ diſtinguit illa que ex ſe mandat cum dicit. De virginibus autē mandatum domini nō habeo. Sed poſſes dicere. O apoſtole quō ego cognoſcam ꝙ hec ſint mandata dei? Non poſſum hoc ſcire. Hoc aplꝯ excludit dicens. Non valet tibi hoc qꝛ non debes ignorare. Quare? Quia omnis ignorans ⁊c̄. Matth. 25. Amen dico vobis neſcio vos. Ex q̄ patet ꝙ omnes tenent̄ ſcire ea que ſunt de neceſſitate ſalutis que ipſe prius mandat ⁊ apoſtoli ⁊ ꝓphete. Uel aliter

a Si quis videt ꝛc. vt ſit confirmatio p̄cedentiū. Quaſi dicat. Ita ſcribo ſꝫ vos nō poteſtis ea agnoſcere ꝓpter coꝝ difficultatē ⁊ q꞉ ſimplices eſtis. ſed vt ſciatis ꝙ ea q̄ ſcribo iuſta ſūt ⁊ honeſta volo adducere teſtimoniū ꝓphetaꝝ ⁊ ſpūalium viroꝛū q̄ ſunt int̄ vos. Et iō dicit. Si ꝗs autē ꝛc. ſ̄. 2. Spūalis iudicat oīa. Et ne aliquis dicat nō curamus ſcire iſta ſubdit ꝙ tenent̄ ſcire. quia oīs ignorās ꝛc. Eſa. 5. Propterea captiuus ductus ꝛc. pſ̄. Neſcierūt neqꝫ intellexerūt ꝛc. ¶ Itaqꝫ fratres mei ꝛc. aplus hic cōcludit generalē āmonitionē. Et circa hoc tria facit. Prio monet eos ad appetitū omniū donoꝝ dicens. Itaqꝫ ⁊ loqui linguis ⁊ ꝓphetare eſt bonum. Emulamini id eſt deſideretis ꝓphetare cuius cauſa eſt quia ſicut dicit̄ puer. 29. Deficiente ꝓphetia diſſipabit̄ populus. Et accipitur ꝓphetare hic ſm̄ ꝙ ꝑ totum capitulū expoſitum eſt. et tñ licet deſideretis ꝓphetare nolite ꝓhibere loqui linguis ne fiat diſſenſio. Scd̄o inducit ad debitum modū cum dicit. Omnia autē honeſte vt ſcꝫ vno loquente alij taceant et mulieres in ecclesia nō loquant̄ et ſimilia. Ro. 13. Sic vt honeſte in die ambulem⁹ ꝛc. Tertio inducit eos ad cōgruum ordinem cum dicit. Et ſm̄ ordinem. vt ſcꝫ primo vnus ⁊ poſtea alius loquat̄ et ꝑ partes et ſimilia que dicta ſunt. Iudicū. 5. Stelle manentes in curſu ſuo aduerſus ſyſaram pugnauerūt.

## Incipit capitulū decimūquintū.

Notum vobis facio fratres euāgelium qd̄ predicaui vobis. quod ⁊ accepiſtis. in quo ⁊ ſtatis. ꝑ quod ⁊ ſaluamini. q̄ ratiōe p̄dicauerim vobis ſi tenetis. niſi fruſtra crediditis. Tradidi em̄ vob̄ in primis qd̄ ⁊ accepi. q̄m xp̄s mortu⁹ eſt ꝓ pctīs noſtris ſm̄ ſcp̄turas. ⁊ q꞉ ſepult⁹ eſt ⁊ q꞉ reſurrexit tertia die ſm̄ ſcp̄turas. ⁊ q꞉ viſus eſt cephe ⁊ poſt vndecim. Deinde viſus eſt pluſq̄ q̄ngentis fratrib⁹ ſimul ex q̄b⁹ multi manēt vſqꝫ adhuc. q̄dam autē dormierunt. Deinde viſus eſt iacobo. deinō aplīs oīb⁹. Nouiſſime aūt oīm tanq̄ abortiuo viſus ē ⁊ mihi. Ego eī ſuꝫ mīm⁹ aploꝝ q̄ non ſum dignus vocari aplus. q̄m ꝑſecut⁹ ſum eccleſiā dei. Grā aūt dei ſum id qd̄ ſum ⁊ gratia eius in me vacua non fuit. ſ abundantius illis oīb⁹ laboraui: Non ego aūt ſed gratia dei mecū. Siue em̄ ego ſiue illi: ſic p̄dicauim⁹. ⁊ ſic credidim⁹.

Poſtq̄ aplus inſtruxit corinthios de ipſis ſacramētis et de re contenta ⁊ ſignificata in ſacramentis ſcꝫ de gratia ⁊ eius effectibus: hic conſeq̄nter inſtruit eos de re non contenta ſed ſignificata in ſacramentis ſcꝫ de gloria reſurrectionis que nō eſt contenta in ſacramento: cum nō ſtatim habeat eam q̄ ſuſcipit ſacramenta ſed ſignificat̄ gloria reſurrectionis in ipſis inq̄tum confert̄ in eis gratia ꝑ quaꝫ ad beatitudinē ꝑuenit̄. Circa hoc aūt duo facit. Primo p̄mittit tractatū de reſurrectione. Scd̄o ꝑ hoc ꝓbat reſurrectionem cōmunē omniū hoīm ibi. Si aūt xp̄s predicat̄ ꝛc. Circa primū duo facit. Primo cōmendat euangelicā doctrinā. Secūdo annūciat que oportet ſcire circa reſurrectionē xp̄i ibi. Tradidi em̄ vobis ꝛc. Cōmēdat em̄ eminentiam euangelice doctrine q̄tum ad quattuor. Primo q̄tum ad predicantiū auctoritatē. q꞉ ipſi apl̄i. Et hoc ē ꝙ dicit. O fratres cōtinuando ſe ad p̄cedentia facio vobis notum euangeliū qd̄ idē eſt qd̄ bona annūciatio q̄ incipit a xp̄o. Unde quicq̄d ꝑtinet ad xp̄m vel eſt de ipſo xp̄o dicitur euangeliū. Nō predico vobis q̄ſi dicat. Illud qd̄ p̄dicaui vobis de xp̄o notuꝫ facio vobis. i. reduco vobis ad memoriā. q̄ſi nō ſint noua ea q̄ ſcribo Phil. 3. Eadeꝫ ſcribere vobis ꝛc. Predicaui ego ſcꝫ vobis ⁊ alij apl̄i alijs. Et in hoc appꝫet auctoritas hui⁹ doctrine q꞉ a xp̄o a paulo ⁊ ab alijs aplīs Heb. 2. Que cuꝫ initiū accepiſſet enarrandi. Secūdo q̄tum ad cōmunē fidem oīm populoꝝ. et ideo dicit. Nō ⁊ accepiſtis oēs. ſꝫ hoc aug. dicit ꝑtinere ad eminentiā hui⁹ fidei faciēs tale argumentū. Ad credenda ea q̄ ſunt fidei aut ſunt miracula facta aut non. Si ſunt facta miracula habeo ꝓpoſitū ꝙ digniſſima ⁊ certiſſima eſt. Si nō ſunt facta hoc ē maximū oīm miraculoꝝ ꝙ ꝑ quoſdaꝫ paucos cōuerſi ſunt ad fidē infinita multitudo hoīm: ꝑ paupꝫes p̄dicantes paupꝫtatē diuites. ꝑ ideotas p̄dicantes ea q̄ rationē excedūt: cōuerſi ſunt ſapiētes ⁊ phi. pſ̄. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝝ ꝛc. Sed ſi obijciat̄ ꝙ etiam lex machometi recepta eſt a multis. Dicendū eſt ꝙ nō eſt ſimile: q꞉ ille opp̄mēdo ⁊ vi armoꝝ ſubiugauit eos ſꝫ iſti apl̄i moriēdo ipſi alios ad fidē duxerūt ⁊ faciēdo ſigna ⁊ ꝓdigia. Ille em̄ p̄ponebat q̄daꝫ que ad delicias ⁊ laſciuias ꝑtinēt. ſꝫ xp̄s ⁊ apl̄i terrenoꝝ cōtemptū. 1. teſ. 2. Cū accepiſtis a nobis verbū dei ꝛc. Tertio q̄tum ad virtutē q꞉ cōfirmat ⁊ eleuat ad celeſtia. Iō dicit in quo ſtatis ſcꝫ eleuati ad celeſtia. Ille em̄ dicit̄ ſtare q̄ rectus ē. ⁊ hoc ſola lex xp̄i facit. Ro. 5. Iuſtificati ḡ ꝑ fidem ꝛc. Lex em̄ vetus nō faciebat ſtare: ſed curuabat ad terrena. Deut. 33. Oculus Iacob in terra frumenti ⁊ vini. Quarto q̄tū ad vtilitatē: q꞉ ſola noua lex ꝑducit ad finē ſalutis. vet⁹ aūt non. Heb. 7. Neminē ad ꝑfectū adduxit lex. Et ideo dicit. Per qd̄ ⁊ ſaluamini. Hic iam ex certitudīe ſpei ꝑ inchoationē q̄ eſt ꝑ fidem ſaluami̅ ⁊ in futuro in veritate rei ⁊ ſpei. Iac. 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitū verbū ꝛc. Io. 20. Hec aūt ſcp̄ta ſunt vt credatis ⁊ vt credentes ꝛc. Et apponit hic duas conditiones. Pria cū dicit ſi tenetiſ ꝛc. Glo. ſic exponit: Si tenetis q̄ rōne p̄dicaui vobis illd̄ euāgeliū. i. reſurrectionē mortuoꝝ ea rōne q̄ ꝯfirmaui vobis id ē ꝑ reſurrectionē xp̄i. Uel aliter. Saluamini ita tñ ſi tenetis. i. ſi ſeruatis ea rōne q̄ p̄dicaui vobis euangeliū xp̄i. Scd̄am cōditionē ponit cū dicit. Niſi fruſtra crediditis. Quaſi dicat ſaluami̅ ꝑ fidē ſi non fruſtra crediditis id ē ſi fidei addunt̄ bona oꝑa. q꞉ fides ſine oꝑibus mortua eſt. Iac. 2. Illud em̄ dicit̄ eſſe fruſtra qd̄ eſt ad finē quem nō cōſeq̄t̄. Finis aūt fidei eſt viſio dei. Un̄ ſi nō ſaluamini fruſtra crediditis nō ſimpl̄r ſꝫ inq̄tū nō ꝑuenit ad finem. Uel aliter. ſi tenetiſ. q. d. teneatiſ niſi fruſtra ꝛc. ¶ Tradidi em̄. Hic oñdit ꝓpoſitū ꝛc. circa hoc tria fac̄. Prio oñdit originē doctrine ḡ reſurrectiōe xp̄i. Scd̄o oñdit ea q̄ī doctrina hmōi ꝯtinēt ibi. Q̄m xp̄s mortu⁹. Tertio ꝯſonātiā ſeu ꝯuenientiā p̄dicantiū ibi. Siue em̄ ego ꝛc. Dicit ḡ p̄⁹. Iſtud debetis tenere. i. ī memoria hr̄e qd̄ tradidi vobis in p̄mis ⁊ adhuc trado. Et dicit ī p̄mis. i. int̄ p̄ria credenda. Credēda em̄ vel ꝑtinent ad trinitatē vel fidē incarnationis. Et pri⁹ debꝫ hō credere ea q̄ ad fidē incarnationis ꝑtinent: ⁊ poſtea q̄ ad trinitatē ꝑtinēt. Un̄ qd̄ tradidi vobis in p̄mis ſcꝫ de incarnatione ⁊ nō a me vel ex mea auctoritate tradidi: ſꝫ qd̄ accepi a xp̄o vel a ſpūſancto. Gal. 1. Paulus aplus ꝛc. ſ̄. 11. Ego accepi a dño ꝛc. Eſa. 21. Que audiui a dño exercituū ꝛc. Ea aūt q̄ accepit ⁊ tradidit ſūt q̄ttuor ſcꝫ mors. ſepultura. reſurrectio. appꝫitio xp̄i. Dicit ḡ p̄mo tradidi vobis primo mortē xp̄i. ⁊ ideo dicit: Q̄m xp̄s mortu⁹ eſt. In quo remouet duplicē ſuſpitionē q̄ ſuboriri poſſet circa morteꝫ xp̄i. Prima eſt ꝙ mortuus

eſſet ꝑ peccatis ſuis actualibus vel originali. Et hoc excludit cū dicit. Pro peccatis noſtris nō ſuis Eſa. 53. Propter ſcelus populi mei ꝑcuſſi euꝫ. 1. Pe. 3. Chriſtꝰ ſemel ꝑ peccatis noſtris ꝛc. Alia ſuſpicio eſt ꝙ mors xpi eſſet caſualis vel violentia iudeoꝝ. ꝛ hoc excludit cū dicit. ſm ſcripturas ſcꝫ veteris ꝛ noui teſtamenti. Et ideo ſignanter ſpecialiť dicit. ſm ſcripturas Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionem ductus ē. Iere. 11. Ego q̄ſi agnus māſuetus q̄ portať ad victimā ꝛc. Matth. 20. Ecce aſcendimꝰ hieroſolimā ꝛc. Tradidi enī vobis Scđo ſepulturā xpi. et iđ dicit Et qꝛ ſepultus eſt. Sed nunquid ſepultura eſt articulus fidei ſpecialiter. qꝛ facit hic mentionē ſpēaliter de ea? Dicendū ꝙ ſm illos q̄ numerant articulos ſm credenda nō eſt ſpecialis articulus fidei: ſꝫ includiť cū articulo paſſionis ꝛ mortis xpi. Cuius ratio eſt: qꝛ fides eſt eoꝝ q̄ ſunt ſupra ratione. Unde ibi incipit articulus fidei vbi deficit ratio. Hoc aūt pmū eſt ꝙ dn̄s ſit conceptus. et ideo cōceptio eſt articulus fidei. Scđm ꝙ deꝰ eſt natꝰ de virgine. et ideo hic eſt aliꝰ. Tertiū ꝙ impaſſibilis deꝰ patiať ꝛ moriatur ꝛ hic eſt alius. et cum hoc intelligiť etiam de ſepultura. Unde non eſt ſpēalis articulus. ¶ Facit aūt aplus hic mentionē de ſepultura ꝓpter tria. Primo vt oſtēdat veritatem mortis xpi. Euidens enī mortis ſignuꝫ alicuius ē ꝙ ſepeliať. Secūdo ad oſtendēdū veritatē reſurrectionis qꝛ ſi nō fuiſſet ſepultus: nec cuſtodes fuiſſent iuxta ſepulcrum illis diebꝰ poſſent dicere ꝙ diſcipuli fuiſſent euꝫ furati. Tertio qꝛ aplus vult eos inducere ad fidē reſurrectionis. ꝛ hoc videť magis difficile ꝙ ſepultus reſurgat. Et de hoc diciť Eſa. 11. Et erit ſepulcrū eius glorioſuꝫ. Eſa. 53. Dabit impios ꝛc. Tradidi etiā vobis reſurrectiōꝫ: qꝛ reſurrexit tertia die. Oſee. 6. Uiuificabit nos poſt ꝛc. Et etiaꝫ dicit tertia die nō ꝙ fuerint tres dies integri: ſꝫ due noctes ꝛ vna dies ꝑ ſynodochē. Et huiꝰ cauſa fuit ſicut dicit aug. qꝛ deus ꝑ ſuum ſimplū id ē ꝑ malū pene qđ ſignificať ꝑ vnum diem deſtruxit nr̄m duplū id ē penā ꝛ culpā qđ ſignificať ꝑ duas noctes. Tradidi etiam vobis quarto chriſti apparitiones quia viſus eſt cephe. Et ponit primo apparitiōes factas alijs. Scđo appitiones factas ſibi ſoli ibi. Nouiſſime. Sciendū eſt aūt circa pmū ꝙ appitiones xpi nō ſunt facte oībꝰ cōmuniter: ſꝫ aliquibꝰ ſpēalibus ꝑſonis act. 10. Dedit eum manifeſtū fieri ꝛc. Et huiꝰ ratio fuit vt ſeruareť ordo in eccleſia vt ꝑ quoſdam ſpeciales fides reſurrectionis deueniret ad alios. Notandū aūt ꝙ apparitiōes xpi nō ponunť hic oēs nec ille q̄ facte ſunt mulieribꝰ. Ponunť aūt hic q̄dā q̄ nō leguntť in euangelis. Et horū ratio fuit qꝛ aplus vult ex rōne ꝯfutare infideles. et iđ noluit ponere teſtimonia niſi autentica. ꝛ iđ tacuit appitiōes mulieribꝰ factas: ꝛ poſuit quaſdā q̄ nō inuenīūť vt oſtendat ꝙ etiā alijs pluribꝰ apparuit: ſed facit mentionē ſpecialē de petro ꝛ iacobo. qꝛ erāt q̄ſi columne vt diciť Gal. 2. Dicit ḡ tradidi vobis qꝛ viſus eſt cephe. i. petro Luc. vlti. Surrexit dominus vere ꝛc. Et crediť ꝙ inter viros primo apparuit petro quia erat in maxima triſticia. Unde ꝛ angelꝰ dixit Mar. vlti. Ite dicite diſcipulis eius et petro ꝛc. Poſtea id eſt in alia vice viſus eſt. xi. aplis. Semel quidē viſus eſt. x. tm̄ qn̄ Thomas erat abſens et poſt octo dies. xj. qn̄ Thomas erat cū eis. Augu. dicit ꝙ debet dicere. xij. ſed corruptū eſt vitio ſcriptoꝝ et dicit ꝙ non refert ꝙ iudas iam obierat et Matthias nōdū erat electus: qꝛ conſuetū eſt ꝙ qn̄ maior ꝑs collegij facit aliquid diciť ꝙ totum collegium hoc facit. Unde qꝛ dn̄s elegerat. xij. ideo poteſt dici ꝙ viſus eſt. xij. id ē toti collegio apłoꝝ. ſed non eſt vis ſiue dicať. xij. ſiue. xj. Deinde iterum viſus ē pluſq̄ q̄ngētis fratribꝰ: ſꝫ de hoc nihil legimus in ſacra ſcriptura niſi hoc qđ hic diciť. Poteſt tn̄ dici ꝙ hec appitio fuit de q̄ loquiť dionyſius in tertio de diuinis noībꝰ qn̄ oēs diſcipuli cōuenerūt ad videndū corpus qđ ferebat principē vite. Sed cōtra hoc videť eſſe qꝛ hoc fuit ante aſcenſionē qn̄ ſcꝫ xps appuit iacobo. Sꝫ cōgregatio diſcipuloꝝ ad videndū beatam virgineꝫ de q̄ videť loqui dyoniſius fuit multū poſt. Et ideo melius videť dicendū ꝙ appuit q̄ngentis fratribꝰ ſimul ante aſcenſionē ſuaꝫ et ꝛ non refert ꝙ diciť diſcipuli erant centum viginti. qꝛ licet illi q̄ erant in hieruſalē eſſent centū viginti. tn̄ in galilea erant multi diſcipuli et forte oēs congregati ſunt ſimul cuꝫ apparuit. Et vt huius teſtimoniū ſit magis certū dicit ꝙ ex eis adhuc multi manent id ē viuūt. quidā aūt ex eis dormierūt. i. mortui ſunt in ſpe reſurrectionis. Et vocat ſanctorū mortem dormitionē: qꝛ moriunť carne corruptibili vt reſurgant incorruptibiles. Ro. 6. Xps reſurgens ꝛc. Deinde id ē poſt viſus eſt iacobo ſcꝫ alphei. ꝛ ratio huius pōt aſſignari: qꝛ vt legiť iacobꝰ vouit ſe non ſumpturū cibum niſi pus videret xpm: ſed ſm hoc nō ſeruareť ordo appitionis. qꝛ ſi poſt oēs numeratas appitiones appuiſſet iacobo. nimis fuiſſet ſine cibo. ꝛ hoc ē difficile. Et ideo dicendū eſt ꝙ ideo ſingulariter xps appuit iacobo qꝛ ſpecialem deuotioneꝫ iacobus ad xpm habuit. Et de iſta etiam apparitione nihil habeť in euāgelio. Deinde poſt hoc ſcꝫ viſus eſt oībus aplis in aſcenſiōe vt legiť Matth. vltimo. et act. 1. ¶ Nouiſſime aūt omniū ꝛc. hic apoſtolus cōmemorat apparitionē factam ſibi ſoli. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ordinē apparitionis. Secundo rōem eius aſſignat ibi. Ego enī ſum ꝛc. Dicit ergo ita. Dixi ꝙ omnibꝰ manifeſtatus eſt chriſtus nouiſſime id eſt vltimo. ꝛ poſt aſcenſioneꝫ viſus eſt ꝛ mihi tanq̄ abortiuo et ideo nouiſſime. Dicit autē tanq̄ abortiuo ꝓpter tria. Abortiuꝰ dicitur aliquis fetus. Uel qꝛ naſcitur extra tempus debitū. Uel quia cum violentia educitur. Uł qꝛ non ꝑduciť ad debitam quantitatē. ꝛ qꝛ hec tria videbat in ſe aplus. ideo dicit tanq̄ abortiuo. Primo enī ipſe extra tempus alioꝝ apoſtoloꝝ renatus eſt xpo. Nam alij apoſtoli renati ſunt chriſto ante aduētū ſpiritusſancti paulus vero poſt. Scđo qꝛ alij apoſtoli ſpontanee cōuerſi ſunt ad chriſtum: ſed paulus coactus. act. 9. Proſtrauit eum ad terram ꝛc. Et hoc multū valet contra hereticos qui dicunt ꝙ nullus debet cogi ad fidem. qꝛ paulus coactus fuit. Et ſicut dicit auguſtinꝰ plus ꝓfecit in fide paulus cū coacte cōuerſus eſt q̄ multi q̄ ſpontanee venerūt. Tertio qꝛ reputat ſe alijs minorē ꝛ non ꝑueniſſe ad virtutem aliorum apoſtoloꝝ. Et ideo q̄ſi rationē aſſignans dicit. ego enī ſum minimꝰ ꝛc. Circa hoc duo facit. Primo enī oſ̄dit ſuam ꝑuitatē. Secūdo rōem huius exponit ibi Quoniā ꝑſecutus ſum ꝛc. Paruitatē aūt ſuā manifeſtat primo in cōparatione ad apłos cū dicit: Ego enī ſum minimꝰ Eſa. 60. Minimꝰ erit in mille ꝛ ꝑuulꝰ in gentē fortiſſimā Ecc̄. 3. Quāto maior es ꝛc. Et licet ſit minīꝰ in cōparatione ad apłos poſſet tn̄ dici ꝙ eſt magnꝰ in cōparatione ad alios qꝛ eſt aplus. ꝛ ideo ſcđo oſtēdit ſuā ꝑuitatē in cōparatione ad alios cū dicit. Qui non ſum dignꝰ nō ſoluꝫ eſſe ſed vocari aplus licet vocer. 2. corin. 3. Nō ꝙ ſufficientes ꝛc. Sꝫ poſſes dicere. O aple ꝓpter humilitatē nullꝰ debet dicere falſum. cum ergo tu ſis magnꝰ q̄re vocas te minimū? ꝛ ideo cum dicit quoniā perſecutus ꝛc. oſtendit quō ſit minimꝰ ꝛ quō non minimꝰ. minimū aūt dicit ſe cōſiderando preterita facta ſua et dicit. Non ſum dignꝰ ꝛc. Quare? Quia ꝑſecutus ſum eccleſiā dei qđ alij apli non fecerunt. Gał. 1. Supra modum perſequebar ꝛc. 1. Ti. 1. Qui fui blaſphemꝰ ꝛ perſecutor ꝛc. Et licet ex me ſim minimus: tamen ex deo non ſum minimꝰ. et ideo dicit. Gratia dei ſum id quod ſum. Et circa hoc duo facit. Primo cōmendat conditionē ſuam q̄tum ad ſtatum. Secūdo q̄tuꝫ ad executionē ſtatꝰ ibi. Et grā eius ꝛc. Dicit ḡ primo. ex

me nihil ſum: ſꝫ id qđ ſum gr̄a dei ſum. i. ex deo nō ex me Ephe. 3. Cuius factus ſuꝫ miniſter ⁊c. Et dicit id qđ ſuꝫ q̄ hō ſine gr̄a nihil ē. ſ. 13. Si habuero oēm ꝓphiam ⁊c. Sed qualiter vſus ſit ⁊ executus ſtatū ſuū oſtendit dicēs Et gratia eius ⁊c. Ubi primo oſtendit quō vſus ſit gratia iſta quia ad bonū. ⁊ ideo dicit. In me vacua nō fuit id eſt ocioſa q̄ ea vſus eſt ad id ad qđ data eſt ſibi. Gal. 2°. Nō in vacuū cucurri ⁊c. Scđo manifeſtat quō alios exceſſit. ⁊ ideo ſubdit. Sed habundātius illis oībus id eſt aplis ſingillatim: Laboraui. predicādo q̄ nullus per tot loca predicauit ⁊ annūciauit xp̄m. Unde dicit. Ro. 15. Ita ꝙ a ieruſalē vſqꝫ ad yllyricū ⁊c. ⁊ etiā vſqꝫ ad hyſpaniā operādo q̄ licet ip̄e ſicut alij apoſtoli poſſet exigere ſumptus ſibi neceſſarios tamē ip̄e aliter voluit de labore manuū querere ſumpt⁹ ſuos vt ip̄e dicit 2ᵉ. theſ. 3°. Nocte ⁊ die manibus noſtris ⁊c. tribulatiōes ſuſtinēdo. Nullus eñ apoſtoloꝝ tot perſecutiōes ⁊ tribulatōes ſuſtinuit vt ip̄e enumerat. 2ᵉ. corinth. 11. In laboribus plurimis ⁊ carcerib⁹ ⁊c. Tercio oſtēdit vſus efficaciā q̄ hoc nō a ſe ſolo ſed ex inſtinctu ⁊ adiutorio ſpūſſancti. ⁊ ideo dicit. Non aūt ego ſolus operor ſed gratia dei mecū que mouet voluntatē ad hoc. Eſa. 26. Oīa opera noſtra ⁊c. Phil. 2. Qui operat̄ in nobis velle ⁊c. Deus eñ non ſolū infundit gratiā qua noſtra opa grata fiunt ⁊ meritoria ſed etiā monet ad bene vtendū gratia infuſa ⁊ hec vocat̄ gratia cooperās. ¶ Siue ego eñ ⁊c. hic oſtendit cōcordiam predicantiū. et hoc poteſt dupliciter legi. Primo vt ſit cōfirmatio dictoruꝫ. Quaſi dicat aliqs. Tu ita predicas ſed tñ non credimus tibi ſoli q̄ tu minim⁹ es īter aplōs. Ideo reſpōdens apl's ait. Immo debetis mihi credere q̄ ego nō predico alia ſiue ego ſiue alij apli ſic p̄dicamus ſcꝫ xp̄m reſurrexiſſe ⁊ viſum fuiſſe ⁊c. Et vos etiā credidiſtis ſicut ego ⁊ illi predicauerūt. ſcꝫ ꝙ xp̄s reſurrexit ⁊ viſus eſt ⁊c. 2ᵉ. corinth. 2° Habētes eundē ſpiritū ⁊c. Scđo poteſt legi vt efficatia p̄dicatiōis ſit oībus aplis ex vno id eſt a gratia dei. Quaſi dicat. Siue ego predicē ſiue illi. i. apoſtoli ſicut predicamus hoc fecim⁹ adiuti ⁊ firmati per gratiā dei ⁊ etiā vos ip̄i credidiſtis. ſcꝫ īſpirati ſpū ſcō ⁊ gratia dei ſine qua nihil facere poſſum⁹. Jo. 15. Sine me nihil poteſtis facere.

¶ Lectio ſecunda.

SI autē xp̄us predicat̄ ꝙ reſurrexit a mortuis: quomō quidā dicunt in vobis: quoniā reſurrectio mortuoꝝ nō eſt? Si aūt reſurrectio mortuoꝝ nō eſt. neqꝫ xp̄s reſurrexit. Si autē xp̄us nō reſurrexit: inanis eſt predicatio noſtra: inanis eſt ⁊ fides veſtra. Inuenimur aūt ⁊ falſi teſtes dei: quoniā teſtimoniū diximus aduerſus deū: ꝙ ſuſcitauerūt xp̄m quē non ſuſcitauit: ſi mortui nō reſurgūt. Nā ſi mortui nō reſurgūt: neqꝫ xp̄s reſurrexit. Q̄ ſi xp̄s nō reſurrexit: vana eſt fides veſtra. Adhuc enīꝫ eſtis in peccatis veſtris. Ergo ⁊ qui dormierūt in xp̄o: perierūt. Si in hac vita tantum in xp̄o ſperantes ſum⁹: miſerabiliores ſumus oībus hoībus.

Supra aplūs aſtruxit fidem per reſurrectionē xp̄i: hic vero probat per reſurrectionē xp̄i reſurrectionē mortuoꝝ futurā. Et primo ꝓbat futurā reſurrectionē. Scđo oſtendit qualitatē reſurgentiū ibi. Sed dicet aliquis ⁊c. Tercio vero deſcribit ordinē reſurrectiōis ibi. Ecce myſteriū vobis dico ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ꝓbat reſurrectionē mortuoꝝ futurā ratiōe ſumpta ex reſurrectiōe xp̄i. Scđo ratiōe ſumpta ex vita ſanctoꝝ ibi. Alioquī quid facient ⁊c. ꝓbat autē mortuoꝝ reſurrectionē ex reſurrectiōe xp̄i tali ratiōe. Si xp̄s reſurrexit ergo ⁊ mortui reſurgent Circa ergo hāc rationē tria facit. Primo ponit conditionalē ſcꝫ xp̄s reſurrexit ⁊ mortui reſurgēt. Scđo vero probat añcedens ip̄ius cōditionalis ibi. Si autē reſurrectio mortuoꝝ ⁊c. Tercio ꝓbat ꝯditionalē eſſe verā ibi. Nunc aūt xp̄us reſurrexit ⁊c. Dicit ergo primo. Dixi ꝙ ſi ego p̄dicauerī ſiue illi ſcꝫ alij apoſtoli ſic credidiſtis. ſed ſi predicat̄ a nobis ꝙ xp̄us reſurrexit a mortuis quō quidā in vobis id eſt inter vos dicūt ⁊c. Quaſi dicat. Si xp̄s reſurrexit a mortuis ſm̄ ꝙ nos p̄dicamus. 1ᵉ. theſ. 4. Si credimus ꝙ xp̄s ⁊c. nullus debet dubitare reſurrectionē mortuoꝝ futurā. Unde Ro. 8. Qui ſuſcitauit ieſum ⁊c. Sed videt̄ ꝙ hec argumētatio non valeat cū ſit locus a maiori affirmādo. q̄ licet xp̄s reſurrexit ſpecialiter ex virtute diuinitatis ſue nō ſequit̄ ꝙ alij hoīes reſurgāt. Sed ad hoc dicūt aliqui ꝙ nō eſt locus a maiori ſed a ſimili. Mori eñ ⁊ reſurgere cōpetit xp̄o ſm̄ humanā naturā. ⁊ dicūt ꝙ eſt ſimile argumentū ſicut ſi dicerē. Anīa ſortis eſt īmortalis ergo oēs ſcꝫ aīe hoīm ſunt īmortales. Videt̄ aūt ꝙ ſit melius dicendū ꝙ ſit locus a cauſa q̄ reſurrectio xp̄i eſt cauſa reſurrectiōis noſtre. Et ideo ſm̄ glo. dicendū eſt ſi xp̄s qui eſt cauſa efficiēs noſtre reſurrectōis reſurrexit: quō dicūt ⁊c. ſed tñ nō eſt dicendū ꝙ ſit cauſa efficiēs tantū per modū meriti q̄ reſurgēdo nō meruit eā cum iā eſſet cōprehenſor ⁊ viueret vita glorioſa niſi forte meritū reſurrectionis mortuoꝝ referat̄ ad paſſionē xp̄i. Nec eſt cauſa exemplaris tantū vt quidā dicūt. ſed eſt cauſa efficiēs ⁊ exēplaris. Un̄ Aug. dicit ſup Joh. ꝙ verbū caro factū viuificat aīas ⁊ reſuſcitat mortuos. Sic ergo patet ꝙ ſi xp̄s reſurrexit ⁊ mortui reſurgēt. Sed ꝯtra. Reſurgere a mortuis eſt ſupra naturā. hoc autē nō eſt niſi virtutis infinite que deus eſt: nō ergo reſurrectio corporis xp̄i eſt cauſa efficiens reſurrectōis mortuoꝝ. cum humanitas xp̄i ſeu corpus ſit creatura licet de xp̄o vel de hoīe nō poſſit dici ꝙ eſt creatura. Re°. dicendū ꝙ inquantū deus ſiue inq̄ntuꝫ diuītas eſt in xp̄o: xp̄us eſt ⁊ exēplar ⁊ cauſa efficiēs reſurrectiōis mortuoꝝ per humanitatē ſuā ſicut per inſtr̄m diuinitatis ſue. Ad illud qđ obijcit̄ dicendū ꝙ caro xp̄i ſeu hūanitas nō dicit̄ facere effectū virtutis infinite inq̄ntū caro vel humanitas ſed inq̄ntuꝫ caro xp̄i vel hūanitas xp̄i. Sed querit̄ adhuc. Naꝫ poſita cauſa ſufficiēti ſtatī ponit̄ effectus. ſi ergo reſurrectio xp̄i eſt ſufficiēs cauſa reſurrectiōis mortuoꝝ ſtatī deberēt mortui reſurgere ⁊ nō tm̄ differre. Re°. dicendū ꝙ effectus ſequit̄ ex cauſis inſtr̄alibus ſm̄ cōditionē cauſe principalis. Et ideo cum deus ſit principalis cauſa noſtre reſurrectionis. reſurrectio vero xp̄i ſit inſtrumentalis: reſurrectio noſtra ſequit̄ reſurrectioneꝫ xp̄i ſm̄ diſpoſitionē diuinā que ordinauit vt tali tempore fieret. Sed nūquid ſi deus nō fuiſſet incarnatus homines reſurrexiſſent? Dicendū videt̄ ꝙ non: quia xp̄us nō fuiſſet paſſus nec reſurrexiſſet. Dicendū eſt autē ad hoc ꝙ hec obiectio nulla eſt. quia quādo aliquid ordinat̄ ab aliqua cauſa debet argumētari ad illud ſeruato ordine illius cauſe. Et ideo dicendū eſt ꝙ deus ordinauit reſurrectionē mortuoꝝ fore per iſtum modū. potuiſſet tamē ⁊ alius modus adhuc īueniri a deo ſi voluiſſet. ¶ Deinde cū dicit. Si autem reſurrectio mortuoꝝ nō eſt ⁊c. ꝓbat antecedēs ſcꝫ ꝙ xp̄us reſurrexit ⁊ hoc ducēdo ad incōuenientia. Et circa hoc duo facit. Primo ducit ad incōuenientia. Secundo oſtendit illa eſſe incōuenientia ibi. Inuenimur aūt ⁊ falſi teſtes ⁊c. Circa p̄mū facit deductionē ſuā ſupponēdo ꝙ ſi xp̄s nō reſurrexit neqꝫ mortui reſurgēt. qđ ſi ita eſt ſequūtur duo incōueniētia. Unuꝫ eſt ꝙ inanis eſt p̄dicatio apl̄i

et inutilis. Aliud eſt ꝙ inanis eſt fides corinthiorū. Unde dicit. Si autē xp̄us nō reſurrexit inanis eſt ⁊c. Et hoc eſt ꝙ dicit. Ex hoc ꝙ ſiue ego ſiue illi ſic predicant ⁊c. Dicit ergo. ſi aūt xp̄s nō reſurrexit inanis eſt. i. falſa predicatio noſtra qꝛ ſic credidiſtis. ⁊ hoc magnuꝫ eſt inconueniēs ꝙ p̄dicationē eoꝝ nō ſuffulſerit veritas cū ap̄ls dicat Phil. 2. Non innacuū cucurri neqꝫ laboraui. ¶ Inuenimur aūt ⁊c. Hic oſtendit illa duo eſſe incōueniētia. Et primo oſtēdit ꝙ ſit incōueniens ſi p̄dicatio aplōꝝ eſſꝫ inanis ſeu falſa. Scd̄o oſtendit ꝙ ſit incōueniens ſi fides illoꝝ eſſet inanis ibi. ¶ Q. ſi xp̄s nō reſurrexit ⁊c. Oſtendit aūt primū eſſe incōueniens qꝛ eſſent falſi teſtes nō ſolū dicēdo aliqua vana vel aliqua contra aliquē hoīem falſe qd̄ eſt mortale peccatū: ſed falſi teſtes aduerſus deū quod eſt ſacrilegiū. Quia ſi deus nō ſuſcitauit xp̄m a mortuis ſm ꝙ nos predicamuſ inuenimur falſi teſtes. ⁊ ſi mortui nō reſurgūt deus nō reſuſcitauit xp̄m a mortuis. Job. 13. Nūquid deus indiget veſtro mēdatio ⁊c. ⁊ hoc eſt peſſimū ſcꝫ ꝙ aliquid attribuat deo qd̄ nō facit. ⁊ laudare in eo qd̄ nō eſt. Unde dicit Aug. nō minori ſed maiori fortaſſe ſcelere in deo laudat falſitas ꝙ̄ vituperet veritas. Cui⁹ ratio eſt. qꝛ intellectus noſter nunꝙ̄ poteſt tantū laudare deū qui deficiat a perfectiōe eius. ⁊ ideo ſi nō totaliter intellectus oēm veritatē poſſit de deo intelligere hoc eſt ad excellentiā dei. ſꝫ ſi attribuit aliquid deo qd̄ nō habet vel nō facit: videt ꝙ intellect⁹ noſter eſt maior deo ⁊ itelligat aliq̄d maius eo qd̄ ſibi falſe attribuit. Et hoc cōtra illud. 1ͤ. Jͦ. 3. Deus maior eſt corde nr̄o. ¶ Q. ſi xp̄s. hic oſtendit ꝙ incōueniens ſit ſi fides illoꝝ eſſet inanis. Et hoc oſtendit per tria incōuenientia que ſequūtur inde. Primū eſt qꝛ cōſtat ꝙ falſitas nō habet virtutē purgādi ſed cōſtat ꝙ fides purgat peccata. Act. 15ͦ. Fide purificans ⁊c. Si ergo fides noſtra ſit inanis qd̄ eſſet ſi xp̄s nō reſurrexit qꝛ ſic credidiſtis ſcꝫ ꝙ reſurrexit peccata veſtra nō ſunt vobis dimiſſa. Et hoc eſt ꝙ dicit. Adhuc eſtis in peccatis vr̄is. Sed qꝛ poſſet aliq̄s dicere licet fides nō purget peccata poſſuꝫ tū purgari ab eis per bona opa. ideo addit ſcd̄m incōueniēs ſcꝫ ꝙ mortui qui nō poſſunt purgari in alia vita perierūt abſqꝫ ſpe ſalutis. ⁊ ideo quaſi cōcludens dicit. Ergo q̄ in xp̄o id eſt in fide xp̄i dormierūt id eſt mortui ſunt in ſpe ſalutis perierūt: qꝛ in alia vita nulla ſūt opa meritoria. Sꝫ qꝛ poſſet adhuc dicere nō curo de peccatiſ: nō curo de mortuis dūmodo habeā in vita iſta quietem ⁊ tranquillitatē. ideo addit tertiū incōueniens cū dicit. Si in hac tantū vita ⁊c. Et innitit tali argumēto. Si reſurrectio mortuoruꝫ non eſt: ſequit ꝙ nihil boni habeat ab hoībus niſi ſolū in vita iſta. ⁊ ſi hoc eſt tūc illi ſunt miſerabiliores qui in vita iſta multa mala ⁊ tribulatiōes patiunt. Cuꝫ ergo plures tribulatiōes ap̄li ⁊ xp̄iani patiant ſequit ꝙ ſint miſerabiliores ceteris hoībus qui a diuinis adminus perfruūt huius mūdi bonis. Sed circa hāc rationē vident duo dubitanda. Unū qꝛ nō videt ꝙ ſit verū vniuerſalr̄ qd̄ ap̄ls dicit ſcꝫ ꝙ xp̄iani ſunt cōfidētes in hac vita tantū qꝛ poſſent dicere illi ꝙ licet corpa nō habeāt bona niſi in vita iſta q̄ eſt mortalis: tn̄ ſm animā habēt multa bona in alia vita. Ad hoc obuiat dupliciter. Uno mō qꝛ ſi negeṫ reſurrectio corpis nō de facili imo difficile eſt ſuſtinere īmortalitateꝫ aīe. Conſtat eīm ꝙ aīa naturalr̄ vnit corpi: ſeparat aūt ab eo cōtra ſuam naturā ⁊ per accidēs. Unde aīa exuta a corpore ꝙ̄diu eſt ſine corpe eſt impfecta. Impoſſibile aūt eſt ꝙ illud qd̄ eſt naturale ⁊ per ſe ſit finitū ⁊ quaſi nihil et illud qd̄ eſt cōtra naturā ⁊ per accidēs ſit infinitū ſi aīa ſp duret ſine corpe. Et ideo platonici ponentes īmortalitatē poſuerūt reīcorpationē lꝫ hoc ſit hereticū. ⁊ ideo ſi mortui nō reſurgūt ſolū in hac vita cōfidentes erimus. Alio mō: qꝛ conſtat ꝙ homo naturaliter deſiderat ſalutē ſuiipſius. aīa autē cū ſit pars corpis hoīs nō eſt totus homo. et aīa mea nō eſt ego. vnde licet aīa cōſequat ſalutē in alia vita non tamē ego vel quilibet homo. Et p̄terea cū homo naturaliter deſideret ſalutē etiam corpis fruſtraret naturale deſideriū. ¶ Secundū dubiū eſt qꝛ videt ꝙ dato ꝙ corpa nō reſurgāt nō eſſemus nos xp̄iani miſerabiliores ceteris hoībus qꝛ illi qui ſunt in peccatis ſuſtinēt maximos labores. Jere. 9. Ut inique agerēt laborauerūt. Et ſap. 5. Dicūt impij. Ambulauimus vias difficiles. At vero de bonis ⁊ iuſtis dicit Gal. 5. Fructus aūt ſp̄us eſt caritas gaudiū pax ⁊c. Ad hoc dicendū ꝙ mala que ſunt in hoc mundo nō ſunt ſm ſe appetenda ſed ſm ꝙ ordinant ad aliqd̄ bonū. Ap̄li autē ⁊ xp̄iani multa mala paſſi ſunt in hoc mūdo. Niſi ergo ordiarent ad aliqd̄ bonū eſſent miſerabiliores ceteris hoībus. Aut ergo ordinant ad bonū futurum aut ad bonū preſens. ſed ad bonū futuꝝ nō ordinant ſi nō eſt reſurrectio mortuoꝝ. Si aūt ordinant ad bonū p̄ſens. hoc vel eſt bonū intellect⁹ ſicut philoſophi naturales paupertates ⁊ alia multa maſa paſſi ſunt vt peruenirēt ad veram veritatē. Sed ad hoc nō poſſunt ordinari ſi nō eſt reſurrectio mortuoꝝ qꝛ ſic fides eoꝝ eſſet falſa qꝛ ipi predicauerūt reſurrectionē futuram. falſitas aūt nō eſt bonū intellectus. Uel eſt bonuꝫ moris ſicut morales philoſophi multa mala paſſi ſunt vt peruenirēt ad virtutes ⁊ famaꝫ. Sed nec ad hoc ordinari poſſunt qꝛ ſi reſurrectio mortuorū nō ſit nō reputat virtus ⁊ gloria velle oīa delectabilia dimittere ⁊ ſuſtinere penas mortis ⁊ cōtemptus ſed potius reputat ſtultitia. Et ſic patet ꝙ miſerabiliores eſſent ceteris hominibus.

## Lectio tercia.

N Unc autē xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientiū: quoniā quideꝫ per hoīem mors: ⁊ per hoīem reſurrectio mortuoꝝ. Et ſicut in adā oēs moriuntur: ita ⁊ in xp̄o oēs viuificabunt. Unuſquiſqꝫ autē in ſuo ordine primitie xp̄us. Deinde hi qui ſunt xp̄i in aduētu eius crediderūt. Deinde finis cū tradiderit regnū deo ⁊ patri. cū euacuauerit omnē principatū ⁊ poteſtatē et virtutē. Oportet aūt illū regnare donec ponat oēs inimicos ſub pedibus eius. Nouiſſime aūt inimica deſtruet mors. Oīa eīm ſubiecit ſub pedibus eius. Cū aūt dicat oīa ſubiecta ſunt ei: ſine dubio preter eū qui ſubiecit ei oīa. Cū aūt ſubiecta fuerint illi oīa: tūc ⁊ ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ſibi oīa: vt ſit deus oīa in oībus.

Hic p̄bat poſitā ſuperius cōditionalē eſſe veraꝫ ſcꝫ ſi xp̄s reſurrexit mortui reſurgūt. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit quō ſe habeat reſurrectio xp̄i ad reſurrectionē aliorū. Scd̄o oſtendit ordinē reſurrectiōis ibi. Unuſquiſqꝫ aūt in ſuo ordine ⁊c. Tercio oſtendit finem reſurrectiōis ibi. Deinde finis ⁊c. Circa primū duo facit. Primo oſtendit habitudinē reſurrectiōis xp̄i ad reſurrectionē alioꝝ: p cōditionalē predictā p̄bans hoc. Scd̄o p̄bat ipam habitudinē ibi. Quoniā quidē ⁊c. Dicit ergo Nūc id eſt ex quo dicta incōuenientia ſequūtur ſi xp̄us non reſurrexit. ideo ad ipa vitanda dicamus ꝙ xp̄s reſurrexit. Hoc autē veꝝ eſt ſm ꝙ Mat. vltimo dicit ⁊ alijs locis euāgelioꝝ. Sꝫ

reſurrectõis xp̄i habitudo ita ſe hꝫ ad reſurrectionē alioꝝ
ſicut primitie fructuū ad ſequētes fructus q̄ excedūt alios
fructus tempe ⁊ melioritate ſeu dignitate.et ideo dicit ꝙ
reſurrexit nõ ſicut alij ſed primitie id eſt p̄mo tempe ⁊ di-
gnitate. Apoc.I. Primogenit⁹ mortuoꝝ. Primitie dico
dormientiū.i. mortuoꝝ qui in ſpe reſurrectiõs quieſcūt.
Ex hoc poteſt inferri cõditionalis poſita q: ſicut dicimus
⁊ verū eſt ſi xp̄us qui eſt primitie dormientiū reſurrexit er
go ⁊ alij dormiētes. Sed cõtrariū videt̄ ſcꝫ ꝙ xp̄s non re
ſurrexit primitie dormientiuꝫ q: lazarus fuit reſuſcitat⁹ a
xp̄o nondū paſſo ⁊ aliq̄ prophete ſuſcitauerūt alios a mor
tuis vt habet̄ in veteri teſtamēto. Adhoc dicendū ꝙ du-
plex eſt reſurrectio. Una eſt ad vitā mortalē. ⁊ ad iſtā la-
zarus ⁊ alij q̄ ſuſcitati fuerūt reſurrexerūt ante xp̄m. Alia
ad vitam īmortalē ⁊ de hac loquit̄ hic apl'us. Sed cõtra.
Mat.27. Dicit̄ ꝙ multa corpa ſanctoꝝ ſurrexerūt. Cuꝫ
ergo hoc legat̄ ante xp̄i reſurrectionē ⁊ cõſtet ꝙ nõ ſurre-
rūt ad vitā mortalē. videt̄ ꝙ adhuc reſtet queſtio prima.
Re°.dicendū ꝙ hoc qđ ma.dicit̄ de reſurrectiõe illoꝝ di
cit per anticipationē q: licet dicat̄ in tractatu de paſſione
nõ tūc reſurrexerūt ſed poſtꝙ xp̄s reſurrexit. ¶ Quoniā
quidē ⁊c. Hic ꝓbat habitudinē poſitā ſcꝫ ꝙ xp̄s ſit primi
tie dormientiū. Et primo ꝓbat in generali. Scđo in ſpēa
li ibi. Et ſicut in adā ⁊c. Probat in generali tali rõne. de
us voluit reintegrare humanā naturā. ſed humana natu
ra corrupta eſt per hoīem q: mors intrauit ꝑ hoīem. Per
tinebat ergo ad dignitatē hūane nature vt reintegraret̄ ꝑ
hoīem. hoc autē eſt vt reducat̄ ad vitā. Cõueniens ergo
fuit ſicut mors intrauit per hoīem ſcꝫ per adā. ita reſurre-
ctio mortuoꝝ fieret per hoīem ſcꝫ per xp̄m. Ro.5. Si eñ
vni⁹ delicto ⁊c. ¶ Et ſicut ī adā Hic ꝓbat idē in ſpēali di
cens: ꝙ ſicut in adā oēs morimur morte corpali ita ⁊ oēs
viuificamur in xp̄o. Ro.5. Per vnuꝫ hoīem ⁊c. Et nõ di
cit per euā. qđ videt̄ cõtra illud Eccl'.25. Per illam oēs
morimur. Dicendū ꝙ hoc eſt per illā euā ſcꝫ ſuggerentē
ſed per adā ſicut cauſantē. Nā ſi ſolū eua peccaſſet pecca-
tū originale nõ fuiſſet traductū in poſteros. Uiuificabunt̄
inꝙ in xp̄o oēs ſcꝫ boni ⁊ mali vita nature ſed vita gratie
nõ niſi boni. ſed tamē apl'us loquit̄ hic de reſurrectõe ad
vitā nature ad quā oēs viuificabunt̄. Jo.5°. Sicut pater
hꝫ vitā in ſemetip̄o ita ⁊ filio dedit vitā hr̄e.i. viuificādi
virtutē. Jo.5. Oēs qui in monumētis ſunt ⁊c. ¶ Unuſ-
q̄ſq; aūt in ſuo ordine ⁊c. hic oſtendit ordinē reſurrectõis
Et primo inſinuat ip̄m ordinē. Scđo manifeſtat id qđ di
xerat ibi. Primitie xp̄us ⁊c. Dicit ergo ꝙ verū eſt ꝙ oēs
in xp̄o viuificabunt̄ ſed tamē differūt. q: differētia erit in-
ter caput ⁊ mēbra. ⁊ differētia erit ꝗtū ad bonos ⁊ malos
Et ideo dicit ꝙ vnuſq̄ſq; reſurget in ſuo ordine ſcꝫ digni
tatis. Ro.13. Que a deo ſunt ordinata ſunt. Sed hūc or-
dinē ꝯſequēter manifeſtat q: primitie xp̄s q: ip̄e eſt prior
tempe ⁊ dignitate q: plus de gloria. Jo.I. Uidimus euꝫ
quaſi vnigenitū ⁊c. Deinde reſurgēt oēs qui ſūt xp̄i poſte
riores tempe ⁊ dignitate. Et iſti ſunt qui carnē ſuā cruci-
fixerūt cum vitijs ⁊c. Gal'.4. At vbi venit plenitudo.I°.
thi.6. Serues mandatū ſine macula irrep̄henſibile vſq;
in aduentū dñi noſtri. ¶ Qui autē ſint xp̄i exponit dicēs.
Qui crediderūt per fideꝫ per dilectionē operantē. Heb.
II. Accedentē ad deū oportet credere ⁊c. In aduētu eius
primo ⁊ ſecūdo. Sed ſciēdū ꝙ inter alios ſanctos nõ erit
ordo tempis q: oēs reſurgēt in ictu oculi ſed bene ſm̄ di-
gnitates q: martir reſurget vt martir: apl'us vt apl's ⁊ ſic
de alijs. ¶ Deinde finis. Hic oſtendit finē reſurrectiõis
⁊ hūc duplicē. Unū ꝗtuꝫ ad adeptionē boni. Aliū ꝗtum
ad remotionē mali ibi. Oportet autē illū regnare ⁊c. Cir
ca primū duo facit. Primo oſtendit ꝙ adeptio ip̄ius bo-
ni cõſiſtit in inherētia ad deū. Scđo oſtēdit ꝙ in īmedia-

ta inherentia ibi. Cū euacuauerit ⁊c. Dicit ergo ꝙ dein-
de id eſt poſt hoc erit finis reſurrectiõis. ⁊ finis huiuſmõi
non erit vt viuāt vita corporis ⁊ voluptatib⁹ vt iudei ⁊ ſa
raceni fingūt ſed ꝙ inhereāt deo per immediatā viſioneꝫ
⁊ beatā fruitionē. ⁊ hoc eſt tradere regnū deo ⁊ patri. Et
ideo dicit. Cū tradiderit id eſt perduxerit regnū id eſt fide
les ſuos quos ꝓprio ſanguine acq̄ſiuit. Apo.5. Redemi
ſti nos in ſanguie deo tuo. Deo ⁊ patri id eſt ante ꝯſpectū
dei.i. creatoris ſui inquantū eſt homo ⁊ patris inꝗtuꝫ eſt
deus. Et hoc eſt qđ petebat philippus. Jo.14. Dñe oſtē
de nobis patrē ⁊c. Sed ſic tradet vt ſibi nõ adimat immo
ip̄e vnus deus cū patre ⁊ ſancto ſpū regnabit. Uel cū tra-
diderit regnū deo ⁊ patri.i. cū oſtendet deū patrē regnare
In ſcriptura eñ tunc dicunt̄ aliqua fieri quādo primo in
noteſcūt. ⁊ hmõi innoteſcentia fit per xp̄m. Math.II. Ne
mo nouit patrē niſi filius ⁊ cui ⁊c. ¶ Cū euacuauerit. Hic
oſtendit īmediationē dicte inherentie. Sicut eñ dicitur
Gal'.4. Quāto tempe heres paruulus eſt: eſt ſub tutori-
bus ⁊c. Sed qñ iam eſt magnus ⁊ perfect⁹ tunc īmediate
abſq; pedagogo ⁊ tutore ſub patre eſt in domo. Stat⁹ au
tem huius vite p̄ntis aſſimilat̄ pueritie ⁊ ideo in vita iſta
ſumus ſub angelis ſicut ſub tutoribus inꝗtum preſūt no
bis ⁊ dirigūt nos. ſed qñ tradet̄ regnū deo ⁊ patri tūc im-
mediate erimus ſub deo ⁊ ceſſabūt oīa alia dñia. ⁊ hoc eſt
ꝙ dicit. Et cū euacuauerit omnē principatū ⁊ poteſtatē ⁊
virtutē.i. cū ceſſauerit omne dñiuꝫ tam humanū ꝙ ange-
licū tunc īmediate erimus ſub deo. Eſa.2. Exaltabit̄ dñs
ſol⁹ in die illa. Jere.31. Nõ docebit vltra vir ꝓximū ſuū
⁊c. Sed nūquid nõ remanebūt ordines angeloꝝ diſtincti.
Dicendū ꝙ ſic ꝗtum ad eminentiā glorie: qua vn⁹ alteri
preeminet. ſed nõ ꝗtum ad efficatiā executiõis ad nos. et
ideo illos dicit euacuari quoꝝ noīa pertinēt ad executio-
nē ſcꝫ principat⁹ poteſtates ⁊ virtutes. Illos aūt qui ſūt
de ſuperiori ierarchia nõ noīat q: non ſunt exequētes nec
angelos q: eſt nomen cõmune. Dñatiões autem nõ dicit
euacuari q: licet ſint de exequētibus nõ tamē ipſi exequū
tur ſed dirigunt ⁊ imperāt. Dñoꝝ eñ eſt dirigere ⁊ impe
rare nõ exequi. Archāgeli vero intelligunt̄ cū principati
bus. archos eñ ideꝫ eſt qđ princeps. Hi tres ordines ſm̄
Grego. legunt̄ deſcēdendo q: ſm̄ ip̄m principatus ſūt ſu-
per poteſtates. ⁊ poteſtates ſup virtutes. ſed ſcđm Dyo.
aſcendēdo q: vult ꝙ virtutes ſint ſup poteſtates. ⁊ pote-
ſtates ſup principat⁹. Uel aliter cū euacuauerit ⁊c. id eſt
tūc erit notū ꝙ principat⁹ ⁊ poteſtates ⁊ dñationes nihil
poteſtatis habuerūt ex ſeip̄is ſed a deo ex quo ſunt oīa.
¶ Deinde cū dicit. Oportet autē illū ⁊c. oſtendit aplus fi
nē reſurrectiõis quo ad remotionē mali. Qđ quidē oſten
dit per deſtructionē oīm inimicoꝝ ad xp̄m. Et primo po-
nit ipſoꝝ deſtructionē. Scđo ſubiectiõis perfectionē ibi.
Nouiſſime aūt ⁊c. Tercio ſubiectiõis finē ibi. Cū autem
ſubiecta fuerint ⁊c. Dicit ergo primo. dixi ꝙ finis erit cū
tradiderit regnū deo ⁊ patri. Sed nunq̄d xp̄us hꝫ regnū
ita ꝙ oportet illū regnare. ſic eñ dicit Mat.vlt. Data eſt
mihi ⁊c. Luc.I. Et regnabit in domo iacob Oportꝫ inꝗ
donec ponat inimicos ſuos ſub pedib⁹ eius. Et nunquid
modo nõ ſunt inimici eius ſub pedib⁹.i. ſub poteſtate xp̄i
Dicendū ꝙ modo inimici xp̄i ſunt ſub ptāte eius: ſed du-
pliciter. Uel inquantū per ip̄m conuertunt̄ ſicut Paulus
quē ꝓſtrauit Act.9. Uel inquantū xp̄us facit voluntateꝫ
ſuā: etiā de his qui faciunt hic contra voluntatē xp̄i. Sic
ponit inimicos ſuos ſub pedibus ſuis puniēdo eos ſed in
futuro ponet ſub pedibus id eſt ſub humanitate xp̄i. Si-
cut eñ per caput deitas xp̄i intelligit̄ quia caput xp̄i de⁹.
I°.corinth.II. Ita per pedē humanitas. p̄s. Adorabim⁹
in loco vbi ſteterūt pedes ei⁹ ⁊c. Sic ergo inimici erūt nõ
ſolū ſub deitate ſꝫ etiā ſub hūanitate xp̄i. phil'.2. In noīe

ieſu omne genu ⁊c. Sed q̃d eſt ꝙ dicit. Donec ponat ⁊c. Nunq̃d non regnabit priuſq̃ poſuerit inimicos ſub pedibus? Dicendū ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. nā ly donec. q̄nq; determinat tēpus ⁊ ponit̄ ꝓ finito. ſicut ſi dicerē nō videbo deū donec moriar. q2 vſq; tūc nō videbo ſed poſtea videbo. Q̄nq; ponit̄ ꝓ infinito ſicut cū dicit̄. Nō cognouit eā donec peperit filiū ſuū. Non ꝙ velit dicere ꝙ nō cognouit eā ſolū vſq; ad partū filij ſed nec etiā poſt eā q̃ cognouit ſicut dicit Iero. Iſte modus ſeruat̄ q̄n aliqui intēdunt excludere illa ſolū de quibꝰ eſt dubiū. Unde euangeliū excluſit illud ſolū qḋ videt̄ eſſe dubiū ſcȝ ꝙ ioſeph cognouiſſet beatā virginē ante partū. Hoc vero ꝙ poſt partū nō cognouit eā nulli eſt dubiū cū tot myſteria pueri viderit ⁊ totiēs ab angelis monitꝰ ſit ⁊ adoratꝰ etiā a magis ieſus fuiſſet. vnde poterat eā iā dei matrē cognoſcere. ⁊ ideo nō curauit hoc excludere. ſic etiā loquit̄ hic apl's. ꝙ em̄ aliq̄s regnet adhuc inimicis nō ſubiugatis videt̄ eſſe dubiū: ſed ꝙ regnet poſtq̃ inimici ſubiugati ſunt nulli eſt dubiū. ⁊ ideo illud excludit principalit̄ dicens donec ponat ⁊c. Quaſi dicat verū eſt ꝙ xp̄s habet regnū ⁊ licȝ ſint aliq̄ inimici dū nō faciūt voluntatē ſuā tn̄ regnat donec ponat ⁊c. Pōt etiā alio mō intelligi donec ponat ⁊c. vt ly donec determinet tp̄us ⁊ ponat̄ ꝓ futuro vt dicatur ſic. Oportȝ illū regnare. Sȝ q̄n? donec ponat ⁊c. quaſi dicat: vſq; tūc regnabit quouſq; ponat inimicos ſub pedibꝰ poſtea vero nō regnabit. Sed ſm̄ hāc expoſitionē regnare nō importat regnū hr̄e ſed in regnādo ꝓficere ⁊ regnū augeri. ⁊ hoc q̄ntū ad manifeſtationē perfectā regni xp̄i. quaſi dicat: Regnū xp̄i paulatī ꝓficit inq̄ntū ſcȝ manifeſtat̄ ⁊ innoteſcit donec ponat inimicos ſub pedibꝰ. i. quouſq; oēs inimici regnare eū fateant̄. Boni quidē cū gaudio btitudinis. mali vero cū ꝯfuſione et poſtea nō regnat id eſt regnū ſuū nō ꝓficit ⁊ nō amplius manifeſtat̄ q2 iam plene manifeſtū erit. Sic ergo patet oīm aduerſantiū ſubiectio. que quidē ſubiectio ꝑfectiſſima erit q2 etiā illud qḋ maxīe inimicat̄ ſubijciet̄ ſibi. hoc aūt eſt mors que maxīe ꝯtrariat̄ vite. ⁊ ideo dicit. Nouiſſime aūt ⁊c. vbi tria facit Primo ponit ſubiectionē mortis. Scḋo ꝓbat hoc ꝑ auctoritatē ibi. Oīa em̄ ſubiecit ⁊c. Tercio ex ipa auctoritate arguit ibi. Cū aūt dicat ⁊c. Dicit ergo: dixi ꝙ oēs inimicos ſubiecit ſub pedibꝰ eius. Sed qualit̄? Perfectiſſime inq̄ q2 nouiſſime inimica mors deſtruet̄ ſcȝ in fine: q2 nō poterit eſſe cū vita vbi oēs ꝑ reſurrectionē viuēt Oſee 13. Ero mors tua o mors. Eſa. 20. Precipitabit mortē in ſempiternū. ¶ Sciendū eſt aūt ꝙ origenes ex hoc verbo ſumpſit occaſionē erroris ſui quē ponit in ꝑiarchon. Ipſe em̄ voluit ꝙ pene dampnatoꝝ eſſent purgatorie ⁊ nō eterne ⁊ voluit ꝙ oēs qui ſunt in inferno q̄nq; ꝯuerterent̄ ad xp̄m ⁊ ſaluarent̄ ⁊ etiā diabolꝰ. Et hoc ꝯfirmat ꝑ iſta verba. donec ponā inimicos ⁊c. Et intelligit ꝙ hoc qḋ dicit̄ inimicos ſub pedibꝰ ſolū intelligit̄ de ſubiectiōe que fit ꝑ ꝯuerſionē peccatoꝝ ad deū nō de ſubiectiōe qua ſūt ſubiecti xp̄o etiā illi qui nunq̄ ꝯuertunt̄ ad xp̄m inq̄ntū punit eos in inferno. Et iō dicit. Opȝ illū regnare donec ponat inimicos ſub pedibꝰ q2 tūc oēs dānati ⁊ q̄ ſunt in inferno ſaluabunt̄ inq̄ntum ſcȝ ꝯuertent̄ ad ipm̄ ⁊ ſeruiūt ei ⁊ non ſolū ipſi homīes dānati aūt ꝓ ſed nouiſſime ipa mors. i. diabolus deſtruet̄ nō ꝙ nō ſit oīo. ſed ꝙ nō ſit mors quia etiā ipſe diabolꝰ in fine ſaluabit̄. Sȝ hoc eſt hereticū ⁊ dānatū in cōcilio. ¶ Iteꝝ ſciēdū eſt ꝙ aplus ſignāter poſuit hoc qḋ dicit̄ nouiſſime aūt ⁊c. ad remouendū duas q̄ſtiones que poſſent fieri circa p̄dicta de reſurrectiōe. ſcȝ. vtrū xp̄s poſſet viuificare mortuos? Et hoc ſoluit̄ q2 oēs inimicos poſuit ſub pedibꝰ eius ⁊ etiā ipam mortē. Et q̄re nō ſtatī reſuſcitauit. Ad qḋ rn̄det ꝙ opȝ ꝙ primo ſubijciat inimicos ſub pedibꝰ ⁊ nouiſſime cū deſtruet̄ ipa mors tunc reſurgēt oēs ad vitā. Nō ergo differt q2 nō pōt ſed vt ſeruet ordinē. q2 que a deo ſūt ordiata ſūt. Q2 aūt ipa mors ſubijciat̄ xp̄o ꝓbat ꝑ auctoritatē. p̄s. Oīa ſubiecisti ſub pedibꝰ. i. ſub humanitate eiꝰ ſcȝ xp̄i. phil. 2. Oīs lingua ⁊c. Eſa. 45. Mihi curuabit̄ oē genu ⁊c. Ex hac autē auctoritate argumentat̄ dicēs. Cū aūt dicat ⁊c. Et eſt rō ſua talis. Propheta dicit oīa ſubiecisti ⁊c. Sed dicendo oīa ꝯſtat ꝙ nihil excluſit niſi illū q̄ ſubiecit ergo ſubiecta ſunt xp̄o oīa ⁊ ipa mors. Dicit ergo. Cū aūt dicat pſalmiſta ſcȝ oīa ſubiecta ſunt ei ſcȝ xp̄o inq̄ntum hoī preter eū ſcȝ prē q̄ ſubiecit ſibi oīa. heb. 2. In eo q̄ oīa ſibi ſubiecit ⁊c. mat. vlt. Data eſt mihi oīs ptās ⁊c. Sed ꝯtra. ſi pater ſubiecit oīa filio ergo filiꝰ eſt minor patre. Reꝰ dicendū eſt ꝙ pater ſubiecit oīa filio inq̄ntū eſt hō vt dictum eſt ⁊ ſic pr̄ eſt maior filio. Eſt em̄ minor pr̄e ſm̄ humanitatē: equalis vero ſm̄ diuinitatē. Uel dicendū ꝙ etiā ipe filiꝰ inq̄ntū deꝰ ſubiecit ſibi oīa q2 ſic pōt oīa q̄ pater pōt. phil. 3. Saluatorē expectamꝰ ⁊c. ſm̄ operationē qua potens eſt ſubijcere oīa. ¶ Cōſequēter cū dicit. Cū aūt ſubiecta fuerit̄ illi oīa ⁊c. Oñdit finē huiꝰ reſurrectiōis nō eſſe in hūanitate xp̄i ſed vlterius ꝑducet̄ rōnalis creatura ad ꝯtemplationē diuinitatis ⁊ in ea eſt beatitudo nr̄a ⁊ finis nr̄ ipſe deus eſt. ⁊ iō dicit cū aūt ſubiecta ⁊c. Quaſi dicat. Nondū deꝰ ſubiecit oīa xp̄o. ſed cū oīa fuerint ei ſubiecta ſcȝ xp̄o tūc ipſe filius ſm̄ humanitatē ſubiectus erit illi ſcȝ pr̄i. Ioh. 14. Pr̄ maior me eſt. ⁊ ſubiectꝰ eſt nūc ēt xp̄s ſm̄ ꝙ hō patri ſed hoc tūc manifeſtius erit. Et rō huiꝰ ſubiectiōis eſt vt ſit deus oīa in oībus. i. vt aīa homīs totaliter requieſcat in deo ⁊ ſolus deus ſit btitudo. Modo em̄ in vno eſt vita. ⁊ virtus in alio ⁊ gloria in alio: ſed tūc deꝰ erit vita ⁊ ſalus ⁊ virtus ⁊ glia ⁊ oīa. Uel aliter ita vt ſit deus oīa in oībꝰ q2 tunc manifeſtabit̄ ꝙ quicq̃d boni habemꝰ eſt a deo.

## Lectio quarta.

Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omino mortui nō reſurgunt vt quid ⁊ baptizantur pro illis? Ut quid ⁊ nos periclitamur oī hora. Quottidie morior ꝓpter veſtrā gloriam fratres quā habeo in xp̄o ih̄ū dn̄o noſtro. Si ſcḋm hominem ad beſtias pugnaui epheſi. quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? Māducemus ⁊ bibamꝰ: cras em̄ moriemur Nolite ſeduci. Corrūpunt mores bonos colloquia mala Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare Ignorantiā em̄ dei quidā habent. Ad reuerentiā vobis loquor.

Oſtenſa reſurrectiōe mortuoꝝ ex reſurrectiōe xp̄i: hic cōſequēter oſtendit reſurrectionē mortuoꝝ ex vita ſanctoꝝ. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓbat ꝓpoſitū. Scḋo ſubiungit ammonitionē ibi. Nolite ſeduci ⁊c. Probat autē ꝓpoſitū ducendo ad tria incōuenientia. Primū incōueniens eſt ꝙ fruſtret̄ deuotio hominū ad baptiſmū. Secundū eſt ꝙ fruſtret̄ labor ſanctoꝝ. ⁊ hoc ponit ibi. Ut quid ⁊ nos periclitamur ⁊c. Terciū eſt ꝙ daret̄ occaſio fruendi voluptatibus. Et hoc ponit ibi. Manducemus ⁊ bibamus ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit primū incōueniens. Secundo explicat illud ibi. Si oīno mortui ⁊c. Dicit ergo primo. dixi ꝙ mortui reſurgūt. Alioquin ſcȝ ſi nō eſt reſurrectio mortuoꝝ futura vt nos predicamꝰ quid facient qui ⁊c. hoc poteſt dupliciter intelligi. Uno modo

vt per hoc ꝙ dicit mortuis intelligant̃ opera peccati que
ſunt mortua q̄ carēt vita gratie ⁊ ducūt ad mortē. heb. 9
Sāguis xp̄i emūdabit ⁊c. Et ſ͡ꝫ hoc plana eſt lr̄a. Quid
ſc̄ꝫ facient illi qui baptizant̃ pro mortuis. i. pro peccatis
abluendis. ſi non ſint vitā gratie habituri? Alio modo q̄
quidā tūc tempis volebāt ꝙ hoīes poſſent primo bapti-
zari vt ſibijpſis remiſſionē peccatoꝝ conſequerent̃ ⁊ iteꝝ
baptizabant̃ ꝓ aliquo cōſanguineo ſuo defuncto vt etiā
poſt mortē dimitterent̃ ei peccata. Et ſcd̄m hoc ſit littera.
Quid faciēt qui baptizant̃ pro mortuis ſc̄ꝫ cōſanguineis
ꝓ quoꝝ ſalute baptizant̃ ſi nō ſit reſurrectio mortuoꝝ. ſ͡ꝫ
iſti in aliquo cōmendari poſſunt. ſc̄ꝫ in hoc ꝙ fidē reſurre
ctiōis videbant̃ habere. ſed in aliquo poſſūt rep̄hendi in
hoc ſc̄ꝫ ꝙ vnū credebāt poſſe pro alio baptizari. Sed tūc
eſt queſtio. Si oratio vniꝰ ꝓdeſt alteri: quare nō etiā ba-
ptiſmus? Ad hoc eſt duplex reſpōſio. Una eſt ꝙ opa que
faciūt viui ꝓſunt mortuis ꝓpter vnionē caritatis ⁊ fidei.
Et ideo nō ꝓſunt niſi illis qui decedūt cū caritate et fide.
Unde infidelibus nec oratio nec baptiſmus viuoꝝ ꝓſunt
tamē oratio ꝓdeſt illis qui ſunt in purgatorio. Alia reſpō
ſio ⁊ melior q̄ bona opera valēt mortuis nō ſolū ex vi ca-
ritatis ſed etiā ex intentiōe facientis. Sicut ſi ego dicerē
pſalteriū ꝓ aliquo qui eſt in purgatorio qui tenebat̃ dice-
re vt ſatiſfaciā pro eo valet quidē q̄ꝛtum ad ſatiſfactionem
ſolū illi pro quo dico. Dicendū eſt ergo ſ͡m hoc ꝙ bapti-
ſmus nō habet virtutē ex intentiōe noſtra: ſed ex intētio-
ne xp̄i. Intentio aūt xp̄i eſt vt baptiſmus illis ꝓficiat qui
in xp̄i fide baptizant̃. ¶ Conſequēter iſtud incōueniēs ex
plicat dicens: Si oīo ⁊c. Et iſta explicatō videt̃ magis cō
uenire ſecūde expoſitiōi ſupra poſite. Quaſi dicat: Ut q̄d
baptizant̃ ꝓ illis id eſt ꝓ mortuis ſi nō reſurgūt: ſed ſi ſ͡m
primā expoſitionē exponat̃ tūc ſic poteſt dici. Si oīo mor-
tui nō reſurgūt vt quid etiā baptizant̃ ꝓ illis. i. pro pecca
tis cuꝫ ipſa nō dimittant̃. ¶ Ut quid periclitamur ⁊c. hic
ponit ſecundū incōueniens. ⁊ circa hoc duo facit. Primo
ponit incōueniens in cōmuni. Scd̄o in ſpēali ibi. Quot-
tidie ⁊c. Dicit ergo nō ſolū fruſtra baptizant̃ aliqui ꝓ re
miſſione peccatorū ſed nos etiā fruſtra affligimur ſi reſur-
recto mortuoꝝ nō eſt. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit. Ut quid ⁊ nos ſan
cti ap̄li periclitamur. i. pericula patimur om̄i hora. 2ᶜ co-
rint. 11. Periculis fluminū p̄iculis ⁊c. Conſtat em̄ ꝙ ſan
cti exponūt ſe tribulatiōibus ⁊ affligūt ſeipſos ꝓpter ſpeꝫ
vite eterne. ſ͡ꝫ illud Ro. 5. Nō ſolū aūt ſed ⁊ gloriamur
⁊c. Spes autē non cōfundit ⁊c. Si ergo reſurrectio mor-
tuoꝝ nō ſit: totaliter ſpes perit. Fruſtra ergo affligerēt ſe
ſi mortui nō reſurgūt. Nec obſtat ſi dicat̃ ꝙ aīa ſeparata
premiat̃. q̄ vt ꝓbatū eſt ſupra nō poſſet ꝓbari ꝙ aīa eſſet
mortalis. ¶ Conſequēter cū dicit. Quottidie ⁊c. enume
rat pericula in ſpēali. ⁊ primo quantū ad perſonaꝫ. Scd̄o
quantū ad locū ibi. Si ſ͡m hoīem ad beſtias ⁊c. Manife-
ſtat ergo in ſpēali pericula quātū ad perſonā ſuā. vnde di
cit. Quottidie morior ⁊c. Quaſi dicat. Non quecūq; pe
ricula patimur ſed etiā mortis: q̄ quottidie morior. i. ſuꝫ
in periculis mortis. p̄s. Propt̄ te mortificamur tota die.
Et hoc oſtendit ap̄ls Ro. 8. In perſona ap̄loꝝ eſſe dictū
2ᶜ corint. 4. Sēp mortificationē ⁊c. Propter gloriā ve-
ſtrā. i. vt ego acquirā gloriā quā expecto ex veſtra cōuer-
ſione ad fidē 1ᶜ. theſ. 2°. Uos eſtis gloria nr̄a ⁊ gaudium
habeo. i. ſpero me habituꝝ in xp̄o hieſu dn̄o noſtro. i. per
caritatē xp̄i. Alia lr̄a habet per gloriā ⁊c. ⁊ tūc ly per glo
riā eſt verbū iurātis. Quaſi dicat. per gloriā veſtrā quam
ſc̄ꝫ expectatis que eſt deus. Ac ſi diceret. Iuro per deum
quē habeo in ſpe in xp̄o hieſu. i. per paſſioneꝫ ⁊c. Ex quo
apparet ꝙ etiā ap̄lus iurauit ⁊ ꝙ in viris perfectis iurare
nō eſt peccatū. ¶ Sed ſi hoīem ⁊c. Hic ſpecificat pericula
quantū ad locū. Ubi ſciendū eſt ꝙ hoc legit̃ act. 19. vbi di

cit̃ ꝙ cū paulus apud epheſū multos cōuertiſſet ad fidem
quidā concitauerūt cōtra eum populū in tantū ꝙ nō eſſet
auſus exire in theatruꝫ ⁊ ꝙ multa pericula ſit ibi paſſus.
Ergo forte facit hic de hoc mentionem q̄ e vicino paſſus
hoc fuerat. Dicit ergo Si ſ͡m hoīeꝫ. i. ſ͡m rōnē ex qua ho
mo eſt hoc diſputādo de reſurrectiōe cōcludens ꝙ homo
nō morit̃ ſicut beſtia. Pugnaui ad beſtias. i. ad hoīes be
ſtialiter viuētes apud epheſuꝫ. Uel ſi pugnaui ad beſtias
epheſi ⁊ hoc dico nō ex reuelatiōe diuina ſed ſ͡m hominē
id eſt ex inſtinctu humano ſi tot pericula paſſus ſum ⁊c.
¶ Deinde cū dicit. Manducemꝰ ⁊c. ponit tertiū incōue-
niens q̄d eſt ſi reſurrectio mortuorū nō eſſet daret̃ occaſio
fruendi voluptatibꝰ. Quaſi dicat ſi nō eſt alia vita ſtulti
ſumus ſi affligimus nos: ſed māducemus et bibamus. i.
vtamur delitijs ⁊ fruamur voluptatibꝰ. Sap. 2. Non eſt
qui ſit agnitus ⁊c. Uenite fruamur ⁊c. Cras eniꝫ id eſt in
ꝓximo moriemur totaliter ⁊ deficiemus in aīa ⁊ corpe ſi
mortui nō reſurgūt. ¶ Deinde cū dicit. Nolite ſeduci. Ex
predictis cōcludit ammonitionē ⁊ primo quantū ad infir
mos. Scd̄o vero quantū ad perfectos ⁊ iuſtos ibi. Uigi-
late iuſti ⁊c. Circa primū duo facit. Primo reddit eos at
tētos dicēs: Nolite ſeduci. Quaſi dicat. dictū eſt ꝙ ſi re
ſurrectio mortuoꝝ nō ſit: ſtultū eēt nō vti laſciuijs ⁊ volu
ptatibꝰ. Ne ergo ad laſciuias inducamī nolite ſeduci ab
his qui negāt r̄ſurrectionē. Coll'. 2°. Uidete ne quis vos
ſeducat ⁊c. Scd̄o rationē attentiōis aſſignat dicēs. Cor-
rumpūt ⁊c. Quaſi dicat. Ideo nolite ſeduci q̄ colloquia
mala illorū ſc̄ꝫ qui negāt reſurrectionē corrumpūt bonos
mores. 2ᶜ. thi. 2°. Sermo coꝝ ſerpit vt cācer. Iero. dicit
ꝙ hoc eſt ſumptū ex dictis gentiliū: ⁊ eſt verſus cuiuſdaꝫ
menādri. Et ex hoc vt ipſe dicit argumentū habemus ꝙ
licet nobis q̄n̄q; in ſacra ſcriptura vti auctoritatibꝰ genti
liū. ¶ Deinde cū dicit: Uigilate ⁊c. ponit āmonitionē q̄ꝛ-
tū ad perfectos. Poſſent em̄ dicere ꝙ a colloquijs illorū
debēt cauere infirmi qui de facili ſeducunt̃. perfecti aūt nō
ſic ſeduci poſſunt. Ap̄lus aūt vult ꝙ etiā perfecti ſint cau
ti. Unde circa hoc duo facit. Primo reddit eos attentos
dicēs: Uigilate iuſti. i. vos qui reputamini iuſti vigilate
id eſt ſolliciti ſitis. Math. 24. Uigilate quia neſcitis ⁊c.
Apoc. 16. Beatꝰ qui vigilat ⁊c. Scd̄o rationē aſſignat
dicens: Nolite ⁊c. ⁊ hāc duplicē quaꝝ vnā ꝓpter ſeipſos
Nullus em̄ eſt adeo perfectus q̄n debeat ſibi cauere a pec
catis. Inertia aūt ⁊ torpor frequēter inducit ad peccatuꝫ.
vnde ne peccēt inducit eos ad vigiliā. ⁊ ideo dicit. ⁊ noli
te peccare. i. ne peccetis. Tob. 4. In mēte habeto deum
⁊ caue ne aliq̄n peccato cōſentias. Aliā rōnem inducit ꝓ
pter alios q̄ nō ſolū ꝓpter ſeipſos ſint ſolliciti: ſed ⁊ pro-
pter alios ne illi ſeducant̃. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit. Quidā enim
hn̄t ignorantiā dei. i. nō rectam fidē. Ro. 10. Ignorātes
dei iuſticiā ⁊c. ¶ Et hoc loq̄r vobis ad reuerentiā veſtraꝫ
vt ſitis cauti. Uel ad verecundiā v̄raꝫ q̄ verecūdū eſt vo
bis qui reputamī ſapiētes ⁊ inſtructi in fide ꝙ ſint aliqui
inter vos ignorantiā dei habētes. i. nō rectā fidem.

Lectio quinta.

Sed dicet aliq̄s. Quō reſurgūt mor-
tui? Quali autē corpore veniēt? In
ſipiens tu: quod ſeminas nō viuifi-
cat̃: niſi prius moriatur Et q̄d ſeminas? Nō
corpus quod futurū eſt ſeminas. ſed nuduꝫ
granum: vt puta tritici. aut alicuius ceteroꝝ
Deus aūt dat illi corpus ſicut vult. ⁊ vnicui
q; ſeminū propriuꝫ corpus.

Superius apl's ꝓbauit reſurrectionē mortuoꝝ. hic oſten
dit qualitatē ꝛ modū reſurgentiū. Et circa hoc duo facit.
Primo mouet queſtionē circa qualitatē reſurgentiū. Se
cūdo ſoluit ibi Inſipiēs tu. ꝛc. Circa reſurrectionē fuerūt
duo errores. Quidā enī totalr̄ negabāt reſurrectiōꝫ mor
tuoꝝ futurā. Cū enī non cōſiderarēt niſi principia nature
ꝛ poſſe: ꝛ viderēt ꝙ ſm̄ principia nature ꝛ poſſe nullꝰ de
morte poteſt redire ad vitaꝫ. nec cecus poteſt recuperare
viſuꝫ. ideo totaliter negauerūt reſurrectionē ex quoꝝ per
ſona dicit̄ ſap. 2°. Umbre tranſitus eſt tempus noſtrū ꝛc.
Et ibidē De nihilo nati ſumꝰ ꝛc. Job. 14. Putaſne mor
tuus homo rurſuꝫ viuat ꝛc. Alij aūt dixerūt reſurrectio
nē mortuoꝝ futurā eſſe. ſed dicebāt ꝙ reſurgebāt ad eun
dē modū viuendi ꝛ ad eoſdē actus. Et hoc etiā poſuerūt
quidā phi qui dicūt poſt multa annoꝝ curricula plato ad
huc reſurget ꝛ habebit eoſdeꝫ ſcolares athenis quos ali
qn̄ habuit. Hoc etiā aſſerūt phariſei Ma. 22. de muliere
ſeptem viroꝝ. vnde dicebant: In reſurrectione cuiꝰ erit?
Saraceni etiā fingunt ꝙ habebūt poſt reſurrectionē vxo
res et voluptates ꝛ delitias corꝑales. Job. 20. Non vi
deat riuulos flumīs torrentis mellis ꝛ butiri. Contra q̄s
dicit̄ Mat. 22. ꝙ erūt ſicut angeli dei in celo. Has ergo
duas queſtiōes mouet hic aplus primā cū dicit: Quō re
ſurgūt mortui: quō eſt poſſibile ꝙ mortui q̄ ſunt cinis poſ
ſint reſurgere? Scdam cū dicit: quali aūt corꝑe venient?
quaſi dicat: Nunquid cum tali corꝑe reſugernt cuꝫ quali
ſumus modo. Has duas queſtiones ſoluit cū dicit: Inſi
piēs ꝛc. Primo ſoluit ſcdam. Scdo vero ſoluit primam
ibi. Ecce myſteriū vobis dico ꝛc. Ad intellectū autē eoꝝ
que aplus ponit in prima parte oportet inueſtigare quid
aplus intēdit. Intendit aūt in iſta parte aplus oſtendere
ꝙ mortui reſurgūt ꝛ ꝙ erit eadē ſubſtātia. Ubi primo po
nit ſimilitudines. Scdo adaptat ibi. Sic etiā reſurrectio
mortuoꝝ ꝛc. Tertio ꝓbat ibi. Si eſt corpꝰ aīale ꝛc. Cir
ca primū duo facit. Primo ꝓponit ſilitudines in vna ſpe
cie. Scdo in diuerſis ſpeciebꝰ ibi. Non oīs caro eadē ca
ro ꝛc. Circa primū ſciendū eſt ꝙ videmus in vna ꝛ eadeꝫ
ſpecie ꝙ vna res in via generatiōis habet diuerſas qua
litates ꝛ formas ſicut granū aliā formā ꝛ qualitatē habet
qn̄ ſeminat̄. aliaꝫ qn̄ pullulat. aliā qn̄ iam eſt in herba. Et
ideo ex hac ſilitudine aplus intendit oſtendere qualitatē
reſurgentiū. Unde circa hoc tria facit. Primo cōparat or
dinē ſeminatiōis ad pullulationē. Scdo differentiā qua
litatis in ſemine ꝛ in pullulatiōe ibi. Tu qđ ſeminas ꝛc.
Tertio cauſā qualitatis in pullulatiōe ibi. Deus aūt ꝛc.
Dicit ergo inſipiens ꝛc. Sed cōtra. mat. 5°. Qui dixerit
fratri ſuo racha ꝛc. Dicendū ꝙ dn̄s ꝓhibet dici fratri ra
cha ſeu fatue ex ira: nō ex correctiōe. Cauſa aūt quare di
cit inſipiēs eſt. q2 hec obiectio cōtra reſurrectionē ꝓcedit
ex principijs humane ſapiētie que tamdiu eſt ſapiētia q̄
diu eſt ſubiecta ſapiētie diuine. ſed qn̄ recedit a deo tunc
vertit̄ in inſipientiā vnde cū contradicat ſapientie diuine
vocat eū inſipientē. Quaſi dicat: Inſipiens nōne quoti
die experiris tu q2 qđ ſeminas in terra nō viuificat̄. i. vege
tat̄ niſi prius moriat̄. i. putreſcat. Jo. 12. Niſi granū fru
menti ꝛc. Ex hoc videt̄ aplus facere cōparationē ꝙ quā
do corpus hoīs ponit̄ in ſepulchro in terra. tūc eſt quedā
ſeminatio. qn̄ vero reſurget tūc eſt quedā viuificatio. Un
de ex hoc opinant̄ aliqui reſurrectionē mortuoꝝ eſſe natu
ralē ꝓpter hoc ꝙ aplus hic reſurrectionē cōparat pullu
latiōi ſeminis que eſt naturalis. Opinant̄ enī in pulueri
bus reſolutis in quos reſoluūtur humana corꝑa eſſe quaſ
dā virtutes ſeminales actiuas ad corꝑoꝝ reſurrectionē.
Sed iſtud nō videt̄ eſſe verū. Fit enī reſolutio corꝑis hu
mani in elementa ſicut ꝛ alioꝝ mixtoꝝ corꝑoꝝ. vnde pul
ueres in quos humana corꝑa reſoluūtur nullā aliā habēt
virtutē actiuā q̄ alij pulueres: in quibꝰ cōſtat nō eſſe aliā
virtutē actiuā ad corꝑis humani conſtitutionē ſed ſolū in
ſemine hoīs. differūt autē pulueres in quos humana cor
pora reſoluūtur ab alijs pulueribus ſolū ſm̄ ordinationē
diuinā prout huiuſmōi pulueres ſunt ex diuina ſapiētia
ordinati vt iterū ex eis humana corꝑa reintegrent̄. Unđ
reſurrectiōis actiua cauſa ſolus deus erit ꝛ ſi ad hoc vtat̄
miſterio angeloꝝ q̄tū ad puluerū collectionē. Propt̄ qđ
apl's īfra modū reſurrectōis exponēs attribuit ſono tube ꝛ
ū attribuit xp̄o reſurgēti nō aūt alicui virtuti actiue ī pulue
ribꝰ. Nō ergo intēdit h̄ ꝓbare apl's ꝙ reſurrectio ſit natu
ralis per hoc ꝙ ſemē naturaliter pullulat. ſed intēdit hic
manifeſtare per exēpla quedā ꝙ nō ſit eadē qualitas cor
poꝝ reſurgentiū ꝛ corꝑoꝝ morientiū. ꝛ primo per hoc ꝙ
nō eſt eadē qualitas ſeminis ꝛ pullulatiōis vt ex ſequēti
bus manifeſte oſtendet̄. ¶ Nam cōſequēter cū dicit ꝛ qđ
ſeminas ꝛc. oſtendit qualitatē ſemīs differentē eſſe a qua
litate pullulatiōis cū dicit ꝛ qđ ſeminas nō corpus qđ fu
turū eſt ſeminas. i. nō quale futuꝝ eſt ſeminas. Quođ expo
nens ſubdit. Sed nudū granū puta tritici vel alicuiꝰ ce
teroꝝ ſcꝫ ſeminū q2 ſeminat̄ nudū ſemen. pullulat aūt or
natū herba ꝛ ariſtis ꝛ huiuſmōi. Et ſimilr̄ corpus huma
nū aliaꝫ qualitatē habebit in reſurrectiōe q̄ nūc habet vt
infra exponet̄. Eſt tamē differētia inter reſurrectionē hu
mani corꝑis ꝛ pullulationē ſeminis. nā ſurget idē corpus
numero ſed habebit aliā qualitatē ſicut infra dicit aplus
ꝙ oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Et
Job. 19. dicit̄. Queꝫ viſurus ſum egoipſe ꝛ nō alius. Sꝫ
in pullulatiōe nec eſt eadē qualitas nec idē corpus nume
ro. ſꝫ ſolū idē ſpecie. Et ideo ſignāter apl's ď pullulatōe lo
quēs dixit. nō corpꝰ qđ futuꝝ ē ſemīas. dās ītelligere ꝙ
nō ſit idē numero. Et in hoc opꝰ nature deficit ab oꝑe dei
Nā virtꝰ nature reparat idē ſpecie ſꝫ nō idē numero. virtꝰ
aūt dei reparare poteſt etiā idē numero. Et ſic etiā ex hoc
qđ hic dicit̄ poteſt ſumi ꝓbatio ad hoc ꝙ reſurrectionem
futurā fieri nō eſt impoſſibile ſicut inſipiēs obijciebat. q2
ſi natura ex eo qđ mortuū eſt poteſt reꝑare idē ſpecie. mul
to magis deus pōt reparare idē numero. q2 ꝛ hoc ipm̄ qđ
natura facit opus dei eſt. Habet eniꝫ hoc natura a deo ꝙ
hoc facere poſſit. Et ideo cōſequēter deſcribens qualita
tem pullulatiōis attribuit eā: primū quidē deo. ſcđo pro
portiōi nature. Dicit aūt primo. Deus autē dat illi corpꝰ
ſicut vult q2 ſcꝫ ex ordinatiōe diuine volūtatis ꝓcedit ꝙ
ex tali ſemine talis planta producat̄. que quidē planta eſt
quaſi corpus ſemīs. Ultimus enī fructus plante eſt ſemē
Et hoc ideo attribuit operatiōi diuine q2 oīs oꝑatio natu
re eſt operatio dei. ſm̄ illud ſupra. 12. Ideꝫ aūt deus qui
operat̄ oīa in oībus. Et hoc ſic poteſt cōſiderari. Manife
ſtum eſt enī ꝙ res naturales abſq3 cognitiōe operant̄ ad
finem determinatuꝫ: alioqui nō ſemꝑ vel in maiori parte
eūdem finem ꝯſequerent̄. Manifeſtū eſt etiā ꝙ nulla res
cognitiōe carens in certū finem tendit niſi directa ab aliq̄
cognoſcēte ſicut ſagitta tendit ad certū ſignū ex directiōe
ſagittātis. Sicut ergo ſi aliquis videret ſagittam directe
tendere ad certū ſignū q̄uis ſagittantē nō videret cogno
ſceret ſtatim ꝙ dirigeret̄ a ſagittante. Ita cuꝫ videamus
res naturales abſq3 cognitiōe tēdere ad certos fines poſ
ſimus pro certo cognoſcere ꝙ operant̄ ex volūtate alicuiꝰ
dirigentis quē dicimus deū. Et ſic dicit apl's ꝙ deus dat
ſemini corpus. i. ex ſemine ꝓducit plantā ſicut vult. Sꝫ
rurſus ne aliquis crederet hm̄ōi naturales effectus ex ſo
la dei volūtate ꝓuenire abſq3 operatiōe ꝛ ꝓportiōe natu
re ſubiūgit. Et vnicuiq3 ſeminū ꝓpriū corpus. puta ex ſe
mine oliue generat̄ oliua. ꝛ ex ſemine tritici generat̄ triti
cū. Unđ ꝛ Gen. 1. Germinet terra herbā virentē ꝛ facien
tem ſemē iuxta genus ſuū. Sic ergo ꝛ in reſurrectiōe erit

alia qualitas corporis reſurgentis q̄ tñ ꝓportionabit̄ meritis morientis.

Lectio ſexta.

NOn omnis caro eadē caro. ſed alia hominū. alia pecoꝝ. alia volucrum. alia aūt piſciū. Et corpora celeſtia. ⁊ corpora terreſtria Sed alia quidē celeſtiū glīa: alia āt terreſtriū. Alia claritas ſol'. alia claritas lune. ⁊ alia claritas ſtellarū. Stella eñi a ſtella differt ī claritate: ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ. Seminat̄ in corruptiōe: ſurget in incorruptione. Seminat̄ in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpirituale.

Hic apoſtolus ponit exemplū de diuerſitate qualitat' corporis reſurgentis in diuerſis ſpeciebꝰ. Et p̄mo cōparando celeſtia ad terreſtria. Scdo terreſtria ad celeſtia ibi. Sunt corpora celeſtia ⁊c. Tertio corpora celeſtia adinuicem ibi. Alia claritas ſolis ⁊c. Quia poſſet aliq̄s dicere quō eſt poſſibile ꝙ mortui reſumāt corpus ⁊ carnē ſi non ſint habituri eandē corporis qualitatē. ideo ad hoc excludendū introducit diuerſas qualitates corporis ⁊ carnis. vt ſic manifeſtū ſit ꝙ non oportet ſi non erit eadem qualitas ꝙ nō reſumatur idē corpus vel eadē caro. Dicit ergo p̄mo ꝙ non omnis caro eſt eadē caro ſm̄ formā. Sed alia eſt caro hominum. alia piſciū. alia pecoꝝ. alia volucꝝ ⁊c. Et ſimiliter eſt alia morient' ⁊ alia reſurgentis. ſicut autē exēplū ſupiꝰ inductū de ſemine ⁊ pullulatiōe deficiebat in hoc ꝙ in ſeminatione ⁊ pullulatiōe nō eſt idē numero nec eedem qualitates ita hec exēpla deficiūt qꝛ in his exemplis nec eſt eadē ſpecies nec eadē qualitas ſꝫ caro hominis reſurgētis eſt eadē ſm̄ ſpeciē cū carne moriētis. ſꝫ tamē erit alia ſm̄ qualitatē. Erit eñi eiuſdē nature ſed alterius glorie. vt greg. de corpe xp̄i dicit. ſi quis autē hec que dicta ſunt ad diuerſum ſtatū reſurgentiū referre vellet poteſt dici ꝙ ꝑ homines intelligunt̄ boni ſm̄ rationē viuentes ſm̄ illud Eze. 34. Vos aūt greges mei greges paſcue mee homines eſtis. Per pecora vero intelligunt̄ luxurioſi ſm̄ illud 2. Pe. 2. Hi vero velut irrationabilia pecora ⁊c. ꝑ volucres ſupbi. ꝑ piſces cupidi. ſꝫ illud pſ̄. Volucres celi ⁊ piſces maris ⁊c. ¶ Ad idem aūt introducit diuerſitatē celeſtiū ⁊ terreſtriū corpoꝝ cū ſubdit Sunt corpora celeſtia vt ſol ⁊ luna ⁊ huiuſ modi. Et ſunt corpa terreſtria vt ignis aqua ⁊c. ſed alia quidē eſt gloria id eſt pulcritudo ⁊ decor celeſtiū corpoꝝ. alia aūt terreſtrium. Ecc. 43. Species celi gloria ſtellaꝝ. Et poſſūt ꝑ celeſtia corpora intelligi cōtemplatiui phil'. 3. Noſtra couerſatio in celis eſt. Per t̄reſtria actiui qui circa terrena occupantur. vnde marthe dictū eſt. Turbar' erga plurima. Luc. 10. Et ad idē vlterius introducit diuerſam qualitatē celeſtium corpoꝝ cū dicit. Alia claritas ſolis ⁊c. Similit̄ int̄ ſtellas eſt differenria. Stella eñi differt ⁊c. Et pōt intelligi ꝑ ſolem xp̄s. Mal'. vl. Orietur vobis timētibus nomē meū ſol iuſtitie ⁊c. Per lunā beata virgo de qua Can. 6. Pulchra vt luna. Per ſtellas adinuicē ordinatas ceteri ſancti. Judic. 5. Stelle manētes in ordine ſuo ⁊c. ¶ Cōſequent̄ cū dicit. Sic erit reſurrectio mortuoꝝ. adaptat p̄dicta exēpla ad reſurrectionē mortuoꝝ. Nec intelligēdū eſt q̄tū ad litteralē expoſitionē ꝙ ap̄lus hoc dicat ad deſignandū in reſurgentibꝰ generis diuerſitatē ꝓpter id qd̄ premiſerat. Stella differt ⁊c. Sed hoc refert̄ ad oīa p̄cedentia vt oſtendatur ex omnibus p̄miſſis ꝙ ſicut in rebus iueniunt̄ diuerſe q̄litates corpoꝝ ita erit diuerſa q̄litas reſurgentiū a qualitate morientiū. Unde ſequit̄. Seminatur corpus ⁊c. Ubi ap̄lus maxime oſtendit aliā eſſe qualitatē corpis morientis ⁊ corpis reſurgentis. Et agit hic de corpore reſurgente glorioſo cuiꝰ ꝓprie qualitates dotes corporis glorioſi dicunt̄. Que q̄dem ſunt quatuor quas hic apoſtolus tangit. Primo eñi tangit dotē īpaſſibilitatis cū dicit Seminat̄ in corruptiōe ⁊c. Et q̄uis ſeminatio accipi poſſet ꝓ p̄ma corporis origine ſm̄ ꝙ generatur ex ſemine. tamen cōuenientius eſt ſm̄ intellectum apoſtoli vt ſeminatio referat̄ ad mortē ⁊ ſepulturam vt reſpondeat ei quod ſupra dictum eſt. Quod ſeminas nō viuificatur niſi prius moriatur. Dicit̄ autē mors ⁊ reſolutio ſeminatio non ꝙ in corpore mortuo vel cineribꝰ ex eo reſolutis ſit aliqua virtus ad reſurrectionē ſicut eſt virtꝰ actiua in ſemine ad generationē: ſed quia a deo talis ordinatio eſt deputata vt ex eo iterato reformetur corpus hūanū Sicut igitur corpus humanū qñ ſeminat̄ id eſt qñ morit̄ eſt in corruptione id eſt ſm̄ ſuaꝫ ꝓprietatē eſt corruptioni ſubiectū ſm̄ illud Ro. 8. Corpus q̄dē mortuū eſt ꝓpt̄ peccatū Sed reſurget in incorruptiōe. Dicit̄ aūt h̄ incorruptio nō ſolū ad excludendū ſeparationē aīe a corpe. quia hanc incorruptionē ⁊ corpora dānatoꝝ habebunt. ſed ad excludendū tā mortē q̄ q̄ālibet noxā paſſionē ſiue ab interiori ſiue ab exteriori. Et q̄tū ad hoc intelligit̄ īpaſſibilitas corporis glorioſi ſꝫ illud Apoč. 21. Nō eſurient neq̄ ſitient amplius ⁊c. Secundo tangit dotē claritatis cū dicit Seminatur in ignobilitate. id eſt corpus qd̄ añ mortem ⁊ in morte eſt deformitatibus ⁊ miſerijs multis ſubiectū ſm̄ illud Job. 14. Homo natus de muliere ⁊c. Sꝫ reſurget in gloria que claritatē ſignificat vt aug. dicit ſuper Job. Erunt eñi corpora ſanctoꝝ clara ⁊ fulgentia ſꝫ illud Mat. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol ⁊c. Tertio tangit dotē agilitatis cū dicit Seminat̄ in infirmitate. id eſt corpus animale qd̄ ante mortē eſt īfirmū ⁊ tardū ⁊ ab aīa non facile mobile ſm̄ illud Sap̄. 9. Corpus qd̄ corrūpit̄ aggrauat animā Sꝫ ſurget ī virtute qua ſcilicet fiet vt ex tanta virtute ab anima moueri poſſit vt in nullo difficultatem ad motū exhibeat qd̄ ad dotē agilitat' ꝑtinet. Tāta eñi erit ibi facilitas q̄ta felicitas vt aug. dič. Unde dicitur Sap̄. 3. de iuſtis. Fulgebūt iuſti ⁊ tanq̄ ſcintille in arundicto diſcurrēt. Et Eſa. 40. Qui ſperāt in dño mutabunt fortitudinē. aſſument pennas ⁊c. Quarto tangit dotē ſubtilitatis cū dicit Seminat̄ corpus aīale ⁊c. Quā quidā ad hoc referre volūt ꝙ corpori glorioſo ſm̄ hāc dotem cōpetat vt poſſit ſimul eſſe cū corpore non glorioſo in eodem loco. Quod quidē ſuſtineri poſſet ſi corpori ſꝫ ſtatum p̄ſentē cōpeteret ꝙ nō poſſet ſimul cū alio corpore eſſe in eodē loco ſm̄ aliq̄d qd̄ a corpe remoueri poſſet. Nūc āt ſi diligent̄ conſideret̄ ꝙ ſm̄ nihil aliud hoc corpori cōpetit niſi ſm̄ ꝙ habet dimenſiones corporales. Unde videmus corpora q̄tūcūq̄ ſubtilia nō cōpati ſecū alia corpora vt patet in aere ⁊ in igne. ⁊ vlterius ſi eſſent corpora ſeparata omnino abſq̄ materia ſicut quidam poſuerunt non poſſent ſimul cum corporibus naturalibus eſſe in eiſdem locis vt ph̄us dicit. Remanentibꝰ igitur dimēſionibus in quocunq̄ corpe eſt cōtra ſuā naturā ꝙ ſit cuꝫ alio corpore in eodē loco. Unde ſi hoc aliquando ꝯtingit erit ex miraculo. Propter quod Greg. ⁊ Aug. miraculo aſcribunt ꝙ corpus xp̄i ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit. Nulla enim virtus terminata poteſt facere miraculū. hoc enim ſolius dei eſt Relinquitur ergo ꝙ eſſe ſimul cū alio corpore in eodē loco non poſſit eſſe ex dote ſeu ex qualitate corporis glorioſi. Non tamen negandum eſt quin corpus glorioſum poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodē

loco. quia corpus xp̄i poſt reſurrectionē intrauit ad diſci=
pulos ianuis clauſis. cui corpus noſtruʒ in reſurrectione
conformandū ſperamus. ſed ſicut corpus chriſti hoc ha=
buit non ex ꝓprietate corporis ſed ex virtute diuinitatis
vnite: ita corpus cuiuſlibʒ alteri⁹ ſancti hoc habebit non
ex dote ſed ex virtute diuinitatis exiſtētis in eo. Per quē
modum corpus petri habuit ꝙ ad vmbrā ei⁹ ſanarent̄ in=
firmi non per aliquā ꝓprietatē ipſius. Eſt ergo dicendū
ꝙ ad dotem ſubtilitātis pertinet qḋ hic apoſtolus tangit
dicens Seminat̄ corpus animale ſurget ſpirituale. Nō
quidā male intelligentes dixerūt ꝙ corpus in reſurrectio
ne vertetur in ſpiritū vel et erit ſimile aeri aut vento q̄ ſpi
ritus dicitur. Quod maxie excluditur per illud quod ad
apoſtolos dicit̄ Luc. vlti. Palpate ⁊ videte quia ſpirit⁹
⁊c. Unde ⁊ hic apoſtolus nō dicit ꝙ reſurgat ſpiritus. ſʒ
ſpirituale corpus. Ergo in reſurrectiōe ſpirituale erit nō
ſpiritus. ſicut nunc eſt animale non anima. Ad horū autē
differentiā cognoſcendā conſiderandū eſt ꝙ vnum ⁊ ideʒ
in nobis eſt qḋ dicitur et anima ⁊ ſpiritus. ſed anima di=
citur ſm ꝙ perficit corpus: ſpiritus autē ꝓprie ſcḋm mē=
tem ſcḋm quā ſpiritualibus ſubſtantijs aſſimulamur ſm
illud ephe. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtre. Item
conſiderandū eſt ꝙ triplex eſt differentia potentiaꝝ in ani
ma. quedam eñ potentie ſunt quarū operationes ad bo=
num corporis ordinantur ſicut generatiua nutritiua ⁊ au
gmentatiua. Quedā vero ſunt que quidē corporeis orga
ganis vtuntur. vt omnes potentie ſenſitiue ꝑtis ſed earū
actus ad corp⁹ nō ordinātur directe ſed magis ad ꝑfectio
nem anime. Quedā vero ſunt potētie que neqꝫ vtuntur
corporeis organis neqꝫ directe ad bonū corporis ordinā=
tur ſed magis ad bonū anime ſicut que ꝑtinent ad intel=
lectiuā ꝑtem. Prime ergo potentie pertinēt ad animaʒ in=
q̄ꝫtum animat corpus. tertie vero maxime ꝑtinent ad ani=
mam inq̄ꝫtū eſt ſpiritus. ſecunde vero medio modo ſe ha=
bent inter vtraſqꝫ. quia tamē iudiciū de potentia aliq̄ ma
gis debet ſumi ex obiecto ⁊ fine q̄ꝫ ex inſtrumēto. ideo ſe=
cunde potentie magis ſe tenent cum tertijs q̄ꝫ cū primis.
Item conſiderandū eſt ꝙ cū vnaqueqꝫ res ſit ꝓpter ſuam
operationē. corpus ad hoc ꝑficitur ab anima vt ſit ſubie=
ctum operationibus anime. Nunc autē in ſtatu iſto cor=
pus noſtrum eſt ſubiectū operationib⁹ que ꝑtinēt ad ani=
mam inq̄ꝫtū eſt anima prout generat̄ ⁊ generat nutrit̄ cre=
ſcit ⁊ decreſcit. Quantū autē ad ſpirituales anime opera
tiones corpus licet aliquo modo ſubſeruiat tamen multū
impedimentū affert. quia corpus qḋ corrumpit̄ aggrauat
animā vt dicit̄ Sap̄. 9. Sed in ſtatu reſurrectionis ceſſa
bunt operationes animales a corpore. quia nō erit gene=
ratio nec augmentū aut nutrimentū. ſed corpus abſqꝫ ali
quo impedimento ⁊ fatigatione īceſſant̄ ſeruiet anime ad
ſpirituales operationes eius ſcḋm illud pſ̄. Beati q̄ ha=
bitant in domo tua domīe ⁊c. Sic vt ergo nūc eſt corpus
nr̄m animale. tunc vero erit ſpirituale. Cauſam autē ha=
rum ꝓprietatum quidam attribuūt luci quā dicūt eſſe de
natura quinte eſſentie ⁊ venire in cōpoſitionē hūani cor=
poris quod quia friuolū eſt ⁊ fabuloſum: ſequentes aug̃.
dicim⁹ ꝙ ꝓcedunt ex virtute anime glorificate. Dicit eñ
Aug. in epiſtola ad dioſcoꝝ. Tam potenti natura de⁹ fe=
cit animā vt eius pleniſſima beatitudine que in fine tem=
porum ꝓmittitur ſanctis: redundet etiā in inferiorē natu
ram que eſt corpus nō beatitudo que fruentis eſt propria
ſed plenitudo ſanitatis id eſt incorruptionis vigor. ¶ Ui
demus autē ex anima quatuor corpori ꝓuenire ⁊ tāto ꝑ=
fectius q̄ꝫto anima fuerit virtuoſior. Primo quidē dat eſ=
ſe. Unde quando erit in ſummo ꝑfectionis dabit eſſe ſpi=
rituale. Secundo cōſeruat a corruptione. Unde videm⁹
hoīes q̄ꝫto ſunt fortioris nature minus a calore ⁊ frigore
pati. Cum ergo anima fuerit ꝑfectiſſima conſeruabit cor
pus omnino impaſſibile. Tertio dat pulchritudinē ⁊ cla
ritatem. Infirmi eniʒ ⁊ mortui ꝓpter debilitatem opera=
tionis anime in corpus efficiūtur diſcolorati ⁊ qñ erit in
ſumma ꝑfectiōe faciet corpus clarū ⁊ fulgidum. Quarto
dat motum ⁊ tanto facilius q̄ꝫto virtus anime fuerit forti
or ſupra corp⁹. Et ideo quando erit in vltimo ſue ꝑfectio
nis dabit corpori agilitatem.

## Lectio ſeptima.

SI eſt corpus animale eſt ⁊ ſpiritua=
le: ſicut ſcriptū eſt. Factus eſt prim⁹
homo adā in animā viuentē. nouiſſi
mus homo in ſpiritū viuificantē. ſed nō pri
us quod ſpirituale ē. ſed quod animale de=
inde quod ſpirituale. Primus homo de ter
ra terrenus. ſecundus homo de celo celeſtis
Qualis terren⁹. tales ⁊ terreni. ⁊ qualis ce=
leſtis. tales ⁊ celeſtes. Igitur ſicut portaui=
mus imaginem terreni. portemus ⁊ imagi=
nem celeſtis. Hoc autem dico fratres. q̄꞉ ca=
ro et ſanguis regnum dei poſſidere non poſ
ſunt. neqꝫ corruptio incorruptelam poſſide=
bit.

Hic apoſtolus differentiā qualitatis corporum morienti
um ad copora reſurgentiū ſupra exemplis oſtenſam oſten
dit ratione. Circa hoc autē duo facit. Primo eñ p̄mittit
quod ꝓbare intendit. Secundo p̄miſſuʒ ꝓbat ibi. Sicut
ſcriptū eſt ⁊c. Dicit ergo primo. Dixi ꝙ id qḋ ſeminatur
animale ſurget ſpirituale. ⁊ ꝙ hoc ſit verum ſcʒ ꝙ ſit ali=
quod corpus ſpirituale oſtendo. quia ſi eſt corpus aīale
eſt ⁊ ſpirituale ⁊ nō intendit ap̄lus ex hoc arguere ad pro
poſitū ſed hoc ſupponit intēdens ꝓbare ipm̄ qḋ dicit. Si
eſt corp⁹ ⁊c. Ecc. 23. Intuere in oīa opa altiſſimi. duo
contra duo ⁊ vnū cōtra vnū. ¶ Sicut ſcriptuʒ eſt ⁊c. Hic
ꝓbat ꝓpoſitum. Eſt autē ꝓbatio ſua talis. Duo ſunt p̄n=
cipia humani generis. Unū ſʒ vitā nature ſcʒ adā. aliud
ſm vitā gratie ſcʒ xp̄s. ſed animalitas eſt deriuata in om=
nes homines a primo p̄ncipio ſcʒ adā. ergo cōſtat ꝙ mul
to amplius a ſecūdo principio ſcʒ xp̄o ſpiritualitas deri=
uabitur in omnes homines. Huius rationis primo ꝓbat
primā diuerſitatē p̄ncipioꝝ. Secūdo mediā ſcʒ determia
tionē ſimilitudinis ex vtroqꝫ p̄ncipioꝝ ibi. Qualis terre
nus ⁊c. Circa primū tria facit. Primo oſtendit p̄ncipio=
rum differentiā. Secūdo principiorum ordinē adinuiceʒ
ibi Sed non prius qḋ ſpirituale ⁊c. Tertio rationis ordi
nem aſſignat ibi. Primus ⁊c. Ponit ergo primo cōditio
nem primi principij ſm vitā nature. ſumens auctoritateʒ
geñ. 2. vnde dicit. Sicut ſcriptum eſt. Fact⁹ eſt a deo p̄=
mus homo adā in animā viuentē vita ſcʒ animali qualeʒ
anima poteſt dare cū ſcilicet ſpirauit dñs in faciē eius ſpi
raculū vite. geñ. 2. Anima eñ ⁊ anima dicit̄ ⁊ ſpūs. In=
q̄ꝫtum eñ intendit cure corporis ſcʒ vegetando nutriēdo
⁊ generando ſic dicitur anima. inq̄ꝫtū aūt intēdit cognitio
ni ſcʒ intelligendo volendo ⁊ huiuſmodi ſic dicitur ſpiri=
tus. Unde cū dicit. Factus eſt p̄m⁹ homo adā in animaʒ
viuentē. Intendit hic ap̄lus de vita qua anima deſeruit
circa corpus non de ſpirituſancto ſicut q̄dam fingunt ꝓ=
pter hoc qḋ precedit. ⁊ inſpirauit in faciē eius ſpiraculuʒ
vite. dicentes hoc eſſe ſpiritūſanctū. Secūdo ponit cōdi=
tionē ſecundi principij dicens: Nouiſſimus vero adā id ē
xp̄s et dicitur nouiſſimus q̄꞉ adam induxit vnū ſtatū ſcli

cet culpe. xp̄s vero glorie ⁊ vite. Unde cuꝫ poſt ſtatũ iſtũ nullus alius ſequatur in vita iſta. ideo dicit̄ nouiſſimus. Eſa. 53. Deſiderauimus eũ deſpectũ ⁊ nouiſſimũ virorũ Et alibi ſcꝫ apoc. 1. Ego p̄mꝰ ⁊ nouiſſimꝰ. Et alibi. Ego ſum alpha ⁊ o. ⁊c. Dicit̄ aũt adam. qꝛ de natura ade factꝰ in ſpiritũ viuentē. Et ex hoc conditionibꝰ principioꝝ viſis apparet coꝝ diuerſitas. qꝛ p̄mꝰ homo factus eſt in animam nouiſſimus in ſpiritũ. Ille autē in animã viuentem ſolum. iſte vero in ſpiritũ ⁊ viuentē ⁊ viuificantē. Cuiꝰ ratio eſt. quia ſicut adam conſecutus eſt ꝑfectionē ſui eſſe ꝑ animã: ita ⁊ xp̄s ꝑfectionem ſui eſſe in q̄tum homo ꝑ ſpiritũſanctũ. Et ideo cũ anima nõ poſſit niſi ꝓpriũ corpꝰ viuificare ideo adam factus eſt in animã nõ viuificantē ſꝫ viuentē tantũ. ſed chriſtus factus eſt in ſpiritũ viuentē ⁊ viuificantē. ⁊ ideo xp̄s habuit poteſtatē viuificandi Joh. 1. De plenitudine eius ⁊c. Et Joh. 10. Ueni, vt vitã habeant ⁊ habundantius habeant. Et in ſimbolo. Et in ſpiritumſanctũ viuificãtē Sed ne aliq̄s diceret. ſi xp̄s factꝰ eſt in ſpiritũ viuificantē quare dicitur nouiſſimꝰ. Ideo cõſequenter cũ dicit Sed nõ prius ⁊c. Oſtendit ordinē p̄ncipioꝝ. Uidemus eñ in natura ꝙ in vno ⁊ eodē priꝰ eſt imꝑfectũ q̄ ꝑfectuꝫ. Unde cũ ſpiritualitas ſe habeat ad animalitatē ſicut ꝑfectũ ad impꝑfectũ. ideo in humana natura nõ prius debet eſſe ſpirituale qḋ eſt ꝑfectũ. ſꝫ vt ſeruetur ordo prius debꝫ eſſe impꝑfectũ ſcilicet qḋ animale eſt. deinde ꝑfectum ſcilicet qḋ ſpirituale eſt. ſ̄. 13. Cum venerit qḋ ꝑfectũ eſt ⁊c. Sicut dicit Aug. huius ſignum eſt ꝙ p̄mogeniti antiq̄tus ꝯſueuerũt eſſe animales ſicut cayn ante abel natus. iſmahel ante yſaac. ⁊ eſau ante iacob. Rationē aũt dicte diuerſitatis aſſignat dicēs. Primꝰ hõ ⁊c. Quaſi dicat vere primus hõ factus eſt in animã viuētem quia de terra geñ. 2. Formauit dñs hominē de limo t̄re. ⁊ ideo dicitur eſſe terrenus id eſt animal. ſecundꝰ hõ ſcilicet xp̄s factus eſt in ſpiritũ viuificantē qꝛ de celo. qꝛ diuina natura q̄ fuit huic nature vnita de celo eſt. Et ideo debet eſſe celeſtis id eſt talē ꝑfectionē debet habere qualem decet de celo venire ſcilicet ꝑfectionē ſpiritualeꝫ. Joh. 3. Qui de celo venit ſuꝑ omnes eſt. Dicit autē p̄mũ hominem de terra ſ̄m modum loquendi quo res de illo eſſe dicuntur. quia prima pars eſt in eoꝝ fieri. ſicut cultellus dicitur de ferro. quia prima pars vnde eſt cultellus eſt ferrum. Et quia prima pars vnde adã factus eſt terra eſt et ideo dicitur de terra. Secundus homo dicitur de celo nõ ꝙ attulerit corpus de celo cũ de terra aſſumpſerit. ſcilicet de corpore beate virginis. ſed quia diuinitas que nature humane vnita eſt de celo venit. que fuit prior q̄ corpꝰ xp̄i. Sic ergo patet principioꝝ diuerſitas ꝙ erat maior ꝓpoſitio rationis principalis. ¶ Conſequent̄ cũ dicit. Qualꝭ terrenus ⁊c. Oſtendit deriuationē ſimilitudinis hoꝝ p̄ncipioꝝ ex vtroq̄. ⁊ primo in cõmuni. Secũdo diuidit eã per partes ibi. Igitur ſicut portauimus ⁊c. Dicit ergo q̄liter terrenus ⁊c. Quaſi dicat Primꝰ homo q̄ terrenꝰ fuit ⁊ mortalis ideo deriuatũ eſt vt omnes eſſent ⁊ terreni ⁊ mortales. ſ̄. eodē. Et ſic in adã omnes moriunt̄. Zach. 13. Adam exemplũ meũ ⁊c. Quia vero fuit ſecundꝰ hõ celeſtis id eſt ſpiritualis ⁊ imortalis ⁊ ideo omnes ⁊ imortales ⁊ ſpirituales erimus. Ro. 6. Sed cõplantati facti ſumus ſimilitudini ⁊c. Igitur ſicut portauimus ⁊c. Hic concludit qualiter in ſpeciali debeamus conformari homini ſcilicet celeſti. Poſſumus autē dupliciter conformari celeſti in vita ſcilicet gratie ⁊ glorie ⁊ vna eſt via ad aliã. qꝛ ſine vita gratie nõ ꝑuenit̄ ad vitã glorie. ⁊ ideo dicit. Sicut portauimus ⁊c. i. q̄diu peccatores fuimus in nobis fuit ſimilitudo ade. 2. reg. 7. Iſta eſt lex adã dñe deꝰ ⁊c. vt ergo poſſimꝰ eſſe celeſtes id eſt peruenire ad vitã glorie portemus imaginē celeſtis per vitam gratie. Coll. 3. Exuentes veterē hominē induite nouũ homineꝫ ſcꝫ xp̄m Ro. 8. Quos preſciuit ⁊ p̄deſtinauit conformes ⁊c. Sic ergo debemꝰ conformari celeſti in vita gratie qꝛ alias nõ ꝑueniemus ad vitã glorie. Et hoc eſt quod dicit. Hoc aũt dico fratres. Quaſi dicat. Niſi viuatis ſciliꝫ vita gratie non poteritis peruenire ad regnũ dei ſcilicet ad vitã glorie. quia caro ⁊ ſanguis regnũ dei nõ poſſidebunt. Qḋ quidem non eſt intelligendũ ſicut quidã heretici dicũt ꝙ non reſurget caro ⁊ ſanguis ſ̄m ſubſtantiã. ſed ꝙ totũ corpus vel vertet̄ in ſpiritũ vel in aerem quod eſt hereticum ⁊ falſum. Nam aplꝰs dicit ꝙ conformabit corpꝰ noſtrũ corpori claritatis ſue. Unde cũ xp̄s poſt reſurrectionē habuerit carnem ⁊ ſanguinem ſicut dicitur Luc. vlti. Palpate ⁊ videte quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet ⁊c. Conſtat ꝙ et nos in reſurrectione carnem ⁊ ſanguinē habebimus. Nõ eſt intelligendũ caro ⁊ ſanguis id eſt ſubſtantia carnis ⁊ ſanguinis regnũ dei non poſſidebunt. ſed caro ⁊ ſanguis id eſt carni ⁊ ſanguini opaꝫ dantes ſcilicet homines dediti vitijs ⁊ voluptatibus regnũ dei nõ poſſidebũt. Et ſic accipitur caro id eſt homo carnalit̄ viuens. Ro. 8. Uos autem non in carne ⁊c. Uel caro ⁊ ſanguis id ē opera carnis ⁊ ſanguinis regnũ dei nõ poſſidebunt quod eſt contra iudeos ⁊ ſaracenos qui fingũt ſe habituros poſt reſurrectionē vxores. fluuios mellis ⁊ lactis. Uel caro ⁊ ſãguis id eſt corruptio carnis et ſanguinis regnũ dei nõ poſſidebunt id eſt poſt reſurrectionē corpus non ſubijciet̄ corruptioni carnis et ſanguinis ſ̄m quam viuit homo. Unde et ſ̄m hoc ſubdit neq̄ corruptio incorruptionē poſſidebit id eſt neq̄ corruptio mortalitatis que nomine carnis hic exprimitur poſſidebit incorruptionē id eſt incorruptibile regnuꝫ dei. quia reſurgemus in gloria. Ro. 8. Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis ⁊c.

## Lectio octaua.

Ecce miſterium vobis dico omnes quidem reſurgemꝰ: ſed non omnes immutabimur. In momēto. i. ictu oculi. nouiſſima tuba. Canet eñ tuba: ⁊ mortui reſurgent incorrupti. ⁊ nos immutabimur.

Hic apoſtolus poſtq̄ reſpondit queſtioni de qualitate reſurgentium reſpondet conſequenter queſtiõi qua querebatur de modo ⁊ ordine reſurgendi. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit modũ ⁊ ordinē reſurrectionis. Secũdo confirmat ꝑ auctoritatē ibi. Cuꝫ autē mortale hoc ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo eñ ꝓponit intentũ. Secũdo oſtendit quo ordīe fiat ibi. In momēto in ictu ⁊c. Primo igitur reddit eos attentos: oſtendens id quod ꝓpõit eſſe arduum ⁊ occultũ dicens: Ecce miſterium id eſt occultum quoddam dico vobis id eſt aperio vobis fratres quod debet vobis aperiri ⁊ oĩbus credentibꝰ Luc. octauo. Uobis datũ eſt noſſe ⁊c. ſ̄. 2. Sapiētiam loq̄mur int̄ perfectos. Et poſt. ſed loq̄mur dei ſapientiã que abſcõdita eſt ⁊c. Quid aũt ſit iſtud miſteriũ ſubdit. Omnes quidem ⁊c. Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ ſicut hieronymus dic̄ in quadam ep̄la ad mineruiũ ⁊ alexandrum monachos. Hoc quod hic dicitur Omnes quidem reſurgemꝰ ⁊c. In nullo libro grecoꝝ habet̄ ſed in quibuſdam habet̄: Omnes quidem dormiemus id eſt omnes moriemur. Et dicitur mors ſomnus ꝓpter ſpem reſurrectionis. Unde ideꝫ eſt ac ſi diceret. omnes quidem reſurgemus: quia nullus reſurget niſi moriatur. Sed nõ omnes ĩmutabimur. Hoc non mutatur in libris grecis ⁊ hoc eſt veꝝ quia iſta mutatio de qua hic loquitur non erit niſi ſcḋm corpora beatorum quia ĩmutabunt̄ ad illa quattuor que ſupra poſita ſũt que dicuntur dotes corporum glorioſorum ⁊ hanc deſiõ-

rabat Job.14. Cunctis diebus quibꝰ nunc milito expecto donec veniat imutatio mea. In quibuſdam vero libꝛiſ inuenitur. Non omnes quidem moꝛiemur ſed omnes immutabimur. Et hoc intelligitur dupliciter. Primo ad litteram quia quoꝝundam opinio fuit ꝙ non omnes homines moꝛientur. ſed ꝙ aliqui in aduentu xp̄i ad iudiciũ venient viui ⁊ iſti non moꝛiuntur. ſed iſti mutabuntur in ſtatum incoꝛruptionis. ⁊ propter hoc dicunt non omnes quidem doꝛmiemus id eſt moꝛiemur: ſʒ omnes imutabimur tam boni q̃ mali ⁊ tam viui q̃ moꝛtui. Vñ ſm hos imutatio non intelligitur de ſtatu animalitatis ad ſtatũ ſpiritualitatis. quia ſm hanc ſoli boni imutabũtur. ſed de ſtatu coꝛruptionis ad ſtatũ incoꝛruptionis. Alio modo exponitur miſtice ab oꝛigene ⁊ dicit ꝙ hoc non dicit̃ de ſomno moꝛtis quia omnes moꝛientur. ps̄. Quis eſt homo q̇ viuet ⁊c. ſed de ſomno peccati de quo in ps̄. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdoꝛmiã. vt ſic dicatur. Nõ om̄es moꝛiemur id eſt non omnes peccabimus moꝛtaliter. ſed oẽs imutabimur ſicut ſupra de ſtatu coꝛruptionis ad incoꝛruptionem. Et licet hec littera ſcilicet nõ omnes moꝛiemur ⁊c. non ſit contra fidem. tamen eccleſia magis acceptat p̄mam ſcilicet ꝙ omnes moꝛiemur ſiue reſurgemus ⁊c. q̄a omnes moꝛientur etiam ſi ſint tunc aliqui viui. ¶ Oꝛdinem autẽ ⁊ modum reſurrectionis manifeſtat conſequenter cuʒ dicit. In momẽto ⁊c. Et hoc q̄tũ ad tria. Primo enim manifeſtat oꝛdinẽ q̄tum ad tempus. Secũdo q̄tuʒ ad cauſam reſurrectionis ibi. In nouiſſima tuba. Tertio q̄tum ad ꝓgreſſuʒ effectꝰ a cauſa ibi. Canet em̄ tuba ⁊c. Dic̃ ergo ꝙ om̄es reſurgemꝰ. ſed quomodo? In momẽto ꝑ quod excludit erroꝛem dicentiũ reſurrectionẽ nõ eſſe futuram omniũ ſimul. Sʒ dicunt ꝙ martires reſurgẽt ante alios per mille annos. et tunc xp̄s deſcendet cum illis ⁊ poſſidebit regnũ coꝛpoꝛale hyeruſalem mille annis cuʒ eis. Et hec fuit opinio lactantij. Sed hoc patet eſſe falſũ quia omnes in momento reſurgemus ⁊ in ictu oculi. Excluditur etiã per hoc alius erroꝛ eiuſdẽ qui dicebat ꝙ iudicium duraturuʒ erat per ſpaciũ mille annoꝝ. Sed hoc eſt falſum. quia non erit ibi aliquod perceptibile tempꝰ ſʒ in momento ⁊c. Sciendum eſt autẽ ꝙ momentum poteſt accipi vel ꝓ ipſo inſtanti tempoꝛis quod dicitur nunc. vel ꝓ aliquo tempoꝛe inꝑceptibili. tamẽ vtroq̄ modo poteſt accipi hoc referendo illud ad diuerſa quia ſi nos referimꝰ hoc ad collectionẽ pulueꝝ que fiet miniſterio angeloꝛum tunc momentũ accipitur ꝓ tempoꝛe iꝑceptibili. Cũ em̄ in collectione illoꝝ puluerum ſit mutatio de loco ad locũ opoꝛtet ꝙ ſit ibi tẽpus aliquod. Si autẽ referamus ad reunitionẽ coꝛpoꝛum ⁊ pro vniõe anime q̄ om̄ia fient a deo: tunc momentũ accipitur ꝓ inſtanti tempoꝛis. quia deꝰ in inſtanti vnit animã coꝛpoꝛi ⁊ viuificat coꝛpus. Poteſt etiam hoc quod dicit in ictu oculi ad vtrũq̄ referri. quia ſi in ictu oculi intelligitur tãtũ apertio palpebraꝝ que fit in tẽpoꝛe perceptibili tunc refertur ad collectionẽ pulueꝝ. Si vero in ictu oculi intelligitur ipſe ſubitus contuitꝰ oculi ⁊ qui fit in inſtanti tunc refertur ad vnionẽ ad coꝛpꝰ. ¶ Cõſequenter cũ dicit. In nouiſſima tuba. Oſtendit oꝛdinem reſurrectionis q̄tum ad cauſam imediatã. Et iſta tuba eſt vox illa xp̄i de qua Mat.25. dicit̃. Media nocte clamoꝛ factus eſt ⁊c. Joh.5. Audient vocem filij dei ⁊ q̇ audierint ⁊c. Vel ipſa p̄ſentia chꝛiſti manifeſta mundo ſʒ ꝙ dicit grego. Tuba nihil aliud eſſe deſignat q̃ preſentiã xp̄i mundo manifeſtatã que dicitur tuba ꝓpter manifeſtationem quia omnibus erit manifeſta. Et hoc modo accipitur tuba. Mat.6. Cuʒ facis elemoſinã noli tuba canere ante te. Item dicitur tuba ꝓpter officiuʒ tube qḋ erat ad quattuoꝛ vt dicitur numeri.10. ſcilicet ad vocandum conſiliũ. ⁊ hoc erit in reſurrectione. quia tunc cõuocabit ad conſilium id eſt ad iudicium Eſa.3. Dominus ad iudicium veniet ⁊c. Ad ſolennizandũ feſtum. ps̄. Buccinate in neominia tuba. Sic et in reſurrectiõe Eſa.33. Reſpice ſyon ciuitatẽ ſolennitatis noſtre. Ad pugnã et hoc in reſurrectione Sap̄.5. Pugnabit pro illo ⁊c. Eſa.30. In cytharis et tympanis ⁊c. Ad mouendum caſtra ſua quidã eundo ad paradiſum. quidam eundo ad infernum Mat.25. Ibunt qui bona fecerunt in vitam eternam. qui vero mala in ignem eternum. ¶ Conſequẽter cũ dicit. Canet em̄ tuba ⁊c. Ponit ꝓgreſſum effectꝰ a cauſa predicta. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ ponit ꝓgreſſum effectꝰ. Secundo neceſſitatẽ huius aſſignat ibi. Opoꝛtet em̄ moꝛtale ⁊c. Progreſſus effectus eſt. quia ſtatim ad ſonitũ tube ſequet̃ effectꝰ. Quia moꝛtui ⁊c. ps̄. Dabit voci ſue vocem virtutis ⁊c. Ponit autẽ duplicẽ effectũ. Vnꝰ eſt cõmunis. quia moꝛtui reſurgent incoꝛrupti id eſt integri ſine aliqua diminutiõe mẽbroꝝ. Quod quidem eſt cõmune omnibus quia in reſurrectione eſt cõmũe omne qḋ ꝑtinet ad reparationẽ nature. quia omnes habent cõmunionem cũ xp̄o in natura. Et licet augꝰ. relinquat ſub dubio vtrũ defoꝛmitates remaneãt in damnatis. ego tamẽ credo ꝙ quicquid ꝑtinet ad reparationẽ nature totũ confertur eis. ſed quod ꝑtinet ad gratiam ſolũ electis confertur. Et ideo omnes reſurgent incoꝛrupti id eſt integri etiã dãnati. Hieronymꝰ aũt exponit incoꝛrupti id eſt in ſtatu incoꝛruptionis. vt ſcilicet vlterius poſt reſurrectionem non coꝛrumpant̃ quia iſti ad beatitudinẽ eternam ibunt. mali vero ad penam eternam. Dañ.12. Multi de terre pulꝰuere euigilabunt. Alius effectus eſt ꝓprius id eſt apoſtoloꝛum tantũ. quia nos imutabimur ſcilicet apoſtoli ⁊ non ſolum erimus incoꝛrupti ſed etiam imutabimur ſciliʒ de ſtatu miſerie ad ſtatũ glorie. quia ſeminatur animale: ſurget autẽ ſpirituale. Et ſm hunc modũ exponendi appareʒ ꝙ melioꝛ eſt littera illa que dicit̃: Omnes quidem reſurgemus ſed non omnes imutabimur q̃ illa q̄ habet. Omnes imutabimur. quia licet omnes reſurgant tamẽ ſoli ſancti ⁊ electi imutabuntur. Poſſet tamen etiã ſm illos qui habent. Non omnes quidem moꝛimur ſed omnes imutabimur legi ſic. Moꝛtui reſurgent incoꝛrupti id eſt ad ſtatum incoꝛruptionis. ⁊ nos qui viuimus licet non reſurgamus quia non moꝛimur tamen imutabimur de ſtatu coꝛruptionis ad incoꝛruptionẽ. Et videt̃ conſonare his q̄ dicit. 1. theſ. 4. Nos qui viuimꝰ qui relinquimur ſimul rapiemur cũ illis ⁊c. vt ſic̃ et ibi ⁊ hic cõnumeret ſe viuis.

## Lectio nona.

Opoꝛtet enim coꝛruptibile hoc iduere incoꝛruptionẽ. ⁊ moꝛtale hoc induere immoꝛtalitatẽ. Cũ autẽ moꝛtale hoc induerit imoꝛtalitatem: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. Abſoꝛpta eſt moꝛs in victoꝛia Vbi ẽ moꝛs victoꝛia tua? Vbi ẽ moꝛs ſtimulus tuus? Stimulus autẽ moꝛtis peccatum eſt. virtus vero peccati lex. Deo autẽ gratias qui dedit nobis victoꝛiam per dominum noſtrum ieſum xp̄m. Itaq̄ fratres mei dilecti. ſtabiles eſtote ⁊ imobiles. abundantes in omni opere domini. ſemꝑ ſciẽtes ꝙ laboꝛ veſter nõ eſt inanis in dño.

ad cōmunionē: ita ꝑficiat in vobis. ⁊ ſpūaliter gratiaꝫ iſtā
de largitiōe elemoſynaꝝ vt nō deſit vobis. phil. 2. Qui
cepit in vobis ⁊c. ¶ Conſeq̄nt̄ amonet eos vt hoc exēplo
ipſi inducant̄ cū dicit. Sed ſicut in oībꝰ ⁊c. Ubi duo di
cit. Pꝛimo monet vt ipſi exemplo macedonū ſint prompti
ad elemoſynas faciendū. Scđo quādaꝫ ſuſpitionē aufert
ibi. Et non quaſi imperans dico ⁊c. Dicit g̊. Sed ſicut in
oībus ⁊c. q̄ſi dicat. Sicut vos ſuperatis macedones in
oībus alijs gratijs. ita debetis eos ſuperare. etiā in iſta
ſcꝫ elemoſynis faciendis. Et hoc eſt quod dicit. Sicut in
omnibus alijs abundatis. Et pꝛimo in his que ꝑtinēt ad
intellectum ⁊ q̄tum ad hoc dicit. In fide qua credit̄. ⁊ ſer
mone q̄ ꝯfitemur. Ro. 10. Coꝛde credit̄ ad iuſticiā: q̄tum
ad fidem. oꝛe aūt confeſſio fit ad ſaluteꝫ. q̄tum ad ſermo-
nem. In ſcientia ſcripturaꝝ. 1. coꝛin. 1. In oībꝰ diuites
facti eſtis ⁊c. Scđo in his que ꝑtinent ad opus. et q̄tum
ad hoc dicit. Et in omi ſollicitudine ſcꝫ bene opandi Ro.
12. Sollicitudine nō pigri. Tertio in his que ꝑtinent ad
affectum. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. In charitate veſtra ſpiri-
tuali habita in nos ſupabūdatis. Col. 4. Sup oīa cha
ritatem habentes ⁊c. Sicut inq̄ in omnibꝰ iſtis abūdatis
ita ſcꝫ rogaui titum vt in hac gratia ſcꝫ elemoſinaꝝ abun
detis. Et qꝛ poſſet haberi ſuſpitio ꝙ q̄ſi ex imperio māda
ret. vt darent elemoſynas. Contra qđ eſt qđ dicit̄ Eze.
34. Uos aūt cum auſteritate ⁊c. Et ideo ꝯtra remouet di-
cens. Non q̄ſi imperans dico. hoc eſt ꝙ rogaui tytum vt̄
ꝙ ego ipſe hoc dico vobis. non feci quaſi imperans. 1. pe.
vltio. Nō vt dñantes in cleris. Sꝫ dico hoc comꝓbās
id eſt volēs comꝓbare ꝑ alioꝝ ſollicitudinē ſcꝫ macedo
num veſtre charitatis ingeniū. ¶ Ubi ſciēduꝫ eſt ꝙ inge-
nium bonum ſumit̄ non ſolum ꝓ aptitudine ad ſcienduꝫ
faciliter. ſed etiam ad bene operandū. Cuius ratio eſt. qꝛ
ad hoc ꝙ aliquis bene operet̄ exigit̄ ſcientia dirigens. Et
ideo ſicut in addiſcendo dicit̄ boni ingenij eſſe qui cito ca
pit verba magiſtri: ita in opando boni ingenij dicit̄ q̄ exē
plo alioꝝ cito mouet̄ ad bñ operandū. Et iđ dicit aplus
Compꝛobans id eſt ꝓbare volens bonum ingeniū veſtrū
id eſt q̄ promptā voluntatē habeatis ad danduꝫ moti ex-
emplo macedonuꝫ. 1. Coꝛin. 4. Non vt confundam vos
hec ſcribo.

## Lectio ſecunda.

Scitis eñi gratiam domini noſtri ie-
ſu chꝛiſti. quoniā ꝓpter vos egenus
factus eſt cum eſſet diues. vt illiꝰ in-
opia vos diuites eſſetis. Et conſiliuꝫ in hoc
do. Hoc eñi vobis vtile eſt. qui non ſolum fa
cere ſed et velle cepiſtis ab āno pꝛioꝛe. Nūc
vero ⁊ facto ꝑficite: vt queadmodū promptꝰ
eſt animꝰ voluntatis: ita ſit ⁊ ꝑficiendi ex eo
qđ habetis. Si eñi voluntas prompta eſt ſm
id qđ habet: accepta eſt non ſm id quod non
habet. Non eñi vt alijs ſit remiſſio vobis aūt
tribulatio. ſed ex equalitate in pꝛeſenti tem
poꝛe veſtra abundantia illoꝛum inopiā ſup
pleat. vt ⁊ illoꝛuꝫ abundantia veſtre inopie
ſit ſupplemētū. vt fiat equalitas ſicut ſcriptū
eſt. Qui multum non abundauit: ⁊ q̄ modi-
cum nō minoꝛauit.

Hic inducit coꝛinthios ad dandū elemoſynas exēplo xp̄i
dicens. Uolo compꝛobare ingenium veſtrū bonū ad dan-
duꝫ ſcꝫ pauperibꝰ: ⁊ hoc facere debetis exemplo chꝛiſti.
eñi id eſt qꝛ ſcitis gratiam dñi noſtri ieſu chꝛiſti quā q̄deꝫ
humano generi contulit. Jo. 1. Gratia ⁊ veritas ꝑ ieſum
chꝛiſtum ⁊c. Et hec dicit gratia: qꝛ quicq̄d filius dei pe-

nalitatũ noſtrarũ aſſumpſit totũ gratie eſt imputandũ.
q: nec ꝓuentus alicui⁹ bonitate: nec alicuius virtute coa-
ctus: nec induct⁹ ſua neceſſitate. Eſt aũt gratia iſta quõ
ꝓpter nos egenus factus eſt. Et dicit egenus qḋ plus eſt
ꝙ pauper. Nam egenus dicit̃ ille qui non ſolum parum
habet. ſed qui indiget ſeu eget. Pauper vero ille q̃ parũ
habet. Ad ſignificandũ ergo maiorem paupertatem dicit̃
egenus factus eſt ſcꝫ in temporalib⁹ Luc. 9. Filius hoĩs
nõ habet ⁊c. Treñ. 3. Recordare paupertatis ⁊c. Eſt aũt
factus egenus non ex neceſſitate ſed ex volũtate. q: gra-
tia iſta iam non eſſet gratia. Et ideo dicit. Cum diues eẽt
ſcꝫ in bonis ſpũalibus Ro. 10. Idem deus diues in oĩes
⁊c. ꝓuer. 8. Mecũ ſunt diuitie ⁊c. Dicit aũt eſſet nõ fuiſ-
ſet. ne videret xp̃s amiſiſſe diuitias ſpũales cũ aſſumpſit
paupertatem. Sic eñ aſſumpſit hanc paupertatem ꝙ il-
las ineſtimabiles diuitias non amiſit pꝰ. Simul in vnũ
diues ⁊ pauper. Diues in ſpũalibus: paup in temporali-
bus. Cauſam aũt quare voluit fieri egenus ſubdit cum di-
cit. Vt illius inopia diuites eſſemus id eſt vt illius pau-
pertate in tp̃alib⁹ vos eſſetis diuites in ſpũalib⁹. Et hoc
eſt ꝓpter duo ſcꝫ ꝓpter exemplum ⁊ ꝓpter ſacramentũ.
Propter exemplum quidẽ q: ſi xp̃us dilexit paupertatẽ
et nos exemplo ſuo debemus diligere eam. Diligẽdo aũt
paupertatem in temporalib⁹ efficimur diuites in ſpũali-
bus. Iac. 2. Nonne deus elegit pauperes in mundo: di-
uites in fide ⁊c. Et ideo dicit. Vt illius inopia ⁊c. Pro-
pter ſacramentũ aũt q: oĩa que xp̃s egit vl' ſuſtinuit fuit
ꝓpt̃ nos. Unde ſicut ꝑ hoc ꝙ ſuſtinuit mortẽ liberati ſu-
mus a morte eterna ⁊ reſtituti vite: ita ꝑ hoc ꝙ ſuſtinuit
inopiam in temporalibus liberati ſum⁹ ab inopia in ſpiri-
tualibus ⁊ facti diuites in ſpũalibus. 1. corin. 1. Diuites
facti eſtis in illo in oĩ ſcientia ⁊c. ¶ Cõſeq̃nter cũ dicit.
Conſiliũ in hoc do ⁊c. Inducit eos ad dandũ ex ꝑte eoꝝ
Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipſoꝝ vtilitatẽ q̃ ex
hoc ꝓuenit. Secundo oſtendit ꝙ hoc etiam ab ipſis vo-
litum eſt ſcꝫ vt darent elemoſynas ibi. Qui non ſolũ ⁊c.
Dicit ergo conſiderans hoc benficiũ conſiliũ vobis do:
id eſt hortor vos ad hoc ſcꝫ ad dandũ elemoſynas ſcꝫ nõ
ſolum ꝓpter vtilitatẽ ſanctorum qui ſunt in hieruſalem:
ſed et propter vtilitatẽ veſtrã ꝓuer. 27. Boni amici cõ-
ſilijs anima dulcorat̃. ⁊c. Et hoc q: vtile ẽ vobis. Bonũ
eñ pietatis plus eſt vtile facienti ꝙ illi cui fit. q: faciẽs re-
portat inde cõmodũ ſpũale. recipiens vero temporale. 1.
Ti. 4. Pietas ad oĩa valet. Hoc aũt non ſolum eſt eis
vtile: ſed etiam ipſi hoc voluerũt. Et ideo dicit. Qui nõ
ſolum ⁊c. Ubi tria facit. Primo cõmemorat bonum prin-
cipium in eis. Secundo hortat̃ eos ad debitũ finem ibi.
Nũc vero ⁊ facto ⁊c. Tertio exponit quoddã qḋ dixerat
ibi. Si eñ voluntas ⁊c. Dicit ergo. Vere debetis liben-
ter dare elemoſynas quia non ſolũ eſt vobis vtile: ſꝫ etiã
hoc ipſũ velle ſponte cepiſtis ſcꝫ dare elemoſynas a ꝑori
ãno q̃ ſcꝫ veni ad vos. Vel a priori anno id ẽ ꝑcedẽti. q̃ſi
dicat. Plus eſt velle ꝙ facere iuxta illud Ecc. 18. Verbũ
melius eſt ꝙ datum ⁊c. Et ideo debetis eſſe prompti ad
dandum. Et q: eſtis prompti ad dandũ ideo nunc qḋ ha-
buiſtis in animo ꝑficite facto. alioquin illa voluntas eſſet
fruſtra. 1. Io. 4. Nõ diligam⁹ v̄bo neq; ligua ⁊c. Phil.
1. Qui cepit in vobis ⁊c. Et huius ratio eſt vt queadmo-
dum prompt⁹ eſt aĩus volũtatis. i. diſcretio volũtatis ſm
glo. prompta ẽ: ita ſit prompta diſcretio ꝑficiẽdi. Vel alit̃
vt aĩus ſumat̃ ꝓ volũtate. Et tũc dicit̃. Queadmodũ pm-
ti fuiſtis ad volendũ ita prompti ad ꝑficienduum. ⁊ hoc
ex eo quod habetis id eſt ſm facultatem veſtram. ¶ Con-
ſequenter exponit hoc qḋ dicit. ex eo qḋ habetis dicens.
Si eñ ⁊c. q̃ſi dicat. Dico ꝙ debetis eſſe prompti ad dan-
dũ ⁊ ĩ hoc nõ intẽdo vos grauare vt ſcꝫ detis ſupra facul-
tates veſtras. q: forte voluntas prompta ad hoc inducit
vos. ſed in hoc opus nõ poteſt imitari voluntatẽ. Et ideo
dicit. Ex eo qḋ habetis. Enim ꝓ quia ſi voluntas prom-
pta eſt ſm id qḋ habet accepta eſt. Et hui⁹ ratio eſt q: vo-
luntas acceptat̃ in perfectione operationis. opus aũt non
ꝑficit̃ niſi ex eo quod habet̃. Et ideo dicit ſm qḋ habet ac-
cepta eſt Tobie. 4. Si multum tibi fuerit abũdanter tri-
bue ⁊c. ¶ Conſequẽter cum dicit. Non eñ vt alijs ⁊c. re-
mouet ſuſpitionẽ quandã. Poſſent eñ dicere iſti. Si da-
mus elemoſynas pauperibus ſanctis qui ſunt in hieruſa-
lem ipſi ocioſi viuent ⁊ nos damna patiemur ⁊ ſic efficie-
mur miſeri. Ideo aplus primo hanc ſuſpitionẽ excludit.
Secundo ſuam intentionem manifeſtat. Tertio vero cõ-
firmat ꝑ auctoritatẽ ⁊ remouet ſuſpitionẽ cum dicit. Nõ
eñ vt alijs ⁊c. q̃ſi dicat. Non eñ ita moneo vos elemoſi-
nas dare. vt alijs ſit refrigeriũ dũ ocioſe viuerent de ele-
moſynis veſtris. vobis autẽ ſit tribulatio id eſt pauꝑtas
quia vos affligimini. Sed nunquid peccant illi qui dant
oĩa alijs ⁊ ipſi poſtea paupertate affligunt̃. Et videt̃ ꝙ
ſic ꝑ hec verba apoſtoli. Reſpondeo dicendũ eſt ſm glo.
ꝙ melius eſſet totum dare pauperib⁹ ⁊ affligi ꝓ xp̃o. Il-
lud autem qḋ dicit hic cõdeſcendendo fecit. quia infirmi
erant ⁊ forte deficerent ſi egeſtate premerẽt̃. ¶ Intẽtionẽ
ſuam manifeſtat cũ dicit. Sed ex equalitate ⁊c. q̃ſi dicat,
Non intendo tribulationem veſtram. ſed quandã equali-
tatem vt ſcꝫ veſtra abundantia ⁊c. Qḋ poteſt exponi tri-
pliciter. Primo de equalitate quãtitatis. Secũdo de eq̃-
litate ꝓportiõis. Tertio de equalitate volũtatis. De eq̃-
litate q̃titatis q: iſti ſcꝫ corinthij abundabant in tempo-
ralibus ⁊ deficiebant in ſpũalibus. ſancti vero q̃ erant in
hieruſalẽ abundabant in ſpũalib⁹ ⁊ deficiebant in tempo-
ralib⁹. Vult ergo vt fiat inter eos equalitas quãtitatis. vt
ſcꝫ illi q̃ abundant in temporalib⁹ dent medietatẽ oĩm il-
lis q̃ deficiunt in eis. ⁊ iſti dent medietatẽ ſpũaliũ eis: vt
ſic ſint eq̃liter diuites. Et ideo hoc poti⁹ dicit vt ſcꝫ ex eq̃-
litate quantitatis id eſt dimidia parte bonoꝝ veſtroꝝ in
preſenti tempore qḋ breue eſt veſtra abundantia terreno-
rum ſuppleat illoꝝ inopiã q̃ deſeruerunt oĩa mundi. et
vt illoꝝ abundantia ſcꝫ ĩ ſpũalib⁹ ſit ſupplementũ veſtre
inopie in ſpũalib⁹ id ẽ vt ſitis ꝑticipes vite eterne. Luc.
16. Facite vob amicos ⁊c. Ecc. 14. In diuiſiõe ſortis da
⁊ accipe. da tẽporalia ⁊ accipe ſpiritualia. ¶ De eq̃litate
aũt ꝓportionis exponit̃ ſic ⁊ melius. Vos corinthij habe-
tis abundantiã temporaliũ. ſancti q̃ ſunt in hieruſalẽ abũ-
dantiam ſpũalium. Volo ergo ex quadã equalitate non q̃
ſit ſm quantitatẽ ſed ſm ꝓportionẽ. vt ſcꝫ ſicut illi ſuſten-
tant̃ elemoſynis veſtris: ita vos ditemini precibus illoꝝ
apud deum. Sicut eñ illi nõ ita ditant̃ de bonis veſtris
temporalibus ſicut vos eſtis diuites. ita nec vos bonis il-
lorum ſpũalib⁹ ditemini ſicut illi. Et ideo dicit. Sꝫ ex eq̃-
litate ꝑdicta veſtra abũdantia terrenoꝝ illoꝝ ſcꝫ ſanctoꝝ
inopiam in temporalib⁹ ſuppleat. vt et illoꝝ abũdantia in
ſpũalib⁹ ⁊c. 1. corin. 9. Si nos vobis ſpũalia ſeminauim⁹
⁊c. ¶ De eq̃litate aũt voluntatis exponit̃ ſic. Sed ex eq̃li-
tate ⁊c. id eſt volo ꝙ ſit in vobis equalitas voluntatis vt
ſcꝫ ſicut illi habent voluntatem cõmunicandi vobis ea in
quibus abundant: ita vos habeatis voluntatem cõmuni-
candi illis ea in quibus abundatis. ¶ Conſequenter cõ-
firmat hoc per auctoritatem. Unde dicit. Sicut ſcriptum
eſt ſcilicet Exo. 16. Qui multũ ſcilicet collegerat de mã-
na id eſt qui amplius habuit ꝙ gomor non abundauit id
eſt non habuit vltra ſufficientiam ſuam. et qui modicum
non minorauit id eſt non defecit ei. quia omnes equaliter
abundabant. vt dicitur Exo. 16. Et ſic nec qui plus colle-
gerat plus habuit. nec qui min⁹ parauerat repperit min⁹

Lectio tertia.

GRatias autem deo qui dedit eandeꝫ ſollicitudinem ꝓ vobis in corde titi quoniā exhortationē quidem ſuſcepit. ſed cum ſollicitior eſſet ſua voluntate ꝓfectus eſt ad vos. Miſimus etiam cum illo fratrem noſtruꝫ. cuius laus eſt in euangelio ꝑ omnes eccleſias. Non ſolum aūt: ſed ⁊ ordinatus eſt ab eccleſijs comes ꝑegrinationiſ noſtre in hanc gratiaꝫ que miniſtrat a nobis ad dn̄i gloriā ⁊ deſtinatā voluntatē noſtraꝫ. Deuitantes hoc ne qͥs nos vituperet in hac plenitudine que miniſtrat a nobis in domini gloriam. Prouidem⁹ eñ bona non ſolum coram deo. ſed etiam coram hominibus. Miſimus autem cum illis fratrem noſtrum quē ꝓbauimus in multis ſepe ſollicituꝫ eſſe: nūc autē multo ſollicitiorē: confidentia multa in vos ſiue ꝓ tito qui eſt ſocius me⁹: ⁊ in vobis adiutor: ſiue fratres noſtri apoſtoli eccleſiarum glorie chriſti. Oſtenſionem ergo que ē charitatis veſtre ⁊ noſtre glorie ꝓ vobis in illos oſtendite in faciē eccleſiaꝝ.

Poſtq̃ tractauit de collectis dandis: hic ꝯſequenter tractat de miniſtris ꝑ quos collecte fiāt. Et circa hoc duo facit. Primo nominat eos. Scd̄o recōmendat eos corinthijs ibi. Oſtenſionē ẽ q̄ eſt ⁊c. Circa primū tria facit. Primo eñ nominat titum. Secundo barnabam ibi. Miſim⁹ aūt cum illis fratrē ⁊c. Tertio apollo ibi. Miſimus aūt cum illis ⁊c. Circa titum duo cōmendat. ſcꝫ eius ſollicitudinē ⁊ ſollicitudinis ſignum ibi. Quoniā exhortationē ⁊c. Dicit ergo primo Dixi ſupra ꝙ rogaui titum vt ꝑficeret gratiam iſtam de elemoſynis colligendis qḋ iminet ſollicitudini mee: ex ordinatione apoſtolorū de quo inueni etiam ipſum ſollicitum. Et ideo ago gratias deo. qui dedit eandem ſollicitudinē quā ego habeo ꝓ vobis exhortandis ⁊ ꝓmouendis ad opa miſericordie in corde titi. qꝛ ipſe etiā ſollicitus eſt ſicut ⁊ ego vt ꝑficiat in vobis hanc gratiam Heb. 6. Cupimus vnūquēqꝫ veſtruꝫ eandē oſtentare ſollicitudinē ⁊c. Ro. 12. Qui preeſt in ſollicitudine. Signū autē huius ſollicitudinis eſt qꝛ qñ rogaui eum ipſe cōſenſit exhortationi mee. Et ideo dicit. Quoniā exhortatiōꝫ quidē ſuſcepit. Et qꝛ ꝓſecutus eſt qḋ petij. Unde dicit. Sed cum ſollicitior eſſet ſua voluntate ꝙ mea exhortatione: ꝓfect⁹ eſt ad vos. qui tñ primo recuſabat venire ꝓpt̄ peccata veſtra. Ro. 12. Sollicitudine nō pigri. ¶ Conſequēter cum dicit. Miſimus autē ⁊c. Tractat de ſecundo miniſtro. Et circa hoc duo facit. Primo cōmendat ipſuꝫ Secundo ſubdit rationē quare mittit tam ſolennes nūcios ibi. Deuitantes ⁊c. Frater iſte ſm̄ quoſdam Lucas. vel ſm̄ alios Barnabas. quem quidem cōmendat ex tribus ſcꝫ ex fama. qꝛ laus eius ſcꝫ luce eſt in euāgelio ab eo ſcripto ꝑ omnes eccleſias. quia eſt approbatū ꝑ apoſtolos. Uel cuius laus ſcꝫ barnabe eſt in euangelio predicato ab ipſo ꝑ omnes eccleſias. qꝛ iudeis ⁊ gentibus. Unde dicit de barnaba act. 10. ꝙ erat vir bonus plenus fide ⁊ ſpūſancto. Item cōmendat ipſuꝫ ex ſocietate ſua quia nō ſolū eſt famoſus. ſed ordinatus eſt ab eccleſijs iudee comes peregrinationis mee. i. p̄dicationis mee qua vt ꝑegrini mundum circuimus ſupra. 5. Quādiu ſumus in corpore peregrinamur a deo ⁊c. Et hoc eſt verum de luca quia ipſe fuit vnus de. lxxij. diſcipulis ⁊ ſocius pauli. De barnaba ſimiliter. quia ꝑ ſpūmſanctum dicit act. 13. Segregate mihi barnabam ⁊ paulum in opus ⁊c. Et factus eſt comes in hanc gratiam ſcꝫ collectionis elemoſinarū. Uel in hāc gratiam ſcꝫ p̄dicationis de qua dicit Eph. 3. Mihi autē omniū ſanctorum minimo ⁊c. Item cōmendat eum ex officio: qꝛ eſt miniſter gratie que miniſtrat a nobis. 1. corin. 4. Sic nos exiſtimet homo. ſupra. 3. Qui ⁊ idoneos nos ⁊c. Miniſtrat aūt gratia iſta ad domini gloriam vt ſcꝫ dominus noſter glorificet ſcꝫ de elemoſynis factis de conuerſione apoſtolorum predicationis noſtre. qꝛ vt dicit ꝓuer. 14. In multitudīe ppl̄i ⁊c. Itē miniſtrat vt voluntas noſtra impleatur. quia nos hoc volum⁹ fieri. Et ideo dicit. Et voluntatem noſtram deſtinatam id eſt predeſtinatam a deo qui predeſtinauit ab eterno nos talem voluntatem habere. ¶ Conſequenter cum dicit. Deuitantes ⁊c. aſſignat cauſam quare mittat tam ſollennes nuncios. Et primo huius rationē aſſignat. Secūdo probat ibi. Prouidemus ẽ ⁊c. Dicit ergo. Cauſa q̄re tam ſolēnes nūcios mittimus eſt iſta vt ſciatis negocium huius mundi ineſſe cordi noſtro. Et ideo dicit. Deuitantes hoc ſcilicet ne quis ⁊c. Quaſi dicat vt vitemus vituperium quod poſſet mihi impingi ab aliquibus vel negligentie. ſi non mitterem ſtrēnuos. Uel fraudis: ſi nō mitterem ſecuros. Et iſti ſtrenui erant et prompti et ſecuri. qꝛ dati ab eccleſijs: et electi per ſpūmſanctum ſupra. 6. Nemini dantes vllam offenſionem ⁊c. Dicit aūt in hac plenitudine ſcꝫ elemoſynaruꝫ vel conuerſionis gentium. 1. Pe. 4. Unuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiam in alterutrum ⁊c. Et hoc ꝓbat dicēs. Prouidem⁹ eñ ⁊c. Quaſi dicat. Bene dico deuitantes qꝛ ꝓuidemus id ē ꝓuidere debem⁹ bona id ē vt opera noſtra bona ſint non ſolum coram deo vt ei placeam⁹: ſed etiam coram hominib⁹ vt ſcꝫ eis bona videant. Et hoc facit ſollicite procurando ⁊ bonos imitando. Ro. 12. Adherētes bono ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit. Miſimus aūt cum illis ⁊ fratreꝫ noſtrū ⁊c. tractat de tertio nuncio ſcꝫ de apollo. Ubi duo facit. Primo cōmendat eum de ſollicitudine cum dicit Quem ſcilicꝫ apollo probauimus ſepe ſollicitū eſſe de ſalute veſtra. nunc autem multo ſollicitiorē. Nam ſicut ſupra apparet apollo fuit primus qui poſt apoſtoluꝫ predicauit apud corinthū. 1. corin. 3. Ego plantaui apollo rigauit. Hic autē turbatus de peccato ipſoꝝ receſſit ⁊ ſollicitudinem quam ante ꝓ ipſis habebat poſtpoſuit. Nūc vero audita conuerſione eorum factus eſt de ſalute ipſoꝝ ſollicitior ꝙ antea eſſet. Eph. 4. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus ⁊c. Ro. 12. Qui preeſt in ſollicitudine ⁊c. Secundo ſubdit cauſam ſollicitudinis quam aſſumpſit. quia apollo confidit de vobis ex his que titus dicit de vobis cōmendans vos. Unde dicit. Multa cōfidentia in vobis ſiue pro tito qui eſt ſocius meus. et quia libenter venit in ſocietateꝫ titi et Luce ſeu Barnabe. et quia ad hoc inductus fuit ab apoſtolis eccleſiarum que ſunt in iudea. Et ideo dicit. Siue fratres noſtri apoſtoli eccleſiarum iudee ſcilicꝫ induxerunt eum ad ſollicitudinem habendam pro vobis. que quidem eccleſie ſunt glorie chriſti id eſt ad gloriam chriſti. ¶ Conſequenter cum dicit. Oſtenſioneꝫ ergo que eſt ⁊c. Recommendat iſtos nuncios corinthijs dicens. Quia tales miſimus ad vos ergo oſtenſioneꝫ ⁊c. id eſt oſtendatis opere ꝙ charitatem habetis ad eos ⁊ ꝙ vere cōmēdaui vos ⁊ ꝙ ego vere gloriat⁹ ſim de vobis in facie eccleſiaꝝ ad quas ꝑueni ⁊ q̄bus p̄dicaui. Uł in faciē oīm eccleſiaꝝ. qꝛ qḋ facitis eis innoteſcet oībus eccl̄ijs.

Capitulum nonum.

N Am de miniſterio quod fit in ſanctos ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. Scio enim promptū animū veſtruꝫ pro quo de vobis glorioꝛ apud macedones: quoniā ⁊ achaya parata eſt ab anno p̄terito: et veſtra emulatio prouocauit plurimos. Miſimus aūt fratres vt ne qḋ gloriamur de vobis euacuet̄ in hac parte: vt quemadmoduꝫ dixi parati ſitis ne cuꝫ venerint macedones mecū et inuenerint vos imparatos: erubeſcamus nos ⁊ nō dicamus vos in hac ſubſtantia. Neceſſariū ergo exiſtimaui rogare fratres vt preueniant ad vos et preparēt repromiſſam benedictioneꝫ hanc parataꝫ eſſe ſi quaſi benedictionē non quaſi auariciā. Hoc autē dico. Qui parce ſemiat: parce ⁊ metet. ⁊ q̄ ſeminat in bn̄dictiōibꝰ: de bn̄dictiōibus ⁊ metet. Unuſq̄ſq ꝓut deſtinauit in corde ſuo: nō ex triſticia aut ex neceſſitate. Hylarē enim datorē diligit deus.

Supra aplꝰs inducit corinthios ad danduꝫ elemoſynas ſanctis qui ſunt in hieruſalē. hic vero inducit eos quantū ad modū dandi. vt ſcꝫ hylariter ⁊ abūdanter dent. Unde ad hoc ꝙ bene darent miſit tā ſolennes nūcios Circa hoc autē duo facit. Primo excludit opinatā cauſam de miſſione nunciox. Scḋo vero aſtruit verā ibi. Miſimus autem fratres ⁊c. Circa primū tria facit. Primo excludit ſuſpitionem. Secūdo ad hoc cauſam aſſignat. ibi. Scio enim promptuꝫ ⁊c. Tercio cauſam probat. ibi. Pro quo de vobis ⁊c. Quantū ad primū quia poſſet aliquis dicere apoſtolo. tu mones nos ꝙ bene recipiamus nūcios q̄s mittis Sed quare non potius mones ꝙ bn̄ largiamur elemoſynas. Et ideo hoc remouēs dicit. Nō eſt neceſſariū ꝙ hoc moneā. Nam id eſt q: de miſterio qḋ fit in ſanctos ex abūdantia eſt. id eſt ſuperfluū eſt mihi ſcribere vobis. ⁊ huius cauſa eſt. q: ſcio promptū animū veſtrū ad ſubuenienduꝫ eis. ps. Paratū cor meū deus ⁊c. Q aūt ſit ꝓmptus animus veſter ꝓbo ex duobus. Primo ex gloriatiōe noſtra de vobis. Nam niſi ſcirē vos eſſe ꝓmptos ad hoc: nō fuiſſem gloriatus de vobis apud alios. Et ideo dicit. Pro q̄ ſcꝫ pro ꝓmptitudine animi veſtri ſupra. p̄mo. Gloria noſtra ⁊c. Et ſupra. 7. Multa mihi fiducia ⁊c. Glorioꝛ apḋ macedones de hoc ſcꝫ quoniā ⁊ achaya in qua corinthus metropolis eſt. Parata eſt ab anno p̄terito ad largiendū. Scḋo ex effectu q: vos ꝓuocaſtis exemplo veſtro multos ad hoc. Et ideo dicit. Et veſtra emulatio. i. amoꝛ ⁊ ſtudiū imitandi vos ꝓuocauit plurimos: q: enim audierūt vos bene correctos ꝓficere: ꝓuocant̄ plurimi ſcꝫ ad ꝓficiendū. Prouer. 27. Ferrū ferro acuit̄ ⁊c. Gal. 4. Bonū autē emulamini ⁊c. 1. corinth. 12. Emulamini cariſmata ⁊c. ¶ Conſequēter cū dicit. Miſimus autē fratres ⁊c. ponit verā cauſam quare miſerit tā ſolennes nūcios. Et primo ponit in generali. Scḋo in ſpeciali ibi. Ut quēadmoduꝫ dixi ⁊c. Circa primū duo facit. Primo aſſignat verā cauſam dicēs Cauſa autē quare iſtos miſi eſt nō ꝙ credā vos nolle ſubuenire pauperibꝰ: ſed vt ne ꝙ gl'iamur de vobis id eſt ne gloria noſtra quaꝫ habemus de vobis euacuet̄ ſi ſcꝫ deficeretis. 1. corinth. 9. Bonū eſt mihi mori ⁊c. Euacuet̄ inq̄ in hac parte. q: bene conſtat mihi ꝙ in alijs virtutibus ⁊ bonis nō euacuabitis gloriā meā. ¶ Scḋo cuꝫ dicit. vt quēadmodū ⁊c. hortat̄ eos ad debitū modū dandi. Et primo hortat̄ vt dent ꝓmpte. Scḋo vt dent abundanter ibi. Neceſſariū ergo ⁊c. Tercio vt dent hylariter. ibi. Unuſquiſq ꝓut deſtinauit ⁊c. Circa primū duo facit Primo ponit modū dandi. Scḋo rōnem aſſignat ibi. Ne cū venero ⁊c. Modus dandi eſt vt ſcꝫ ꝓmpte det̄. ⁊ ideo dicit. Ideo miſi miſtros vt ſitis parati ad dādū quēadmodū dixi ſcꝫ exēplo macedonū. Mat. 25. Que parate erāt ⁊c. Prouerbi. 3. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere ⁊ cras dabo tibi ⁊c. Ratio aūt huiꝰ eſt ne cū venerint mecū ſcꝫ ad vos macedones ⁊ inuenerint vos imparatos erubeſcamus nos. Quaſi dicat. Vobis erit cōfuſio ſi ꝓmiſiſtis ⁊ nō ſoluiſtis. Sed eſto ꝙ ſuſtineatis ⁊ nō curetis de ꝯfuſione veſtra. adminus caueatis erubeſcentie noſtre qui diximus vos eſſe paratos ¶ Conſequēter cū dicit. Neceſſarium ergo ⁊c. hortat̄ eos ꝙ dent abūdanter. Et circa hoc duo facit. Primo ponit āmonitionē. Scḋo ammonitiōis rōnē aſſignat ibi Hoc aūt dico ⁊c. Dicit ergo. ne ergo euacuet̄ gloria noſtra ⁊ vos nō erubeſcatis neceſſariū exiſtiaui rogare fratres ſcꝫ lucam titū ⁊ appollo vt perueniāt ad nos vt preparēt repromiſſaꝫ benedictionē hāc ſcꝫ elemoſinā que dicit̄ benedictio. q: eſt cauſa eterne benedictiōis. Naꝫ per actionē dandi homo benedicit̄ a deo. ps. Hic accipiet bn̄dictionē a dn̄o ⁊c. Et ab hoībus. Eccl. 13. Splēdidū in panibus ⁊c. Prouer. 22. Qui ꝓnus eſt ad miſericordiā ⁊c. Et dicit hāc benedictionē paratā eſſe quaſi benedictionē. i. abundāter ⁊ nō quaſi auariciā. i. parce. Ratio aūt quare debeant abundāter dare eſt q: ego dico ꝙ q̄ parce ſeminat. i. qui parū dat in mūdo iſto: parce ⁊ metet id eſt parū recipiet in alio ſeculo. Et dicit ſeminat q: ſemina noſtra ſunt quicq̄d boni fecerimus. Et iterū q: parū ſeminat̄ non multū colliget̄. Gal. 5. Que ſeminauerit homo hec ⁊ metet ſed multiplicata. Et qui ſeminat in benedictiōibus. i. abundāter metet de benedictiōibus ſcꝫ dei largā retributionē. ¶ Sed nūq̄d nō metent oēs abundanter. Dicendū eſt ſic: q̄tum ad quantitatē premij. q: oēs affluēt ⁊ nullus ibi parce metet. Sed dicit abundāter quaſi ad ꝓportionē ⁊ bene ſeminantiū. 1. corinth. 15. Stella a ſtella differt. Abūdanter oēs q̄tum ad premiū ſubſtantiale: ſed parce in cōparatiōe ad premiū accidētale in quo eſt ſanctox differētia ſupra. 8. Qui multū non abūdauit ⁊ qui modicū nō minorauit. Exo. 16. Quia aliq̄n aliquis parce dat ⁊ cū magna caritate ⁊ abundāter metet. ¶ Conſequēter cū dicit. Unuſquiſq em̄ ⁊c. Hortat̄ eos vt dent hylariter ⁊ gaudēter. Et circa hoc duo facit. Primo eniꝫ monet eos ad gaudēter dandū. Scḋo rationē aſſignat ibi Hylareꝫ em̄ datorē ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ paretis illud qḋ vultis dare quaſi benedictionē. i. abundāter ⁊ dignuꝫ benedictiōe: nō quaſi auaritiā. i. non parce. Et hoc dicit quia illud qḋ ſponte fit nō poteſt auare fieri. Et ideo ſubdit vnuſquiſq em̄ ⁊c. quaſi nō auare q: vnuſquiſq ſcꝫ veſtrū det elemoſinas ꝓut deſtinauit. i. p̄deliberauit in corde ſuo ſcꝫ ſecū conferens. Non ex triſtitia autē ⁊c. Quaſi dicat. Unuſquiſq volūtarie det non coacte. Ponit autē duo oppoſita volūtario ſcꝫ triſtitiā ⁊ neceſſitatē. Volūtariū enim tollit̄ per violentū. eſt autē duplex violentuꝫ ſcꝫ ſimplex ⁊ mixtū. Simplex q̄n abſolute quis cogit̄ ad aliquid cōtra voluntatē ſuā faciendū. Ad remouendū ergo illud violentū dicit. nō ex neceſſitate. qḋ fieret ſi darēt coacti mandato apl̄i. Quaſi dicat. Nō cogat vos ad dandū mandatū noſtrū ſed moueat vos ad hoc ꝓmpta voluntas veſtra. Exo. 35. Oīs volūtarius ⁊c. Violētū mixtū eſt q̄n q̄s nō abſolute cogit̄ ad faciendū aliq̄d ꝯtra voluntatē ſuā ſed ſm̄ q̄d ſcꝫ ꝙ niſi faciat incurrit maius dānuꝫ ſicut ſi nō ꝓijciant̄ merces i mari nauis ſubmergit̄. Et ideo aliq̄ mō fit ſponte ⁊ aliquo mō violēter inq̄tuꝫ ſcꝫ cogunt̄ timore

maioris damni. Ut ergo hoc remoueat dixit. Non ex tri-
ſticia. id eſt nō ira ꝙ ſit violentū mixtū. Quaſi dicat. Nō
ex timore cōfuſionis ne ſcꝫ erubeſcatis. ſed ex gaudio qđ
concepiſtis ꝓpter amorē quem habetis ad ſanctos. ps.
Uolūtarie ſacrificabo tibi ꝛc. ¶ Cōſequēter cū dicit. Hy
larem eñi datorem ꝛc. rationē aſſignat ꝛ eſt talis. Oñis
remunerator remunerat ea que ſunt remuneratiōe digna
hec autē ſunt ſolū actus virtutū. in actibus autē virtutuꝫ
duo ſunt ſcꝫ ſpecies actus ꝛ modus agēdi qui eſt ex parte
agentis. Unde niſi in actu virtutis vtrūqꝫ iſtoꝝ ꝯcurrat:
non dicit actus ille ſimpliciter virtuoſus. ſicut nō dicitur
perfecte iuſtus ſcđm virtutē qui operat opera iuſticie niſi
delectabiliter ꝛ cū gaudio operet. Et licet apud homines
qui non vident niſi ea que parent ſufficiat ꝙ quis operet
actū virtutis ſcđm ipſam ſpeciem actus. puta actū iuſticie
tamen apud deū qui intuetur cor nō ſufficit ꝙ ſolū operet
actum virtutis ſcđm ſpeciem niſi etiā ſcđm debitum mo-
dum operet ſcꝫ delectabiliter ꝛ cū gaudio. Et ideo nō da
torē tantuꝫ ſed hylarē datorem diligit deus. id eſt appro
bat ꝛ remunerat ꝛ nō triſtem ꝛ remurmurantē. ps. Ser-
uite domino in leticia. Eccl. 35. In omni dato hylarē ꝛc.
Roñ. 12. Qui miſeret in hylaritate ꝛc.

## Lectio ſecunda.

Potens eſt enim deus omnē gratiaꝫ
abūdare facere in vobis vt in omni-
bus ſemper omne ſufficientiam ha-
bentes abundetis in omne opus bonū ſicut
ſcriptū eſt. Diſperſit dedit pauperibus: iu-
ſticia eius manet in ſeculū ſeculi. Qui auteꝫ
āminiſtrat ſemen ſeminā̄ti: ꝛ panem ad man
ducandū preſtabit. Et multiplicabit ſemen
veſtrum ꝛ augebit incrementa frugum iuſti
cie veſtre vt in omnibꝰ locupletati abunde-
tis in omnē ſimplicitatē que operat per nos
gratiarūactionē deo Quoniā miniſteriū hu
ius officij nō ſoluꝫ ſupplet ea que deſunt ſan
ctis: ſed etiam abundat per multas gratia-
rūactiones in dño per probationē miniſterij
huius: glorificantes deū in obedientia con-
feſſionis veſtre in euangelio xpi ꝛ ſimplicita
te cōmunicatiōis veſtre in illos et in omnes
ꝛ in ipoꝝ obſecratione pro vobis. deſideran
tiū vos propter eminentē gratiam dei in vo
bis. Grās ago deo ſuper inenarrabili dono.

Hic rationē triū modoꝝ aſſignat. Et circa hoc duo facit.
Primo aſſignat rationē ſumptā ex parte ipoꝝ. Scđo ra-
tionē ſumptā ex parte dei. ibi. Et in omnibus locupletati
ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit rationem. Scđo
ipſam confirmat ibi. Sicut ſcriptū eſt ꝛc. Ratio eſt talis.
Quicūqꝫ dat aliquid qđ multiplicat ſibi: debet prompte
abūdanter ꝛ hylariter dare ſicut videmus ꝙ hoies abun-
danter ꝛ ꝓmpte ꝛ cum gaudio ſeminā̄t ſemen quia multi
plicatū illud recolligūt. Cū ergo elemoſine multiplicent
dantibus. debetis illas prompte gaudēter ꝛ abundanter
facere. Et ꝙ multiplicent patet. quia deus potens eſt om
nem gratiā ꝛc. Quaſi dicat. Non timeatis dare ne indi-
gentia grauati peniteat aliqñ vos dediſſe. quia potēs eſt
deus facere abūdare oēm gratiā ſpirituſſancti qua ſcilicꝫ
ſemꝑ gaudeatis de bono opere qđ feciſtis. Et ideo dicit.
Abundetis in omne opus bonū. i. abundantē affectū ha-
beatis ad dandū elemoſinas ſicut habetis ad alia opa vir
tutū ꝛ tamē habeatis plenā ſufficientiā bonoꝝ exterioꝝ.
Et ideo dicit. Semper oēm ſufficientiā habentes. i. vos
reputātes habere. Jaco. 1. Qui dat oibus affluenter. Et
1ª. thymo. 6. Habētes alimenta ꝛc. De iſta ſufficiētia di-
cit infra 12. Sufficit tibi gratia mea ꝛc. De multiplicatio
ne vero dicit. Eſa. 30. Dabit pluuia ſemini tuo. Mat. 19
Oñis qui reliq̄rit ꝛc. centuplū accipiet ꝛc. ¶ Conſequē-
ter cū dicit. Sicut ſcriptū eſt ꝛc. ꝓbat poſitam rationē du
pliciter ſcꝫ auctoritate ꝛ experimēto ibi. Qui autē ammi
niſtrat ꝛc. ꝓbat aūt auctoritate dicens. Recte debet vos
mouere predicta ratio. qꝛ ſicut ſcriptū eſt ꝛc. Sed glo. in
alio ſenſu adducit hanc auctoritatem ꝙ ſit intentio apli.
Nam glo. ſic adducit Dico ꝙ abūdetis in omne opus bo
nū ſcꝫ largitiōe elemoſinaꝝ. qꝛ ſcriptū eſt. Diſperſit dedit
pauꝑibus. Sed apls videt hoc velle referre ad illud qđ
dicit abundare facere omnē gratiā. Et hoc qꝛ ille qui di-
ſperſit dedit pauperibꝰ iuſticia eiꝰ manet in eternū. Eccl.
12. Bene fac iuſto ꝛ inuenies retributionē ꝛc. In auctori
tate aūt propoſita notat quibus ſit dandū: quia pauꝑibus
id eſt indigentibus ꝛc. Luce. 14. Cum facis prandiū ꝛc.
Quomō dandū. quia diſperſit qꝛ nō totū vni ſed diuiſim
multis. 1ª. corint. 12. Si diſtribuero ꝛc. Eſa. 58. Frange
eſuriēti paneꝫ ꝛc. Juſticia eius. i. virtus iuſticie manet in
eternū. qꝛ ex quo dat auget voluntas ad dandū. vel iuſti-
cia eius. i. merces iuſticie eius manet in eternū. Prouer.
11. Seminā̄ti iuſticiā merces fidelis ꝛc. Experimēto autē
cōfirmat rationē predictā dicens. Qui aūt amminiſtrat ꝛc.
Quaſi dicat. Experti eſtis qꝛ hoc ipm quod datis in ele-
moſinas habetis a deo. Et ideo debetis libēter dare amo
re dei. 1. paral. vlti. Tua ſunt oīa que de manu ꝛc. Et in-
ſinuat tria circa hoc. Primū eſt ꝙ aliquis poſſet dicere.
Si nos damus modo qđ habemus deficiēt nobis neceſſa
ria ad quottidianū victū. Et hoc remouet. qꝛ non ſolā ſe-
men miniſtrat ſeminā̄ti ſed panē. i. neceſſaria vite preſta-
bit ad manducandū. ps. Qui dat eſcā omni carni. Secū
dum eſt qꝛ poſſes dicere ꝙ ſi multū daremus deficient no
bis que habemus ad dandū iterū. Et hoc aplus remouet
dicēs ꝙ nō deficiet ſed multiplicabit ſemen veſtrū vñ ſcꝫ
plures elemoſinas facitis. Terciū eſt qꝛ poſſet aliquis di
cere ꝙ ſi modo damus deficiet nobis volūtas ad dandū ꝛ
penitebit nos dediſſe. Et hoc remouet dicens. Et auge-
bit incremēta frugū iuſticie veſtre. id eſt intantū augebit
facultatē ꝛ voluntatē dandi elemoſinas ex quibus proce-
dit iuſticia veſtra ꝙ ſemꝑ parati ꝛ prompti eritis ad dan-
dū elemoſinas et ꝙ fruges maxime erūt in cōparatiōe ad
paruū ſemen. Prouerb. 3º. De primitijs frugū tuarū da
pauperibus. Leuit. 25. Dabo benedictionē ꝛc. 1ª. thi. 4
Pietas ad oīa valet. ¶ Deīde cū dicit. Ut in oibus locu
pletati ꝛc. aſſignat rationē quare ꝓmpte abūdanter ꝛ hy
lariter dare debeat ex parte ipoꝝ dantiū. hic aſſignat ra-
tionē ex parte ipſius dei pro quo dare debēt. Et primo aſ-
ſignat rationē. Scđo manifeſtat eam ibi. Quoniā mini-
ſteriū huius officij ꝛc. In ratiōe autē aſſignanda tria con
ſiderant. quoꝝ primū eſt ipoꝝ locupletatio quod reſpon-
det premiſſis Dixerat eñi ſupra. Multiplicabit ſemen ve
ſtrū ꝛ augebit incrementa frugū iuſticie vr̄e. ꝛ hoc prio re
ſumit dicēs. Et vt in omnibus locupletati. id eſt tā in cor
poralibꝰ ꝙ in ſpiritualibus bonis. 1ª. corin. 1. Diuites fa
cti eſtis ꝛc. Sed ne aliquis crederet ꝙ finis ponēdus ſit
in abundantia diuitiarum temporaliū. aut ꝙ diuitias ſpi-
rituales aliquis otioſe abſqꝫ vſu poſſidere deberet. refert
hoc primū ad aliud ſecundū dicens. Abundetis in omnē
id eſt perfectā ſimplicitatē. id eſt largitatē ſimplici animo
factaꝫ vt largitio procedat ex diuitijs temporalibus ſim-
plicitas aūt ex ſpiritualibus. Prouerb. 10. Simplicitas

ſuſtoꝝ ꝛc. Sed ⁊ hocipm̄ ad aliū finem referenduꝫ eſt ſcꝫ ad deū. Et ideo tercio ſubdit que. ſ. largitio ſimplex. operaꝛ per nos, id eſt mediātibus nobis gratiarūactionē deo ꝛc. Theſ. 5. In omnib⁹ gratias agite ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Quoniā miniſteriū ꝛc. manifeſtat rationē ſupra poſitā ſcꝫ quomodo eoꝝ largitio opereꝛ gratiarūactionē deo Et primo hoc oſtendit. Scđo ponit gratiarūactionis materiā ibi. Glorificātes deum ꝛc. Tercio ipſe prorumpit in gratiarūactionē. ibi. Gratias deo ꝛc. Dicit ergo. Dico ꝙ largitio veſtra operaꝛ gratiarūactiones deo. quia miniſteriū huius officij veſtri quo ſubuenitiſ ſanctis multa bona habet. quia nō ſolum ſupplet ea que deſunt ſanctis ꝙtuꝫ ad temꝑalia ſupra. 8. Veſtra abūdantia illoꝝ inopiā ſuppleat ꝛc. Non ſolū ergo hoc bonū ſequitur inde. ſed etiā ꝙ ipſi orant pro vobis ⁊ agunt gratias deo: probātes ⁊ approbātes miniſtrationē veſtram. Et hoc eſt ꝙ dicit ſed etiam abundat. id eſt excreſcit in actiōegratiaruꝫ: que fit per multos non ſolū perfectos ſed per alios fideles pauperes qui inde agūt gratias deo in dn̄o qui eos ad hoc mouet: videntes ⁊ ꝓbātes miniſteriū veſtrū ſupra. prio. ¶ Ut ex multaꝝ perſonis facierū ꝛc. huius quidē gratiarūactiōis materia eſt ꝓpter tria. Primo propter eoꝝ fidem quā acceperūt ⁊ ideo dicit. Dico ꝙ abundat in gratiarūactione. Glorificātes ſcꝫ fideles deū in obedientia cōfeſſionis veſtre. id eſt de cōfeſſione fidei veſtre: quā confitemini ⁊ tredidis in xp̄m. Mat. 5. Sic luceat lux veſtra ꝛc. Prouer. 21. Uir obediens loqueꝛ victorias. Scđo propter eoꝝ largitionē. Et ideo dicit. Glorificātes ⁊ in ſimplicitate communicatiōis veſtre. id eſt pro largitiōe veſtra in illos ſcꝫ ſanctos pauperes ⁊ in om̄es ſcꝫ fideles qui indigent ſimplici ⁊ puro animo facta. Gal. 6. Cōmunicet is qui cathetizaꝛ verbo ei qui ſe cathetizat ꝛc. Et iteꝝ. Operemur bonū ad omnes ꝛc. Tercio propter hoc ꝙ ipſi viri ſancti habent a deo vt ꝓ eis agant gratias deo. Et ideo dicit. Glorificātes etiam deū pro ipſoꝝ obſecratiōe pro vobis. id eſt glorificāt deum de hoc ꝙ ipſi viri ſancti obſecrant pro vobis. ipſoꝝ dico deſiderantiū vos videre in eterna beatitudine. ⁊ hoc propter eminentē gratiā dei in vobis. Ex his ergo apoſtol⁹ ꝓrumpit in gratiarūactiōꝫ deo dicens Gratias ꝛc. id eſt quia tot bona inde proueniūt de miniſterio veſtro ego ago gr̄as deo ꝛc. ſ. caritatis que maxime videtur vigere in vobis qui ſubuenitis etiā illis qui ſic agunt gratias deo et orant ꝓ vobis. Et hoc donū eſt inenerrabile quia non poteſt dici quantū vtile ſit quia oculus nō vidit nec auris audiuit ꝛc.

## Capitulum decimuꝫ.

IPſe aūt ego paulus obſecro vos per manſuetudinē et modeſtiam xp̄i qui in facie quidē humilis ſū inter vos: abſens autē confido in vobis. Rogo autem vos ne preſens audeaꝫ per eam cōfidentiā qua exiſtimoꝛ audere in quoſdam. qui arbitrantur nos tanquā ſcđm carnem ambulemus. In carne enī ambulantes: non tamen ſcđm carnem militamus. Nā arma militie noſtre nō carnalia ſunt: ſed potentia deo ad deſtructionē munitionū: conſilia deſtruentes ⁊ omnē altitudineꝫ extollentem ſe aduerſus ſcientiā dei. ⁊ in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obſequiū chriſti: et in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam cum impleta fuerit veſtra obedientia.

Poſtꝙ tractauit de bonis miniſtris xp̄i ⁊ fidei: conſequēter ap̄l'us inuehitur cōtra falſos miniſtros et pſeudo prophetas. Et primo inuehiꝛ contra eos. Scđo vero cōtra illos qui decepti ab eis adherebāt eis in. 13°. capi. ibi. Ecce. 3°. ꝛc. Circa primū duo facit. Primo excuſat ſe de eis que imponūtur ſibi per rationē. Scđo vero per facti euidentiā ibi. Que autē ſcđm faciem ſunt ꝛc. Circa primuꝫ duo facit. Primo recuſat ſe excuſare per experimentū cū tamen poſſet. Scđo vero excuſat per rationē ibi. Qui arbitranꝛ ꝛc. Circa primū tria facit. Primo premittit obſecrationē. Scđo interponit illud quod imponiꝛ ſibi a pſeudo ibi. Qui in faciē quidem ꝛc. Tercio recuſat experimētū ibi. Rogo autē ne. ¶ Dicit ergo. Ipſe ego aūt paulus qui vos ⁊ alios ad elemoſinas exhortoꝛ ego inꝙ ipſe obſecro vos per manſuetudinē ⁊ modeſtiā xp̄i. De manſuetudine xp̄i habeꝛ. Mat. 11. Diſcite a me quia mitis ſum ꝛc. De modeſtia Sap. 11. Omnia in numero pōdere ⁊ menſura diſpoſuiſti ꝛc. Modeſtia enī nihil aliud eſt ꝙ modū ſeruare in agendis. Facit aūt ſpecialiter hic mentionē de māſuetudine ⁊ modeſtia xp̄i. quia pſeudo ⁊ corinthij ſpecialiter imponebāt paulo ꝙ cū eſſet preſens apud eos cōuerſareꝛ humiliter. ⁊ cū eſſet abſēs ſcriberet eis valde dure. Et ideo poſuit illa duo que xp̄s habuit vt ſciant ꝙ apoſtolus hec etiā oſtendit ⁊ ſeruauit exēplo xp̄i. Et ideo conſequenter interponit viciū ſibi impoſitū: dicens. Egoipſe paulus id eſt vere humilis. quia paulus humilis ⁊ quietus interpretaꝛ. 1ᵉ. corinth. 15. Ego ſum minimus ꝛc. Unde egoipſe. id eſt vere paulus. ps. Tu quidē ipſe es. Eccl. 19 Eſt qui nequiter humiliat ſe ꝛc. Et iacobi. 3. Ubi zel⁹ ⁊ ꝯtentio ibi incōſtantia ꝛc. Ego inꝙ obſecro qui in facie id eſt exterius vt dicitis humilis ſum inter vos. id eſt humiliter cōuerſatus cū ſum vobis preſens: abſens autē. id eſt cū ſum abſens a vobis quādo ſcꝫ non timeo ledi ab aliquo veſtrū confido in vobis. id eſt cōfidenter ago aſpere vobis per epiſtolā ſcribens Prouerb. 28°. Iuſtus quaſi leo cōfidens ꝛc. ¶ Conſequēter cū dicit. Rogo auteꝫ ꝛc. recuſat ſumere experimentū. Iſti enī credebant ꝙ apoſtolus ex timore ductus conuerſareꝛ hūiliter īter eos ⁊ ideo dicit. Uos ita creditis ſed ego rogo vos qui ⁊ ipſe obſecro vt velitis experiri vtrū ego ſi neceſſe ſit faciā in preſentia quomō facio in abſentia. Et ideo dicit. Ne preſens. id eſt cū fuero apud vos audeā facere in vobis ſi neceſſe ſit per eam cōfidentiā. id eſt ita ꝯfidenter ſicut exiſtimoꝛ a vobis audere. id eſt audacter ⁊ cōfidenter agere in quoſdā incorrectos dure reprehendēdo per lr̄as etiā corrigendo. Iob 39. Exaltat audacter ꝛc. ¶ Deinde excuſat ſe per rationē dicens. Qui arbitranꝛ ꝛc. Quaſi dicat. Et licꝫ noluerim experimēto me excuſare ꝓpter vos tamē ratio in promptu eſt ad excuſandum me ſufficienter. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit cauſā quare imponūt ei quod dictū eſt. Secundo deſtruit cauſam illā. Tercio cōfirmat per rationē. Cauſam autē quare hoc ſibi imponiꝛ ſcilicꝫ ꝙ preſens ſit humilis: abſens autē ſeuerus ⁊ auſterus eſt. quia iſti arbitrabanꝛ apoſtolū ſm̄ carnē ambulare Et quia vnuſquiſꝙ ſcđm regulā operis operaꝛ: finis autē habet rationē regule. quia quilibet dirigit opus ſuū ad finem quē intendit. Qui ergo ponūt finem ſuū in bonis carnalibus dicuntur ambulare ſcđm carnem. Et inde eſt ꝙ ita regulant opera ſua vt cōſequanꝛ ea que ſunt carnis. que quidē qꝛ poſſunt ſubtrahi ab hoībus ideo hoīes q̄ carnalia intendūt blāde ſe habēt ad hoīes et humiliter. Et ideo qꝛ credebāt ap̄l'm ambulare ſm̄ carneꝫ. ideo credebāt ꝙ ꝓpter hoc hūiliter ꝯuerſat⁹ ſit inter eos. Sed hec rō nulla eſt ⁊ vana. ⁊ ideo

deſtruit eam dicēs. In carne eīn ⁊c. quaſi dicat: ꝙ nos ſi
mus in carne nō poſſumus negare qꝛ Ro. 8. dicit Debi-
tores ſumus carne ⁊c. ſed ꝙ nos regulemur ſcđm carnē
ponendo in bonis carnalibus finē ſiue intentionē noſtrā
hoc eſt falſum. quia non ſcđm carnē militamus. id eſt vi-
tam noſtrā que eſt quedā militia vt dicit Job. 7. non re-
gulamus ſcđm carnē. Et ꝙ non militemus ſm carnē ꝓ-
bat cū dicit. Nam arma noſtra ⁊c. Et primo ex militarib⁹
armis ſicut vnuſquiſqꝫ pugnator habet arma accomoda
militie ⁊ pugne ſue. Sed cōſtat ꝙ arma eoꝝ qui pugnāt
ſcđm carnē ſeu militāt ſunt diuitie. voluptates. honores
⁊ potentie mūdane ⁊ tempales. cum ergo arma noſtra nō
ſint huiuſmōi: quia arma militie noſtre nō ſunt carnalia.
ſed potentia deo id eſt ſcđm deū vel ad honorē dei. Ergo
nos nō militamus ſm carnē. ¶ Secūdo vero cū dicit ad
deſtructionē ⁊c. Ponit virtutē armoꝝ ſpiritualiū. quorū
quidē virtus patet ex triplici effectu eoꝝ. Primus effe-
ctus eſt ꝙ per ipſa arma confunduntᷣ rebelles Et q̄tuꝫ ad
hoc dicit. Ad deſtructionē munitionū. Quaſi dicat. Be-
ne ſunt potētia deo vt deſtruant rebelles. infra Tyt. 1°.
Ut ſit potens exhortari ⁊c. Jer. 1. Ut euellas ⁊ deſtruas
⁊c. Muniūt autē ſe aliqui contra deū dupliciter. Aliqui
aſtutis cōſilijs ſicut ſunt tyranni qui machinātur prauis
cōſilijs ſuis deſtruere que dei ſunt vt ipſi tyrannizent. Et
quantū ad hoc dicit. Conſilia deſtruentes. ſcꝫ tyrannoꝝ.
Job. 5. Qui apprehēdit ſapiētes ⁊c. Aliqui vero per ſu-
perbiā vel altitudinē ingenij ꝓprij. Et quantū ad hoc di-
cit. Et oēm altitudinē ſcꝫ ſue ſupbie. Ro. 11. Non alta ſa-
pientes ⁊c. id eſt ſuperba. Siue profunditatē intellectus
tam legiſperitoꝝ q̄ philoſophoꝝ. Ro. 8. Neqꝫ altitudo
neqꝫ ꝓfundū Eſaie. 5. Ue qui ſapiētes eſtis in oculis ve
ſtris. Altitudinē dico extollētie aduerſus ſcientiā dei ſcꝫ
fidem quādo eſt ſciētia dei que de deo dicuntᷣ impugnāt.
ſcꝫ partū virginis ⁊ alia dei mirabilia. Eſaie. 11. Repleta
eſt terra ſciētia dei. Apoc. 3. Quā dicūt altitudinē ſatha-
ne. Apo. 3. Qui nō cognouerūt altitudinē ſathane. Ro.
11. Noli altū ſapere ſed time. ¶ Secūdus effectus eſt cō-
uerſio infidelium ad fidē. Et q̄tū ad hoc dicit. Et in captiui-
tatē redigentes ⁊c. quod quidē fit quādo id quod homo
ſcit totū ſupponit miniſterio xpi ⁊ fidei. ps. Ad alligan-
dos reges eoꝝ in cōpedibus ⁊c. Eccľ. 6. Inijce pedē tuū
in cōpedes illi⁹ id eſt in documēta fidei ⁊c. ¶ Tercius ef-
fectus eſt correctio peccantiū. Et quantū ad hoc dicit. Et
in promptu habētes id eſt promptū ⁊ liberū animū habē-
tes ad puniendū oēm inobedientiā. ps. Gladij ancipites
in manibus ⁊c. Et hoc erit cū impleta fuerit veſtra obedi-
entia. id eſt cū vos perfecte obedientes eritis. quia ſi vos
velitis obedire nō erit nobis locus puniēdi inobedientiā
alioꝝ ⁊ veſtrā. Uel tunc vlciſcemur vos de inobedientia
quādo impleta fuerit obediētia veſtra. i. quādo deſtructᷣ
inobediētia veſtra. cōtraria eīn contrarijs curantᷣ.

## Lectio ſecunda.

Que autē ſcđm faciem ſunt videte:
Si q̄s ↄfidit xpi eſſe hoc cogitet ite-
ruꝫ apud ſe: quia ſicut ⁊ ipſe xpi eſt:
ita ⁊ nos. Nam ⁊ ſi amplius aliquid gloriat⁹
fuero de poteſtate noſtra quam dedit nobis
dñs in edificationē ⁊ non in deſtructionē ve-
ſtram non erubeſcaꝫ. Ut autē non exiſtimer
tanq̄ꝫ terrere vos per epiſtolas. Quoniam
quidā epiſtole inquiūt graues ſunt ⁊ fortes
preſentia autē corporis infirma et ſermo con-
temptibilis hoc cogitet qui eiuſmodi eſt. qꝛ
quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes
tales ⁊ preſentes in facto. Non eniꝫ audem⁹
inſerere aut comparare nos quibuſdā qui ſe
ipſos cōmendant. ſed ipſi in nobis noſmeti-
pſos metientes: et cōparantes noſmetipſos
nobis.

Supra excuſauit ſe apľs per rationē: hic excuſat ſe per fa-
cti euidentiā. Et circa hoc duo facit. Primo eīn cōmittit
auditoribus iudiciū ſue excuſatiōis. Scđo proſequitᷣ ſuaꝫ
cauſam ibi. Siquis confidit ⁊c. Dicit ergo primo. Licet
appareat per rationē falſuꝫ eſſe quod imponūt mihi pſeu-
do: tamē ſi aliqui ſint inter vos qui ratiōe non vincantᷣ et
noluerint ratiōi acquieſcere ſaltē videte. i. conſiderate ea
que ſunt ſcđm faciē. i. in manifeſto apparēt de me euiden-
ter. Cōmittit autē eis iudiciū cauſe ſue ad oſtendendā ſe-
curitatē cordis ſui. Job. 6. Reſpondete obſecro abſqꝫ cō-
tradictiōe. Sed cōtra Jo. 7. Nolite ſcđm faciē iudicare.
¶ Non ergo bñ dicitᷣ hic: Que ſm faciē ſunt videte. Re-
ſpondeo dicendū eſt ꝙ ibi accipitᷣ ſm faciem ꝓ his que ex-
terius apparēt in homīe ſcꝫ ꝓ ſola veritatis apparentia:
hic vero ꝓ ipſa veritate euangelica ⁊ aperta veritate ſm
q̄ nō debet homo iudicare. quia aliquādo contrariū la-
tet in corde. Unde dicitᷣ Mat. 7. Ueniūt ad vos in veſti-
mentis ouiū intrinſecus ⁊c. Hic vero accipitᷣ ſm faciē ꝓ
facti euidentia ſm quā poteſt fieri iudiciū. Glo. aliter ex-
ponit ſcꝫ ſm faciē. id eſt pſeudo. Uidete. id eſt attendite.
Quaſi dicat. Conſiderate facta eoꝝ quia impoſſibile eſt
qui inter multa bona que pretendūt non faciāt aliqua ex
quib⁹ poteritis cognoſcere intentionē ipſoꝝ prauā Mat.
7. Ex fructibus eoꝝ ⁊c. ¶ Conſequēter cū dicit. Siquis
autē confidit ⁊c. ꝓſequitᷣ cauſam ſuā. Contingit autē ꝙ
aliquis mouetᷣ ↄtra aliquē deceptus auctoritate alicui⁹ q̄
ſe magnū facit. Et ſic corinthij cōmoti erant cōtra apoſto-
lum decepti a pſeudo. qui ſe dicebāt maioris auctoritatis
q̄ paulus quia venerāt a iudea ⁊ quia erāt primo cōuerſi
Et ideo apľus duo facit. Primo euacuat auctoritatē illo-
rum pſeudoꝝ. Scđo proſequitᷣ cauſam ſuā ibi. Ut aūt nō
exiſtimer ⁊c. Circa primū duo facit Primo oñdit ꝙ pſeu-
do nō ſint ſibi preferēdi. Scđo ꝙ ipſe eſt preferendus eis
ibi. Nam et ſi amplius ⁊c. Dicit ergo. Hoc inquā ſcđm
faciem videte. Et ſi quis de pſeudo confidit ſe chriſti eſſe
propter aliquod magnum quod fecerit: vel propter ali-
quod donum ſpirituale quod a xpo receperit: hoc cogitet
apud ſe. id eſt cōſideret diligenter in corde ſuo quia ſicut
ipſe xpi eſt. ita nos. Quaſi dicat. Quicq̄d inuenitᷣ in eis
totū inuenitᷣ in nobis vnde debeamus dici et eſſe xpi. 1ᵉ.
corinth. 7. Puto ꝙ ⁊ ego ſpiritū xpi habeā. Rom. 8°.
Siquis ſpiritū xpi non habet hic non eſt eius. Non ſolū
autē nos ſumus xpi ſicut ⁊ ipſi: ſed multoplus poſſumus
gloriari ꝙ ſumus xpi q̄ ipſi. Et hoc eſt quod dicit. Nam
ſi amplius q̄ ipſi gloriatus fuero de poteſtate noſtra quaꝫ
ſcꝫ poteſtatē dedit mihi dñs. Act. 9. Uas electiōis eſt mi-
hi iſte. Gal. 2. Qui operatus eſt petro ⁊c. Dedit inq̄ mi-
hi poteſtatē hanc ſpecialē ad conuertendū gentes in edi-
ficationē ſcꝫ eccleſie ⁊ nō in deſtructionē: ſicut faciūt pſeu-
do abutentes poteſtate eis data in contrariū ad quod da-
ta eſt. Nam licet poteſtas detᷣ in edificationē eccleſie in fi-
de ⁊ caritate. iſti tamen querūt gloriā ſuā ⁊ non xpi ⁊ ideo
deſtruūt. Et hoc faciebāt predicando obſeruari legalia ⁊
faciendo queſtū. Si ergo amplius glorior de hac poteſta-
te quā habeo ⁊ in qua gloriā xpi quero et non meā nō eru-
beſcā ſcꝫ de hmōi cōmendatiōe mea qꝛ non facio ad oſten-
dendū me ſed cā neceſſitatis ſcꝫ vt oſtendens auctēꝫ meā
eſſe magnā ⁊ pſeudo nullā nō decipiami ab eis decetero.
¶ Ubi nō ꝙ ſm gre. duab⁹ de cāis pōt ſe aliq̄s ↄmēdare

abſqꝫ peccato ſcꝫ quando aliquis prouocatur obprobrijs
et conculcat. ⁊ hoc vt non deſperet videns ſe conculcari
et vt confutet aduerſarios. Sic Iob cōmendauit ſe mul-
tū ſicut patet. 27. capi. vnde dicit. Neqꝫ enim repꝛehendit
me coꝛ meū in omni vita mea ⁊c. Item quādo aliquis pre
dicans veritatē: et alius aduerſarius veritatis cōtradicit
ſibi ⁊ impedit manifeſtationē veritatis tūc hmōi predica
toꝛ debet ſe cōmendare ⁊ oſtendere auctoꝛitatē ſuā vt cō-
futet illum ⁊ vt trahat auditoꝛes ad veritatē. Et hoc facit
apl'us in multis locis ⁊ hic etiā. ¶ Conſequēter cū dicit.
Ut aūt nō exiſtimer ⁊c. ꝓſequit̄ cauſā ſuā ex facti euiden
tia. Et circa hoc tria facit. Pꝛimo oſtendit falſū eſſe qꝺ ſi
bi imponit̄. Scꝺo rationē dicti aſſignat. ibi. Non enī au-
demus ⁊c. Tercio exponit rationē ipſam. ibi. Nos autē
non ⁊c. Circa primū ſciendū eſt ꝙ ſicut dictū eſt impone
bat̄ apoſtolo ꝙ in pn̄tia eſſet humilis ꝓpter timoꝛē vel ꝓ
pter gratiā ⁊ fauoꝛē captandū: ⁊ in abſentia dure ſcribe-
ret eis. Et ideo dicit apl'us ꝙ nō eſt ita. ſed ſi bene volūt
cōſiderare que apparēt ita inueniēt cū facto qualē habue
rūt ſcripto ⁊ hoc poſſunt experiri ſi volūt. Et hoc eſt ꝙ di
cit. Ut autē non exiſtimer a pſeudo ſeu a vobis tanꝗ̄ ter-
rerē vos vel timoꝛē vobis īcuterē per epl'as nr̄as quas vo
bis mittim⁹ quē ꝗdē timoꝛē nō incutiebā vobis in pn̄tia.
Et hoc ideo eſt qm̄ ipi ſcꝫ pſeudo inquiūt. epl'e ſcꝫ pauli
graues ſūt. i. dure ⁊ grauiter puniētes ⁊ foꝛtes. i. abſqꝫ ti
moꝛe ſed pn̄tia nō talis imo infirma. i. debilis ⁊ humilis
qꝺ reſpondet ei qꝺ dicit foꝛtes. ⁊ ſermo. i. pꝛedicatio ſua.
⁊ collocutio ⁊ exhoꝛtatio contēptibilis qꝺ reſpōdet ei qꝺ
dicit̄ graues. Sed qui eſt hmōi. i. qui talia dicit de nobis
cogitet. i. ſciat certe ꝙ quales ſumus ⁊c. id eſt tales erim⁹
pn̄tes cū venimus ad vos quales ſum⁹ per epl'aꝫ abſen
tes ſi neceſſe fuerit. Cauſaꝫ aūt quare apl'us ſe habuit hu
militer ad eos manifeſtat apl'us. 1ᵉ. ad coꝛinth. 2. Et ego
fratres cū timoꝛe multo ⁊ tremoꝛe ⁊c. qꝺ faciebat quia nō
erāt firmi in fide. Et voluit eos per dulcedinē ſue cōuer-
ſatiōis firmare. Quare autē locutus fuerit ſibi plana ⁊ ꝑ
dicauerit eis nō ſubtilia inſinuat. 1ᵉ. coꝛinth. 3°. dicens:
Tanꝗ̄ paruulis in xp̄o lac potū dedi vobis ⁊c. Nonduꝫ
enī erant capaces altioꝛis doctrine. ¶ Conſequēter cū di
cit. Non enī audemus ⁊c. oſtendit rationē dicti ſui dicēs
Dico ꝙ nō ſumus ſimiles pſeudo. nec etiā eſt verꝫ qꝺ im
ponit̄ nobis qꝛ ego non dico alia ꝗ̄ facere eſt neceſſe. Et
ideo dicit. Non enī audemus nos inſerere. i. dicere nos
eſſe vnū ex eis aut cōparare. i. ſimilē facere quibuſdaꝫ ſcꝫ
pſeudo qui ſeipos vobis tantū cōmendāt. ⁊ tamen ab ali-
is ⁊ a factis ſuis non cōmendant̄. Contra illud Pꝛouer.
27. Laudet te alienus et nō os tuū ⁊c. Sed ipi in nobis
⁊c. id eſt ſcꝺm ea que ſunt in nobis cū menſuramus facta
noſtra ⁊ dicta. Quaſi dicat. Illa dicimus de nobis que
ſunt ꝓpoꝛtionata nobis id eſt cōmenſurata factis noſtris.
Gal. vlti. Unuſquiſqꝫ opus ſuū ꝓbet ⁊c. Sed cōtra. 4.
dicit̄. Commēdantes noſmetipos ad oēm conſcientiā ⁊c.
Ergo nō bene dixit. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ aliud eſt
cōmendare ſeipm ad cōſcientiā: ⁊ aliud ad aures. Nā ad
cōſcientias hominū cōmendamus noſipos cum bene agi
mus. ⁊ hoc eſt bonū. Ad aures aūt cōmendamus noſmet
ipos verbis tantū ⁊ hoc eſt malū. Pꝛimo mō cōmendant
ſe iuſti ⁊ apl'us. Scꝺo modo pſeudo ⁊ hypocrite.

## Lectio tertia.

Nos aūt non in immenſum gloꝛiabi-
mur: ſed ſcꝺm menſuraꝫ regule qua
menſus eſt nobis deus menſurā per
tingendi vſqꝫ ad vos. Non enī quaſi nō per
tingētes ad vos ſuperextendimus nos. Uſqꝫ
ad vos enī peruenimus in euangelio xp̄i nō
in immenſum gloꝛiātes in alienis laboꝛib⁹.
Spem autē habentes creſcentis fidei veſtre
in vobis magnificari ſcꝺm regulā noſtraꝫ in
abundantia etiam in illa que vltra vos ſunt
euāgelizare nō aliena regula in his que pre-
parata ſunt gloꝛiari. Qui autem gloꝛiat̄ in
dn̄o gloꝛiet̄. Non eniꝫ qui ſeipm cōmendat:
ille ꝓbatus eſt: ſed quē deus cōmendat.

Supꝛa apl'us oſtendit rationē coꝝ que dixerat: hic conſe
quēter ipſam rationē manifeſtat. Dixerat enī ꝙ cōmenſu-
rabat ſe ſibi: ⁊ nō excedebat menſurā ſuam. Poteſt autē
aliꝗs in gloꝛiando ⁊ cōmendando ſe excedere dupliciter.
Pꝛimo ꝗ̄tuꝫ ad id de quo gloꝛiat̄. puta ſi quis gloꝛiat̄ de
eo qꝺ non habet. Scꝺo ꝗ̄tum ad id in quo gloꝛiat̄. puta
ſi quis habēs aliquid ex alio: gloꝛiat̄ in ipo tanꝗ̄ a ſe ha-
beret. Et ideo apl'us oſtendit ꝙ neutro iſtoꝝ modoꝝ exce
dit menſurā gloꝛiādo vel laudando ſe. Et pꝛimo ꝗ̄tuꝫ ad
pꝛimū. Scꝺo quantū ad ſecundū ibi. Qui aūt gloꝛiat̄ ⁊c.
Circa pꝛimū duo facit. Pꝛimo ꝓbat ꝙ nō excedit menſu
ram ſuā quantū ad gloꝛiā de preteritis. Scꝺo quantū ad
gloꝛiā de futuris ibi. Spem autē habentes ⁊c. Circa pri-
mū tria facit. Pꝛimo ꝓponit intentū. Scꝺo ꝓpoſitū pro
bat ibi. Non enī quaſi nō ⁊c. Tercio cōcludit ibi. Nec in
īmenſuꝫ gloꝛiātes ⁊c. Dicit ergo pꝛimo. dico ꝙ metimur
⁊ compamus noſmetipos nobis: faciētes ſcꝫ ſm ꝙ officiū
noſtrū exigit. hoc aūt nos agentes nō in immēſuꝫ gloꝛia-
mur. i. nō excedimus menſurā noſtrā exercendo poteſta-
tem noſtrā ⁊ cōmendando nos. Leuiti. 19. Nolite facere
iniquū ⁊c. Sed gloꝛiamur ſm menſurā qua mēſus eſt no
bis deus. Glo. hoc exponit de menſura pꝛelatiōis apl'i et
dicit ſm menſurā. i. ſm menſuratū mihi a deo populū cu
ius ego ſum p̄latus ⁊ regula ad dirigendū. Sed hoc ideꝫ
poteſt vniuerſalius accipi: vt menſura regule dicat̄ quāti
tas gratie. Et tūc eſt ſenſus. Sed gloꝛiamur ſm menſurā
qua menſus eſt nobis deus. i. ſm ꝗ̄titateꝫ gratie quā de-
dit nobis deus. Ephe. 4°. Unicuiqꝫ data eſt gratia ⁊c.
Que quidē gratia eſt nobis regula: ne extollamur et de-
niemus a deo. Quā menſus eſt nobis deus qꝛ quicquid
boni facimus: in euāgelizando ⁊ in cōuerſatione veſtra ⁊
alioꝛū. totum eſt ex deo mihi in vobis ⁊ in alijs cōceſſum.
1ᵉ. coꝛinth. 3°. Ego plātaui. appolo rigauit ⁊c. Menſurā
dico pertingendi vſqꝫ ad vos. quia vos eſtis ſub menſu-
ra gratie mihi date per quā conuerſi eſtis ad xp̄m ⁊ obedi
tis euāgelio. Hoc eſt ergo quod ꝓponit ſcꝫ ꝙ nō excedit
menſurā ſuam gloꝛiādo ⁊ laudando ſe ꝙ ſit eoꝝ pꝛelatus
⁊ ꝙ per eum cōuerſi ſunt. Et ꝙ ita ſit ſcꝫ ꝙ pertingat vſqꝫ
ad eos. ꝓbat conſequēter cū dicit. Non enī quaſi non per
tingentes ⁊c. Quaſi dicat. Uere gloꝛiamur. Non enī ſu-
perextendimus nos in gratia vel in gloꝛia vel in poteſta-
te noſtra quaſi nō ſimus pertingētes vſqꝫ ad vos poteſta
te noſtra ⁊ miniſterio. Nā vſqꝫ ad vos peruenim⁹ in euā-
gelio xp̄i. id eſt in pꝛedicatiōe euangelij xp̄i. 1ᵉ. coꝛin. 4.
In xp̄o ieſu per euangeliū ego vos genui ⁊c. et ſupꝛa. 9.
Nonne opus meū vos eſtis ⁊c. Gal. 2. Qui operatus eſt
petro in apoſtolatū ⁊c. Et ideo cōcludit dicens. Igit̄ cuꝫ
gloꝛioꝛ de vobis non gloꝛioꝛ in immenſum. Unde dicit.
Non in immenſum gloꝛiantes ⁊c. vbi alius fundamen-
tum fidei poſuiſſet. ¶ Conſequēter cum dicit. Spem au-
tem habentes ⁊c. oſtendit ꝙ non excedit menſuraꝫ ſuaꝫ
quantū ad gloꝛiam de futuro. Sciendū eſt autem ꝙ pꝛe-
dicatoꝛ poteſt habere duplex argumentū gloꝛie de pꝛedi-
catione ſua. Unū eſt vt conuerſi ad pꝛedicationem ſuam
pꝛoficiant in melius. Aliud: vt per ipſos conuerſos alij

conuertant̄ qꝛ vt dicit̄ Exodi. 36°. Cortina cortinā trahit ⁊c. Et apoc. vlti. Qui audit dicat veni. Nam qn̄ quis videt alios cōuerti facilius conuertit̄. Et q̄tum ad iſta duo apl̄us ſperat augeri gloriā ſuaʒ de corinthijs. Primo ſcʒ de ꝓfectu eoꝝ in melius. Et ideo dicit Dico ꝙ nec in immenſum gloriamur de cōuerſione veſtra per nos cauſata olim. Sed adhuc habētes ſcʒ ſumus ſpeʒ magnificari in futuro. i. augeri gloriā noſtrā creſcentis fidei veſtre in vobis. i. de fide veſtra creſcēte ⁊ ꝓficiente in melius per bona opera. 1ᵉ. Petri. 2°. Lac ꝯcupiſcite vt in eo creſcatis in ſalutē ⁊c. Et iterū ſecūdo ſperamus magnificari in cōuerſione alioꝝ per vos. Et ideo dicit. In abundātia ⁊c. id eſt in abundātia predicatiōis non ſolū in vobis. ſed etiam in illa loca que vltra vos ſunt. ⁊ hoc ſm regulā nr̄am id eſt ſm ꝙ iniunctū eſt nobis a xp̄o. nō ſolū euangelizare vobis ſed oībus gentibus. Mar. vlti. Euntes in mundū vniuerſū ⁊c. Nec tamē ſumus habētes ſpem in aliena regula. i. nō ſperamꝰ gloriari nec gloriamur in aliqua aliena regula. Quaſi dicat. Non in illis que p̄parata ſunt ab alijs. i. quos alij duxerūt ad fideʒ. ſed faciā fructū in illis in quibus ab alijs nō eſt predicatū. Rom. 15. Predicaui euangeliū hoc nō vbi noīatus eſt xp̄us. Contra eſt ꝙ petrus p̄dicauit rome anteq̄ predicaret ibi paulus. Rn̄deo dicendū eſt ꝙ nō dicit hoc: recuſans p̄dicare vbi alius p̄dicaſſet. ſed dicit ꝙ intendit predicare etiaʒ vbi non predicaſſet aliquis. ¶ Conſequēter cū dicit. Qui aūt gloriatur ⁊c. oſtendit ꝙ nō excedit menſurā ſuam quantū ad id in quo gloriat̄ dicēs: Quia ſi ego glorior in eo in quo gloriandū eſt non excedo. Cuʒ autē gloriandū ſit in deo: qui gloriat̄ in dn̄o glorietur. Ier. 9. In hoc glorietur qui gloriat̄ ⁊c. Poteſt autē hoc exponi tripliciter. Vno modo in domino glorietur. vt ly domino denotet obiectū gloriandi. Quaſi dicat. Ex hoc glorietur ꝙ habet dn̄m amando et cognoſcēdo. Iere. 9. In hoc glorietur ⁊c. Alio modo glorietur in dn̄o. i. ſm deū. et hoc modo gloriat̄ qui gloriat̄ de his que dei ſunt et nō de malis: ſicut ille de quo dicit̄ in p̄s. Quid gloriaris in malitia. Alio modo in dn̄o glorietur. i. vt gloriā ſuaʒ reputet ſe habere a deo: totū quod cedit ad gloriā ſuam referens in deū. 1ᵉ. corinth. 4. Quid habes quod nō accepiſti. Si autē accepiſti ⁊c. Et ſic accipit̄ hic cum dicit̄. Qui gloriat̄ in dn̄o glorietur. Quaſi dicat: glorior de predictis: ſed nō quaſi hoc a me habeā. ſed a deo. Et hoc etiā eſt menſura veſtra. quia totū bonū veſtrū habet ortū a nobis. Et vere in dn̄o debemus gloriari nō nobis imputare gloriā noſtrā ſed deo. Nam nō eſt ꝓbatus. id eſt cōprobatus a deo vel hoībus ille qui ſeip̄m cōmendat. Prouerb. 27. Laudet te ⁊c. Sed ille quē deus cōmendat. i. cōmendabilē facit bonis opibus ⁊ miraculis. Nam deus eſt cauſa totius boni opis per hoīes facti.

## Capitulū vndecimū.

Vtinaʒ ſuſtineretis modicū quid inſipiētie mee. ſed ſupportate me Emulor enim vos dei emulatiōe deſpondi eniʒ vos vni viro virginē caſtam exhibere xp̄o. Timeo auteʒ ne ſicut ſerpens ſeduxit euam aſtutia ſua: ita corrumpant̄ ſenſus veſtri ⁊ excidant a ſimplicitate que eſt in xp̄o ieſu.

Poſtq̄ apoſtolꝰ excuſauit ſe de his que falſo imponebātur ſibi a pſeudo: hic cōſequenter vt cōfutet eos ſcʒ pſeudo ⁊ reddat auctoritatē ſuā honorabilē cōmendat ſe corinthijs. Circa hoc autē duo facit. Primo rationē ſue cōmendatiōis aſſignat. Scd̄o ponit ſuā cōmendationē. ibi. In quo quis audet ⁊c. Circa primū tria facit. Primo petit vt eius inſipientia ſupportet̄. Scd̄o ſubdit neceſſitatē ſue cōmendatiōis vt nō inſipiens videat̄ ibi. Emulor enī vos ⁊c. Tercio innuit ꝙ dato ꝙ ſit inſipiens. ſupportare debent ibi. Iterū dicō ne quis ⁊c. Circa primū duo facit. Primo premittit ſuū deſideriū: vt petitio ſua facilius exaudiat̄. Scd̄o ponit ſuaʒ petitionē ibi. Sed ⁊ ſupportate me. Deſideriū autē apoſtoli eſt vt corinthij ſuſtineāt apoſtolū cōmendantē ſe. Et ideo per aduerbiū optandi incipit dicens. Vtinā ſuſtineretis ⁊c. Circa qđ ſciendū eſt ꝙ precepta moralia ſunt de agēdis que cuʒ ſint particularia ⁊ variabilia nō poſſunt determinari vna cōmuni ratiōe ⁊ regula indefinite: ſed oportet qn̄qꝫ preter regulā cōmunē aliquid facere in aliquo caſu emergēte. Quādo autē hoc modo fit aliq̄d preter cōmunē regulā ſapientes qui cauſā huiꝰ conſiderāt non turbant̄ nec reputant inſipiēter factū eſſe. Indiſcreti vero ⁊ minus ſapientes non ꝯſiderātes ex qua cā hoc ita fiat turbant̄ ⁊ reputāt ſtulte factū fore ſicut patet qꝛ preceptū morale eſt nō occides. Aliqn̄ tamen neceſſe eſt malos occidere. Et quādo hoc fit ſapientes commendāt vel non reputāt male factū. Stulti aūt ⁊ heretici damnāt dicētes hoc eſſe male factū. Quia ergo cōmunis lex moralis eſt ꝙ homo non cōmendet ſeip̄m ſm qđ dicit̄ Prouer. 27. Laudet te alienus ⁊c. poteſt fieri in aliquo caſu preter hanc cōmunē regulā vt homo cōmendet ſe: et laudabiliter hoc facit. ⁊ tamē indiſcreti hoc reputant inſipientiā. Vnde cum imineret caſus quo apl̄s deberet ſe cōmendare. hortat̄ eos ad hoc ꝙ iſtud nō reputent ei ad inſipientiā dicens. Vtinā ſuſtiueretis ſcʒ patienter modicū inſipiētie mee ſupportādo me. Et dicit modicū. quia ſi cōmendaret ſe ſine cauſa eſſet maxima inſipiētia. Et iterū ſi cōmendaret ſe ex cauſa oīno vrgente tūc nihil eſſet ibi inſipiētie. Sed quia cōmendat ſe licet ex cauſa nō tamen oīno vrgente cū alio modo poſſet cōfutare pſeudo ⁊ qꝛ commendat ſe multū: videt̄ ibi eſſe aliquid inſipientie. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit. Modicū inſipiētie mee. Infra. 12. Factus ſuʒ inſipiens ⁊c. Et licet ſic ſim inſipiēs. tamē ſupportate me Et hoc debent facere qꝛ ſubditi debēt ſupportare p̄latos ⁊ ecōuerſo. Gal. 6. Alter alterius onera ⁊c. Ephes. 4. Supportātes inuicē in caritate. Neceſſitatē autē cōmendatiōis oſtendit dicens. Emulor ⁊c. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit huiuſmodi cōmendationē ꝓuenire ex zelo. vt excludat inſipientiā. Scd̄o dicit hunc zelū non eſſe inordinatū. vt vitet indiſcretionē. ibi. Timeo autē ⁊c. Tercio excludit eoꝝ excuſationē ibi. Nam ſi is. Circā primū duo facit. Primo ponit zelū quē habet ad eos ſanctū quia dei. Scd̄o oſtendit cauſā huius zeli: quia incūbebat ſibi ex officio ibi. Deſpōdi vos ⁊c. Eſt ergo zelus ſctūs qꝛ emulor vos. i. diligo vos feruēter dei emulatiōe. i. ad honorē dei non meū. Circa qđ nota ꝙ emulatio ꝓut eſt ideʒ quod zelus nō aliud eſt q̄ quidā motus animi bonus vel malus tendentis in ſtatū ꝓximi ⁊ importat feruorē amoris. Et ideo cōſueuit ſic diffiniri. Zelus eſt amor intēſus nō patiens conſortiū in amato. Et ſi quidē non patiat̄ cōſortiū in aliquo bono. puta. vitij vel alicuiꝰ imperfectiōis ſed ſingulariter illud ſolus vult habere. tunc zelus eſt bonus ⁊ emulatio bona de qua dicit̄. 1ᵉ. corinth. 12. Emulamini cariſmata ⁊c. Gal. 4. Emulamini bonū in bono ⁊c. Tertij Re. 17. Zelo zelatus ⁊c. p̄s. Zelus domꝰ tue ⁊c. Si vero nō patiat̄ conſortiū in aliqua excellētia vel in aliqua ꝓſperitate mūdi. tūc zelus eſt malus ⁊ emulatio mala. Hoc autē bono zelo ſeu emulatiōe aliqn̄ quis emulat̄ alios ꝓ ſe ſicut vir zelat̄ pro vxore ſua quā ſibi ſoli vult ſeruari. Aliqn̄ vero zelat̄ aliquis ꝓ alio ſicut eunuchus zelat̄ vxorē domini ſui vt cuſtodiat eā ſibi. Sic apl̄us populū ſuū queʒ videbat paratū ad precipiciū ⁊ cuʒ ſponſo xp̄o

velle proſtitui dyabolo emulabatur: ne xp̄s ſponſus verus in eis aliquod dyaboli conſortiū pateretur. Et ideo dicit dei emulatione Quaſi dicat non ꝓ me ſed ꝓ xp̄o q̄ eſt ſponſus. Johan. 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. 3. reg. 19. Zelo zelat⁹ ſum ꝓ dn̄o ⁊c. Unde autē apoſtolo incūbebat huiuſmodi emulatio oſtendit dicens: Deſpondi em̄ vos ⁊c. Quaſi diceret. Merito vos emulor dei emulatione. quia ego ſum paranymphus huius matrimonij. quod eſt inter vos et xp̄m. quia ego deſpondi vos id eſt feci ſpōſalia que ſunt ꝑ fidē ⁊ charitatē. Oſee 2. Sponſabo te mihi ⁊c. Et ideo ꝑtinet ad me cuſtodire vos. Quicūq; ergo cōuertit populum ad fidē et ad iuſticiam deſpondet eos xp̄o. Deſpondi inq̄ non multis. q̄a que multis adheret polluitur. Je. 3. Tu autem polluta es ⁊c. Sed vni chriſto ſcilicet viro perfecto virtutis plenitudine. Zach. 6. Oriens nomen eius. Je. 31. Nouū faciet dominus ſuper terram ⁊c. Et dicitur chriſtus vir vnus quia ſingularis et q̄tum ad modum conceptionis et quantū ad modum naſcendi et q̄tum ad gratie plenitudinē. Ecc. 7. Unum de mille ⁊c. Iſti inq̄ viro deſpōdi vos exhibere virginē. ¶ Nota q̄ a plurali ad ſingula redeſcendit dicens. Deſponſaui vos in plurali. et exhibere virginem in ſingulari. volens oſtendere q̄ ex omnibus fidelibus fit vnū corpus et vna eccl'ia: que debet eſſe virgo in omnibus mēbris ſuis. Et ideo dicit virginē caſtam. In hominibus em̄ accipitur virginitas ꝓ integritate corporis. caſtitas ꝓ integritate mentis. Nā aliquando aliqua eſt virgo corpore que non eſt caſta mente. Sic eccleſia exhibet ſe xp̄o virginē q̄n ꝑſeuerat in fidē et infra ſacramenta abſq; corruptione alicuius idolatrie et infidelitatis Eze. 16. Ad omne caput vie edificaſti ſignum ⁊c. Caſtam exhibet ſe quando exiſtēs infra ſacramenta ⁊ in fide xp̄i exhibet puritatē corporis et operis. Ephe. 5. Ut exhiberet ſibi glorioſā eccl'iam nō habentē maculam neq; rugā ⁊c. Sed quia corinthij poſſent dicere non neceſſe eſt q̄ cuſtodias nos ⁊ zelus tuus non ē rationalis q2 nos bene ſeruabimus noſmetipſos. Ideo cōſequenter cauſam huius zeli oſtendit dicēs: Timeo autem ⁊c. Ubi ſciendū eſt q̄ in paradiſo fuit coniugiū adā ⁊ eue. Sed eua corrupta fuit per ſerpentē nō violentē ſ3 aſtute inq̄tum ꝓmiſit falſum ⁊ ſuaſit iniquū. Falſū q̄dē cum dixit Eritis ſicut dij ⁊ nequaq̄ moriemini. cū tamē ex hoc ipſi incurrerint neceſſitatē mortis. Iniquū vero vt tranſgrederetur et preteriret mandatū dei Et ſm̄ hāc ſimilitudinē ap̄lus loquens dicit eccl'iam eſſe ſicut euā quā dyabolus aliq̄n ꝑſecutus eſt manifeſte per tyrānos et poteſtates. ⁊ tunc ſicut leo rugiens circuit querēs quē deuoret. vt dicitur. 1. Pe. 5. Aliquando moleſtat eccleſiam latenter per hereticos q̄ ꝓmittunt veritatē ⁊ ſimulant ſe bonos et tunc ſicut ſerpens ſeducit aſtutia ſua ꝓmittendo falſa. Et ideo dicit Timeo ne ſicut ſerpēs euā ſeduxit a paradiſo eam eijciens aſtutia ſua ꝓmittēdo falſa. 1. thi. 2. Adam non eſt ſeductus ſed mulier. Ita id ē per ſimiles deceptiones hereticorum corrūpant ſenſus veſtri. Et dicit ſenſus veſtri. quia ſicut in matrimōio carnali cauet ſponſus ne coniunx corrumpat carnaliter. ita apoſtolus in hoc matrimonio ſpirituali timet ne corrumpātur ſpiritualiter ſenſus cordis. 1. cor. 15. Corrūpunt bonos mores ⁊c. Uel ſenſus ſpirituales de quib⁹ Sap. 1. Sentite de domīo ⁊c. 1. cor. 14. Nolite pueri effici ſenſibus. Et excidant a ſimplicitate q̄ eſt in xp̄o ieſu. Simplex em̄ eſt illud qđ corruptione caret. Pſeudo ergo cōponebant vnam ſectā ex iudaiſmo ⁊ euangelio mandātes ſimul cū euangelio ſeruari legalia. Illi ergo excidūt a ſimplicitate xp̄i q̄ ſeducti a pſeudo ſimul cū euangelio ſeruant legalia: ⁊ hoc timebat apoſtolus de corinthijs. Ecc. 2. Ve peccatori ingredienti terrā duabus vijs. Et econtra ꝓuer. 11. Simplicitas iuſtorū diriget eos.

## Lectio ſecunda.

Nam ſi is qui venit alium xp̄m predicat quē non predicauim⁹: aut alium ſpiritum accipitis quē non accepiſtis: aut aliud euangeliū quod non recepiſtis: recte pateremini. Exiſtimo em̄ nihil me minus feciſſe a magnis apoſtolis. Nam ⁊ ſi imperitus ſermone: ſed non ſciētia In omnibus aūt manifeſtus ſū vobis. Aut nūquid peccatū feci meipm̄ humiliās: vt vos exaltemini. Quoniā gratis euāgelium dei euangelizaui vobis. alias eccleſias expoliaui accipiens ſtipendiū ad miniſteriū vr̄m.

Poſito zelo quē ad corinthios habebat apoſtol⁹. ⁊ oſtēſo zelum eſſe rationabilē: hic conſequent̄ remouet eorū excuſationē. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit eorū excuſationē. Secūdo ſc̄o remouet eā ibi Exiſtimo em̄ me ⁊c. Circa primū ſciendū eſt q̄ corinthij poſſent ſuſpicari q̄ ideo zelū haberet de eis. quia timet ne dimittant doctrinā ſuā ꝓpter doctrinā pſeudo: vnde poſſent dicer̄ conſtat q̄ minus bona ſunt dimittenda ꝓpter magis bona. Ergo ſi pſeudo meliora docent non debes turbari ſi acquieſcimus eis. Et ideo hanc excuſationē ponit oſtendendo q̄ nihil maius q̄ apoſtolus docēt ⁊ p̄dicant. Nā apoſtol⁹ tria p̄dicauit eis ⁊ docuit eos. Primo q̄ eſſent chriſti. ā. 4. Non em̄ predicamus noſmetipſos ſed xp̄m ieſum. Secundo q̄ haberent ſpiritū xp̄i. Roma. 8. Si quis ſpiritū xp̄i non habet: hic non eſt ei⁹. Tertio vt reciperent euangeliū xp̄i. Ro. 1. Non em̄ erubeſco euāgelium ⁊c. Si ergo pſeudo meliora vobis predicarēt ⁊ vos docerent recte faceretis ⁊ excuſabiles eſſetis. Sed hoc non faciunt. Et hoc eſt qđ dicit. Nā ſi is qui ⁊c. Quaſi dicat. Timeo ne pſeudo qui venit ad vos nō miſſus ſed ex ſe ſicut fur ⁊ latro Joh. 10. Quotquot venerūt fures ſunt et latrones. Je. 23. Non mittebam eos et ipſi currebāt. Ro. 10. Quomodo predicabunt niſi ⁊c. Si inq̄ talis predicator predicat vobis aliū xp̄m ſc3 excellētiorem q̄ illū quem nos predicauimus. qđ non poteſt eſſe. q2 vt dicitur cor. 8. Unus dn̄s noſter ieſus xp̄s per quē om̄ia ⁊c. Et hoc q̄tū ad primū. Aut aliū ſpiritū ſc3 meliorem accipitis ſc3 per talē q̄ accepiſtis ſc3 per nos id eſt miniſterio noſtro qđ non poteſt eſſe quia vt dicitur. 1. cor. 12. Hec omnia operatur vnus atq; idē ſpiritus ⁊c. Et hoc q̄tum ad ſcdm̄. Aut predicat vobis aliud euangeliū id eſt aliā p̄dicationē vl' doctrinā quā ꝑ nos nō recepiſtis. Gal. 1. Miror q̄ ſic cito transferimini ⁊c. Si inq̄ alia et meliora facerent vobis: pateremini id eſt faceretis excuſando vos. Et quia nō poteſt eis aliud euāgeliū id ē melius tradi. Ideo apoſtol⁹ excōmunicat galathas ſi aliđ euangelium recipiant. Gal. 1. Si quis aliud vobis euāgelizauerit ⁊c. ¶ Conſequent̄ cū dicit. Exiſtimo em̄ ⁊c. remouet hanc excuſationē. Et circa hoc duo facit. Pri° oſtendit q̄ ipſe non min⁹ fecit eis q̄ alij. Scđo q̄ plus ibi Aut nunq̄d ⁊c. Circa primū tria facit. Primo oſtendit q̄ nihil minus fecit facto q̄ alij ap̄li. Secundo inuit q̄ non defuit ei facultas ad hoc faciendū ibi. Nam ⁊ ſi imperitus ſermone ⁊c. Tertio oſtendit euidentiā vtriuſq; ibi In omnibus autē ⁊c. Dicit ergo. Recte pateremini vos ſeduci ab eis ſi melius predicarēt vobis ſed hoc nō eſt verum. Enim id eſt quia exiſtimo me nihil minus fe-

eiſſe in his a magnis apoſtolis id eſt ꝙ petrus et iohan-
nes quos iſti habebāt magnos. Et comparat ſe magnis
apoſtolis. tum quia paulus videbatur et reputabat ab
eis minor ꝙ illi eo ꝙ illi fuerant cū ieſu et paulus nō. tū
etiā q: pſeudo dicebant ſe miſſos ab eis. Et ideo oſtēdē-
do ſe parē magnis apoſtolꝭ iſtoꝝ errorē remouet ꝛ pſeu-
do confutat. Et non ſolū nihil minus fecit ſed plus. i. co-
rinth. 15. Plus omnibus laboraui. Et ne forte dicerent
ei. vnde tibi eſt facultas ad hoc faciendū cū ſis impedite
lingue. Oſtēdit ꝙ ei facultas affuit ex magnitudine ſciē-
tie dicens: Licet ſim imperitus ſmone tū nō ſum impe-
ritus ſcientia. 2. Pe. vlti. Sicut et chariſſimus frat no-
ſter paulꝰ ſꝫ ſapientiā ꝛc. ¶ Sed hoc ſciendū eſt ꝙ pſeu-
do querentes gloriā ꝓpriam et lucra ſectātes nitebant
attrahere populū per ornata ꝛ ſubtilia ꝛ exquiſita verba
non attendentes niſi ſolū aures permulcere. Apłus ve-
ro quia nō querebat vtilitatē ꝓpriam ſꝫ ſolū dilatationē
fidei xp̄i et ꝑfectū eius: ita ꝓponebat verbū fidei vt om-
nes poſſent capere cōformās ſe cōditioni audientiū ꝛ ca-
pacitati. Unde quia iſti in principio nō erant capaces al-
te doctrine ꝓpoſuit eis fidē non in ſubtilitate ſermonis
ſed eo modo quo capere poſſent ſcilicet plane ꝛ aperte.
Et ideo iſti dicebant eum eſſe imperitū ſermone. i. cor.
i. Non in ſapiētia verbi ꝛc. Et propter hoc dicit apoſto-
lus. licet ſim imperitus ſmone: vt vobis videtur hoc nō
fuit ex defectu ſcientie ſed propter vos ex quadā diſpen-
ſatione quia tanꝙ puulis in xp̄o lac potū dedi vobis ꝛc.
Ul dicendū ad litterā ꝙ apoſtolus fuit balbus. et ex hoc
pſeudo deridebant eū. Et ideo dicit. Et ſi imperitus ſer-
mone id eſt impedite lingue. nō tamē ſum imperitus ſci-
entia. Exo. 4. Impeditioris et tardioris lingue ſū. Q
autē nihil minus fecerim a magnis apoſtolis: euidenter
apparet per ea que feci vobis. Et ideo dicit. In omnibꝰ
predictis manifeſtatus ſum in vobis: qui experti eſtis ꝙ
per me fiunt. i. cor. 9. Signaculum apoſtolatꝰ mei vos
eſtis in domino. et infra. 12. Signa tamē apoſtolatꝰ mei
facta ſunt ſuper vos ꝛc. ¶ Conſequenter cū dicit. Aut nū-
quid peccatū ꝛc. Oſtendit ꝙ plus fecit ꝙ omnes alij. et
hoc quia predicauit ſine ſumptibus. Circa hoc duo fac.
Primo ponit factū. Secundo cauſam facti aſſignat ibi
Quare. quia non diligo vos ꝛc. Circa primū duo facit.
Primo oſtendit factū ꝗtum ad preteritū. Secundo ꝗ-
tum ad futuꝝ ibi. Et in omnibus ꝛc. Factū autē ꝑteritū
oſtendit dupliciter. Primo in generali. Scḋo in ſpeciali
ibi Qm̄ gratis ꝛc. Dicit ergo Recte dico ꝙ nihil minꝰ
feci ab illis: niſi forte hoc reputetis male ꝛ minus factuꝫ
quia diminui de auctoritate mea non accipiens ſumptꝰ
a vobis. ſed ſi hoc eſſet malum minus feciſſem. Et ideo
oſtendit ꝙ non eſt malū. Et hoc eſt qḋ dicit. Aut nunꝗd
peccatū feci id eſt nunꝗd peccaui humilians meipm̄ ꝛ di-
minuēs ḋ auctoritate mea. Quaſi di. Nō. Ecc. 3. Quā-
to maior es ꝛc. i. cor. 9. Cum eſſem liber ꝛc. Mat. 18.
Qui humiliauerit ſe ꝛc. Ratio autē humiliationis mee
eſt non ꝓpter lucrū propriū ſed ꝓpter ꝓmotionē veſtrā.
Unde dicit. Ut vos exaltemini id eſt in fide confirmemi-
ni. Corinthij autē auari erant. et ideo ſi a principio acce-
piſſet ſumptus forte deſtitiſſent a fide. Item pſeudo p̄di-
cabant propter queſtū. Ut ergo corinthij reciperēt apo-
ſtolum et pſeudo aufferret occaſionē queſtꝰ gratis predi-
cauit eis ſine ſūptibꝰ ꝓprijs. Hoc āt qḋ dixerat i genera-
li mā͞ifeſtat i ſpēali ibi. Qm̄ gratꝭ ꝛc. Et fac duo. Pri͞o
oſtendit quō ſine ſumptibus predicauit eis in primo ad-
uentu ad eos. Secundo oſtēdit ꝙ idē fecit in mora quā
apud eos contraxit. ibi. Et cū eſſeꝫ ꝛc. Circa primū duo

facit. Primo proponit quod intēdit ſcilicet humiliatio-
nem dicens: In hoc humilians meipſum qm̄ euangeli-
zaui vobis gratis id eſt ſine ſumptu. non autē ſine merce-
de quia hoc non eſt laudis. licet em̄ omnes poſſent cape-
re ſumptus perſone ab eis quibus proponunt verbū dei
nullus tamen predicare debet ꝓ mercede ꝛ queſtu. Se-
cundo quia poſſent dicere iſti. vnde ergo accepiſti ſum-
ptus. reſpondet ꝙ ab alijs eccleſijs dicēs: Eccleſias ali-
as exſpoliaui accipiens ab eis ſtipendiū ad miniſterium
vr̄m. Ex hoc conuincit eos ꝙ non poſſint dicere apoſto-
lo ꝙ non liceret ei accipere ab eis. Si eniꝫ accipitur ab
alijs ad ſeruitiū eoꝝ: multomagis liceret ei accipere ab
ipſis. Ex hoc etiam apparet ꝙ legatus pape viſitās vnā
partē legatiōis poteſt accipere ſtipendia. Et ꝙ dominꝰ
papa pro neceſſitate vnius patrie poteſt accipere ſubſi-
dium ab alijs partibus mundi. Ratio eſt. quia eccleſia
eſt ſicut vnū corpus. videmus aūt in corpore naturali ꝙ
natura quādo deficit virtus in vno mēbro: ſubminiſtrat
humores et virtutē accipiens ab alijs membris.

## Lectio tertia.

Et cū eſſem apud vos et egerē nul-
li oneroſus fui. Naꝫ quod mihi de-
erat ſuppleuerunt fratres qui ve-
nerant a macedonia: et in omnibus ſine one-
re me vobis ſeruaui et ſuabo. Eſt veritas
xp̄i in me: quoniā hec gloriatio nō infringe-
tur in me in regionibus achaie. Quare: q:
non diligo vos Deus ſcit. Qḋ autē facio et
faciaꝫ vt amputē occaſionē eoꝝ qui volunt
occaſionē: vt in quo gloriātur inueniant ſi-
cut et nos. Naꝫ eiuſmodi pſeudo ap̄li ſunt
operarij ſubdoli: transfigurantes ſe in apo-
ſtolos xp̄i. Et non mirū. Ipſe em̄ ſathanas
transfigurat ſe in angelū lucis. Nō eſt ergo
magnum ſi miniſtri eius transfigurent ve-
lut miniſtri iuſticie quorum finis erit ſcḋm
opera ipſorum.

Oſtenſo ꝙ quando primo eis predicauit in ipſo aduen-
tu: euangelizauit eis gratis: hic oſtendit ꝙ nec etiam cō-
trahendo morā apud eos accepit ab eis ſumptus Et pri-
mo hoc oſtendit. Secūdo vero reſpondet cuidā tacite ꝗ-
ſtioni ibi. Nam quod mihi ꝛc. Dicit ergo Nō ſolū quā-
do primo veni ad vos non accepi a vobis ſumptus: ſed
etiam cū eſſem apud vos diu et etiam egerē. vt oſtendat
ꝙ non dimiſit eis ſumptus ꝓpter diuitias. Nulli onero-
ſus fui aliquid ab aliquo accipiēdo. In quo apparet cau-
ſa quare dimiſit: quia corinthij ꝓpter auaritiā eis inna-
tam reputabant ſibi onus miniſtrare ſumptus. i. cor. 9.
Non ſumus vſi hac poteſtate. ſed omnia ſuſtinemꝰ ꝛc.
Sed poſſent iſti dicere. vnde ergo habuiſti neceſſaria?
Et ideo reſpondet dicens: ꝙ ab alijs eccleſijs ideo ſcili-
cet nihil accepi. quia illud quod mihi deerat ſcilicet a p̄-
cio quod lucrabat nocte laborando manibus ſuis apud
aquilā et priſcā. Erat em̄ ſcenofactorie artis per quā lu-
crabatur ſibi neceſſaria Act. 2. Ad ea que mihi opꝰ erāt
ꝛc. Illud ergo quod deerat non dediſtis vos ſed ſupple-
uerunt fratres qui venerunt a macedonia: ſcilicet phili-
penſes qui erant valde liberales. Uñ de hoc in epiſtola

ad philipenſes cōmendat eos. Phil'. 4. Nulla eccleſia
cōmūicauit mihi in ratione dati et accepti niſi vos. Sed
corinthij erāt auari. ¶ Conſequenter cū dicit. Et in om=
nibus ſine onere ꝛc. Oſtendit quomō ſe habebit in hoc
ad eos in futurū dicens: ꝙ etiā ſine onere vult ſe habere
ad eos. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ſuā rationē
cōmunem. Secundo cōfert eā ibi Eſt veritas xpi ꝛc. Di
cit ergo non ſolū feci hoc ſcilicet ꝙ gratis vobis euange
lizaui et nulli oneroſus fui: ſed etiā in omnibus ſeruabo
me vobis ſine onere ſicut vſ modo ſeruaui non dure re
prehendendo: non ſeuere corrigēdo: nec veſtra accipiē=
do Act. 3. Argentū et aurꝝ et veſtē nulli9 cōcupiui. Nu
meri. 16. Tu ſcis ꝙ nec aſellū quidem acceperim ab eis
dicit moyſes ad dn̄m. Samuel dicit. 1. reg. 12. Loqui=
mini de me ſi oppreſſi ꝛc. Et ꝙ ita facturus ſit confirmat
ex duobus. Primo ex eo qui loquitur in ipſo ſcilicȝ chri
ſto qui eſt veritas a qua non poteſt eſſe falſū. Et ideo di=
cit Eſt veritas chriſti in me ꝛc. Quaſi dicat. Hoc qđ di=
xi verū eſt. quia veritas chriſti loquitur in me ꝛc. hoc in=
fra vltimo. An experimentū queritis eius qui in me ꝛc.
Vel hoc poteſt accipi per modum iurātis. Quaſi dicat
deus qui eſt veritas et eſt in me ſcrutās corda ſit mihi te
ſtis ꝙ ita ſeruabo me. Ro. 1. Teſtis eſt mihi deus ꝛc.
Secundo ex eo ꝙ non intendit minuere gloriam ſuā ſed
augere. Apoſtolus em̄ attribuebat ſibi apud xp̄m ad ma
gnam gloriam ꝙ ipſe ſolus inter apoſtolos ſine ſumptu
predicabat corinthijs. Et ideo dicit. Ideo ſeruabo me
ſine onere quoniā non infringetur id eſt nō minuetur in
me hec gloria ꝙ ſcilicet gratis predico vobis: et ꝙ a lici
tis abſtineo: propter ſalutē veſtrā que quidem eſt gloria
xp̄i. quia ipſe glorificatur per hoc in me. vel qꝛ ego hanc
gloriam habeo ſpecialiť apud xp̄m. que quidem refrin=
geretur in regionibus achaie. vbi corinthum erat metro
polis ſi recepiſſet ab eis quia auari erant. habitabāt em̄
in maritimis et erant intenti mercationibus et tales con
ſueuerunt eſſe auari. 1. corꝛ. 9. Bonū eſt mihi magis mo
ri ꝙ vt gloriam meā quis euacuet. ¶ Conſequenť cū di=
cit Quare. quia non ꝛc. Ponit cauſam quare non acce
pit ſumptus ab eis. Et circa hoc duo facit. Prīo exclu=
dit falſam cauſam. Secundo aſtruit verā ibi. Quod au
tem facio ꝛc. Circa primū ſciendū eſt ꝙ pſeudo impone
bant apoſtolo ꝙ ideo nō recipiebat a corinthijs ſumpt9
quia non diligebat eos et quia non intendebat eis bene
facere et ſeruire. Dicit ergo quar̃ ſcilicet hoc facio. quia
non diligo vos id eſt pro odio quod habeo ad vos ſicͭ di
cunt pſeudo. deus ſcit ꝙ diligo vos et ꝙ nō ꝓ odio hoc
facio Ioh. vltimo. Domine tu ſcis quia amo te. Sic er=
go excluſa cauſa falſa ſequitur vera ibi. Quod autē fa=
cio ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit verā cauſaȝ
Secūdo rationē huius aſſignat ibi. Nā eiuſmodi pſeu=
do ꝛc. Circa primū ſciēdū eſt ꝙ pſeudo vt dictū eſt que=
rebant lucra et gloriā ꝓpriam. Et ideo vt in reuerentia
haberentur nitebanť exterius ſequi veſtigia apoſtoli vel
etiam ſi potuiſſent excellere ip̄m. Dicit ergo apoſtolus.
Si ergo volunt me imitari in hoc imitentur vt nihil ac=
cipiant. Et quia ſciebat ꝙ pſeudo predicabant vt accipi
ant et per conſequens ꝙ non predicarent ſi deficeret eis
lucrum. Dicit Quod facio ideo facio et faciā hoc non ꝓ
pter odiū ſed vt amputē occaſionē eorum ſcilicet pſeudo
accipiendi veſtra. eorū ſcilicet pſeudo qui volunt ſupple
meo exemplo habere occaſionē accipiendi veſtra. Scie=
bat em̄ ſm̄ Ambro. ꝙ ſi non acciperēt non diu predica=
rent. E contrario dicitur ꝓuerb. 9. Da occaſionē ſapien
ti ꝛc. et hoc vt tales inueniant ſcilicet pſeudo ſicut ꝛ nos
ſcilicet non accipientes pecunias ſicut et nos non accipi

mus. In quo quidem ipſi gloriantur ſcilicet ꝙ imitātur
nos. et ego nolo ſi perfecte volunt nos imitari ꝙ accipi=
ant. 1. corꝛ. 7. Uolo omnes homines eſſe ſicut et me ſcili
cet non accipientes. ¶ Ut in q̄ ꝛc. Hoc legitur tripliciť.
Uno modo ſic vt inueniantur tales ſupple ſicut et nos:
accipiendo ſicut nec nos accipimus et ꝑ conſequēs a p̄=
dicatione ceſſando. In quo ſcilicet eſſe tales ſicut et nos
gloriantur. contendebant em̄ eſſe ſimiles veris apoſtol'.
Secundo modo ſic. vt in eo in quo gloriantur ſcilicet ac
cipiendo. quia hoc ſolum querebant. inueniantur ſicut ꝛ
nos id eſt ſimiles nobis ceſſando ſcilicet et deſiſtendo ab
acceptione vt nobis aſſimilentur. Tertio modo ſic vt in
eo in quo gloriantur ſcilicet in nō accipiendo. dicūt em̄
ſe nihil accipere inueniantur ſicut et nos id eſt nō melio=
res nobis ne ſcilicet poſſint ſe in hoc nobis preferre. Nā
eiuſmodi hoc continuatur tripliciter. Primo modo ſic:
ita gloriantur et contendunt nō ſicut nos. Nam eiuſmo
di ꝛc. Secundo modo ſic et vere deſiſtūt accipere: vt no
bis aſſimilētur. Nam eiuſmodi ꝛc. Tertio modo ſic. ita
in non accipiendo gloriantur vt nobis ſimiles videan=
tur. Poſita autem vera cauſa probat eam conſequenter
dicens: Nam eiuſmodi ꝛc. Oſtendens quomodo ſtudēt
aſſimulari apoſtolo. Et circa hoc tria facit. Primo pōit
cauſā. Secundo probat eam ibi. Sed non mirū. ¶ Ter=
tio conſequenter oſtendit differentiam pſeudo ad ve=
ros apoſtolos ibi Quorum finis ꝛc. Dicit ergo recte di
co ꝙ hoc facio vt amputem eis occaſionem accipiendi.
Nam huiuſmodi pſeudo apoſtoli ſūt operarij ſcilicet fal
ſi. Phi. 3. Uidete canes videte malos oparios ꝛc. Sub
doli id eſt callidi et vulpini ſub ſpecie religionis decipi=
entes Ezeche. 13. Quaſi vulpes in deſertis ꝛc. Capite
nobis vulpes paruulas qui demoliunť vineas ꝛc. Cā.
2. Mat. 7. Ueniūt ad vos in veſtimētis ouiū ꝛc. Et hoc
eſt quod dicit transfigurantes ſe in apoſtolos chriſti id ē
exterius portantes ſigna bonoꝝ apoſtolorum. 2. thimo.
3. Habentes quidem ſpeciē pietatis ꝛc. Et hoc probat
quia ſicut veri apoſtoli mittuntur a deo et informantur
ab ipſo. ſic ſathanas transformat ſe in angelum lucis qui
eſt dux et incentor eorum oſtendens ſe eſſe vel angelum
dei vel aliquando chriſtum. Non eſt ergo mirū ne ma
gnum ſi miniſtri eius ſcilicet pſeudo transformāt ſe in mi
niſtros iuſticie id eſt ſimulāt ſe eſſe iuſtos. Eccleſiaſ. 10.
Scd̄m iudicem populi ſic et miniſter eius ꝛc. ¶ Notan=
dum autem eſt ꝙ ſathanas traſfigurat ſe aliquando viſi
biliter ſicut beato martino vt deciperet eum. et hoc mo=
do multos decepit Sed ad hoc valet et neceſſaria eſt di
ſcretio ſpirituum quā ſpecialiter deus contulit beato an
thonio In hoc tamen poteſt cognoſci ꝙ ſathanas ſit. qꝛ
bonus angelus in principio hortatur ad bona et perſeue=
rat in eis. ſed malus in principio quideȝ pretendit bona
ſed poſtmodum volens explere deſiderium ſuū et quod
intendit ſcilicet decipere inducit et inſtigat ad mala. 1.
Iohan. 4. Omni ſpiritui nolite credere ꝛc. Et ideo Io=
ſue cum videret angelum in cāpo ſuo dixit. Iudicuȝ. 5.
Noſter es an aduerſariorum? Aliud etiam ſignum eſt ꝙ
bonus angelus et ſi terreat in principio tamen ſtatim cō
ſolatur et confortat ſicut zachariam Luce. 1. Ne timeas
zacharia. Et ad beatam virginem dixit. Ne timeas ma=
ria ꝛc. Malus autem angelus ſtupefacit et deſolatū di=
mittit. Et hoc ideo vt ſtupefactū facilius decipiat ꝛ per=
ſuadeat ſibi. Aliquando autē transfigurat ſe inuiſibili=
ter et hoc quādo ea que in ſe mala ſunt facit apparer̃ bo=
na: peruertendo ſenſus hominis et inflammando concu
piſcentiam prouerb. 14. Eſt via que videtur homini re=
cta ꝛc. Sic decepit monachum quendam cū propoſuiſſȝ

in animo ſuo nunꝗ exire cellam: ſuggeſſit ei dyabolꝰ ꝙ bonum eſſet ꝙ exiret ad eccleſiam et reciperet corpꝰ chriſti. Cui ſuggeſtiõi conſentiens propoſitum mutauit vadens ad eccleſiam. Poſtmodum cognoſcens eum fuiſſe dyabolum gloriatus eſt monachus ꝙ non decceperat eũ quia ad bonum iuerat. et tamen iam remouit eum a propoſito continue ſtandi in cella. Poſtmodum vero iterũ ſuggeſſit ei ꝙ pater ſuus eſſet mortuus et dimiſerat ſibi multas diuitias diſtribuẽdas inter pauperes: ꝙ iret ad ciuitatem ad quã cum iret nunꝗ rediijt ad cellam ⁊ mortuus eſt in peccato. Unde valde difficile eſt ꝙ homo caueat ſibi et ideo recurrendũ eſt ad adiutorium diuinum. Job. 41. Quis reuelabit faciẽ indumenti eiꝰ ꝛc. Quaſi dicat Nullus niſi deus. ¶ Conſequenter ponit miniſtrorum et malorum et bonorum differentiam que conſiſtit in hoc ꝙ finis illorum ſcilicet miniſtrorum chriſti et ſathane erunt ſm opera eorum. Nam finis bonoruz erit bonus et maloruz erit malus. et boni inducuntur ad bonum et mali ad malum Philipen. 3. Quorum finis interitus ꝛc. Item boni recipient bõa. et mali mala. ꝯ. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti.

## Lectio quarta.

ITerum dico ne quis me putet inſipientem eſſe. Alioquin velut inſipientem accipite me: vt et ego modicum quid glorier. Quod loquor: nõ loquor ſcõm deũ: ſed quaſi in inſipiẽtia in hac ſubſtantia glorie. quoniã multi gloriantur ſm carnem: et ego gloriabor. Libenter eñi ſufſertis inſipientes cũ ſitis ipſi ſapientes Suſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutez redigit: ſi quis deuorat. ſi quis accipit: ſi ꝗs extollitur: ſi quis in faciem vos cedit. Scõm ignobilitatem dico quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.

Supra apoſtolus induxit corinthios ꝙ patienter ſuſtinerent ſuam cõmendationez: oſtendens ꝙ hoc faciebat ex zelo quem habebat ad eos. ⁊ quia zelus ille erat rationabilis ⁊ ordinatus: hic autẽ conſequenter ponit aliam rationem per quam oſtendit ꝙ dato ꝙ inſipienter agerz nihilominus tamen deberent eum ſupportare. Unde in iſta ratiõe procedit ex ſuppoſitioue ſtulticie In hac autẽ parte duo facit. Primo enim proponit ſuã petitionem. Secundo rationem dictoruz aſſignat ibi. Quod loquor ꝛc. In petitione autẽ ſua duo facit. Primo eniz petit ꝙ non reputent eum inſipientẽ quod pertinet ad premiſſaz rationem. Et ideo dicit. Iteruz dico ꝙ exquo zelus meus eſt rationabilis et ego ratiõabiliter cõmẽdo me ne ꝗs ſcilicet veſtrum me reputet inſipientem. Secundo petit ꝙ dato ꝙ inſipienter agat tamen ſupportent eum ⁊ hoc pertinet ad rationem hanc. Et ideo dicit Alioquin id ẽ ſi non rationabiliter cõmendo me et penitus velitis me ex hoc inſipientem reputare tamẽ accipite id eſt ſupportate me velut inſipientẽ. Et dicit velut. Quia licet ipſi reputent eum inſipientem in hoc tamẽ in rei veritate nõ ẽ inſipiẽs Accipite me inꝗ velut inſipientẽ vt ⁊ ego modicum quid glorier. Et dicit modicum. quia infra commendauit ſe de gloria que eſt ſm carnẽ que valde modica eſt. Job. 25. Homo putredo et filiꝰ hominis vermis.

Eccleſiaſ. 10. Quid ſuperbis terra et cinis. Rationem autem dictorum aſſignat dicens: Quod loquor ꝛc. Dixerat autem tria. Primo quia ſuppoſuit ſe inſipienter cõmendaſſe ſeipſum. Secundo ꝙ vult gloriari. Tertio ꝙ ſuſtineant eum. Et horum trium rationem aſſignat. Et primo de hoc ꝙ ſuppoſuit ſe inſipienter cõmendare ſe. Secundo quare vult gloriari ibi. Quoniam multi gloriantur ꝛc. Tertio ꝙ debeant eũ ſupportare ibi. Libenẽ enim ſuffertis ꝛc. Dicit ergo primo. Ratio quare debetis inſipientẽ accipere me. eſt. quia illḋ quod loquor in hac ſubſtantia glorie id eſt in cõmendatione carnis. que a quibuſdam appetitur ac ſi per eam debeant ſubſiſtere. non loquor ſcõm deũ ſed quaſi in inſipientia. Et dicit ex ypoſtaſi ſicut illud quod ſupra dixit. velut inſipientem. Unde ibi poſuit Uelut h' põit quaſi. Ac ſi dicerz. Si nõ rationabiliter cõmendarem me tunc illud quod loquor in cõmendatione mea non eſt ſcõm deum id eſt ſcõm rationem diuine ſapientie. Et tunc merito acciperetis me non ſcõm deũ loqui ſed inſipienter ſupra. 10. Non eniz qui ſeipſum cõmendat ille probatus eſt ꝛc. prouer. 27. Laudet te alienus ꝛc. Rationem autẽ ſue cõmendationis et glorie oſtendit ſubdens: Quoniam multi gloriãtur ꝛc. Ubi ſciendum eſt ꝙ pſeudo quia ex iudeis erant gloriabantur ſcõm carnẽ: dicentes ſe eſſe filios abrahe ⁊ ex hoc volebant haberi in reuerentia a corinthijs ⁊ auctoritate. Dicit ergo apoſtolus. dato ꝙ ſit inſipientia ꝙ glorier ſcõm carnem. tamen quoniam multi ſcilicet pſeudo gloriantur ſcõm carnem et ego etiam gloriabor ſcõz carnem prouerb. 26. Reſponde ſtulto ſcõm ſtulticiã ſuam ne ſibi ſapiens videatur. Sed contra eſt quia ſeneca dicit Sũma malorũ eſt quod ad exempluz viuitur. Et exoḋ. 23. Non ſequaris turbã ad faciendũ malum. Non ergo apoſtolus debet gloriari ſcõm carnem eo ꝙ pſeudo gloriantur. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ licz ſit eadẽ materia gloriatiouis non tamen eſt eadem intentio et idem finis. quia pſeudo cõmendabant ſe propter gloriam propriam ⁊ vt ipſi haberentur in auctoritate et poſſent lucrari: apoſtolus autem gloriabatur vt verbum dei per eum predicatum eſſet maioris auctoritatis et ponderis ⁊ fructum faceret chriſto. Rationem autem quare debeant eum ſupportare ſubdit dicens. Libenter enim ſuffertis ꝛc. Et primo ponit rationem hanc ꝙ ſcilicet debeant eũ ſupportare. Poſſent eñi dicere Quare debemus te ſupportare ſi es inſipiens. Et dicit apoſtolus ꝙ ideo qꝛ cuz voſipſi ſitis ſapientes in oculis veſtris ⁊ in veſtra reputatione libenter ſuffertis id eſt eſtis conſueti ſupportare inſipientes pſeudo. ſcilicet. Secundo oſtẽdit in quo ſupportent inſipientes. Et ponit quinqꝫ grauia que ſuſtinebant a pſeudo. primum eſt iugum ſeruitutis. Et quantũ ad hoc dicit. Suſtinetis enim ſi quis id eſt aliquis pſeudo redigit vos in ſeruitutem. Quaſi dicat per chriſtum liberati fuiſtis a ſeruitute legis que eſt in timore: et reducti eſtis in libertatẽ filiorũ dei: que eſt in charitate. Gal. 4. Non ſumus ancille filij ſed libere. Et tamen vos ſuſtinetis pſeudo qui ex huiuſmodi libertate redigũt vos ĩ ſeruitutẽ legis quia cogunt vos ſeruare legalia. Gal. 5. Nolite iugo ſeruitutis ꝛc. Multo ergo magis debetꝭ ſuſtinere me qui volo vos preſeruare in libertatem chriſti ꝙ pſeudo qui volunt vos reducere in ſeruitutem legis. Secundũ eſt graue valde ſcilicet ꝙ pſeudo viuũt de bonis veſtris laute: nos vero non. ꝯ. 8. Non vt alijs ſit remiſſio ꝛc. Et iḋo dicit. Si quis deuorat. Math. 23. Ve qui comeditis domos viduarum ꝛc. Tertium graue eſt depredatio et expoliatio. quia iſti ad litterã blandis verbis ⁊ pretextu pietatis accipiebant eis omnia. ⁊ quãtuz

ad hoc dicit Si quis accipit id eſt blande decipit ſubtrahendo veſtra Romano.16. Per blandos ſermones ſeducunt corda inſipientium. Quartuꝫ graue eſt nimia iactantia ſuper eos cum corinthioꝝ cōtemptu. Ideo dicit Si quis extollitur iactando ſe importune Eccleſiaſti.6. Non te extollas in cogitatione ⁊c. Quintum graue eſt illatio opprobriorum. Naꝫ pſeudo non ſolū tam grauia eis inferebant: ſed ſuper hoc addebant improperia dicētes eis iniurias: et maxime de ignobilitate. Nam qꝛ ipſi erant iudei ⁊ cultores vnius dei dicebant ſe nobiles eſſe et corinthios ignobiles. quia non erant de ſemine abrahe nec circumciſi et ꝙ de idolatris. Et quantū ad hoc dicit. Si quis in faciem vos cedit id eſt coraꝫ vobis infert contumelias ⁊ dicit iniurias. Et huiuſmodi iniurie ſunt ẜm ignobilitatem quā vobis obijciunt. Et tamen illos ſuſtinetis et nos non quaſi nos fuerimus infirmi in hac parte glorie quā attribuiſtis eis. preferēdo eos nobis pſertim cum pſeudo dicant ꝙ ideo nos non dicimꝰ nec facimus vobis iſta: quia nos ſumꝰ infirmi in hac parte id ē quia ſumus ignobiles. 1.corin.4. Nos infirmi vos fortes: vos nobiles nos ignobiles.

### Lectio quinta.

In quo quis audet in inſipientia dico audeo et ego. Hebrei ſunt et ego. Iſraelite ſunt et ego Semen abrae ſunt et ego. Miniſtri chriſti ſunt ⁊ ego. Vt minus ſapiēs dico plus ego. In laboribus plurimis. in carceribus abundātius. in plagis ſupra moduꝫ. in mortibus frequenter. a iudeis quinquies quadragenas vna minus accepi Ter virgis ceſus ſum. ſemel lapidatus ſum. ter naufragium feci. nocte et die in profundo maris fui. In itineribuꝰ ſepe. periculis fluminum. periculis latronuꝫ periculis ex genere. periculis ex gentibꝰ. periculis in ciuitate. periculis in ſolitudīe. periculis in mari. periculis in falſis fratribus.

Poſitis rationibus ſue cōmendationis et cauſis quare ſupportandus eſt: hic conſequenter incipit ſe cōmendare. Et circa hoc duo facit. Primo enim adequat ſe pſeudo et alijs qui cōmendabant ſe. Secundo prefert ſe eis ibi. Vt minus ſapiens ⁊c. Adequat autem ſe apoſtolus eis in gloria. Eſt autem gloria duplex. Vna ſcđm carnē que modica eſt et contemnenda. Vnde ipſe dicit Phil'. 3. Sed que mihi fuerunt lucra arbitratus ⁊c. Alia eſt ẜꝫ chriſtum quia magna gloria eſt ſequi dominum Eccle. 23. Et hec eſt querenda. Gal'. vltimo Mihi abſit gloriari niſi in cruce ⁊c. Et ideo apoſtolus adequat ſe eis ꝙtū ad vtramqꝫ gloriam. Et primo quātū ad primam. Secūdo quantū ad ſecundam ibi. Miniſtri chriſti ⁊c. Et primo adequat ſe eis in generali dicens: Recipiatis me inſipientem ſi tamen inſipientia eſt. Ex ypoteſi enī loquor quia ſi quis auſus eſt preſumere de ſe et cōmendare ſe ⁊ ego poſſum bene audere ⁊ commendare me in eodem in quo ipſe cōmendat ſe. qꝛ non ſubeſt eis maior cauſa ſue cōmendationis ꝙ̄ mihi. Et hoc dico in inſipiētia id eſt dico ꝙ inſipienter agam cum tamen ipſe ſapienter ageret cum hoc nō faceret pro ſui iactātia ſed vt pſeudo humiliaret. ſupra eodem. Exiſtio me non minꝰ feciſſe a magnis apoſtolis ⁊c. Secundo cum dicit Hebrei ſunt ⁊c. adequat ſe eis in ſpeciali. oſtendens per ſingula ſe parē eis eſſe in quibus pſeudo gloriabātur. Cōmendatio autem iſtorum ⁊ gloria erat de tribus. Primo de natione ⁊ lingua quia dicebant ſe hebreos. Secundo de genere quia dicebant ſe eſſe de genere iſrael. Tertio de promiſſione quia dicebant ſe eſſe participes promiſſionis abrahe. cum eſſent de ſemine eius. Et quantū ad hec tria adequat ſe eis. Primo quantū ad nationē ⁊ linguā dicēs: Hebrei ſunt ⁊ ego ſciliꝫ lingua ⁊ natione. Quaſi dicat ita ſicut ⁊ illi. Et notandū eſt ꝙ ẜm ꝙ quidā dicunt hebrei dicuntur ab abrahā quia ante eū de facili non inuenitur illud nomen. Poteſt tamen dici ⁊ forte melius ꝙ dicuntur a quodaꝫ heber de quo habetur Gen̄.11. Vixit ſale.30.annis ⁊ genuit heber. Et ſequitur Vixit heber 33.annis ⁊ genuit phalech. Et tempore eius fuerūt diuiſe lingue ⁊ lingua hebreoꝝ remanſit in familia ſua. Secūdo adequat ſe eis quantuꝫ ad genus dicens: Iſraelite ſunt ⁊ ego. ſcilicet ẜm ritus. Tertio quantū ad tertiū dicens Semē abrahe ſunt ⁊ ego. Et de iſtis tribus ſimil' dicitur Phil'.3. Si quis aliꝰ ſibi cōfidere videtur ego magis circūciſus octaua die. Quantum ad tertium ex genere iſrael de tribu beniamin. quātum ad ſecunduꝫ hebreus ex hebreis. quantū ad primum Romano.11. Naꝫ ego iſraelita ſum ex ſemine abrahe ⁊c. Sic ergo patet ꝙ non ſum minor eis quantū ad gloriam que eſt ẜm carnem Sed nec etiā quantū ad gloriam que eſt ẜm chriſtū quia miniſtri chriſti ſunt id eſt dicunt ſe ſic vt decipiant vos. ⁊ ego ſum miniſter chriſti.1.coꝝ.4. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti ⁊c.ſ̄.3. Qui ⁊ nos idoneos fecit ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit. Vt minus ſapiens ⁊c. Prefert ſe omnibus apoſtolis ⁊ pſeudo. Et primo quantū ad mala perpeſſa. Secundo quantū ad beneficia recepta ⁊ hoc xij. capitulo ibi. Si gloriari oportet ⁊c. Circa primū duo facit. Primo prefert ſe quantuꝫ ad mala que pertulit. Secundo quantū ad moduꝫ quo mala vitauit. ibi. Damaſci prepoſitus. Circa primū duo facit. Primo proponit ſe alijs preferendū. Secundo oſtēdit in quo ſit preferendus ibi. Quia in laboribꝰ ⁊c. Tertio confirmat quedam dictorum ibi. Si gloriari oportet ⁊c. Dicit ergo Si videor inſipiens vobis. quia cōmendo me ⁊ adequo me alijs. quantomagis videbor vobis minus ſapiens ſi preferam me eis. Et ideo dicit. Non ſolum ſum miniſter chriſti ſicut ⁊ illi. ſed vt minus ſapiēs ẜm veſtrum iudicium dico ꝙ ego ſū plus miniſter chriſti ꝙ̄ illi ⁊ quantū ad hoc dicit preferendū eſſe. Roman̄. 11. Miniſteriū meum honorificabo preponendo ſcilicet illud miniſterio alioꝝ. In quo autē ſit preferendus oſtēdit dicēs: Quia in laboribꝰ ⁊c. Quaſi dicat ī hoc plus ego. quia ſum magis oſtenſus miniſter chriſti. In hoc ꝓmo quantū ad mala illata. Secundo quātū ad mala ſponte aſſumpta ibi. In itineribus ſepe. Mala autem illata: Primo ponit in generali dicens: Plus ego ſum ſciliꝫ oſtenſus miniſter in laboribus plurimis ꝙ̄ illi ⁊ ſi aliqͦs labores pertulerint.1.coꝝ.15. Abundantius omnibus illis laboraui. Secundo enumerat iſta mala in ſpeciali. ⁊ hoc primo quantū ad carceris ſqualores. Quia in carceribus abundantius ſcilicet ꝙ̄ illi. Act.16. Cum multas plagas illis intuliſſent ſcilicet paulo ⁊ ſocijs miſerūt in carcerem. Secundo quantū ad flagelloꝝ dolores. qꝛa in plagis ſcilicet oſtenſus ſum .ſ̄. modum alioꝝ ſcilicet modum humane virtutis vel ſupra modū humane conſuetudinis.ſ̄.11. In plagis. in carceribus ⁊c Sed cōtra

1.coꝛ.10. Fidelis deus qui non permittit vos temptari
ſupra id ꝛc. Non ergo ſupra modū hūane virtutis. Re-
ſpondeo dicendum eſt ꝙ deus non permittit nos tēpta-
ri ſine adiutorio gratie diuine. Et ideo dicebat apoſtolꝰ
1.coꝛ.15. Non autē ego ſed gratia dei mecū. Et quantū
ad moꝛtis terroꝛem. Unde dicit In moꝛtibus frequentē.
id eſt in periculis ⁊ terroꝛibꝰ moꝛtis. Unde dicebat ipſe
Roma.8. Moꝛtificamur tota die. 1.coꝛ.15. Quottidie
moꝛioꝛ propter gloꝛiam veſtram. ¶ Sed conſequentē cū
dicit A iudeis quinquies ꝛc. Māifeſtat duo vltima pe-
ricula que perpeſſus eſt. Et pꝛimo periculum plagarum
Secundo periculum moꝛtis. Plagarū autē periculum
manifeſtat per ipſa perpeſſa a ſuis ſcilicet iudeis. Et idō
dicit A iudeis quinquies ꝛc. ¶ Notandum eſt autē ſi-
cut dicitur Deut.25. Pꝛo menſura delicti erit plagaꝝ
modus. Ita dumtaxat vt quadragenariū numerū nō ex-
cedat ꝛc. Ex quo habetur ꝙ homines pꝛo minoꝛibꝰ pec-
catis debent flagellari. Ita tamen ꝙ flagellatus non re-
ciperet vltra .40. plagas. Iudei autē vt viderentur mi-
ſericoꝛdes ſemper faciebant citra mandatū legis dantes
paucioꝛes ꝗ̄ quadraginta ſm ꝙ eis videbatur. Quia ĝ
odio habebant paulum quando flagellabāt eū dimitte-
bant ſibi de numero pꝛedicto quātominus poterant ſcili-
cet vnam tantum minus: dantes ſibi trigintanouem. Et
hoc eſt ꝙ quinqꝫ vicibus accepit id eſt recepit quadra-
ginta plagas minus vna plaga id eſt trigintanouē. Se-
cundo manifeſtat pericula perpeſſa ab extraneis ſcilicet
a gentibus dicens Ter virgis ceſus ſum. Act.16. Ma-
giſtratus ſciſſis eoꝛū tunicis iuſſit eos virgis cedi. Item
22. Iuſſit eum tribunus duci in caſtra ⁊ flagellis cedi et
toꝛqueri eū ꝛc. Pericula vero moꝛtis illata ⁊ pꝛimo pe-
ricula moꝛtis illata ab hominibus oſtendit dicens: Se-
mel lapidatus ſum: hoc fuit in ciuitate licaonia vbi ob-
rutus lapidibus fuit quaſi moꝛtuus. Act.14. Lapidan-
tes Paulum eiecerunt eum extra ciuitatem credētes eū
moꝛtuum. Secundo pericula moꝛtis illata a pericul' na-
ture. ⁊ hec ſunt ſpecialiter maris ⁊ aggrauat ea. Pꝛimo
ex numero. quia ter naufragium feci id eſt pertuli. Se-
cundo ex continuitate. quia nocte ⁊ die in pꝛofundo ma-
ris fui quod eſt grauius. quia ad litteram dicit ꝙ cū plu-
ries paſſus ſit naufragium: tamē ſemel ſtetit ſub aqua ꝑ
diem ⁊ noctē: diuina eum virtute pꝛotegente. Unde po-
terat dicere illud Jone.2. Et pꝛoijcite me in pꝛofunduꝫ
ꝛc. Enumeratis autē malis illatis enumerat conſequen-
ter cū dicit In itineribus ꝛc. Etiā mala aſſumpta. Et pꝛi-
mo exterioꝛa. Secundo interioꝛa ibi. Pꝛeter illa que ex-
trinſecus ꝛc. Mala exterioꝛa expꝛimit ⁊ quantū ad ma-
la que contingunt in itineribus. Secundo quantum ad
ea que eueniunt in domibus. Quantū ad pꝛimū. Pꝛīo
ponit multiplicitatē itinerū dicens: In itineribꝰ ſepe ſci-
licet oſtenſus ſum miniſter chꝛiſti ſuſtinendo multa du-
ra et grauia patienter. Romano.15. Ab hieruſaleꝫ vſqꝫ
in illiricū ꝛc. Et cum hoc mltas alias vias fecit ⁊ romaꝫ
⁊ in hyſpaniā vadens. pſ̄. Pꝛopter verba labioꝝ tuoꝛū
ꝛc. Secundo enumerat pericula itinerū. Et pꝛimo pꝛe-
mittit minoꝛa Secūdo ſubdit grauius periculū quod eſt
in falſis fratribꝰ. Pꝛemittit autē tria ſm que multa pe-
ricula paſſus eſt. Pꝛimo pericula ſm cauſas. ⁊ hoc vel
ex cauſa naturali. Et ideo dicit Periculis fluminū. Na-
turaliter eñ flumīa hyeme excreſcūt ⁊ ſunt rapida ⁊ val-
de perîcloſa ꝛc. Ul' ex malitia violenta. ⁊ ꝗ̄tū ad hoc di-
cit Pericul' latronū q̄s excitabat ei dyabolꝰ vt vl' veſtes
ei aufferrēt Job.19. Siml' venerēt latrōes ꝛc. Scdo enu-
merat pericl'a metū īferētes. ⁊ hoc vl' ex ſuis. Uñ dic̄ pe-
riculis ex genere id ē a iudeis ꝓcuratis. Ul' ab extrane-
is. ⁊ ideo dicit Periculis ex gentibus propter vnlꝰ dei
pꝛedicationē qui eū capere volebant. ⁊ ſic in ſuis ⁊ in ali-
is non habebat requiē. Jer.15. Ut quid me genuiſti ma-
ter mea virū doloꝛis ꝛc. Tertio enumerat pericula ꝗ̄tū
ad loca. ⁊ hoc Ul' quantū ad ciuitates. vnde dicit. Peri-
culis in ciuitate id eſt in cōmotionibus ciuitatū ꝯtra me
Sicut fuit epheſi ⁊ apd̄ coꝛinthū vt patet Act.18.⁊.19.
Uel quantū ad ſolitudines ⁊ quantū ad hoc dicit. Peri-
culis in ſolitudine. que erāt vel a beſtijs malis ſicē quā-
do vipera momoꝛdit manū ſuā Act. vltimo. Quādo cō-
gregauit ſarmenta. Ul' ex penuria ciboꝝ vel ꝗ̄tū ad ma-
ria. ⁊ ideo dic̄. Pericul' in mari nō ex mari. ſicē .ẽ. Ecc.
43. Qui nauigant mare ꝛc. Sed grauius periculū ſub-
dit dicens: Periculis in falſis fratribus. id eſt in falſis
chꝛiſtianis ⁊ hereticis ⁊ in pſeudo. Jer.9. Unuſquiſqꝫ
a fratre ſuo ſe cuſtodiat.

## ¶ Lectio ſexta:

In labore ⁊ erūna. in vigilijs multis
In fame ⁊ ſiti. in ieiunijs mltis. In
frigoꝛe ⁊ nuditate. pꝛeter illa q̄ ex-
trinſecus ſunt inſtātia mea quottidiana ſo-
licitudo omniū eccleſiarum. Quis infirma-
tur ⁊ ego non infirmoꝛ. Quis ſcādalizatur
⁊ ego non vroꝛ. Si gloꝛiari opoꝛtet que in-
firmitatis mee ſunt gloꝛiaboꝛ. Deꝰ ⁊ pater
domini noſtri ieſu chꝛiſti ſcit qui eſt benedi-
ctus in ſecula ꝙ non mentioꝛ. Damaſci pre-
poſitus gentis arethe regis cuſtodiebat ci-
uitatem damaſcenoꝝ vt me cōpꝛehenderet
⁊ per feneſtram in ſpoꝛta dimiſſus ſum per
murum: ⁊ ſic effugi manus eius.

Hic conſequenter enumerat mala ſponte aſſumpta que
ſuſtinentur in domibus. Et enumerat tria mala oppoſi-
ta tribus bonis que ſunt neceſſaria ad vitā domeſticam.
Pꝛimum bonum eſt requies ſomni. Secundū eſt ſuſtē-
tatio cibi. Tertiuꝫ eſt fomentum veſtis. Requiei ergo
ſomni opponit laboꝛem ⁊ vigilias. Quantū ad laboꝛeꝫ
dicit. In laboꝛe ſcilicet manuum. Actu.20. Ad ea que
mihi opus erant ꝛc. Et ideo dicit ſupra.6. In laboꝛibꝰ
quia ad litterā vt dictum eſt. ẽ. manu ſua victum quere-
bat. Et 2.theſſalo.3. Nocte ⁊ die laboꝛātes ꝛc. Quan-
tum ad laboꝛis affectū dicit. Et erumna que eſt defectꝰ ⁊
languoꝛ cōſequens ex laboꝛe vel ex moꝛbo naturali. pſ̄.
Conuerſus ſum in erumna ꝛc. Quantū vero ad vigili-
as dicit. In vigilijs multis: Uel vacando pꝛedicationi-
bus de nocte. Ul' operi manuali. Actu.20. dicitur ꝙ pꝛo-
traxit ſermonem vſqꝫ ad mediā noctem. Suſtentationi
vero cibi opponit duplicem ſubtractionē: cibi vnā. que
eſt ex neceſſitate. Unde dicit. In fame ⁊ ſiti. quia ſciliceꝫ
ad litteram deficiebat ſibi aliquando cibꝰ ⁊ potus. 1.co-
rinth.4. Uſqꝫ in hanc hoꝛam ꝛc. Aliā que eſt ex volūta-
te vnde dicit: In ieiunijs multis ſcilicet voluntarie aſſū-
ptis. ⁊ pꝛopter exemplum bonū ⁊ pꝛopter macerationeꝫ
carnis. 1.coꝛinthioꝛū.9. Caſtigo coꝛpus meum ꝛc. Sꝫ
contra Matth.6. Hec omnia adijcientur vobis. ſcilicet
tempoꝛalia. Quare ergo in fame ⁊ ſiti? Reſpondeo dicē-
dum eſt ꝙ quando expedit adijciuntur nobis ſcilicet tē-
poꝛalia ⁊ pꝛopter vtilitatem noſtram. ſed aliquando ex-
pedit carere eis. Fomento vero veſtis opponit vnuꝫ &

parte nature. Unde dicit. In frigore. Aliud ex parte
inopie. Unde dicit. Et nuditate ſcilicet oſtenſus ſum:
ſcilicet miniſter chriſti. prime Corinthio. 4. Nudi et
inſtabiles. ⁊c. ſupra ſexto. In neceſſitatibus. ⁊ cetera.
¶ Conſequenter cum dicit. Preter illa. ⁊c. Enumerat
mala aſſumpta interiora: que cauſant̄ ex ſollicitudīe cor
dis pro pſeudo. Bonus autē prelatus dupliciter affligi
tur pro ſubditis. Et p̄mo ſollicitudine conſeruatōis ſub
ditoꝝ. Secundo pro defectu ipſorum. Et iſtam duplicē
afflictionem paſſus eſt apoſtolus. Primum cum dicit:
Preter illa que extrinſecꝰ ⁊c. Quaſi dicat. Preter om
nia que exterius patior ⁊ paſſus ſum angit me grauius
interior afflictio. ſ. ſollicitudo ſubditoꝝ. Et iō dicit. In-
ſtantia omniū eccleſiarum magna eſt ⁊ multū grauat: q̄
multum ſollicitat. Luc. 10. Martha martha ſollicita
es ⁊ turbaris erga plurima. ⁊c. Ro. 12. Qui preeſt ī ſol
licitudine. Secūdam afflictionē paſſus eſt pro defectu
ſubditoꝝ: ⁊ hoc dupliciter. ſcʒ pro defectu ſpiritualium
Unde dicit. Quis infirmat̄ ſcʒ in fide ⁊ bono: ⁊ ego nō
infirmor in corde dolēs de eo ſicut de me. 1. Cor. 9. Fa
ctus ſum infirmis infirmus. ⁊c. Iere. 9. Quis dabit ca
piti meo aquā. ⁊c. Item pro defectu corporaliū. Un̄ di-
cit. Quis ſcandalizat̄ malo pene. i. quis patit̄ tribulati
ones ⁊ ego nō vror igne compaſſionis. Iſte ē ignis quē
dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende
ꝙ congrue vtitur hoc verbo vror: quia cōpaſſio ꝓcedit
ex amore dei ⁊ proximi qui ē ignis cōſumens: dum mo-
uet ad ſubleuandas miſerias proximoꝝ ⁊ purgat ex affe
ctu cōpaſſiōis: ⁊ per quē nobis peccata relaxant̄. chari-
tas autem illius cōpaſſionis operit multitudinem pec-
catorum. Uel aliter. Aliquādo enim labitur homo ī pec
catum ex ſeipō: ⁊ tunc infirmat̄. Aliquādo autē ex malo
exemplo alioꝝ ⁊ tūc ſcandalizatur. Luc. 17. ⁊ Mat. 18
Ue homini illi per quem ſcandaluʒ venit ⁊c. ¶ Deinde
cum dicit. Si gl'iari oportet ⁊c. confirmat quedā dictoꝝ
ſuperius. Uel dic ꝙ ſupra loquitur quantū ad mala que
pertulit cōmendabiliter: hic autē quantū ad mala q̄ vi-
tauit prudenter. Sed quia vitare pericula que ſurgunt
ꝓpter fidem videt̄ ꝑtinere ad infirmitatem. Ideo primo
premittit ꝙ in illis q̄ infirmitatis ſunt vult gloriari Se
cundo proponit iuramentū ad cōfirmationē dicendoꝝ
ibi. Deus ⁊ pater ⁊c. Tertio oſtendit modū vitandi ibi
Damaſci. ⁊c. Proponit ergo primo de quibus gl'iatur
ſi debet gloriari dicens. Si pro quia oportet gloriari q̄
ſunt infirmitatis mee gl'iabor. Quaſi dicat. Alij gl'iant̄
in genere ⁊ in alijs mundanis rebꝰ Phil. 3. Gl'ia in cō-
fuſione. ⁊c. Et ego etiā coactus gloriatꝰ ſum in eis. Tū
ſi gloriari oportet gloriabor in infirmitatibꝰ meis. infra
12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ⁊c. Se-
cundo ſubdit ꝙ non mentitur inuocans teſtimoniū diui
num per modū iuramenti vt credatur ſibi dicens. Deus
⁊ pater. ⁊c. Ubi tria ponit. Unum per quod inducit ad
amorem. Unde dicit. Deus Iere. 9. Quis non timebit
te. ⁊c. Aliud per quod excitauit ad amorem. Unde dicit
Pater. Iac. p̄mo. Omne datū optimū ⁊c. Mal. p̄mo.
Si ego pater vbi eſt amor meus? Uel ſm aliam litterā
honor meus. Tertium per qđ mouet ad reuerentiam et
laudem. Unde dicit. Qui eſt benedictus deus in ſecu-
la ſupra. p̄mo. Benedictus deꝰ ⁊ pater. ⁊c. Iſte ergo tā
reuerendus tā diligendus tam timendus ſcit ꝙ nō men
tior ſcʒ in his que dixi ⁊ dicturus ſum ſupra p̄mo. Non
eñ eſt apud nos ē ⁊ nō ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit.
Damaſci prepoſitus. ⁊c. Oſtendit quanta mala vitauit
⁊ hoc in quodam particulari periculo. Ubi ſciendū ē ꝙ
apoſtolus p̄mo cepit predicare xp̄m in damaſco. vbi duʒ
pergeret xp̄ianos capere proſtratus ē ⁊ ad fidem cōuer-
ſus. Et ideo iudei ad prepoſitum illius ciuitatis q̄ erat
ibi pro aretha rege confugerunt vt paulum caperent et
occiderent. Et ideo ille faciebat cuſtodiri nocte et die
portas ciuitatis vt dicitur Actuum. 9. Chriſtiani autē
qui erant ibi volentes ſeruare paulum: eum ſubmiſerunt
in ſporta per murum ⁊ ſic euaſit. Hunc ergo modum eua
dendi tangit apoſtolus dicens. Uere nō mentior de hoc
quod dico etiam modo. Nam damaſci. ⁊c. id eſt prepoſi
tus qui ſub aretha rege genti damaſcenorum preerat cu
ſtodiri faciebat inductus a iudeis ciuitatem damaſceno
rum. ad hoc ſcilicet vt me comprehenderet ⁊ comp̄hen-
ſum aſſignaret iudeis ne amplius predicarem: ſed ego
per feneſtram ſubmiſſus ſum per muruʒ: ⁊ ſic effugi ma
nus eius ſcilicet prepoſiti. Et hoc fuit de mandato domi
ni dicentis. Matthei. x. Si vos perſecuti fuerint. ⁊c.
Sic michol dauid poſuit per feneſtram: ne caperetur a
ſaule primi Reg. 19. Sic Raab exploratores dimiſit cū
fune per feneſtram. Ioſue. 2. Sed hic obijcitur contra
apoſtolum primo quia videtur ꝙ non fuerit ſufficienter
confiſus in domino ſed fugit. Reſpondeo dicendum eſt
ꝙ q̄diu adeſt humanum auxilium homo non debet con
fugere ad auxilium diuinum: quia hoc eſſet temptare de
um. ſed debet vti illo auxilio quantum poteſt. Apoſtolo
autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo
obijcitur quia ioh. 10. dicitur. Mercennarius autem et
qui non eſt paſtor videt lupum venientem ⁊ fugit. Un̄
videtur ꝙ non fuerit bonus paſtor. Reſpondeo dicēduʒ
eſt ꝙ aliquando queritur perſona prelati tantum. aliquā
do cum prelato totus populus. Quando ergo queritur
prelatus ſolus tunc debet committere curam alteri ⁊ ab
ſentare ſe. Et ſic fecit hic paulus. Et ideo dicit glo. ꝙ li-
cet fugeret tamen fuit ei cura de ouibus: bono paſtori in
celo ſedenti eas cōmendando ⁊ vtilitati eorum ſe per fu
gam preſeruando. Quādo vero queritur totus grex tūc
debet preponere vtilitatem ⁊ ſalutem gregis ſaluti cor-
poris ſui. ¶ Nota autem ꝙ eſt quedam fuga humilita-
tis quando quis fugit honores: ſicut chriſtus fugit. Io.
6. Cum vidiſſet ꝙ vellent eum eligere in regem fugit.
Sic Saul cum electus fuit in regem abſcondit ſe domi.
primi Regū. 10. Quedam vero fuga eſt cautele: quan-
do ſcilicet fugit pericula vt preſeruetur ad maiora. Sic
helyas fugit propter iezabel. tertij Reg. 19. Et ſic apo-
ſtolus hic fugit manꝰ prepoſiti.

## Capitulum duodecimum.

Si gloriari oportet: nō expedit q̄
dem. Ueniam autem ad viſiōes
⁊ reuelationes domini. Scio ho-
minē in xp̄o ante annos quatuor
decim ſiue in corpore ſiue extra corpus ne-
ſcio: deus ſcit: raptum huiuſmodi vſq; ad
tertium celum.

Poſita ſua cōmendatione quantū ad mala perpeſſa: hic
conſequenter apoſtolus cōmendans oſtendit p̄eminenti
am ſue dignitatis quantum ad bona diuinitus recepta.
Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Iſta ve-
ro eſt de bonis eius. Unde circa hoc duo facit. Pri-
mo commendat ſe de bonis ſuſceptis diuinitꝰ. Secun-
do excuſat ſe de hac cōmendatōe ꝙ hoc fecerit quaſi co-

ſctus ibi. Factus ſum inſipiens. ⁊c. Circa primum duo facit. Primo extollit magnitudinem eorum que ſũt ſibi collata a deo. Secundo manifeſtat remedium infirmitatis ſibi adhibitum contra periculum ſuperbie. ibi. Et ne magnitudo. ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo ponit bonum ſibi diuinitus collatũ. Secundo oſtendit quomodo ſe habuit in gloriando de huiuſmodi bono ibi. Pro huiuſmodi gliabor ⁊c. Circa primum duo facit. Prĩo oſtẽdit ꝙ ſit hoc ſibi collatum diuinitus in generali. Scdo vero in ſpeciali. ibi. Scio hominẽ. ⁊c. Bonũ autẽ apoſtolo collatũ diuinitus ſunt reuelationes ſibi diuinit⁹ facte: ⁊ de iſtis vult hic gloriari. Unde dicit. Si gloriari oportet. i. quia gloriari oportet propter vos. tamen ſm ſe non expedit. quia qui gloriatur de bono recepto incidit in periculum amittendi qđ habet. Eccl. 43. Aperti ſunt theſauri. ſ. virtutũ per gloriationẽ inanẽ ⁊ euanuerunt nebule ſicut aues. Et hoc ſignificat in ezechia Eſa. 39. quãdo oſtendit theſauros domus domini nuncijs regis babylonis. Et licet ſimpliciter nõ expediat gloriari tamen aliquãdo ꝓpter aliquã ſpecialẽ cãm poteſt homo gloriari ſicut ex pmiſſis manifeſtũ eſt. Et ideo dicit. Si gloriari oportet. ideo dimiſſis cõmendationib⁹ de infirmitatibus: veniam cõmendando me ad viſiones ⁊ reuelationes domini. Ubi notandũ eſt ꝙ differentia eſt inter viſionem ⁊ reuelationem. Nam reuelatio includit viſionem ⁊ non econuerſo. Nã aliquãdo vident aliqua quoꝝ intellectus ⁊ ſignificatio ẽ occulta videnti: ⁊ tunc eſt viſio ſolũ. Sicut fuit viſio pharaonis ⁊ nabuchodonoſor Dañ. 2. ⁊ Geñ. 41. Sed quãdo cum viſione habetur ſignificatio intellectus eoꝝ que videtur: tũc eſt reuelatio Unde quãtũ ad pharaonem ⁊ nabuchodonoſor viſio de ſpicis ⁊ de ſtatua fuit ſolum viſio ſed quantũ ad ioſeph ⁊ danielem qui ſignificationẽ viſorum habuerunt fuit reuelatio ⁊ ꝓphetia. Utrunq; tamen ſcʒ viſio ⁊ reuelatio quãdoq; quidẽ fit a deo. Dañ. 2. Eſt deus in celo reuelans myſteria. Oſee. 12. Ego viſiones multiplicaui eis p̄s. Reuela oculos meos ⁊c. Quãdoq; vero a malo ſpiritu. Iere. 23. Prophete ꝓphetabãt in baal. Apoſtolo autẽ facta eſt ⁊ viſio ⁊ reuelatio qꝛ ſecreta que vidit plene intellexit a domino non a malo ſpiritu. Uñ dicit domini. Eſt autem reuelatio ãmotio velamenti. Põt autẽ eſſe duplex velamen. Unũ ex parte videntis: ⁊ hoc ẽ infidelitas vel peccatũ vel duricia cordis. ⁊ de hoc ſupra tertio. Uſq; in hodiernum diem velamen. ⁊c. Aliud ex parte rei viſe: quando ſcʒ res ſpiritualis proponitur alicui ſub figuris rerum ſenſibiliũ: ⁊ de hoc dicit Numeri 4. Q ſacerdotes tradebant leuitis vaſa ſanctuarij velata: quia ſcilicet debiliores nõ poſſunt ſpiritualia capere ſm ꝙ in ſeipis ſunt. Et ideo dominus loquebat turbis ĩ parabolis. Mat. 13. ¶ Cõſequẽter viſiones ⁊ reuelationes huiuſmodi manifeſtat apoſtolus in ſpeciali loquens de ſe tanꝙ de alio. Unde dicit. Scio hominẽ in xp̄o. ⁊c. Et ponit duas viſiones. Prima incipit hic. Secunda vero incipit ibi. Et ſcio huiuſmodi hominẽ ĩ xp̄o ⁊c. Circa primã autem viſionẽ vtitur apoſtolus quadaʒ diſtinctione. Dicit ſe enim circa huiuſmodi reuelationẽ ſcire quedam ⁊ quedã neſcire. Dicit autem ſe ſcire certa ſcʒ videntis conditionem. Unde ſcio hominẽ in chriſto. Uiſionis tempus quia ante annos quatuordecim ⁊ viſionis faſtigium qꝛ raptus vſq; ad tertium celũ. Dicit autem ſe neſcire videntis diſpoſitionem: quia ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio. Uideamus ergo ea que ſciuit vt per nota ad ignota facilius peruenire poſſimus. Et primo videntis conditionẽ que eſt laudabilis: quia ĩ xp̄o id eſt cõformẽ xp̄o. Sed ꝯtra. In xp̄o nullus eſt niſi qui habet charitateʒ qꝛ pr̄ſe Io. 4. dꝛ Qui manet ĩ charitate in deo manet. Ergo ſciuit ſe habere charitateʒ qđ eſt contra illud Neſcit homo vtrũ odio vel amore dign⁹ ſit. ⁊c. Reſpondeo ꝙ eſſe in xp̄o põt intelligi dupliciter Uno modo ꝑ fidem ⁊ fidei ſacramentũ ſm illud apoſtoli Gal. 3. Quotquot baptizati eſtis: xp̄um induiſtis. ſ. ꝑ fidem ⁊ fidei ſacramentũ. Et hoc modo ſciuit ſe apoſtol⁹ in xp̄o eſſe. Alio modo dicit aliquis eſſe in xp̄o per charitatẽ: ⁊ hoc modo nullus ſcit ſe eſſe in xp̄o certitudinaliter: niſi per quedã experimenta ⁊ ſigna: inquantũ ſentit ſe diſpoſitum ⁊ cõiunctũ in xp̄o. ita ꝙ nullo modo etiam propter mortẽ ꝑmitteret ſe ſeparari ab eo. Et hoc de ſe expertus erat apoſtolus cuʒ dicebat Ro. 8. Certus eñ ſum ꝙ neq; mors neq; vita ⁊c. ſeparabit nos a charitate Unde potuit habere huiuſmodi ſigna ꝙ eẽt in charitate xp̄i. Secũdo viſionis tẽpus qđ fuit cõueniens qꝛ ante annos quatuordecim: qꝛ quatuordecim anni tranſacti erant ab eo tẽpore quo viderat viſionẽ vſq; ad tempus quo ſcripſit hanc epiſtolam. Quando eñ hanc epiſtolã ſcripſit nõdum apoſtolus erat poſitus in carcereʒ. Et ſic videt ꝙ fuit circa principiũ imperij neronis a quo poſt multuʒ tempus occiſus fuit. Unde ſi cõputemus annos deſcendentes a principio imperij neronis vſq; ad quatuordecim annos manifeſte apparet ꝙ apoſtolus habuit has viſiones in principio ſue cõuerſionis. Ipſe eñ conuerſus fuit ad xp̄m anno quo xp̄s paſſus eſt. Xp̄s autem paſſus eſt circa finẽ tiberij ceſaris: quo mortuo ſucceſſit ei gayus imperator qui vixit quatuor annis. poſt quem nero factus eſt imperator. Et ſic inter tiberium ⁊ neronem fluxerunt quatuordecim anni. Et ſic additis duobus annis de tempore tiberij quia nõdũ mortu⁹ erat qñ paulus fuit cõuerſus de tempore neronis qđ fluxerat vſq; ad tempus quãdo ſcripſit hanc ep̄ſtam relinquit ꝙ a tẽpore ſue cõuerſionis vſq; ad tempus quo hãc epiſtolã ſcripſit fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidam dicunt ſatis probabiliter ꝙ apoſtolus has viſiones habuit in illo triduo quo poſt proſtrationẽ ſuã a domino ſtetit neq; videns neq; manducans neq; bibens. Act. 9. Cõmemorat autẽ tempus ſue cõuerſionis ap̄ls vt oſtendat ꝙ ſi a tẽpore ſue cõuerſiõis tm̃ erat gratus xp̄o vt talia ſibi oſtenderet quãtomagis poſt quatuordecim ãnos cũ profecerit ⁊ in auctoritate apud deũ ⁊ in virtutibus ⁊ gratia. Tertio videam⁹ faſtigiũ viſionis qđ quidẽ excellens: quia raptus vſq; ad tertium celum. Sʒ ſciendũ ꝙ aliud eſt furari ⁊ aliud rapi. Furari quidem ꝓprie ẽ cuʒ res alicui latenter aufertur. Unde Geñ. 41. dicebat Ioſeph. Furtim ſublatus ſum. Sed rapi ꝓprie dicit quod ſubito ⁊ ꝑ violentiã aufert. Iob. 6. Sicut torrẽs raptim id ẽ ſubito ⁊ rapide tranſit ĩ cõuallib⁹ Inde ẽ ꝙ p̄dones qui violenter expoliant dicunt raptores. Sʒ attende ꝙ aliq̃s hõ dicit rapi ab hoib⁹ ſicut enoch. Sap. 4. Raptus ẽ ne malicia ⁊c. Aliqñ rapit aĩa a corpe. Luc. 12. Stulte hac nocte aĩam tuã ⁊c. Aliqñ aliq̃s dꝛ rapi a ſeip̄o qñ ꝓpter aliq̃d homo efficitur extra ſeip̄m ⁊ hoc eſt idẽ qđ extaſis. Sʒ ⁊ extra ſeip̄m efficit homo ⁊ ꝑ appetitiuam virtutẽ ⁊ ꝑ cognitiuã. Per appetitiuã eñ virtutẽ hõ ẽ ſolũ in ſeip̄o qñ curat q̃ ſunt ſua tm̃. Efficit vero extra ſeip̄m qñ nõ curat que ſũt ſua ſed q̃ ꝑueniũt ad bona alioꝝ. ⁊ hoc facit charitas. 1. Coꝛ. 13. Charitas non querit q̃ ſua ſunt. Et de hac extaſi dicit Diony. 4. cap̄. de diuis noib⁹. Eſt aũt extaſim faciẽs diuin⁹ amor nõ ſinens amatorẽ ſuiip̄ius eſſe ſed amatoꝝ ſcʒ reꝝ amatarũ. Secundum cognitiuã vero aliquis efficit extra ſe quando aliquis extra naturalẽ modũ hoīs eleuatur ad aliq̃d videndum: ⁊ de iſto raptu loquit hic ap̄lus. Sed ſcien-

dum ꝙ modus naturalis humane cognitionis eſt vt co-
gnoſcat ſimul per vim mentalẽ que eſt intellectus ⁊ cor-
poralem que eſt ſenſus. Et inde eſt ꝙ homo nõ habet in
cognoſcendo liberũ iudicium intellectus niſi quãdo ſen-
ſus fuerit in ſuo vigore bene diſpoſiti abſq3 aliquo liga-
tionis impedimento: alˢ cum impediunt᷑ etiã iudicium
intellectus impedit᷑: ſicut in dormientibus patet. Tunc
ergo homo efficitur extra ſe ſm cognitiuã quando remo-
uetur ab hac naturali diſpoſitione cognitionis que ẽ vt
intellectus ab vſu ſenſuum ⁊ ſenſibiliũ rerũ abſtractꝰ ad
aliqua videnda moueat᷑. Qđ quidem contingit dupliciter.
Uno modo per defectum virtutis vndecunq3 talis
defectus contingat: ſicut accidit in freneticis ⁊ alijs mẽ-
te captis. ⁊ hec quidẽ abſtractio a ſenſibus nõ eſt eleua-
tio hominis ſed potius depreſſio: quia virtus eoꝝ debi-
litatur. Alio vero modo per virtutem diuinam ⁊ tũc pro-
prie dicit᷑ eleuatio qꝛ cum agens aſſilet ſibi patiens ab-
ſtractio que fit virtute diuina ⁊ eſt ſupra hominẽ: ẽ ali-
quid altius q̃ ſit hominis natura. Et ideo raptus ſic ac-
ceptus diffinitur ſic. Raptus eſt ab eo qđ eſt ſm naturã
in id qđ eſt ſupra naturã in vi ſuperioris nature eleuatio.
In qua quidem diffinitione tangitur eius genus dũ di-
citur eleuatio. Cauſa efficiens quia vi ſuperioris nature.
Et duo termini motꝰ. ſ. a quo ⁊ in quẽ cũ dicit᷑ ab eo qđ
ẽ ſm naturã in id quod eſt ſupra naturã. Sic ergo patet
de raptu. ¶ Sequitur de termino raptus. ſ. ad quem cũ
dicitur. Uſq3 in tertium celum. Notandum eſt autẽ ꝙ
tertium celum tripliciter accipit᷑. Uno modo ſm ea que
ſunt infra animam. Alio modo ſm ea que ſunt in anima
Tertio modo ſm ea que ſunt ſupra animã. Infra animã
ſunt omnia corpora vt dicit Augꝰ. in libro de vera reli-
gione. Et ſic poſſumus accipere triplex celum corporeũ
ſcꝫ aereũ ſydereum ⁊ empyrreum. Et hoc modo dicit᷑ ꝙ
apl's erat raptus vſq3 ad tertium celum. i. vſq3 ad vidẽ-
dum ea que ſunt in celo empyrreo: non vt exiſteret ibi:
quia ſic ſciret ſi fuiſſet ſiue in corpore ſiue extra corpus.
Uel ſm damaſcenum qui nõ ponit celum empyrreũ poſ-
ſumus dicere ꝙ tertiũ celum ad qđ raptus ẽ apoſtolus
eſt ſupra octauã ſperam vt. ſ. euidenter videret ea q̃ ſunt
ſupra totam naturã corporalem. Si autem accipiamꝰ ce-
lum ſm ea que ſunt in ip̃a anima: ſic celũ debemꝰ dicere
aliquam altitudinem cognitionis que excedit naturalẽ
cognitionẽ humanã. ¶ Eſt aũt triplex viſio. ſ. corpora-
lis per quã videmus ⁊ cognoſcimus corpora. ſpiritualis
ſiue imaginaria qua videmus ſimilitudines corporum.
⁊ intellectualis qua cognoſcimus naturas rerum in ſe-
ip̃is. Nam proprie obiectum intellectus eſt quod q̃d eſt
Huiuſmodi autem viſiones ſi fiant ſm naturalem modũ
puta ſi video aliquid ſenſibile ſi imaginor aliquid prius
viſum ſi intelligo per fantaſmata nõ poſſunt dici celum.
Sed tunc quelibet iſtorum dicitur celum quando eſt ſu-
pra naturalem facultatem humane cognitionis: puta ſi
aliquid vides oculis corporalibus ſupra facultatem na-
ture: ſic es raptus ad primũ celum. Sicut balthaſar ra-
ptus eſt videns manum ſcribentis in pariete. vt dicitur
Dañ. 5. Si vero eleueris per imaginationem vel ꝑ ſpi-
ritum ad ad aliquid ſupernaturaliter cognoſcendum: ſic
es raptus ad ſecundũ celum. Sic raptus fuit petrus q̃n
vidit lintheum ĩmiſſum de celo. vt dicitur Act. 10. Sꝫ
ſi aliq̃s videret ip̃a intelligibilia ⁊ naturas ip̃oꝝ nõ per
ſenſibilia nec per fantaſmata ſic eſſet raptus vſq3 ad ter-
tium celum. Sed ſciendum eſt rapi ad primum celũ eſt
alienari a ſenſibus corporalibus. Unde cum nullus poſ-
ſit abſtrahi totaliter a ſenſibus corporeis: manifeſtum ẽ
ꝙ nullus põt dici ſimpliciter raptus in primũ celũ ſꝫ ſm

quid. Inquantũ contingit aliquãdo aliquẽ ſic eſſe inten-
tum ad vnum ſenſum ꝙ abſtrahitur ab actu alioꝝ. Ra-
pi ad ſecundũ celũ ẽ quãdo aliquis alienat᷑ a ſenſu ad vi-
dendum quedam imaginabilia. vnde tales ſemper con-
ſueuerunt fieri in extaſi. Et iõ Act. 10. Quãdo petrꝰ vi-
dit lintheũ dicitur ꝙ factus fuit in extaſi. Paulus vero
dicitur raptus ad tertium celum qꝛ ſic fuit alienatꝰ a ſen-
ſibus ⁊ ſublimatus ab omnibus corporalibus vt videret
intelligibilia nuda ⁊ pura eo modo quo vident angeli et
anima ſeparata: ⁊ quod plus eſt etiã ipſuꝫ deũ per eſſen-
tiam vt Auguſtinꝰ expreſſe dicit. 12. ſuper Geñ. ad litte-
ram ⁊ in glo. ⁊ ad paulinam in libro de videndo deum.
Nec etiam eſt probabile: vt moyſes miniſter veteris te-
ſtamenti ad iudeos viderit deum ⁊ miniſter noui teſta-
menti ad gentes ⁊ doctor gentium hoc dono fuerit ꝑua-
tus. Unde dicit ipſe ſupra. 3. Si miniſtratio dãnationis
fuit in gloria ⁊c. De moyſe autẽ ꝙ viderit deũ ꝑ eſſenti-
am patet. Nam ipſe a domino petiuit. Exo. 33. Oſtẽde
mihi faciem tuam. Et licet tunc negatũ fuerit ſibi nõ tñ
dicitur ꝙ dominus finaliter negauerit ei. Unde dic̃ Au-
guſtinus ꝙ conceſſum fuit ei per hoc qđ dicitur Nume-
ri. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini. ⁊c. At
vero non talis ſeruus meus moyſes ⁊c. palam eni᷑ ⁊ nõ
per enigmata videt deum. Sed nunquid fieri potuiſſet
paulo vt nõ raptus videret deum. Dicenduꝫ ꝙ nõ. Nã
impoſſibile eſt ꝙ deus videatur in vita iſta ab hoĩe nõ
alienato a ſenſibus: quia nulla imago nullũ fantaſma eſt
ſufficiens mediũ ad dei eſſentiã oſtendendã: ideo opor-
tet ꝙ abſtrahat᷑ ⁊ alienet᷑ a ſenſibus. Tertio modo acci-
piendo celum ſm ea que ſunt ſupra animam: ſic triplex
celum eſt triplex hierarchia angelorum: ⁊ ſm hoc apo-
ſtolus raptus fuit vſq3 ad tertium celum. id eſt ad hoc vt
videret eſſentiam dei: ita clare ſicut vident eum angeli
ſuperioris ⁊ prime hierarchie qui ſic vident deũ ꝙ imme-
diate in ip̃o deo recipiunt illuminationes ⁊ cognoſcunt
diuina myſteria. Et ſic vidit paulꝰ. Si ergo ſic vidit dei
eſſentiam ſicut angeli ſuperioris hierarchie. ergo bñ vi-
detur ꝙ apl's fuerit beatus ⁊ ꝑ cõſequẽs fuerit ĩmortal'.
Rñdeo ꝙ licet viderit deũ per eſſentiã nõ tamẽ fuit bea-
tus ſimpliciter ſed ſolũ ſm quid. Sciendũ ẽ autẽ ꝙ vi-
ſio dei ꝑ eẽntiã fit per lumen aliquod. ſ. ꝑ lumẽ glorie: ď
quo dr̃ in p̃s. In lumine tuo videbimus lumen. Sꝫ ali-
qñ lumẽ cõicatur alicui per modũ paſſionis: alicui vero
per modũ forme inherentis: ſicut lumẽ ſolis inuenitur ĩ
carbunculo ⁊ in ſtellis vt forma inherens. i. connatural'
effecta: ſed in aere inuenit᷑ vt forma tranſiens ⁊ non per-
manẽs qꝛ tranſit abeunte ſole. Sil'r ⁊ lumẽ glorie du-
plicit᷑ mẽti infũdit᷑. Uno modo ꝑ modũ forme cõnatural'
facte ⁊ ꝑmanentis: ⁊ ſic facit mentẽ ſimpliciter beatam.
Et hoc modo infundit᷑ beatis in patria: ⁊ ideo dicuntur
cõphenſores: ⁊ vt ita dicã viſores. Alio mõ cõtingit lu-
men glĩe mentẽ hũanã ſicut q̃dam paſſio tranſiens: ⁊ ſic
mens pauli fuit in raptu lumine glĩe illuſtrata. vñ etiam
ipſum nomen raptus oſtendit tranſeundo hoc eẽ factum
⁊ ideo nõ fuit ſimpliciter glĩficatus nec habuit dotẽ glĩe.
cum illa claritas non fuerit effecta proprietas. Et proptᷣ
hoc non fuit deriuata ab anima in corpus: nec in hoc ſta-
tu perpetuo permanſit. Unde ſoluꝫ actum beati habuit
in ipſo raptu ſed nõ fuit beatus. Sic ꝑ hoc patet quid
apoſtolus ſciuit in ſuo raptu. ſcilicet videntis conditio-
nem viſionis tempus: et viſionis faſtigium. ¶ Se-
quitur quid neſciuit ſciliꝫ vtrum eſſet in corpore vl' ex-
tra corpus: quod tamen dicit deũ ſcire. Unde dicit. Si-
ue in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. qđ qui-
dam intelligere voluerũt vt raptus referat᷑ ad corpus:

dicẽtes apoſtolũ dixiſſe ſe neſcire nõ quidẽ an anima eẽt cõiuncta corpori in illo raptu an nõ: ſed eſſet raptus ſm animã ⁊ corpus ſimul: vt ſimul corporaliter portaret in celũ ſicut abachuc portatus fuit Dañ. vltio. an ſm animã tñ eſſet in viſionibus dei: vt dicit Ezech. 8. In viſione adduxit me in terrã iſrl'. Et iſte fuit intellectus cuiuſdam iudei quẽ exprimit hieronym⁹ in ꝓlogo ſup Dañ. vbi dicit deniqꝫ ⁊ apoſtolũ noſtrũ dicit non fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore ſed dixiſſe ſiue in corpꝫ. ⁊c̃. Sed hunc intellectum Aug⁹ maxime improbat. 12. ſup geñ. ad litterã: qꝛ nõ cõueniũt cũ alijs verbis apoſtoli. Apoſtolus enim dicit ſe raptum vſqꝫ in tertiũ celum. Unde ſciuit pro certo illud fuiſſe verũ celum. Sciuit ergo an illud celum eſſet corporeũ an incorporeum. i. res incorporea. Sed ſi fuit incorporeum ſciuit ꝙ corporaliter ibi rapi nõ potuit quia in re incorporea nõ poteſt eſſe corpus. Si vero corporeũ fuerat ſciuit ꝙ nõ fuit ibi anima ſine corpore quia anima coniuncta corpori nõ poteſt eſſe in loco vbi nõ eſt corpus: niſi celum corporeum dicatur ſimilitudo celi corporei. Sed ſi ſic apoſtolus non dixiſſet ſe ſcire ꝙ eſſet raptus in tertiuꝫ celum. id ẽ in ſimilitudinem celi: quia pari ratione dicere potuiſſet ꝙ fuiſſet raptus in corpore. id eſt in ſimilitudine corporis. Dicendum eſt ergo ſm Augu. ꝙ diuinã eſſentiã nullus in hac vita poſitus ⁊ hac mortali vita viuens videri poteſt. Unde dixit dominus Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. id eſt non videbit me homo niſi totaliter ſeparetur a corpore. ita ſcꝫ ꝙ anima eius nõ inſit corpori vt forma: vel ſi ineſt vt forma tamen mens eius oĩno in huiuſmodi viſione totaliter alienetur a ſenſibus. Et iõ dicendum eſt ꝙ hoc qõ apoſtolus dicit ſe neſcire vtrũ ſcꝫ ĩ illa viſione anima eius fuerit totaliter ſeparata a corpore. Unde dicit ſiue extra corpus vel vtrum anima eius extiterit in corpore vt forma tamen mens eius fuerit a ſenſibus corporeis alienata. Unde dicit. Siue in corpore. Et hoc etiam alij concedunt.

## Lectio ſecunda.

ET ſcio huiuſmodi homineꝫ ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio: deus ſcit. qm̃ raptus ẽ in paradiſuꝫ: ⁊ audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor. ꝑ me autem nihil niſi in infirmitatibus meis Nã ⁊ ſi voluero gloriari non ero inſipiens: veritatem enim dicam. Parco auteꝫ ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt ĩ me. aut audit aliquid ex me.

Poſito primo raptu. ponitur conſequenter ſecundus raptus. Et duo facit. Primo ponit̃ raptus. Secundo raptus excellentia. ibi. Et audiuit archana. ⁊c̃. Sed notãdum ꝙ glo. dicit iſtum raptum eſſe alium a primo. Et ſi bene conſideretur bis legitur aliquid de apoſtolo ad qõ poſſunt iſti duo raptus referri. Nam Act. 9. legit̃ de eo ꝙ ſtetit tribus diebus nõ videns ⁊ nihil mãducans neqꝫ bibens: ⁊ ad hoc poteſt referri primus raptus: vt ſcꝫ tunc fuerit raptus vſqꝫ ad tertium celum. Sed Act. 22 legitur ꝙ factus eſt in tẽplo in ſtupore mentis: ⁊ ad hoc refertur iſte ſecũdus rapt⁹. Sed hoc nõ videtur veriſile quia quãdo in ſtupore mentis factus fuit miſſus iã fuerat incarcerẽ apoſtolus. ſed hanc epiſtolã ſcripſit apl'us diu ante vnde prius ſcripta fuit hec epiſtola ꝙ̃ apoſtolus fuiſſet in ſtupore Et ideo dicendũ eſt ꝙ differt iſte rapt⁹ a primo quantum ad id ĩ qõ raptus eſt. Nã in primo raptus eſt in tertium celum. In ſecundo vero in paradiſuꝫ dei. Si vero aliquis tertiũ celum acciperet corporaliter ſm primam acceptionem celorum ſuperius poſitam vel ſi fuerit viſio imaginaria poſſet ſimiliter dicere paradiſũ corporalem vt diceretur ꝙ fuerit raptus in paradiſũ terreſtrem. ſed hoc eſt contra intentionẽ Auguſtini ſm quẽ dicimus ꝙ fuit raptus in tertiũ celum. i. viſionẽ intelligibiliũ ſm ꝙ in ſeipis ⁊ ĩ proprijs naturis videnť vt ſupra dictũ ẽ. Unde ſm hoc oportet nos nõ aliud intelligere per celũ ⁊ aliud ꝑ paradiſuꝫ: ſed vnũ ⁊ idẽ per vtrũqꝫ ſcꝫ gloriã ſanctorũ ſed ſm aliud. Celũ enĩ dicit altitudinem quandã cũ claritate: paradiſus vero quãdã iocũdã ſuauitatem. In ſanctis aũt beatis ⁊ angelis deũ videntibus ſunt excellenter hec duo. qꝛ eſt in eis excellentiſſima claritas qua deũ vident: ⁊ ſũma ſuauitas qua deo fruuntur. Et ideo dicunť eſſe in celo ꝙ̃tũ ad claritatẽ ⁊ ĩ paradiſo quantũ ad ſuauitatẽ. Eſa. 66. Uidebitis ⁊ gaudebitis ⁊c̃. Fuit ergo vtrũqꝫ collatũ apl'o. vt. ſ. ſublimaretur ad illam altiſſimã claritatẽ cognitionis: ⁊ hoc ſignificat cum dicit. Ad tertiũ celum ⁊ vt ſentiret ſuauitatem diuine dulcedinis. vnde dicit ĩ paradiſum. ps. Magna multitudo dulcedinis tue ⁊c̃. Apoc. 2. Uincenti dabo manna abſconditũ ⁊c̃. Et iſta dulcedo ẽ gaudiũ de diuina fruitione. de qua Mat. 25. dicitur. Intra in gaudiuꝫ domini tui. Sic ergo patet termin⁹ raptus quia in paradiſum id eſt in eam dulcedinem qua indeficienter reficiuntur illi qui ſunt in celeſti hieruſalem. ¶ Sequit̃ conſequenter ipſius raptus excellentia quia audiuit archana que nõ licet homini loqui. Et hoc poteſt dupliciť exponi. Uno mõ vt li homini cõſtruať cũ licet ⁊ loq̃ ⁊ ſenſus ẽ. Audiuit archana verba. id ẽ percepit intima cognitione de ſecreta dei eſſentia quaſi per verba que. ſ. verba nõ eſt licitum vt homini dicanť. Alio mõ vt li homini conſtruatur ſolum cũ nõ licet: ⁊ tunc eſt ſenſus. Audiuit verba. ⁊c̃. que verba nõ licet homini loqui homi. ſ. imperfecto. Sciendum autem ꝙ ſm auguſtinũ paulus eſt raptus ad videndum diuinam eſſentiam. que quideꝫ non poteſt videri per aliquã ſimilitudinẽ creatam. Unde manifeſtum eſt ꝙ illud qõ paulus vidit de eſſentia diuina nulla lingua humana poteſt dici: al's deus nõ eẽt incomprehenſibilis. Et ideo ſm primã expoſitionẽ dicẽdũ eſt. audiuit. i. cõſiderauit archana verba. i. magnificentiam diuinitatis quã nullus homo poteſt loqui. Dicit autem audiuit pro vidit. quia illa conſideratio fuit ſm interiorem actum aĩe in quo idẽ ẽ auditus ⁊ viſus ſm ꝙ dr̃ Numeri. 12. Ore ad vos loquiť ei ⁊ palã. ⁊c. dicit̃ auteꝫ illa conſideratio viſio inq̃tum deus videť in hoc ⁊ locutio inquantũ homo in ipſa inſtruit̃ de diuinis. Et qꝛ huiuſmodi ſpũalia nõ ſunt pãdenda ſimplicib⁹ ⁊ imꝑfectis ſed perfectis ſm qõ dicitur ꝑmo Cor. 2. Sapientiã loquimur inter ꝑfectos. iõ. Scđo modo exponit̃ ꝙ ſecreta que ibi audiuit nõ licet mihi loqui hoĩ. i. imꝑfectis ſꝫ ſpũalib⁹ inter quos loq̃mur ſapiam. Prouerb. 25. Glia dei eſt celare verbũ. i. hoc ipm ꝙ neceſſe ẽ celare magnalia dei ꝑtinet ad gliam dei. ps. ſm tranſlationẽ ieronymi. Tibi ſilet laus de⁹. i. ꝙ incõprehenſibilis eſt verbis nr̃is. ¶ Deinde cũ dicit Pro huiuſmõi gliabor ⁊c. oſtẽdit quõ ſe habet ad gloriã. Et circa hoc tria facit. Prio oſtendit ſe nõ gliari de hmõi reuelationib⁹ Scđo inſinuat ſe hr̃e aliq̃d ꝑter illud vnde gliari poſſit ibi. Nã ſi voluero ⁊c. Tertio aſſignat cãꝫ q̃re non gliať de oĩb⁹. ibi. Parco aũt ne quis ⁊c̃. Circa primũ ſciendum eſt ꝙ hoc qõ dicit. Pro huiuſmodi autem gloriabor. ⁊c. poteſt dupliciter legi Uno modo vt apoſtolus oñdat ſe eẽ ipm

pro quo gloriatur vt ſcꝫ ipſe ſit qui vidit has viſiones.
Alio modo vt oſtendat ꝙ alius ſit qui vidit has viſiões
¶ Sciendū eſt eīn ꝙ in homine duo poſſunt cōſiderari
ſcꝫ donum dei ⁊ humana conditio. Si ergo aliquis glo-
riatur in aliquo dono dei vt a deo accepto illa eſt bona
gloria: quia ſic in domino gloriať vt dictū ē ſupra. x. Sꝫ
ſi gloriatur de illo dono ſicut a ſe habito tunc mala ē glo
riatio huiuſmodi. prīe. Cor. 4. Quid habes quod nō
accepiſti. Si autē accepiſti quid gloriaris quaſi nō acce
peris. Dicit ergo apoſtolus ſm hoc ꝓ hmōi ſcꝫ viſioni-
bus ⁊ donis dei mihi collatis gloriabor. Pro me autē
nō id ē non gloriabor inde quaſi a me acceperim: quia a
deo habui. Sed ſi pro me oportet gloriari nihil gloria-
bor niſi in infirmitatibus meis id eſt nō habeo vnde poſ
ſim gloriari niſi de infirma conditione mea. Si autē ex-
ponať vt oſtendat aliū eſſe qui nō vidit ⁊ ſi ipſe ſit: tunc ē
ſenſus vt quaſi loquať de quodā alio dicēs. Pro huiuſ
modi gloriabor. id eſt pro illo homine qui hoc vidit ⁊ q̄
hec dona recepit gloriabor: ſed pro me quaſi velim ma-
nifeſtare me eſſe talem nihil gloriabor niſi in infirmitati
bus meis. id eſt de tribulationibus quas patior. Sꝫ q̄
iſti poſſent ſibi dicere. O apoſtole nō eſt mirū ſi non glo
riaris quia nō habes vnde glorieris. ideo apl's oſtendit
ꝙ etiam preter illas viſiones habet aliquid vnde poſſit
gloriari dicens. Licet pro huiuſmodi hoīe glorier ⁊ nō
pro me tamē etiā bene pro me poſſum gloriari. nā ſi vo-
luero gloriari ⁊c. vel pro hmōi tribulationibus vel pro
alijs mihi a deo collatis vel etiā pro infirmitatibus non
ero inſipiens. id eſt nō inſipienter agam. Et quare Veri
tatē enim dicam de alijs de quibus p̄ter dictas viſiones
gloriari poſſū. ¶ Dicit aūt Nō ero inſipiens: quia glia-
bať de his que habebat. Quādo enī gloriať quis de hiſ
que nō habet ſtulte gloriať. Apoc. 3. Dicis q̄ diues ſū
⁊ nullius egeo ⁊ neſcis ⁊c. Et quia gloriabatur ex cauſa
ſufficienti vt ex predictis eſt manifeſtū. ¶ Conſequenter
aūt cū dicit. Parco aūt ⁊c. Oſtendit rationē quare non
gloriatur de oībꝰ ſi pōt gloriari: que quidem rō eſt vt eis
parcat. Unde dicit parco autē. ⁊c. Quaſi dicat. Poſſē
de pluribus alijs gloriari: ſed parco. i. parce glorior: vel
parco vobis cōmēdando me: nolens eſſe oneroſus vo-
bis. Nam talia mihi deus conceſſit que ſi ſciretis repu-
taretis me multo maiorem: ⁊ hec ſūt dona gratuita mul
ta que habebat apoſtolus. Ex quibꝰ homines huiꝰ mun
di cōſueuerunt plus cōmendare homīes ⁊ maiores eos
reputare ꝙ̄ ex gratū facientibꝰ. Et iō dicit. Nolo ex gra-
tuitis cōmendari. Et iō Parco. i. nō glorior. Et quare?
Ne quis exiſtimet me cōmendare vel gloriari: ſupra id
qō videt. ⁊c. Uel aliter homo dupliciter cognoſcitur ꝑ
ꝯuerſationē ⁊ doctrinā ſuā. Apoſtolus aūt nolebat ali-
qua de ſe dicere: licet poſſet que excedebāt ⁊ vitam ⁊ do
ctrinam ſuam. Et ideo parco autē ne quis exiſtimet me
eſſe ſupra id quod videt de conuerſatione mea exteriori
aut audit aliquid ex me. id eſt ex doctrina p̄dicationis ⁊
exhortationis ⁊ inſtructiōis mee: q̄ forte crederēt eum
eſſe vel īmortalem vel angelū. Prouer. 11. Uir prudēs
tacebit. Prouer. 29. Totum ſpiritū ſuū ꝓfert ſtultus.
ſapiens differt. ⁊c. Uel dicit Parco autē ⁊c. pro detra-
ctoribus ſcꝫ pſeudo qui dicebant eum gloriari ex elatiōe
⁊ nō ex cā neq; de his q̄ ī ipo erāt. Et iō dicit Parco aūt
id eſt parce glorior: ne quis pſeudo extimet me excedere
elationis ſpū. ſupra id. id eſt in aliquid quod videt ī me
vel audit ex me. id eſt ſupra poſſe meritorium. ps. Do-
mine non eſt exaltatum cor meū. ⁊c. Eccl. 3. Quāto ma
gnus es. ⁊c.

## Lectio tertia.

Et ne magnitudo reuelationum ex-
tollat me: datus eſt mihi ſtimulus
carnis mee angelus ſathane q̄ me
colaphiʒet. Propter qō ter dñm rogaui: vt
diſcederet a me et dixit mihi. Sufficit tibi
gratia mea. Nā virtus in infirmitate ꝑficiť
Libenter igitur gloriabor in infirmitatibꝰ
meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. Propť
qō placeo mihi in infirmitatibus meis: ī cō
tumelijs: in neceſſitatibus: in ꝑſecutionibꝰ:
in anguſtijs pro xp̄o. Cū enim infirmor tūc
potens ſum.

Hic agit de remedio adhibito contra ſupbiam. Et circa
hoc tria facit. Primo enī ponit remediū adhibitū. Se-
cūdo manifeſtat ſuā orōem de remedio remouendo. ibi.
Propter qō ter dominū ⁊c. Tertio inſinuat dñi reſpon-
ſionē aſſignantis rōnē de adhibito remedio ibi. Et dixit
mihi dñs ⁊c. Circa primū ſciendū ē ꝙ plerūq; ſapiens
medicus ꝓcurat ⁊ permittit ſupuenire infirmo minorē
morbū vt maiorē curet vel vitet: ſicut vt curet ſpaſmum
procurat febrē. hoc euidenter in ſe beatꝰ apoſtolus a me
dico animaꝝ dño nr̄o ieſu xp̄o factū oſtendit. Xp̄s enim
velut medicꝰ aīaꝝ ſūmus ad curandū graues aīe mor-
bos ꝑmittit plurimos electos ſuos ⁊ magnos ī morbis
corporū grauiter affligi. ⁊ qō plus ē ad curandū maiora
crimina ꝑmittit incidere in minora etiā mortalia. Inter
omnia vero pctā grauius peccatū eſt ſupbia. Nam ſicut
charitas ē radix ⁊ initium virtutū: ſic ſupbia ē radix ⁊ in
itium oīm vitioꝝ. Eccl. 10. Initiū omnis peccati ſupbia
Quod ſic patet. Charitas enī ideo dicitur radix omniū
virtutū: q̄ cōiungit deo qui ē vltimus finis. Unde ſicut
finis ē p̄cipiū omniū opabiliū: ita charitas ē principiū
omniū virtutū. Supbia aūt auertit a deo. Supbia enim
eſt appetitus inordinatꝰ excellētie. Si enī aliquis appe
tit aliquā excellentiā ſub deo ſi moderate quidem appe-
tit ⁊ ꝓpter bonū ſuſtineri poteſt. Si vero nō debito or-
dine pōt quidē alia vitia incurrere ſcꝫ ambitionis: aua-
ritie ſeu inanis glorie ⁊ huiuſmodi: tamē nō eſt proprie
ſupbia niſi quādo quis appetit excellentiā nō ordinādo
illā ad deū. Et ideo ſupbia ꝓprie dicta ſepat a deo ⁊ eſt
radix omniū vicioꝝ ⁊ peſſimū omniū: ꝓpter qō deus re-
ſiſtit ſuperbis. vt dicit Jac. 4. Quia ergo ī bonis ē ma
xime materia huius vicij ſcꝫ ſupbie: q̄ eius materia eſt
bonū: ꝑmittit aliquādo electos ſuos impediri ex aliqua
ſui pte vt ꝑ infirmitatē vel ꝑ aliquē defectū: ⁊ aliqn̄ etiā
ꝑ pctm̄ mortale ab hmōi bono: vt ſic ex hac pte humiliē-
tur ꝙ ex illa nō ſupbiāt. ⁊ hō ſic hūiliatꝰ recognoſcat ſe
ſuis viribus ſtare nō poſſe. Un̄ dr̄ Ro. 8. Diligentibus
deū ⁊c. Nō quidē ex eoꝝ pctō ſed ex ordinatiōe dei. Q?
igiť apl's magnā habebat ſupbiendi materiā ⁊ q̄tuꝫ ad
ſpecialē electionē qua a dño electꝰ ē. Act. 9. Uas electi
onis ⁊c. ⁊ q̄tū ad ſecretoꝝ dei cognitionē: q̄ hic dicit ſe
raptū in tertiū celum ⁊ ī paradiſum vbi audiuit archana
verba que nō licet homini loqui ⁊ quantū ad maloꝝ per
peſſionē: q̄ ſupra. xj. In carceribꝰ plurimis in infirmita
tibus. ter virg? ⁊c. ⁊ q̄tū ad virginalē integritatē q̄ vo
lo oēs eē ſicut ⁊ ego. 1. Cor. 7. ⁊ q̄tum ad bonorū ope-
rationē q̄ ſupra plus omnibus laboraui ⁊ ſpāliter q̄tuꝫ
ad maximam ſcientiam qua emicuit que ſpecialiter in-
flat: ideo dominus adhibuit ei remedium ne in ſuper-
biam extolleretur. Et hoc ē quod dicit. Et ne magnitu-

do reuelationis mihi facte extollat me in ſuperbiã. Ecc.
6. Non te extollas in cogitatione aĩe tue velut thaurus
⁊c. p̄s. Exaltatus autẽ humiliatus ⁊c. Et dicit vt oſten-
dat ſibi factas fore reuelationes p̄dictas. Datus ẽ mihi
id eſt ad meã vtilitatem ⁊ humiliationẽ. Iob. 30. Eleua
ſti me ⁊ quaſi ſuperuentũ ponens ⁊c. Datus ẽ inq̄ mihi
ſtimulus crucianſ corpus meũ ꝑ infirmitatẽ corporis vt
anima ſanet̄: qꝛ ad litterã dicit̄ ꝙ fuit vehemẽter afflict⁹
dolore yliaco. Uel ſtimulus carnis mee. i. cõcupiſcentie
ſurgens ex carne mea a qua multũ infeſtabat̄. Roma. 7
Non enĩ qđ volo ⁊c. Igit̄ ego ipſe mente ſeruio legi dei
⁊c. Unde Aug⁹. dicit ꝙ inerant ei motus cõcupiſcentie
quos tamẽ diuina gratia refrenabat. Iſte inq̄ ſtimulus
eſt angelus ſathane. i. angelus malignus. Eſt autẽ an-
gelus a deo miſſus ſeu ꝑmiſſus ſed ſathane: qꝛ ſathane
intentio eſt vt ſubuertat: dei vero vt humiliet ⁊ ꝓbatum
reddat. Timeat peccator ſi apl's ⁊ vas electionis ſecur⁹
nõ erat. ¶ De remotione autẽ huius ſtimuli remouendi
ſollicitus erat apl's. Uñ ꝓpter hoc orabat. Et hoc eſt ꝙ
ſubdit. Propter qđ ter. ⁊c. Ubi ſciendũ ẽ ꝙ infirm⁹ ne-
ſciens proceſſum medici apponentis mordax emplaſtrũ
rogat medicũ vt remoueat: qđ tamen ſciens medic⁹ cau-
ſam quare faciat. ſ. propt̄ ſanitatẽ nõ exaudit eũ quãtum
ad voluntatẽ petentis: magis curans de eius vtilitate.
Sic apl's ſentiens ſtimulũ ſibi grauẽ eſſe: ad ſingularis
medici cõfugit auxiliũ vt eũ remoueat. Ter enim exp̄ſſe
⁊ deuote rogauit vt de⁹ tolleret ab eo. ſ. ſtimulũ. 2. Pa-
ralip. 20. Cum ignorem⁹ quid agere debeam⁹. ⁊c. For
te pluries hoc petijt ſed expreſſe ⁊ inſtanter ter eũ petijt
vel ter. i. multotiens. Ternarius em̄ ẽ numerus perfe-
ctus. Et vere ip̄e rogandus ẽ: qꝛ ip̄e vulnerat ⁊ medet̄.
Iob. 5. ⁊ Luc. 22. Orate ne intretis in tẽptationẽ. ⁊c.
¶ Sequit̄ reſponſio domini. Et dixit mihi domin⁹. ⁊c.
Ubi duo facit. Prĩo ponit dñi reſponſionẽ. Scđo reſpõ
ſionis rõnem aſſignat. ibi. Nam virtus ⁊c. Dicit ergo.
Ego rogaui ſed domin⁹ dixit mihi. Sufficit tibi. ⁊c. q̄ſi
dicat. Nõ ẽ tibi neceſſariũ ꝙ infirmitas recedat a te cor-
poris qꝛ non ẽ periculoſa qꝛ nõ duceris ad impatientiã
cũ gratia mea cõfortet te. nec infirmitas cõcupiſcentie.
qꝛ nõ protrahet te ad petm̄: qꝛ gr̄a mea ꝓteget te. Ro.
3. Iuſtificati gratis. ⁊c. Et vere ſufficit gr̄a dei ad mala
vitanda: ad bona facienda: ⁊ ad vitã ꝯſequẽdã eternam
p̄ie Cor. 15. Gratia dei ſum id qđ ſum. ⁊c. Ro. 6. Gr̄a
dei vita eterna. Sed cõtra Ioh. 15. Quicquid petieritiſ
patrẽ ĩ noĩe meo ⁊c. ¶ Aut ergo paul⁹ diſcrete petiuit.
⁊ tunc debuit exaudiri. aut indiſcrete ⁊ tunc peccauit.
Rñdeo dicendũ ẽ ꝙ de vna ⁊ eadẽ re pōt hõ dupliciter
loqui. Uno modo ſm ſe ⁊ natura illius rei. Alio mõ ſm
ordinem ad aliud. Et ſic cõtingit ꝙ illud qđ ẽ malũ ſm
ſe ⁊ vitandũ. ſm ordinẽ ad aliud ẽ appetendũ: ſicut po-
tio inq̄tum ſm ſe ẽ amara ẽ vitanda: tamẽ qui cõſiderat
eam ſm ordinẽ ad ſanitatem appetit eã. Ergo ⁊ ſtimu-
lus carnis ſm ſe ẽ vitandus ⁊ affligens. inq̄tũ vero eſt
via ad virtutẽ ⁊ exercitiũ virtutis: ẽ appetendus. Apl's
aũt qꝛ nõdũ reuelatũ ei erat illud ſecretũ diuine ꝓuiden
tie vt ad vtilitatem ſuã cederet: cõſiderabat ſibi malum
q̄tũ in ſe ẽ. ⁊ iđ petierat ſuã ãmonitionẽ: nec in hoc pec-
cauit: ſed deus qui ordinauerat hoc ad bonũ humilitatiſ
ſue ñ exaudiuit eũ q̄tũ ad ei⁹ volũtatẽ qđ tñ ſciẽs p⁹mo-
dũ apl's gloriabat̄ cũ diceret. Libenter gloriabor ⁊c. Et
licet nõ exaudierit eum q̄tũ ad voluntatẽ: exaudiuit ta-
mẽ eũ ⁊ exaudit ſcõs ſuos q̄tũ ad eius vtilitatẽ. Uñ dicit̄
Ieronim⁹ in ep̄la ad paulinũ. Bon⁹ domin⁹ qui ſepe nõ
tribuit qđ volumus: vt tribuat qđ mallemus. Rationẽ
aũt ſue reſponſionis ſubdit cõſequenter cuꝫ dicit. Nam
virtus ⁊c. Mirus modus loquendi. Uirtus in infirmita
te perficit̄. Ignis in aqua creſcit. Intelligi vero pōt hoc
qđ dicitur Uirtus perficit̄ in infirmitate dupliciter ſcꝫ ma
terialiter ⁊ occaſionaliter. Si accipiatur materialiter tũc
ẽ ſenſus. Uirtus in infirmitate ꝑficit̄. i. infirmitas ẽ ma-
teria exercende virtutis. Et primo humilitatis. vt ſupra
dictum eſt. Scđo patientie. Iaco. 1. Tribulatio patien
tiã operatur. Tertio temperantie quia ex infirmitate de
bilitat̄ fomes ⁊ temperat⁹ efficit̄ quis. Si vero accipiat̄
occaſionaliter tunc virtus in infirmitate ꝑficit̄. i. occaſio
perueniendi ad ꝑfectã virtutẽ. qꝛ homo ſciẽs ſe infirmũ
magis ſollicitat̄ ad reſiſtendũ ⁊ ex hoc ꝙ magis reſiſtit ⁊
pugnat efficitur exercitatior ⁊ per cõſequens fortior. Et
ideo Leui. legit̄ ⁊ iudic. 3. Qꝙ dominus noluit deſtrue-
re omnes habitatores terre: ſed aliquos reſeruauit vt. ſ.
filij iſrl' exercitarent̄ pugnãdo cũ eis. Sic etiam Scipio
nolebat deſtructionẽ ciuitatis cartaginenſis vt. ſ. dũ ro-
mani haberent hoſtes exterius nõ ſentirent hoſtes inte
riores contra quos durius bellũ eſt q̄ contra exteriores
vt ipſe dicebat. ¶ Conſequenter ponit apoſtolus effcm̄
huius reſponſionis dñice dicẽs. Libẽter gloriabor ⁊c.
Ponit autẽ duplicẽ effectũ. Unus ẽ gloriationis. Un-
de dicit. Quia virtus mea perficit̄ in infirmitatib⁹. igit̄
libenter gloriabor in infirmitatibus meis. i. mihi ad vti
litatẽ meã datis. Et hoc qꝛ magis cõiungit̄ xp̄o. Mihi
autẽ abſit gloriari niſi in cruce ⁊c. Gal. vltio. Eccl'. 10.
Qui in paup̄tate gloriat̄ ⁊c. Et rõ ꝙ libenter gl'iabor:
vt inhabitet in me virtus xp̄i: vt ſcꝫ per infirmitates in-
habitet ⁊ cõſumet̄ in me gratia xp̄i. Eſa. 40. Qui dat
lapſo virtutẽ ⁊c. Alius effectus ẽ gaudij. Uñ dicit Pro
pter qđ cõplaceo ⁊c. Et circa hoc duo facit. Primo po-
nit hm̃oi effectũ. Secũdo huius effect⁹ rõnem aſſignat.
ibi. Cũ enĩ infirmor ⁊c. Ponit autẽ effectum gaudij et
materiã gaudij. Dicit ergo propter qđ: quia virtus xp̄i
habitat in me in infirmitatibus ⁊ in tribulationib⁹ om-
nibus: ⁊ iđ ꝯplaceo mihi id eſt multũ delector ⁊ gaudeo
de dictis infirmitatib⁹ meis. Iaco. 1. Oẽ gaudiũ exiſti-
mate fratres ⁊c. Defectus aũt in quibus ꝓpter gratiã
xp̄i abundanter delectat̄ enumerat. Et primo illos q̄ ſũt
a cauſa interiori ⁊ huiuſmõi ſũt infirmitates. Et ideo di-
cit in infirmitatib⁹. p̄s. Multiplicate ſũt infirmitates eo-
rum poſtea accelerauerunt ſcꝫ ad gratiam. Scđo illos q̄
ſunt a cauſa exteriori. Et hos quidem quantũ ad verbũ
cũ dicit. In contumelijs ſcꝫ mihi illatis. Act. 5. Ibant
apoſtoli gaudentes. ⁊c. Et quantũ ad factũ ⁊ hoc vl' quã
tum ad defectum bonorum cũ dicit. In neceſſitatib⁹. i.
in penurijs neceſſariorum ⁊ in paupertate qua premeba
tur. Et hoc modo accipitur neceſſitas cuꝫ dicit̄ Roma.
12. Neceſſitatibus ſanctorum cõmunicantes. Uel quan
tũ ad experimentuꝫ malorum illatorum ⁊ hoc quantum
ad exteriora. Mat. 5. Beati qui perſecutionem ⁊c. cum
dicit. ¶ In perſecutionibus ſcꝫ corporis quas de loco
ad locum ⁊ vbiqꝫ experimur. Et quantũ ad interiora di-
cens. In anguſtijs id eſt in anxietatibus animi. Dañ. 13
Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ ⁊c. Sed materia omniũ ho-
rum que faciunt ad gaudiuꝫ eſt: quia pro chriſto. Qua-
ſi dicit. Ideo complaceo quia propter chriſtum patior.
p̄ie Pet. 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida
vel fur. Et huius gaudij rationem aſſignat dicens. Cuꝫ
eniꝫ infirmor ⁊c. Quaſi dicat. Merito complaceo mihi
in illis quia quando infirmor ⁊c. id eſt quando ex his q̄
in me ſunt vel ex perſecutione aliorum incido in aliquod
predictorum: adhibetur mihi auxilium diuinum: per qđ
confirmor. p̄s. Conſalationes tue letificauerunt animaꝫ
meã. Ioel. 3. Infirmus dicat: qꝛ ego fortis ſũ. ſupra. 4.
Licet is qui foris noſter hõ corrũpat̄ ⁊c. Exo. 1. legitur
ꝙ quanto plus premebant̄ filij iſrael: tanto plus multi-

plicabantur.

Lectio quarta.

Factus ſum inſipiens vos me coegiſtis. Ego eñ a vobis debui cõmendari. Nihil eñ minus feci ab his ꝙ ſunt ſupra moduʒ apoſtoli. Tametſi nihil ſum: ſigna tamen apoſtolatus mei facta ſũt ſuper vos in omni patientia in ſignis ⁊ prodigijs ⁊ virtutibus. Quid eſt eñ quod minus habuiſtis p̄ ceteris eccleſijs: niſi ꝙ egoipſe nõ grauaui vos. Donate mihi hanc iniuriam.

Poſita cõmendatione ſua: conſequenter aplus excuſat ſe de his que dixit. oſtendens ſe coactuʒ hoc dixiſſe ꝙ ad gloriã ſuam pertinẽt. Et circa hoc duo facit. Primo imponit corinthijs cauſã huiuſmodi gloriationis. Secundo expõit ⁊ mãifeſtat hanc cauſã ibi. Ego eñ debui. ⁊c. Dicit ergo. Confiteor ꝙ in his omnibus cõmendationibus meis factus ſum inſipiens id eſt videt vobis ꝙ opꝰ inſipientis fecerim: ſed hoc non ex me nec ſponte. ymmo coactus feci ⁊ veſtra culpa fuit. quia vos me coegiſtiſ id eſt dediſtis mihi occaſionẽ. Frequent eñ ſubditi cogunt prelatos aliqua facere: que inſipient facta eſſe iudicari poſſunt. ſed tamen ꝓ loco ⁊ tempore ſapienter facta ſunt. Hoc autẽ quod dixerat in cõmuni ſcilicet ꝙ ipi fuerunt cauſa ſue cõmendationis exponit conſequent cũ dicit. Ego eñ debui ⁊c. Ubi dicit ꝙ ipſi fuerunt cauſa ſue cõmendationis. Primo obmittẽdo bona que facere debuiſſent. In quo exaggerat eoꝝ ingratitudinẽ. Secũdo cõmittẽdo mala in quo deteſtat eoꝝ maliciã ibi. Timeo eñ ne forte ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo cõmemorat ꝙd facere debuiſſent: oſtendẽs cauſam ibi. Nihil eñ minus ⁊c. Tertio remouet ipſoꝝ excuſationẽ ibi. Quid eſt eñ quod minꝰ ⁊c. Dicit ergo vere vos me coegiſtis. quia vos debuiſſetis facere illud quod ego feci Unde dicẽ Ego debui cõmendari a vobis qđ non feciſtis qñ neceſſe erat ſcilicet quando pſeudo vilipendendo me ⁊ preferendo ſe reddebant vilẽ doctrinã ⁊ euangeliuʒ xp̄i a me predicatũ. Unde quia vos nõ cõmendaſtis me ne deperiret fides xp̄i in vobis. prorupi in cõmendationẽ propriam. Sed cõtra ſupra tertio dixit Nunquid egemus cõmendaticijs epiſtolis ⁊c. Quare ergo voluit cõmẽdari ab iſtis? Reſpõdeo dicendũ eſt ꝙ aplus ꝓpter ſe nõ egebat cõmendationibus ſed ꝓpter alios: vt ſcilicet dũ cõmendaret doctrina ſua eſſet in maiori auctoritate ⁊ pſeudo confutarent. Sed quia poſſent iſti dicere. ideo nõ cõmendauimus te: quia nõ eſt in te aliꝗd cõmendatiõe dignum. Propter hoc apoſtolus ꝓbat eis ꝙ bene poterãt eum cõmendare cum dicit. Nihil eñ ⁊c. Oſtendens eſſe in ſe multa cõmendatione digna. Et primo quantũ ad preterita bona que fecit. Secũdo quantũ ad futura que facere intendit ibi. Ecce tertio hoc paratus ⁊c. Oſtẽdit auteʒ preterita cõmendabilia que fecit p̄mo in generali quantũ ad omnes eccleſias. Secundo in ſpeciali quãtũ ad ea que egit apud eos ibi. Tametſi nihil ⁊c. Tertio excludit obiectionẽ ibi. Quid ẽ eñ ⁊c. Dicit ergo. Merito debui cõmendari a vobis. quia multa ſunt in me cõmendatione digna Nam nihilominus feci ab his ſciliceʒ Petro Jacobo ⁊ Johanne qui ſunt ſupra modũ apl̄i id eſt qui vident a quibuſdã digniores apoſtoli ꝙ ego ſum. Pſeudo eñ dicebant ꝙ erant docti a petro ⁊ iohanne ꝙ fuerunt docti a xp̄o ⁊ ꝙ petrus ⁊ iohannes ſeruabant legalia vnde ⁊ ipſi dicebant ſeruare. Sed quia nihil minꝰ feci ab eis: nec quantũ ad predicationẽ: nec quantuʒ ad conuerſionẽ fideliũ: oſtenſiones miraculoꝝ: ⁊ perpeſſionem laboꝝ: ymmo plus. quia ſupra: Plus omnibus laboraui. 1. coꝝ. 15. Habundantius omnibꝰ ⁊c. Ideo magis ſum cõmendandus Uel dicunt ſupra modũ apoſtoli illi ſcilicet petrus iohannes ⁊ iacobus. quia fuerũt primo conuerſi ad chriſtũ. 1. coꝝ. 15. Nouiſſime autẽ viſus ⁊c. Si ſm hoc accipiatur nihil tamẽ minus fecit eis. qꝛ in modico tempore. ⁊ poſtꝙ conuerſus fuit plus laborauit. Sed eſto ꝙ nihil fecerim quantũ ad eccleſias alias per quod poſſem cõmendari: multa tamen ſpecialia egi apud vos: de quibus potuiſſetis me cõmendare. Et ideo dicit: Tametſi nihil. id eſt dato ꝙ nihil fecerim in comparatione ad eos: tamẽ affectus mee virtutis manifeſte apparent in vobis. et primo quantũ ad predicationẽ noſtram: quia conuerſi eſtis ad fidẽ. Et ſum apoſtolus vr̄. Et ideo dicit Signa apoſtolatus mei. id eſt mee predicationis facta ſunt ſupra vos a deo inquãtũ credentes conuerſi eſtis. 1. coꝝ. 9. Signaculũ apoſtolatꝰ mei vos eſtis. 1. coꝝ. 4. In chriſto ieſu per euangeliũ ego vos genui. Secundo per conuerſationẽ per quã confirmatur fides. quia quando vita concordat doctrine maioris auctoritatis eſt doctrina. ⁊ virtus predicatoris magis apparet ꝑ patientiam. ꝓuerb. 19. Doctrina viri per patientiã noſcitur. Et ideo dicit In omni patientia. Tertio quantuʒ ad operationẽ miraculorum. Et ideo dicit In ſignis ⁊c. Marci vltimo. Illi auteʒ profecti ⁊c. Et hec tria diſtinguuntur. qꝛ virtus eſt cõmune ad omnia miracula. Nã virtus eſt vltimũ de potentia. Et ideo aliquid dicit virtuoſum quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute ſcilicet diuina: ideo dicunt virtutes. Signũ vero refertur ad minus miraculũ. Prodigium autem ad maximũ. Uel dicit ſigna quantuʒ ad miracula facta de preſenti. prodigia quãtũ ad miracula de futuris. Uel ſigna ⁊ ꝓdigia dicit miracula que fiunt cõtra naturã: ſicut illuminatio ceci: ſuſcitatio mortui ⁊c. Uirtutes vero dicit que ſunt ſm naturam ſed nõ eo modo quo natura facit. ſicut ꝙ ad impoſitionẽ manus ſtatim ſanẽtur infirmi. quod etiã natura facit ſed ſucceſſiue. Uel virtutes dicit virtutes mentis. ſicut eſt caſtitas ⁊ huiuſmodi. ¶ Conſequenter excludit obiectionẽ cũ dicit. Quid eñ eſt quod minus ⁊c. Poſſent eñ corinthij reſpõdere apoſtolo ad predicta ⁊ dicere: veꝝ eſt ꝙ multa bona feciſti ⁊ magna. ⁊ tamen alij fecerunt plura ⁊ maiora ꝙ tu. Et ideo apud eos ⁊ in eoꝝ comparationẽ nolumꝰ te cõmendare. Et ideo hoc excludit: oſtendens ꝙ nihil minꝰ fecit ꝙ illi: ſed plus. Et ideo dicit. Quid ẽ eñ quod minus habuiſtis a me p̄ ceteris eccleſijs id ẽ ꝙ alie eccl̄ie chriſti habuerunt per illos ꝙ tum ad ſpiritualia. Quaſi dicat Nihil quia ipſi predicauerunt fidẽ. ⁊ apoſtolꝰ p̄dicauit. Illi oſtenderunt ſigna ⁊ virtutes ⁊ apoſtolus ſimiliter Et non ſolũ nõ minus habuiſtis ſed plus. qꝛ alij apoſtoli viuebant de ſumptibus illoꝝ quibus predicabant. ſed apoſtolus non. quia nihil accepit a corinthijs. Et ideo dicit Niſi ꝙ egoipſe non grauaui vos accipiendo veſtra. Quaſi dicat Nihil habuiſtis minus. niſi hoc forte reputeris minus. quia nihil accepi a vobis. qđ tamen plus eſt Actu. 20. Ad ea que mihi opus erãt ⁊ his qui mecum ſunt neceſſaria miniſtrauerunt ⁊c. 2. theſſal. 3. Nocte ac die laborantes ⁊c. Eſa. 23. Qui excutit manus ſuas ⁊c. Quod ſi hocipſum reputatis iniuriam ſcilicet ꝙ nolui veſtra recipere qđ feci quia non dilexi vos ⁊ videtur vobis ꝙ male fecerim parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo. Donate id eſt parcite mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur donate Ephe. 4. Donã-

tes inuicem ſicut ⁊ chriſtus vobis donauit.

## Lectio quinta.

Ecce tertio hoc paratus ſum venire
ad vos ⁊ non ero grauis vobis. Nõ
eniꝫ quero que veſtra ſunt ſed vos.
Nec enim debent filij parentibus theſauri-
zare: ſed parentes filijs. Ego autem liben-
tiſſime impendã ⁊ ſuperimpendar egoipſe
pro animab⁹ veſtris. licet plus vos diligẽs
minus diligar. Sed eſto. Ego vos non gra
uaui. ſed cum eſſem aſtutus dolo vos cepi.
Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad
vos circũueni vos. Rogaui titum ⁊ miſi cũ
illo fratrem. Nunquid titus vos circumue
nit. Nonne eodẽ ſpiritu ambulauim⁹. Nõ-
ne eiſdem veſtigijs? Olim putatis ꝙ excu-
ſemus nos apud vos. Coram deo in chriſto
loquimur Om̃ia em̃ chariſſimi propter edi
ficationem veſtram.

Hic oſtendit ſe eſſe cõmendabilem quantũ ad bona futu
ra: que facere intendit. Et duo facit. Primo oſtendit ſu
um propoſitum de futuro bono quod intendit. Secũdo
propoſiti huius rationẽ aſſignat ibi. Non em̃ quero que
veſtra ſunt ⁊c. Tertio ad rationẽ ſimilitudinem adhibet
ibi. Nec enim debet ⁊c. Sciendũ eſt circa primũ: ꝙ ali-
quando contingit ꝙ ideo aliqui non accipiunt vno tem
pore: vt reſeruẽt ſe ad aliud tẽpus: in quo poſſint ⁊ plus
recipere ⁊ audacius. Ne ergo iſti ſimile crederẽt de apo
ſtolo vt ideo noluiſſet prima vice recipere ab eis vt poſt-
modum reciperet plus: dicit ꝙ non ſoluꝫ hoc fecit olim
ſed etiam paratus eſt facere in futurum. Unde dicit. Ec
ce iam tertio id eſt tertia vice paratus ſuꝫ venire ad vos.
⁊ non ero vobis grauis. Quaſi dicat. nec etiã tũc graua
bo vos accipiendo veſtra. ſ. 11. In omnibus ſine onere
me ſeruaui ⁊ ſeruabo Job. 27. Juſtificationẽ quam ce-
pi tenere ⁊c. Dicit aũt. Tertio paratus ſum venire. Et
non dicit tertio venio: quia bene ter paratus fuit venire
ad eos ſed tamen non iuit niſi bis. Paratus em̃ fuit ve-
nire prima vice ⁊ tunc iuit ⁊ conuerſi ſunt. Secũda vice
fuit paratus ⁊ fuit impeditus propter peccatuꝫ eorum ⁊
tunc non iuit de quo excuſat ſe in principio huius epiſto
le. Modo eſt paratus ire tertio ⁊ iuit. vnd̃ bis iuit ⁊ ter
fuit paratus ire. Rationẽ autẽ huius boni propoſiti ſub
dit dicens: Non em̃ quero ⁊c. que talis eſt. Cõſtat ꝙ ar
tifex diſponit opus ſuum ſm finem quẽ intendit. predi-
catores autem in predicando aliqui intendunt queſtum
⁊ bona temporalia. ⁊ ideo totam predicationem ad hoc
ordinant ⁊ diſponunt. Aliqui vero intendũt ſalutẽ ani-
marum. Et ideo hoc modo diſponunt predicationẽ ſuaꝫ
ſm ꝙ vident expediri ſaluti illorum quibus predicant.
Quia ergo apoſtolus intendebat in predicatione ſua ſa
lutem corinthiorũ ⁊ videbat ꝙ non expediebat ꝙ recipe
ret ab eis ſumptus: tum vt confutaret pſeudo: tum etiaꝫ
quia auari erant: ideo noluit accipere ſumptus. Et ideo
huius rationem aſſignat dicens: Ideo nõ grauabo vos
ſumptus accipiendo. quia non quero que veſtra ſunt in
predicatione mea. ſed vos ⁊ veſtrã ſalutem ꝓcurare intẽ
do Phil. 4. Non quero datum ſed futurũ. Et ideo do-
minus dixit apoſtolis. Faciam vos fieri piſcatores ho-
minum non pecunie. Hoc etiã figuratur Gen. 47. Ubi
legitur ꝙ Joſep emit egyptios in ſeruitutẽ regis. qꝛ bo-
nus predicator debet ad hoc ſtudere vt infideles conuer
tat ad ſeruiciũ xp̃i. Sed huiuſmodi rationi adaptat ſimi
litudinẽ cu dicit: Nec em̃ debent ⁊c. Et primo ponit ſi-
militudinẽ. Secundo adaptat eã ibi. Ego autẽ libentiſ-
ſime ⁊c. Tertio arguit eoꝝ ingratitudinẽ ibi. Licꝫ plus
vos ⁊c. Dicit ergo Q. autẽ non querã veſtra. patet ꝑ ſi-
mile. Uidemus em̃ ꝙ parentes carnales debent theſau
rizare filijs carnalibus. quia filij non debẽt theſaurizare
parentibus: ſed parẽtes filijs. Cum ergo ego ſim pater
veſter ſpiritualis ⁊ vos ſitis filij mei. nolo ꝙ vos theſauri
retis mihi: ſed ego vobis Sed hic eſt queſtio de patrib⁹
carnalibus. Naꝫ exod. 20. dicitur. Honora patrẽ tuum
⁊c. In quo etiã precipitur nobis ꝙ miniſtremus eis ne-
ceſſaria. Ergo filij tenenẽ theſaurizare parẽtib⁹. Reſpõ
deo dicendũ eſt ꝙ ex precepto tenentur filij miniſtrare ⁊
ſubuenire parentibus in neceſſarijs: non autẽ congrega
re ⁊ theſaurizare eis. Nam theſaurizatio ⁊ congregatio
fit in poſterũ. Sed nos videmus ꝙ ſm naturã filij ſucce
dunt parentibus ⁊ non ecõuerſo. niſi in aliquo triſti euẽ
tu. Et ideo naturaliter amor parentũ eſt ad hoc vt cõgre
gent filijs. Et hoc modo loquitur apoſtolus. Exod. au-
tẽ. 20. loquitur dominus de ſubuentione in neceſſarijs.
Item queſtio oritur de hoc qđ dicit Parentes filijs ⁊c.
Ergo cũ prelati ſint parentes noſtri ſpirituales. videtur
ꝙ male fecerint principes et alij dando diuitias prelatis
Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ non dederunt prelatis propẽ
ſe ſed ꝓpter pauperes. Et ideo non dederunt eis ſꝫ pau
peribus. Et hoc dominus monet. Mat. 6. Theſauriza
te vobis thezauros in celis ⁊c. Prelatis autẽ dantur tã
q̃ pauperũ diſpenſatoribus. ¶ Conſequentẽ poſitã ſimi-
tudinem adaptat. in ſimilitudine autẽ duo ꝓpoſuit. Unũ
eſt ꝙ filij non debent theſaurizare parentibus. et hoc iã
patet. Et aliud eſt ꝙ parentes debent theſaurizare filijs
et dare. Et quantũ ad hoc dicit. Quia ergo ego ſum pa-
ter veſter: ideo paratus ſum dare vobis Et hoc eſt qđ di-
cit. Ego libentiſſime impendã vobis bona ſpiritualia p̃-
dicando: et exempla monſtrando: ſed etiã tẽporalia qđ ⁊
faciebat inquantũ predicabat et ſeruiebat eis cum ſum-
ptibus aliarũ eccleſiarũ. Hec tria miniſtrare debet quili
bet prelatus ſuis ſubditis. Unde dominus dixit ter pe-
tro: Paſce oues meas id eſt paſce verbo: paſce exemplo
paſce temporali ſubſidio. Et non ſolũ iſta impendã vo-
bis. ſed paratus ſum mori pro ſalute animaꝝ veſtrarum
Unde dicit. Et ſuperimpendar pro animabus veſtris.
Johan. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo habet. ⁊c. 1. Joh. 3.
Si chriſtus animã ſuã ꝓ nobis poſuit ⁊ vos debetis ⁊c.
Johan. 10. Bonus paſtor animã ſuã ⁊c. ¶ Ingratitudi
nem iſtoꝝ increpat conſequentẽ dicens. Licet plus vos
diligens ⁊c. Quaſi dicat. Libenter impendar pro vobis
licet ſitis ingrati. quia licet plus vos diligẽs ⁊c. Et hec
comparatio poteſt exponi dupliciter. Uno modo ſic. licꝫ
plus diligã vos q̃ pſeudo. tamen minus diligor ſcilicet
a vobis q̃ diligantur pſeudo quos plus diligitis q̃ me.
Et ſic patet ꝙ ego plus vos diligo q̃ illi. quia ego que-
ro ſalutẽ veſtram tantũ. illi vero bona veſtra ſoluꝫ. Alio
modo ſic. licet plus diligaꝫ ſcilicet vos q̃ alias eccleſias
tamen minus diligor a vobis q̃ ab alijs eccleſijs. Phil.
1. Teſtis eſt mihi deus quomodo cupiaꝫ ⁊c. Et ꝙ plus
dilexerit corinthiẽſes q̃ alias eccleſias patet. quia plus
pro eis laborauit. Illud autez in quo plus laboramus ⁊
magis conſueuimus diligere. ¶ Conſequenter cum di-
cit. Eſto ego vos ⁊c. Remouet ſuſpicionẽ. Et primo po
nit ſuſpicionẽ ipſam. Secundo excludit eã ibi. Nũquid
per aliquẽ ⁊c. Tertio rationem excluſionis aſſignat ibi.
Olim putatis ꝙ excuſemus ⁊c. Poſſet autẽ eſſe iſtoruꝫ
ſuſpicio talis ꝙ ideo ipſe ab eis per ſeipm̃ non acceperis

vt per alios doloſe ab eis plus accipiat. Et ideo dicit hoc ponẽs. Eſto id eſt dato ⁊ cõceſſo ꝙ ego in perſona mea ⁊ per me accipiendo non grauaui vos: ſed ſicut vos credidiſtis cuꝫ eiſſem aſtutus dolo ⁊c. id eſt per alios detraxi vobis bona veſtra plurima. Sed hoc eſt falſum. quia nihil ex dolo feci. i. theſſa. 2. Exhortatio noſtra non de errore neqꝫ de ĩmundicia neqꝫ in dolo. Naꝫ ipſe erat vere iſraelita in quo dolus non fuit. Joh. 1. ¶ Hanc autem ſuſpicionẽ excludit conſequenter cũ dicit. Nũquid per aliquem ⁊c. Et primo in generali. Secundo in ſpeciali. In generali ſic. Si per alios voluiſſem ſurripere veſtra: miſiſſem aliquos qui hoc procurarent apud vos. Sed nunquid per aliquẽ eoꝝ queꝫ miſi ad vos circũueni vos: extorquendo per eos veſtra. Quaſi dicat. Non. s. 7. Neminem circũuenimus ⁊c. 1. theſſal. 4. Ne quis circũueniat in negotio fratrẽ ſuũ. In ſpeciali vero excludit ſuſpitionẽ ꝑdictã cũ dicit. Rogaui titũ ⁊c. Quaſi dicat Nullus eorum in ſpeciali quem miſi ad vos circumuenit vos Titũ enĩ cum precibus miſi ad vos. Et hoc eſt quod dicit Rogaui titũ ⁊c. De iſto habetur. s. 8. Miſi etiã cum illo fratrẽ ſcilicet barnabã vel lucã. s. 8. Miſimus cũ illo ſcilicet tito fratrẽ ſcilicet alteꝝ dictoꝝ cuius laus ẽ in euangelio. Sed nũquid titus circũuenit vos? Quaſi dicat Non. s. 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandẽ ſolicitudinẽ pro vobis in corde titi ⁊c. Et ꝙ titus nõ circũuenerit eos: probat ꝑ conformitatẽ titi ad apoſtolum. Et ponit duplicẽ conformitatẽ ſcilicet cordis. Et ideo dicit Nonne eodẽ ſpiritu ambulauim⁹ id eſt eandẽ voluntatem habemus. Vel eodẽ ſpiritu inſtigamur ad bene ⁊ recte agendũ. s. 4. Habentes autẽ eundẽ ſpiritũ ⁊c. Iteꝫ cõformitatẽ operis. Et ideo dicit. Nõne eiſdẽ veſtigijs id eſt operibus intendimus ſcilicꝫ veſtigijs xp̄i. Nã ego ſequor veſtigia xp̄i Job. 23. Veſtigia eius ſcilicet xp̄i ſecutus eſt pes ⁊c. 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt ⁊c. Vt ſequamini veſtigia eius. Et tit⁹ ſequitur veſtigia mea. 1. coꝝ. 11. Imitatores mei eſtote ⁊c. Et ſic patet ꝙ ſi cõformis eſt mihi in voluntate ⁊ opere et ego nõ circumueni vos nec intendo circũuenire. ꝙ aũt nec ipſe circũuenerit vos p̄tꝫ ꝑ illõ Mat. 7. A fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis ⁊c. Rationẽ autẽ excluſionis ſubdit dicẽs. Olim putatis ⁊c. Et primo ponit eorũ opinionẽ. Secundo excludit eã. Opinio autẽ iſtorũ erat ꝙ apoſtolus quaſi reus ⁊ culpabilis omnia verba iſta epiſtole diceret ad excuſationẽ ſuã ⁊ ꝙ non eſſent vera ſed ad excuſandũ tantũ inuenta. ⁊ idõ ponens hanc opinionẽ ipſorũ dicit. Vos putatis olim id ẽ a principio huius epiſtole ꝙ excuſemus nos apd̄ vos id eſt ꝙ hec verba non ſint vera ſed ſint ad excuſandũ cõficta. Hanc autem excludit ſic. Qui enĩ ſic excuſat ſe duo habet. Vnum eſt ꝙ nõ vtitur verbis veris ſed confictis Aliud eſt quia non vult pati detrimentũ fame ſue ⁊ glorie. Vnde ſpecialiter propter diſpẽdiũ fame aliqui excuſant ſe. Sed neutrũ iſtorũ eſt in nobis. Non ergo vera ẽ opinio veſtra. ꝙ autẽ neutrũ iſtorum ſit in nobis patet. Nõ enim dicimus verba falſa quod probo. Primo per teſtimonium dei. quia corã deo loquimur. Quaſi dicat Teſte deo hoc in veritate dico Job. 16. Ecce ĩ celo teſtis me⁹ ⁊c. Secũdo per teſtimoniũ xp̄i. quia in xp̄o loquimur id eſt per chriſtũ in quo nulla eſt falſitas. s. Secũdo ex ſinceritate ſicut ex deo in chriſto loquimur. Item non q̄rimus gloriã noſtraꝫ nec timemus infamiã. quia omnia q̄ dixi ⁊ de reuelationibus ⁊ de tribulationib⁹ facio ſeu dico ꝓpter veſtram edificationem. vt ſcilicet permaneatis in virtute ⁊ expellatis pſeudo. Romano. 14. Que edificationis ſunt inuicẽ ⁊c. 1. coꝝ. 14. Omnia ad edificationem fiant Johan. 12. Non propter me hec vox venit ſed propter vos ⁊c.

## Lectio ſexta.

TImeo enim ne forte cuꝫ venero: nõ quales volo inueniã vos. ⁊ ego inueniar a vobis qualem non vultis. ne forte contentiones. emulationes. animoſitates. diſſenſiones. detractiones. ſuſurrationes. inflatiões. ſeditiones ſint inter vos Ne iterũ cũ venero humiliet me deus apd̄ vos et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt ⁊ non egerunnt penitentiam ſuꝑ ĩmundicia ⁊ fornicatiõe ⁊ impudicitia quã geſſerunt.

Poſita vna cauſa cõmendationis que ꝓuenit ex omiſſione corinthioꝝ quantum ad ea q̄ facere debuiſſent: in qua deteſtatur eorum ingratitudinẽ: hic conſequenter ponit aliam cauſam que prouenit ex eoꝝ cõmiſſione quantum ad mala que debuiſſent vitare. In qua exaggerat eoruꝫ maliciam: Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorũ culpam in generali. Secundo explanat eam in ſpeciali ibi. Ne forte ⁊c. Dicit ergo. Nõ ſolũ laudaui me propt̃ hoc ꝙ vos omiſiſtis me laudare: ſed etiam propter periculũ veſtrum: quod eſt in hoc ꝙ vos adheretis pſeudo. q̄ dũ fouent vos in peccatis exponunt vos in magno periclo ⁊ ideo dicit. Timeo ſcilicet ne forte cũ venero ad vos ꝑſonaliter non inueniã vos quales vos volo ſcilicꝫ iuſtos ſed peccatores ⁊ ĩcorrectos ⁊ diſpliceatis mihi ⁊ ego vobis. quia iuſto non placent peccatores inq̄tum peccatores. Et inueniar talis a vobis contriſtatus ⁊ puniens q̄lem me non vultis habere. Mali enĩ odiunt correctiõeꝫ ⁊ veritatẽ. ergo inimicus factus ſum vobis veꝝ dicens vobis ⁊c. Sic patet eorum malicia in generali ſcilicꝫ ꝙ timebat ne nondũ plene penituerint. In ſpeciali etiã manifeſtat eoꝝ maliciam cũ dicit. Ne forte contẽtiones ⁊c. Et circa hoc duo facit. Primo enĩ enumerat eoruꝫ mala p̄ſentia. Secundo cõmemorat preterita mala de quibus nondũ penituerũt ibi. Ne iteꝝ cũ venero ⁊c. Sciendum eſt autẽ circa primũ ꝙ corinthienſes poſt conuerſionem inciderunt in peccatũ carnale ꝓpter illũ qui vxorẽ patris habuit. ⁊ de hoc in hac parte correcti ſunt per primã epiſtolam non tamẽ plene. Sed adhuc aliquid in eis remãſit ⁊ ſupra hoc remanſerunt in eis multa peccata ſpũalia que proprie opponuntur charitati. Charitas vero duo facit. Primo enĩ facit corda hominũ ad inuicẽ conſentientia. Secundo inducit homines ad mutuũ profectum. Et ideo peccata ſpiritualia econtrario primo faciũt homines ad inuicẽ diſſentientes. Secundo faciũt eos inuicem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata ſpiritualia que pertinẽt ad diſſenſionẽ. Secundo ea que faciunt ad offenſionẽ ibi. Detractiones ⁊c. In diſſenſionibus autẽ procedit ordine retrogrado. Nam ſcd̄m rectũ ordinẽ homines primo diſſentiunt inq̄tũ vnus vult vnũ: alius vult contrariũ. Secundo ex hoc procedunt ad inferendum nocumenta. inq̄tũ quilibet vellet obtinere in propoſito ſuo. Tertio quando nõ poteſt obtinere in ꝓpoſito ſuo ſed ſuccũbit accenditur zelo inuidie. Quarto ex hoc prorũpit ad contẽtiones verboꝝ ⁊ ab iſto vltimo incipit apoſtolus dicẽs: Ne forte contentiões ⁊c. Quaſi dicat. Non ſolũ timeo mala veſtra in generali ſed etiã in ſpeciali. ne forte ſint in vobis contentiões de meritis prelatorũ ⁊ de baptiſtis ⁊c. prouerb. 20. Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus ⁊c. Ambroſi. Contentio eſt ĩpugnatio veritatis cuꝫ confidentia clamoris.

Et hec contentio venit ab emulatione. Et ideo dicit: Et emulationes id eſt inuidie in his qui minores ſunt ⁊ minus habent. Jacob. 3. Ubi zelus ⁊ contentio ibi inconſtantia ⁊c. Job. 5. Paruulū occidit inuidia ⁊c. Sap. 2. Inuidia dyaboli ⁊c. Et emulatio venit ab animoſitate. Unde dixit. Animoſitates in vltione ⁊ illatiōe nocumēti. Ecc. 8. Cum audace ne eas ⁊c. Et animoſitas vēit ex diſſenſionibus. Et ideo dicit. Diſſenſiones: odia: ⁊ contrarietas animoꝝ. Romāoꝝ vlti. Obſeruetis eos q̄ diſſenſiones ⁊ offendicula ⁊c. 1. coꝛ. 1. Idipſum dicatis omnes. ⁊ non ſint in vobis ſciſmata. ¶ Conſequenter enumerat eoꝝ mala preſentia quantū ad offenſionē. Et quia iſta ſpecialiter ſunt mala in nocumentis verboꝝ ⁊ nō factorum. Ideo dimiſſis nocumētis factoꝝ. enumerat nocumenta verborum: in quibus etiā procedit ordine retrogrado. incipiens a poſteriore ⁊ hoc eſt cuꝫ quis expreſſe malum dicit de aliquo. Et ſi quidem in manifeſto: ſic eſt detractor. Et ideo dicit detractiones. Romāoꝝ. 1. Detractores deo odibiles ⁊c. Si vero in occl̄to: tūc ē ſuſurratio. Et ideo dicit ſuſurrones: qui latenter ſeminant diſcordias. Ecc. 28. Suſurro ⁊ bilinguis maledictus erit Et hec duo procedunt ex ſuperbia: que animū inflatum contra aliquos prorūpere facit in mala verba Et ideo dicit: Inflationes. 1. coꝝ. 4. Tanq̄ non ſim venturus ad vos ſic inflati ⁊c. Et hee inflationes veniunt ex ſeditionibus que ſunt preparationes partiū ad pugnā. quia inter ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt. prouerb. 13. Et ideo dic̄. Seditiones id eſt tumultus ad pugnā. prouerb. 17. Semper iurgia querit malus. Sic ergo patet eoꝝ malicia q̄tum ad mala preſentia que multa ſunt: ⁊ in diſſenſionib⁹ ⁊ in nocumentis. Manifeſtat autē eoꝝ maliciā q̄tuꝫ ad mala preterita de quibus non penituerūt cū dic̄. Timeo ne iteꝝ cū venero humiliet me deus id eſt affligat apud vos. ita ꝙ ⁊ lugeam multos veſtrū ex his qui ante peccauerunt: ante primā epiſtolā ⁊ non egerunt penitentiaꝫ plene poſt primā epiſtolam. Et merito lugeā. quia ſicut gloria patris eſt gloria filioꝝ. ita confuſio patris eſt cōfuſio filioꝝ. Sic ſamuel lugebat ſaul. 1. reg. 15. Uſq; quo lugens ſaul ⁊c. Et hoc quia non penituerūt nec egerunt penitentiā de peccatis carnalibus predictis quorū quedam ſunt contra naturā. Et ideo dicit: De īmunditia id eſt luxuria contra naturā. Quedam ſunt que cōmittuntur cū mulieribus corruptis ſcilicet viduis ſeu coniugatis. Et ideo dicit. Et in fornicatione. Quedam ſunt que fiunt in corruptione virginum. Et ideo dicit. Et impudicitia quāꝫ geſſerunt aſſidue Gal. 5. Manifeſta ſunt opera carnis: que ſunt fornicatio: īmunditia: īpudicitia ⁊c.

## Capitulum tredecimū.

Ecce tertio hoc venio ad vos. vt in ore duoꝝ vel trium teſtiuꝫ ſtabit omne verbū. Predixi enī ⁊ predico: vt preſens vobis: ⁊ nūc abſens his qui ante peccauerunt ⁊ ceteris omnibus. quoniam ſi venero iterum non parcā An experimentū queritis eius qui in me loquitur chriſtus. Qui in vobis non infirmatur ſed potens eſt in vobis. Naꝫ ⁊ ſi crucifixus eſt ex infirmitate. ſed viuit ex virtute dei. Nam et nos infirmi ſumus in illo: ſꝫ viuemus in eo ex virtute dei in vobis.

In precedentibus apoſtolus multa locutus eſt ad deteſtationē pſeudo: hic conſequenter loquitur contra illos qui a pſeudo ſunt ſeducti. Et circa hoc duo facit. Primo increpat ſeductos. Secundo conſolatur perſiſtentes. ibi De cetero fratres gaudete ⁊c. Circa primū primo cōminatur ſententie ſeueritatē. Secundo oſtendit ſuā iudiciariam poteſtatē ibi. An experimentuꝫ queritis ⁊c. Tertio monet ad correctionē ibi. Uoſmetipſos tēptate ⁊c. Circa primū primo promittit ſuā preſentiā. Secundo ꝓdeterminat ſui iudicij formā ibi. In ore duoꝝ ⁊c. Tertio cōminatur ſeuerā ſententiā ibi. Predixi enī ⁊ predico ⁊c. Promittit ergo primo ſuum aduentū dicens: Ecce ego venio. quaſi dicat. Certum ſit vobis ꝙ venio ad vos. et ideo cauete vobis ne īueniā vos īparatos ⁊ dicit Tertio non ꝙ tertio iuerit: ſed quia tertio iam parauerat ire ſic ⁊ non iuerit niſi ſemel: in ſecundo apparatu impeditus. 1. coꝝ. 4. Ueniam ad vos cito ⁊c. Ueniaꝫ inq̄ ⁊ iudicabo malos ſ̄m ordinē. tamē ita ſcilicet ꝙ in ore duorum vel triū teſtium accuſantiū ſeu teſtantiū contra aliquem ſit omne verbū accuſatorū. qḋ quidē dicit Deut. 17. Nemo occidetur vno teſte dicente teſtimoniū ⁊ eiuſdem. 19. Non ſtabit teſtis vnus contra aliquē. Uel alit̄ In ore duoꝝ ⁊c. Quaſi dicat. Hoc quod dico de aduentu meo ad vos ita eſt certū ſicut teſtimoniū duoꝝ vl̄ triū Sic ergo ordo iudicij erit. Sed ſeueritatē ſententie cōminatur dicens: Predixi enī ⁊c. Ubi primo inſinuat ordinem iudiciariū quo eſt procedendū. in quo exigit vt ꝑcedat trina ammonitio: ⁊ quātū ad hoc dicit. predixi vobis vt preſens: bis quando ſcilicet eram vobiſcū ⁊ nunc abſens predico. vt ſic ter ammoneat. predico inq̄ his q̄ ante peccauerunt ⁊ omnibus alijs. Quaſi dicat. omnes moneo. Secundo premiſſa monitione cōminatur ſententiam Unde dicit. Quoniam ſi venero non parcā iterum Quaſi dicat. Illis qui peccauerunt peperci prima vice. ſed ſi iterum peccauerint. vel ſi non egerint penitentiam non parcam eis iterum. Et hoc iuſte fit. quia ille cui ſemel remittitur ⁊ iterū peccat. ſi remitteretur ſibi creſceret in malicia ⁊ efficeretur inſolens. Et ideo dicit ſapiens ꝓuerbioꝝ. 13. Qui ꝑcit virge odit filiū ſuuꝫ ⁊c. Ex hoc ergo ordinatū eſt in eccleſia vt precedat trina monitio anteq̄ quis ſententiā excōmunicationis fulminet. quia cōtingit ꝙ aliqui licet ſint in peccatis ⁊ offendunt: tamen ex ſolo verbo ammonitionis corriguntur ⁊ ſatiſfaciunt. Et etiam a leuioribus ſemꝑ incipiendū eſt. ꝙ ſi ammōitione non ducitur ne magis inſoleſcat adhibenda eſt ſeueritas ſentētie Ecc. 8. Ex eo ꝙ nō ꝓfert cito ſētētia ⁊c. ¶ Conſequenter ne poſſunt calumniari de poteſtate apoſtoli oſtendit apoſtolus ſuā iudiciariā poteſtatē dicens. An experimentū ⁊c. Ubi tria facit. Primo oſtēdit ſe habere legationē ⁊ poteſtatē iudicandi a xp̄o. Secūdo oſtēdit virtutē xp̄i ibi. Qui in vobis non infirmat̄ ⁊c. Tertio oſtendit ꝙ virtus chriſti etiā ad alios deriuatur ibi. Nam ⁊ nos infirmi ſum⁹ in illo. Dicit ergo ſi venero nō parcā īmo ſeueriſſime iudicabo. ⁊ hoc bene poſſuꝫ. quia habeo auctoritatē chriſti in puniendo ⁊ remittendo. ſ̄. 2 Nam ſi quid donaui vobis ⁊c. ſ̄. 5. prouerb. 10. Legatione fungimur ⁊c. Et ideo dicit An experimentum ⁊c. Quaſi dicat Non eſt dubitandū de poteſtate mea. quia quicquid ego loquor vel proferēdo ſententias vel remittendo vel predicando: loquor a xp̄o. Exod. 4. Perge ergo ego ero in ore tuo. Lucc. 21. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiā ⁊c. Que ergo homo facit ex inſtinctu ſpiritusſancti dicitur ꝙ ſpiritusſanctus facit. ideo apoſtolus quia a chriſto mot⁹ hoc loquebatur: attribuit chriſto tāq̄ principali dicens. Qui in me loquitur xp̄s ⁊c. Sed ne dubitetur de poteſtate ⁊ virtute chriſti. ideo conſequent̄ apoſtolus oſtendit virtutem chriſti cuꝫ dicit. Qui in vobis ⁊c. Ubi primo oſtendit virtutem chriſti quantuꝫ ad ea q̄

in eis apparuerunt. Secundo quantũ ad ea que in chriſto ſunt ibi. Nam ⁊ ſi ⁊c. Dicit ergo habeo poteſtatẽ iudiciariam a chriſto qui in me loquitur qui magne virtutis eſt in vobis dando dona gratiarum: diſtributionẽ ſpiritus ⁊ alia multa que experti eſtis ⁊ non ſolum non infirmatur ſed potens eſt in vobis. quia potenter vos liberauit a peccato: potenter vos conuertit ad bonũ. pſ. Dominus fortis ⁊c. Sapient. 12. Subeſt tibi cum volueris poſſe. Et paulo ante Virtutẽ eñ oſtẽdis tu ⁊c. Et nõ ſolum potentia chriſti apparuit in vobis ſed etiã in ſeipſo ſcʒ inquantũ a morte crucis quã ſuſtinuit ex infirmitate humana quam aſſumpſit infirmatã in paupertate ſurrexit ⁊ viuit ex virtute dei que eſt eſt ipſe deus. Talis eñ erat illa ſuſceptio que deum hominẽ faceret ⁊ hominem deum. 1. corinth. 1. Quod infirmũ eſt dei fortius ẽ hominibus ⁊c. Vel ex virtute dei ſcilicet patris qui eſt etiã virtus chriſti. quia eadem eſt virtus patris ⁊ filij. Apocalipſ. 1. Fui mortuus ⁊c. Hec etiã virtus chriſti deriuatur ad nos. Naʒ ⁊ nos infirmi ⁊c. quaſi dicat Ad nos etiam pertinet illa virtus. quia ⁊ nos infirmi ſumus in illo id eſt ad intentionem illius inquantũ propter ipſuʒ multa patimur ⁊ mortificamus noſmetipſos ⁊ humiliamus nos. 1. corinth. 4. Nos infirmi propter chriſtum ⁊c. ſupra. 10. Preſentia corporis infirma. ⁊. 4. Semper mortificationem ⁊c. ⁊ ideo viuemus id eſt viuificabimur ex virtute dei in vobis iudicandis. Gal. 1. Qui ſuſcitauit ieſum chriſtum ⁊c. ⁊ eſt ſenſus. Nos ex virtute qua chriſtus viuit reſuſcitamur ⁊ illa virtute habemus etiã poteſtatem iudicandi in vobis. Vel viuemus ſimili beatitudine cum eo ⁊ hoc ex virtute dei: que quidem virtus dei eſt in vobis id eſt in conſcientijs veſtris.

## Lectio ſecunda.

Voſmetipſos temptate ſi eſtis in fide ipſi vos probate. An nõ cognoſcitis voſmetipſos. quia chriſtus ieſus in vob eſt. Niſi forte reprobi eſtis. Spero autẽ ꝙ cognoſcitis. quia nos non ſumus reprobi. Oramus autẽ deum vt nihil mali faciatis. non vt nos probati parcamus: ſed vt vos quod bonum eſt faciatis. Nos auteʒ vt reprobi ſimus. non poſſumus eñ aliqd aduerſus veritatẽ: ſed pro veritate Gaudemus eñ quoniam nos infirmi ſumus. Vos autẽ potentes eſtis hoc ⁊ oramꝰ veſtrã cõſumationẽ. Ideo eniʒ hec abſens ſcribo. vt non preſens durius agam ſcõm poteſtatem quã dominus dedit mihi in edificationẽ et non in deſtructionẽ.

Poſt comminationeʒ ſeueri dei iudicij: ſubdit apoſtolꝰ ammonitionẽ ad preparationẽ vt iudiciũ ſeuerum nõ patiantur. Et primo ponit ipſam ammonitionẽ. Secundo rationẽ ammonitiõis aſſignat ibi. Ideo hec abſens ſcribo ⁊c. Circa primum duo facit. Primo ponit ammonitionem. Secundo excludit falſam ſuſpitionem ibi. Oramus autem ad deum ⁊c. Circa primum duo facit. Primo monet vt ſe examinent. Secundo innuit quid ꝑ huiuſmodi examinationem inuenire poſſint ibi. Aut nõ cognoſcitis ⁊c. Circa primum ſciendũ eſt ꝙ ille qui ſecure vult comparere in iudicio: debet ſe primo examinare de factis ſuis ⁊ ſic poterit ſcire verũ tute compareat Et ideo apoſtolus monet: vt antequã veniant ad iudicium quod erit in aduentu ſuo ad eos: examinẽt ſe dicens: Voſmetipſos examinate ⁊ cõſiderate actus veſtros. 1. theſſal. 5. Omnia probate: quod bonũ eſt tenete ⁊c. Monet auteʒ vt de duobus ſe examinent ſcilicʒ de fide. Unde dixit. Si eſtis in fide quã predicaui vobis ⁊ a me accepiſtis de domino ieſu chriſto an excideritis ab ea ⁊ ſitis prolapſi in aliam. Et hoc neceſſarium eſt. quia. 1. corinth. 11. dicit. Si noſmetipſos iudicaremꝰ, ⁊c. Jere. 2. Vide vias tuas ⁊c. Itẽ de operibꝰ. Unde dicit. Ipſi vos probate ſcilicet an ſitis in operibus bonis. ⁊ verum conſcientia remordeat vos: aliqd mali feciſſe. Et hoc vtile eſt. quia. 1 cor. 11. dicitur Probet autẽ ſeipſuʒ homo ⁊c. Gal. 6. Opus ſuuʒ probet vnuſquiſqʒ. ¶ Conſequenter cum dicit An non cognoſcitis ⁊c. Oſtendit quid per huiuſmodi examinationem inuenire poterunt Et primo quid inueniãt in ſeipſis. Secũdo quid inueniant in apoſtolo ibi. Spero autem ⁊c. In ſeipſis autẽ duo inuenire poterunt per examinationẽ. quia aut ſcient ſe tenere fidem ⁊ ſic inuenire poterunt ⁊ cognoſcere ꝙ chriſtus ſit in eis. ⁊ hoc eſt qḋ dicit An nõ cognoſcitis voſmetipſos: quia chriſtꝰ in vobis eſt. i. nunquid ſi examinaretis vos ſciretis vos habere fidem ⁊ cognoſceretis ꝙ chriſtus eſt in vobis. Quaſi dicat. Sic. quia vbi eſt fides chriſti ibi eſt chriſtus. Eph. 3 Habitare chriſtum per fidem. 1. corinth. 6. Neſcitis qa corpora veſtra templũ ⁊c. Aut ſcient ſe non tenere fideʒ ⁊ ſic inuenient ꝙ ſint reprobi. Et ideo dicit. Niſi forte reprobi eſtis id eſt vere inuenietis vos habere chriſtũ niſi forte dimiſeritis fidem ⁊ reprobi ſitis ab eo qḋ prius habuiſtis per fidem Jere. 15. Reliquiſti me: retrorſum abiſti. Jere. 6. Malicie eorũ non ſunt conſumpte argentuʒ reprobum ⁊c. Sed hic queſtio eſt litteralis de hoc quod dicit An non cognoſcitis ⁊c. Nam chriſtus in eis ſolum manet qui habent charitatẽ. vt dicit. 1. Johan. 4. Deus charitas eſt ⁊c. Si ergo cognoſcimus ꝙ chriſtus per fidem ſit in nobis. oportet ꝙ hoc ſit per fidem formatam Cognoſcẽtes ergo hoc modo chriſtum eſſe in nobis ſciemus nos habere charitateʒ qua informatur fides. quod qḋ eſt contra id Eccleſiaſ. 9. Nemo ſcit vtrum odio ⁊c. Reſpondeo dicenduʒ eſt ꝙ habitare chriſtum in nobis poteſt accipi dupliciter. Vel quantuʒ ad intellectũ Vel quantũ ad affectuʒ. Si quantũ ad intellectũ ſic ipſe habitat in nobis per fidem informẽ. Et hoc modo nihil ꝓhibet nos per certitudinem ſcire ꝙ chriſtꝰ habitet in nobis cum ſcimus nos tenere fidem: quam eccleſia catholica docet ⁊ tenet. Si vero quantum ad affectum ſic habitat chriſtus in nobis per fidem formatã ⁊ hoc modo nullus poteſt ſcire ꝙ chriſtꝰ habitet in nobis vel ꝙ habeamus charitatem niſi per reuelationem ⁊ ſpecialem gratiam alicui concedatur per certitudinem: per quandaʒ tamen coniecturã nihil prohibet nos ſcire poſſe ꝙ in charitate ſimus: quando ſcilicet quis inuenit ſe taliter paratum ⁊ diſpoſitum vt nullo modo propter aliquod tẽporale vellet aliquid facere contra chriſtum. 1. Johã. 3. Si cor noſtrũ nõ reprehenderit nos ⁊c. Patet ergo ꝙ apoſtolus loquitur quantũ ad primũ modum. Vel etiam loquitur de cognitione que eſt per coniecturam quandam vt dictum eſt. Argumentũ autem procedit quantũ ad ſecundum modum ⁊ de cognitione que eſt per certitudinem. Quid auteʒ in apoſtolo poſſint inuenire ſubdit dicens. Spero autem ⁊c. Nam quia iſti corinthij poſſent dicere Nos non ſumus reprobi: ſed ideo non tenemus documenta tua quia nõ ſunt recta ſed reprobãda. ⁊ ideo dicit. Quicquid ſit de vobis tamen ſpero ꝙ ex vita ⁊ doctrina noſtra quam oſtendi vobis cognoſcetis ꝙ non ſumus reprobi ⁊ non docuimus mala nec excluſi ſumus a poteſtate quam dicimꝰ nos habere. Eccleſiaſ. 19. Ex vi-

ſu cognoſcitur vir Matth. 7. A fructibus eoꝝ ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit Oramus autem ⁊c. Excludit ſuſpitionem. Cominatus enim fuerat eis iudicium ſeuerum cum oſtenderat poteſtatem ſuam in iudicando ⁊ indixerat examinationem: credens chriſtum in eis eſſe niſi ipſi eſſent reprobi. Sed tamen hoc dimittit ſub dubio vtruʒ ſit chriſtus in eis. Et quia iſti poſſent credere ⁊ ſuſpicari ꝙ apoſtolus gauderet de hoc ꝙ eſſent reprobi: vt ipſe in comparatione ad eos maior appareat: ⁊ vt in eis poſſet exercere ſeuerius iudicium. ideo apoſtolus hanc ſuſpicionem remouet hic. Primo per orationem quaʒ ꝓ eis ad deum dirigit. Secundo per gaudium quod de eis cõcepit ibi. Gaudemus enim ⁊c. Orat autem vt ipſi inueniantur innocentes. quia examinantur ex ſeueritate iudicij. Et ideo dicit. Oramus autem ſcilicet deũ vt vos nihil mali faciatis. Quaſi dicat. non credatis ꝙ velimus ꝙ ſitis reprobi. ſʒ oramus vt nihil ⁊c. Itẽ orat ꝙ ipſe appareat infirmus per quod excluditur appetitus excellentie apoſtoli in comparatione ad eos. Et ideo dicit. Non ſcilicet oramus vt probati pareamus id eſt nõ vt nos cõmẽdemur ꝓbati in cõparatiõe ad vos ſʒ magĩ vt vos qḋ bonũ eſt faciatiſ. Galathas. 6. Bonũ aũt faciẽtes ⁊c. pſ. Viriliter agite ⁊ confortetur cor veſtrũ. Nos autẽ vt reprobi ſimus amittendo poteſtatẽ puniendi ⁊ iudicandi. quia vbi non eſt culpa omnes ſumus pares ⁊ vnus non habet poteſtatẽ iudicandi ſuper alios. Magis ergo vult apoſtolꝰ vt ſint boni ꝗ̃ vt ſubiaceant poteſtati iudicij ſui Et ꝙ careat poteſtate iudicandi ſi boni ſint: oſtendit cuʒ dicit Non enim poſſumus ⁊c. Quaſi dicat. Nos non laboramus niſi pro veritate ⁊ pro ipſa ſtamus. Conſtat autem ꝙ ſi puniremus innocentes faceremus contra veritatem ⁊ contra iuſticiam. Vnde cum apoſtolus non poſſit facere contra veritatem ſed pro veritate id eſt pro iuſticia. manifeſtum eſt ꝙ non puniet innocentes. Notandum eſt ſcd̃m auguſtinum in gloſa ꝙ ad vitandum peccata: neceſſaria ſunt duo ſcilicet liberũ arbitrium ⁊ gratia dei. Si enim liberum arbitrium non eſſet neceſſariũ: nunquã darentur homini ꝓcepta nec prohibitiones nec exhortationes. Fruſtra etiam darentur pene. Gratia etiam eſt neceſſaria. quia niſi deus omnes regeret per gratiam ſuam non poſſet homo ſtare. Fruſtra etiã oraremꝰ ꝙ non inducat nos in temptationem. Et ideo apoſtolus oſtendens vtrũqꝫ eſſe neceſſariũ: ⁊ orat deum pro gratia obtinenda: ⁊ monet vt per liberum arbitrium recedant a malo ⁊ faciant bonum. Vnde dicit. Oramus quantuʒ ad primũ: Vt nihil mali faciatis quantum ad ſecundũ. ¶ Conſequenter cum dicit Gaudemꝰ ⁊c. Remouet falſam ſuſpicionem propter gaudium de bono ipſorum cõceptum. Et primo ponit gaudium quod de ipſorum innocentia concipit. Secũdo orationem quam pro ipſorũ perfectione emittit ibi. Hoc autem oramus veſtram ⁊c. Dicit ergo Oramus ꝙ vos ꝓbati pareatis ſed nos infirmi ⁊ hoc apparet ex affectu noſtro. quia gaudemus ꝙ ſcilicet aliqui ſint inter vos boni ⁊ innocẽtes ex quo ſubtrahitur nobis poteſtas iudicãdi ⁊ videmur infirmi. Et hoc eſt quod dicit Gaudemus quoniam nos infirmi ſumus id eſt non exercentes poteſtatem noſtram. Vos autem potentes id eſt ſic bene agentes ⁊ vitia vincentes ꝙ ſubtrahitis vos a poteſtate noſtra iudicandi. Cum enim aliquis male agit ſubdit ſe poteſtati iudicis. ſed bene faciendo repellit illam a ſe. Romanorũ. 13. Vis non timere poteſtatem. Benefac. ⁊c. 1. corinthioꝝ. 4. Nos infirmi vos fortes. De iſto gaudio dicitur Philip. 2. Gaudeo ⁊ congratulor vobis ⁊c. Et nõ ſolum de his gaudemus: ſed etiam ſuper hoc oramus veſtram conſumationem id eſt perfectionem. In rebus enim naturalibus videmus ꝙ quelibʒ res naturalis naturaliter tendit ad ſuam perfectionem: ad quam habet naturale deſiderium. Et ideo cuilibet rei datur virtus naturalis vt ad ſuaʒ ꝑfectionem naturalem poſſit peruenire. gratia autem datur homini a deo per quam homo perueniat ad ſuam vltimam ⁊ perfectam conſummationem id eſt beatitudinẽ ad quam habet naturale deſiderium. Vnde quando aliquis non tendit ad ſuam perfectionẽ: ſignũ eſt ꝙ nõ habeat ſatis de gratia dei Et ideo apoſtolus vt iſti poſſint in gratia creſcere orat vt perficiantur. ⁊ Philip. 1. Oro vt charitas veſtra ⁊c. Eph. 6. Vt poſſitis reſiſtere in die malo ⁊c. ¶ Cõſeq̃nter poſita ãmonitiõe cãʒ ãmonitiõis aſſignat dicẽs: Idõ hoc abſẽs ſcribo ⁊c. i. idõ abſẽs ſcribo vobis hoc monẽdo vos ne ſcʒ cogar aliquid facere cõtra voluntatẽ meam que eſt vt nihil dure agã cõtra vos niſi quatenus per vos cõpellar. Et ideo dicit. Vt nõ preſens vobis: durius agam contra vos ꝗ̃ velim vel ꝗ̃ vellitis. Cap. 11. Hos quidem tanꝗ̃ pater monens probaſti ⁊c. S. 10 Abſens confido in vobis. Rogo autem vos ne preſens audeam ⁊c. Sed quia corinthij poſſent dicere nunquid etiam ſi bene fecerimus: non poteris contra nos o apoſtole dure agere. ideo reſpondet dicens Non. quia non propono nec poſſum agere: niſi ſcd̃m ꝙ recepi a deo poteſtatem. deus autem dedit mihi hanc poteſtatem ſcilicet ligandi atqꝫ ſoluendi in edificationem nõ in deſtructionem id eſt vt vos edificemini ⁊ nõ vt deſtruamini. Et ſi dure vos corrigerem non edificarem ſed deſtruerem. S. 10. De poteſtate noſtra quã dedit nobis dominus ad edificationem ⁊c. Hanc autem poteſtatem dedit dominꝰ paulo Actuũ. 9. ⁊. 13. Segregate mihi barnabam ⁊ paulum ad opus ⁊c.

## Lectio tertia.

De cetero fr̃es gaudete ꝑfcti eſtote: exhortamini: idipʒ ſapite: Pacẽ habete: ⁊ deꝰ pacis ⁊ dilectõis erit vobiſcũ Salutate inuicem in oſculo ſancto Salutãt vos omnes ſancti. Gratia domini noſtri ieſu chriſti ⁊ charitas dei ⁊ cõmunicatio ſancti ſpiritus ſit cũ omnibꝰ vobis Amen.

In precedentibus apoſtolus increpauit ſeductos a pſeudo: hic vero conſolatur perſiſtẽtes in fide ⁊ doctrina ſua Et primo ponit monitioneʒ. Secundo ſubdit ſalutationem ibi. Salutate in oſculo. ⁊c. Circa ꝑmum primo ponit monitionem. Secundo premium implete monitionis ibi. Et deus pacis ⁊c. Monet auteʒ ad tria. Primo qualiter ſe habeant in ſeipſis. Secundo qualiter ſe habeant ad proximos. Tertio qualiter debent eſſe omnes ad inuicem. In ſeipſis autem debent bona duo habere. Primo gaudium de bono habito ⁊ quantum ad hoc dicit. De cetero fratres qui conſtantes fuiſtis gaudete in his que ad ſeruicium dei facitis. Et hoc eſt neceſſarium ad hoc ꝙ ſitis iuſti ⁊ virtuoſi. quia nullus eſt virtuoſus ſeu iuſtus qui nõ gaudet iuſta ⁊ virtuoſa operatione. Et ideo dicitur in pſalmis. Iubilate deo omnis terra: ſeruite domino in leticia. Philipenſes. 4. Gaudete in domino ſemper. iterũ dico gaudete ⁊c. Et vere ſemper eſt gaudendum. quia gaudium conſeruat hominem in bono habitu. quia nullus poteſt eſſe diu in eo quod triſtat. Secundo debent habere boni in ſeipſis emulationem perfectionis. ⁊ quantum ad hoc dicit. Perfecti eſtote. id eſt ſemper tendatis ad profectum. Hebreorum ſexto. Quapropter intermittentes inchoationis chriſti ſermonem

ad perfectionem ꝛc. Non eſt autem hoc quod hic dicitur preceptum ſcꝫ ꝙ homo ſit perfectus: ſed hoc ꝙ ſemper tendat ad perfectionem: ⁊ hoc ē neceſſarium: qꝛ qui non ſtudet ad proficiendum ē in periculo deficiendi. Uidemus enim ꝙ niſi remiges conentur aſcendere: nauis ſemper deſcendit. Et ideo dicebat dominus. Marci. 6. Eſtote perfecti. ꝛc. Proximis autem ē impendenda exhortatio ad bona. Et quantum ad hoc dicit. Exhortamini. ꝛc. Eccl. 17. Unicuiqꝫ mandauit de ꝓximo. ꝛc. Ro. 12. Qui exhortatur in exhortando. Apoc. vlt. Qui audit dicat veni. Communia autem omnibus debent eſſe duo ſcilicet vt idem ſapiant. Et ideo dicit. Idem ſapite: ⁊ vt pacem habeant. Et ideo dicit. Pacem habete. Et hec duo ita ſe habent ꝙ vnum eſt exterius: aliud interiꝰ. Conſtat enim ꝙ corpora non poſſunt ſeruari ⁊ ordinari niſi membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec eccleſia nec eccleſie membra niſi ordinentur ⁊ vniantur ad inuicem. Eſt autem duplex vnio neceſſaria ad membra eccleſie vnienda. Una ē interior vt ſcilicet idem ſapiant ꝑ fidem quantum ad intellectum idem credendo: ⁊ ꝑ amorem quantum ad affectum idem diligendo. Et ideo dicit. Idē ſapite. i. idem ſentiatis de fide ⁊ idem diligatis affectu charitatis: quia tunc ē vera ſapientia quādo operatio intellectus perficitur ⁊ conſumatur per quietatōeꝫ ⁊ delectationem affectus. Unde ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia. Roma. 15. Ut ſic vnanimes vno ore honorificetis deum. ꝛc. ꝑmo Cor. ꝑmo. Idipſum dicatis ꝛc. Phil. 2. Idem ſapiatis ꝛc. Alia ē exterior ſcilꝫ pax. Et ideo dicit. Pacem habete inter vos. Heb. 12. Pacem ſequimini ꝛc. ps. Inquire pacem. 2. Theſ. 3. Ipſe deus pacis det vobis pacem ſempiternam in oīm loco. ¶ Conſequenter cum dicit. Et deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcū ponit premium quod redditur implentibus monitionem predictam. Quaſi dicat. Si ſeruabitis pacem inter vos: deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcum. ¶ Circa quod notandum ē ꝙ apud gentiles conſuetum erat ꝙ aliqui ex donis denominabant deos quia licet eſſet vnus deus tantū tamē ſingula dona ſua denomiābāt deos ex illis donis ſicut ex dono pacis denoīabant deuꝫ pacis. ⁊ ex dono ſalutis deū ſalutis. Huic vocabulo alludens apoſtolus dicit Deus pacis. ꝛc. nō ꝙ pax ſit vnus deus. ſicut illi dicebant. ſed ideo xp̄us dicitur deus pacis quia ē dator pacis ⁊ amator. Joh. 14. Pacem meā do vobis ꝛc. ꝑmo Cor. 14. Non ē deus diſſenſionis ſꝫ pacis. Roma. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝛc. Ipſe etiam ē auctor pacis. Joh. 16. In me pacem habebitis ꝛc. Ipſe in pace habitat. ps. In pace factus ē locus eius. ꝛc. Item non ſolum ē deus pacis ſed etiam dilectionis. Et ideo dicit. Deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcum. ⁊ hoc ideo eſt quia qui ē in vera pace cordis ⁊ corporis ē in charitate ⁊ qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. vt dicitur ꝑme Jo. 4. ⁊ quia homo nō meret̄ niſi per pacem ⁊ dilectionem. Joh. 14. Si quis diligit me. ꝛc. ¶ Conſequenter cum dicit. Salutate inuicem in oſculo ꝛc. Ponit ſalutationem ⁊ circa hoc primo indicit eis mutuā ſalutationem. Secundo ſalutat eos ex parte aliorum. ibi. Salutat vos ꝛc. Tertio ſalutat eos ex parte ſua ibi. Gratia dei ꝛc. Mutuam ſalutationem indicit faciendā per oſculum. Unde dicit. Salutate inuicem voſipſos in oſculo ſancto. Ubi notanduꝫ eſt ꝙ oſculum ē ſignum pacis Nam per os in quo datur oſculum homo reſpirat. Et ideo quādo homines dant ſibi mutua oſcula ſignum ē ꝙ vniunt ſpirituꝫ ſuum ad pacem. Eſt autem pax ſimulata ⁊ hec ē eorum qui loquuntur pacem cū proximo ſuo mala autem. ꝛc. vt dicitur in ps. Que quidem fit per oſculū fraudulentiā Prouerb. 27. Meliora ſunt verbera diligentis ꝛc. Eſt ⁊ pax mala ⁊ turpis quando ſcꝫ conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magno viuentes in ſciētie bello ꝛc. Et hec fit per oſculum libidinoſum. Prouer. 7. dicitur de mala muliere ꝙ apprehenſum deoſculatur iuuenē. ꝛc. Eſt et pax ſancta quā facit deus. Phil. vltimo. Et pax dei ꝗ exuperat ꝛc. ⁊ hec fit per oſculum ſanctum quia vnit ſpiritum ad ſanctitatem. Et de hoc oſculo dicitur hic. In oſculo ſancto. Et ex hoc inoleuit conſuetudo ꝙ fideles ⁊ ſancti viri in ſignum charitatis ⁊ vnionis ſe oſculātur Et datur pax in eccleſijs in oſculo ſancto. Ex parte autē aliorum ſalutat eos dicens: Salutant vos ſancti omnes quia omnes ſancti ⁊ fideles ſperant ⁊ deſiderant ac orationibus procurant ſalutem noſtram. Unde omnes fideles chriſti ad inuicem ſperant ⁊ deſiderant ſibi ſalutem. ps. Participem me fac deus. ꝛc. Ex parte autem ſua ſalutat eos apoſtolus dicens. Gratia domini noſtri. ꝛc. Ubi ſciendum eſt ꝙ duplex eſt modus appropriandi aliquid diuinis perſonis. Unus eſt eſſentialiter: alius cauſaliter. Eſſentialiter autem appropriatur diuinis perſonis ſicut patri potentia. quia ipe eſt potentia eſſencialit̄ inquantum eſt principium. Filio ſapientia inquantuꝫ ē verbum. Spiritui ſancto amor inquantum eſt bonitas. Hic vero apoſtolus nō appropriat iſta hoc modo ſcilicet per eſſentiam: qꝛ ſic omnia appropriarentur ſpiritui ſancto: ſed appropriat per cauſaꝫ. Et ideo cum gratia ſit donum quo dimittuntur nobis peccata. Roma. 3. Juſtificati gratis ꝛc. Et remiſſio peccatoruꝫ ſit nobis facta per filium qui carnem noſtram accipiens pro peccatis noſtris ſatiſfecit. Joh. ꝑmo. Gratia ⁊ veritas ꝛc. Propter hoc apoſtolus attribuit gratiam chriſto. Unde dic̄ Gratia domini noſtri. ꝛc. Charitas auteꝫ ē nobis neceſſaria quia oportet nos vniri deo. prime Joh. 4. Qui manet in charitate in deo manet. ꝛc. Et quia hoc eſt a deo patre inquantum ipe ſic dilexit mundum vt filium ſuū vnigenitum daret. vt dicitur Joh. 3. Roma. 5. Commēdat autem deus ſuam charitatem. Ideo ſibi vt principio iſtius charitatis attribuit charitatem cum dicit. Et charitas dei ſcilicet patris. Cōmunicatio vero diuinorum fit per ſpiritum ſanctum quia eſt diſtributor donorum ſpiritualium prime Cor. 12. Hec omnia operatur vnus atqꝫ idem ſpiritus. Et ideo ſpiritui ſancto attribuit communicationem cum dicit. Et communicatio ſpiritꝰ ſancti. Uel attribuit ſibi hoc. qꝛ ipſe eſt cōmunis alijs duabus perſonis. Sic ergo apoſtolus in ſalutatione ſua optat omnia neceſſaria cum dicit. Gratia domini noſtri ieſu chriſti ⁊ charitas dei ⁊ communicatio ſpiritus ſancti ſit ſemper cum omnibus vobis Amen ¶ Gratia xp̄i qua iuſtificamur ⁊ ſaluamur charitas dei patris qua ſibi vnimur: ⁊ communicatio ſpiritus ſancti diuina nobis dona diſtribuentis. Amen

¶ Explicit aurea expoſitio ſuper ſecunda epiſtola ad corinthios angelici doctoris ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum.

## Incipit mirabilis explanatio ſanctiſſimi doctoris Thome de aquino ordinis predicatorum ſuper epiſtolam ad Galathas.

### Prologus

Vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Leuitici. 26. Hec verba competũt preſenti epiſtole. In qua apoſtolus redarguit galathas qui intantũ ſeducti fuerunt a pſeudo vt ſimul ſeruarent legalia ꝛ euangeliũ qđ apl's īproperat eis in verbis pmiſſis dicens: Vetera nouis ſuperuenientibꝰ proijcietis. In quibꝰ verbis innuit dñs quadruplicem vetuſtatē. Prima vetuſtas ē erroris: de qua Eſa. 26. Vetus error abijt. ꝛ hec remota ē ꝑ nouitatē doctrine xp̄i. Mar. p̄mo. Que eſt hec noua doctrina. Secũda vetuſtas ē figure. de qua Heb. 8. Cõſumabo ſuper domũ dauid ꝛ ſuꝑ iuda teſtamentũ nouũ nõ ſecũdũ teſtm̃ qđ feci patribus eoꝝ. Ubi primo oſtendit p̄mũ teſtamentũ eſſe vetuſtũ ꝛ hoc renouari ꝑ nouitatem gratie ſeu veritatis p̄ſentie xp̄i. Jere. 31. Nouũ faciet dominus ſuper terrā ꝛc. Tertia eſt vetuſtas culpe. de qua p̄s. Quoniā tacui cõfitendo. ſ. peccata mea inueterauerunt ꝛc. ꝛ hec renouat̄ ꝑ nouitatē iuſticie. Ro. 6. In nouitate vite ambulemus ꝛc. Quarta eſt vetuſtas pene. Treñ. 3. Vetuſtam fecit pellem meā: ꝛ hec renouabitur per nouitatē glorie. de qua nouitate Eſa. vltimo. Ecce ego creo celũ nouum ꝛc̄. Apoc̄. 21. Dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

### Capitulum primũ.

Paulus apoſtolus nõ ab hominibꝰ neq̃ ꝑ hominē: ſed per ieſum xp̄m ꝛ deũ patrem qui ſuſcitauit eum a mortuis: ꝛ qui mecũ ſunt omnes fratres eccleſijs galathie. Gr̄a vobis ꝛ pax a deo patre noſtro ꝛ dño ieſu xp̄o. qui dedit ſemetipſũ pro peccatis noſtris vt eriperet nos de preſenti ſeculo neq̃ ſcd̃m voluntatez dei et pr̄is: nr̄i cui ē gloria ī ſecula ſeculoꝝ Amen

Scribit ergo apoſtolus galathis hanc epiſtolam in qua oſtendit ꝙ veniente gratia noui teſtamẽti debet proijci vetus teſtamentum: ꝛ impleta veritate deſeratur figura quibus duabus ſcʒ gratia ꝛ veritate adeptis perueniat̄ ad veritatem iuſticie ꝛ glorie. Acquirunt̄ autez illa duo ſi obſeruantia legaliũ dimiſſa: obſeruantie euãgelij xp̄i feruenter inſiſtamus. Ordo autem huius epiſtole congruus ē vt poſt duas ep̄las ad Corinthios in quarũ prima agitur de ſacramentis eccleſie: in ſecũda de miniſtris horum ſacramentorũ neceſſarie ſequatur epiſtola ad galathas: in qua agitur de ceſſatione ſacramentoꝝ veteris teſtamenti. Diuiditur autem hec epiſtola in duas p̄tes. in ſalutationē ꝛ ep̄larem narrationem. ibi. Miror ꝙ ꝛc. In ſalutatione autem primo ponitur perſona ſalutantis Secũdo ponit̄ perſone ſalutate ibi Eccl'ijs galathie ꝛc. Tertio bonum optatum. ibi. Gratia vobis ꝛc. Circa primum primo ponitur perſona ſalutans principaliter que deſcribitur ex nomine ꝛ ex auctoritate. Ex nomine quidem cum dicit. Paulus quod congruit humilitati ſue: quia interpretatur humilis. Unde dicitur prime Coꝛ. 15. Ego ſum minimus apoſtoloꝝ. ꝛc. Item congruit officio ſuo. quia ſm̃ alium modum interpretatur os tube. in quo ſpecialiter eſt officium predicationis ſignificatũ Eſa. 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam. ꝛc. Ex auctoritate autem deſcribitur cum dicitur apoſtolus. Ubi duo ponuntur. ſcʒ eius auctoritas ꝛ auctoritatis origo. Auctoritas quia apoſtolus qui miſſus. ¶ Sciendum ē autem ꝙ apoſtolus in quibuſdam epiſtolis ſcribit ſe ſeruũ oſtendens nomē humilitatis vt in epiſtola ad romanos In quibuſdam vero ſcribit ſe apoſtolum: oſtendens auctoritatem ſuam. Cuius ratio eſt. quia romani ſuperbi erant. ꝛ ideo apoſtolus vt inducat eos ad humilitatem ſcribit ſe ſeruum in exemplũ humilitatis. Galathis vero quia ſtulti erant ꝛ ſuperbi vt frãgat eos nominat ſe apoſtolum: ꝛ ideo hic ponit auctoritatem ſuam. Originē autem auctoritatis ſue deſcribit cum dicit: Non ab hominibus ꝛc. Et primo remouet originem extimatā. Secũdo aſſignat veram ibi. Sed per ieſum chriſtum ꝛc. Origo autem extimata erat quia intãtũ galathe ſeducti erãt a pſeudo ꝙ crederent apoſtolum non eſſe eiuſdem auctoritatis: qua alij apoſtoli erant: quia nõ fuit doctꝰ a chriſto vel conuerſatus cum eo ſed eſſet miſſus ab eis quaſi miniſter eorum. Opinionem ergo iſtam remouet cum dicit. Non ab hominibus ꝛc. Quidam enim mittebantur a toto collegio apoſtolorum ꝛ diſcipulorũ. Et ideo oſtē dens ſe nõ eſſe ab eis miſſum dicit. Non ab hominibus Quidam enim mittebantur ab aliquo apoſtolorum ſpeciali: ſicut paulus aliquando mittebat lucam ꝛ titum. Et ideo oſtendens ꝙ nec ſic miſſus ſit dicit. Neq̃ ꝑ hominem id eſt per aliquem apoſtolorum in ſpeciali: ſʒ per ſpiritum ſanctũ qui dicit Act̄. 13. Segregate mihi ꝛc. Cauſa autem originis huius veritatis vera eſt chriſtus ieſus. Et ideo dicit. Sed per ieſum chriſtum ꝛ deuʒ patrem. Hec autem diſtinctio cuʒ dicit Per ieſum chriſtũ ꝛ deum patrem poteſt accipi vel quantum ad perſonam patris et perſonam filij. Et tunc alius eſt in perſona deus pater ꝛ alius ieſus chriſtus. Ab vtroq̃ autem miſſus eſt beatus paulus ad predicandum ꝛ a tota trinitate quia inſeparabilia ſunt opera trinitatis. Non fit autem mentio de perſona ſpiritus ſancti. quia cum ſit vnio ꝛ nexus duorum: poſitis perſonis duabus ſcilicet patris ꝛ filij: intelligitur etiam ſpiritus ſanctus. Vel poteſt ſumi diſtinctio predicta quantum ad naturam aſſumptam ſcʒ humanam: quia ſecũdũ naturam diuinā non eſt diſtictio inter deum patrem ꝛ ieſum chriſtum. Et tunc miſſus eſt paulus per deum patrem ſicut per auctorē ꝛ per ieſum chriſtum ſicut per miniſtrum. Romañ. 15. Dico ieſum chriſtum miniſtrum fuiſſe. ꝛc. Quia vero galathe derogabant apoſtolo ꝙ non fuiſſet conuerſatus cum chriſto ſicut alij: nec miſſus ab eo. Ideo in hoc ſpecialiter magnificat ſe: quia illi fuerunt miſſi per chriſtum adhuc viuentem in carne mortali. Ipſe vero a chriſto iam glorificato miſſus eſt. Ideo dicit. Qui ſcilicet deus pater ſuſcitauit eum ſcilicet iheſum chriſtum inquantum hominem a mortuis. Quaſi dicat. Apoſtolus ſum nõ ab hominibus ſcilicet collegio apoſtolorum nec per hominem. ſcilicet chriſtum in mortali carne viuentem: ſed ſum apoſtolus per xp̄m iam ſuſcitatũ ꝛ glorificatum. Roma. 6. Xp̄s reſurgens a mortuis ꝛc. Et quia preſens vita ſignificatur per ſiniſtram: futura vero per dexteram: inquantum iſta eſt celeſtis ꝛ ſpiritualis. illa vero temporalis. idō petrꝰ qui vocatus fuit a xp̄o adhuc ī carne mortali poſito ponit̄ ī bulla pape ī ſiniſtra p̄te. paulus vero qui vocatus fuit a xp̄o iam glorificato ponitur in parte dextra.

¶ Conſequenter cum dicit. Et qui mecum ſunt ꝛc. Ponuntur perſone adiuncte ſalutãtes quas deſcribit a dul

¶ Circa hoc ſciendū eſt ꝙ accipere perſonā proprie eſt in aliquo negocio attēdere quaſi regulā ip̄ius negocij: cōditionē perſone nihil facientē ad negociū. puta. cū ideo do beneficiū alicui q2 eſt nobilis ſiue pulcher. Nobilitas em̄ ſeu pulchritudo nil facit ad hoc ꝙ habeat beneficiu3. Si vero cōditio perſone facit ad negociū ſic conſiderādo illa3 conditionē in facto illo nō accipio perſonā ſicut ſi ideo do beneficiū alicui quia bonus eſt ⁊ bene deſeruiet eccleſie. quia bene litteratus ⁊ honeſtus. nō ſum acceptor perſone Nil ergo eſt ꝓprie accipere perſonā ꝙ conſiderare conditionē perſone nil facientē ad negociū. Cum ergo deus in operibus ſuis ⁊ beneficijs nihil preexiſtēs ex parte creature reſpiciat. q2 ip̄m qḋ eſt creature eſt effectus ſue electionis. ſed reſpiciat ſolū quaſi ꝓ regula beneplacitū volūtatis ſue ſcḋm quā omnia operat̄ ⁊ non ſcḋm aliquā conditionē perſone. vt dicit̄ Ephe. 4. Manifeſtū eſt ꝙ non accipit perſonā hominis.

¶ Conſequēter deſcripta cōditione illoꝝ oſtendit propoſitū ſc3 ꝙ nil ei addere potuerunt Et ideo dicit. Mihi autē qui videbant̄ aliquid eſſe nihil contulerūt. Quaſi dicat. licet eſſent magne auctoritatis. tamē nil addiderūt doctrine mee nec poteſtati. quia ſicut ſupra dictū eſt neq3 ab homine accepi euangeliū neq3 per hominē didici. Glo. aute3 aliter legit. Quales aliquādo fuerūt ⁊c. Quaſi dicat. Non pertinet ad me referre ſtatū eoꝝ ante conuerſionē quales ſc3 fuerūt quia et hoc nihil refert cū ⁊ ego fuerim ip̄ius eccleſie etiā perſecutor et tamen deus elegit me ⁊ magnificauit. ⁊ hoc quia dn̄s perſonā hominis nō ⁊c.

¶ Conſequēter cū dicit. Sed ecōtra cū vidiſſent ⁊c. oſtendit quomō eius ſentētia ſit approbata ab ap̄lis. Et circa hoc tria facit. Primo ponit cauſam approbatiōis. Scḋo inſinuat ip̄am approbationē, ibi. Iacobus ⁊ cephas ⁊c. Tercio addit quandā conditionē approbatiōi interpoſitā. ibi. Tantū vt pauperes ⁊c. Cauſā aūt approbatiōis ponit duplicē que mouit apoſtolos approbare ſententiā apoſtoli ſc3 predicatiōis officiū apoſtolo iniunctū a xp̄o: ⁊ effectum iniūcti officij. ibi. Et cum cognouiſſent ⁊c. Circa primū p̄rio ponit officiū iniunctū qḋ mouit eos ad approbandū. Scḋo officij manifeſtatione3. ibi. Qui em̄ operatus eſt ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ illi qui videbant̄ aliquid eſſe nihil mihi cōtulerūt. ſed potius cōtra opinionē aduerſarioꝝ qui aſcenderant ꝯtra me in hierſalē ad apoſtolos pro ip̄a queſtione. me ip̄i apoſtoli approbauerūt ⁊ hoc cū vidiſſent ꝙ creditū eſt mihi euangeliū id eſt officiū predicatiōis prepucij. i. iniunctū in circūciſis. ſc3 gentilibus. Jere. 9. Omnes gentes habēt prepuciū. omnis autē domus ⁊c. Sicut ⁊ petro cōmiſſa eſt auctoritas vt predicaret iudeis tantū ⁊ paulus gētibus. ſed poſtmodū ⁊ petrus predicauit gētibus ⁊ paulus iudeis. Sed quia aliquis poſſet dicere. vnde cōſtat nobis ꝙ tibi ſit cōmiſſum euangeliū in gentibus. ideo interponēs dicit ꝙ per operatiōes xp̄i. Sicut em̄ patet ꝙ petrus accepit euāgeliū a xp̄o propter mirabilia que xp̄us fecit per eū. ita patet ꝙ ego ab ip̄o accepi ꝓpter miracula que xp̄us operat᷒ eſt ⁊ operat̄ in me. Et ideo dicit. Qui operatus eſt petro ⁊c. id eſt qui petrū fecit apoſtolū in iudea ſc3 xp̄us ip̄e me fecit apoſtolū in gentib᷒. Et hec eſt cauſa que mouet eos Sed quia nō ſufficit iniūctio ⁊ auctoritas predicandi niſi homo per bonā ſcientiā ⁊ diſcretam eloquentiā ip̄am exequat̄ ⁊ per bonā vitam cōmendet. ideo addit vſu3 ſue auctoritatis ſeu officij effectū dicens. Et cū cognouiſſēt gratiā dei ⁊c. ⁊ eſt littera ſuſpenſiua. id eſt cū vidiſſent ꝙ gratioſa ⁊ fructuoſa eſſet predicatio mea tūc iacob᷒ ⁊ cephas ⁊ iohānes ⁊c. In quo notat̄ approbatio ſeu ſocietas facta cū eis ⁊ paulo. Et primo ponunt̄ perſone inter quas facta eſt ſocietas que ſunt iacobus ⁊ cephas. id eſt petrus ⁊ iohannes. Et premittit̄ iacobus quia erat epiſcopus hieroſolymoꝝ vbi hec facta ſunt. Iohānes autē iſte fuit iohannes euāgeliſta qui nō deſeruit iudeā vſq3 ad tp̄us veſpaſiani qui videbāt̄ colūne eſſe. Methaphorice dicit̄ hoc id eſt ſuſtētatio totius eccleſie. Sicut em̄ totū edificiū ſuſtentat̄ per colūnas: ita per iſtos tota eccleſia iudeoꝝ ſuſtentabat̄ ⁊ regebat̄. Et de iſtis colūnis dicit̄ in p̄s. Ego confirmaui colūnas eius. id eſt apoſtolos eccleſie. Cantico. 5. Crura illius colūne marmoree que fundate ſunt ſuper baſes aureas. Iſti ſc3 ex vna parte dederūt dexteras ſocietatis. id eſt conſenſerūt in ſocietatē mihi ⁊ barnabe. In quo deſignant̄ perſone ex alia parte. per hoc aūt ꝙ dederūt ſibi dexteras ſignificat̄ ꝙ per man᷒ ſe acceperūt in ſignū cōiunctiōis ⁊ vnitatē opinionis. Scḋo oſtendit̄ ſocietatis tenor ſeu cōditio cū dicit. Ut nos in gentes: ip̄i autem in circumciſionē ſc3 predicarēt. Quaſi dicat. Facta fuit inter nos coniūctio ⁊ vnio: ita tamē ꝙ ſicut omnes fideles obediūt petro in circūciſione. id eſt in eccleſia iudeoꝝ fideliū: ita omnes gentes qui cōuerſi fuerūt ad xp̄m obedirēt barnabe ⁊ paulo. hoc tamen appoſito vt nos eſſemus memores pauperū xp̄i qui ſc3 vendiderāt omnia bona ſua et preciū eorum ad pedes apoſtolorū poſuerant ꝓpter xp̄m paupes effecti. Quod quidē ſollicitus fui hoc idē facere nō minus affectus ꝙ ip̄ſi q̄ ordinauerūt ſicut apparet Ro. 15. ⁊. 1^e^. coꝝ. 6. ⁊. 2^e^. coꝝ. 8. ⁊. 9. Ratio aūt quare cōſuetudo primitiue eccleſie de venditiōe poſſeſſionū ſeruabat̄ in eccleſia ex circūciſione ⁊ nō in eccleſia ex gentibus hec eſt: quia fideles iudei cōgregati erant in hieruſalē ⁊ in iudea que deſtruenda in breui a romanis erat vt poſtmodū rei ꝓbauit euētus. Et ideo voluit dn̄s vt ibi poſſeſſiones nō reſeruarent̄ vbi permāſuri non erāt. Eccleſia vero gētiū firmanda erat ⁊ augēda. Et ideo cōſilio ſpiritusſancti factū eſt vt in ea poſſeſſiones nō venderent̄.

## ¶ Lectio tercia.

CUm autem veniſſet Petrus antiochiam in faciem ei reſtiti: quia reprehenſibilis erat. Prius enim ꝙ venirent quidam a iacobo cum gentibus edebat Cum autem veniſſent ſubtrahebat et ſe gregabat ſe: timens eos qui ex circūciſione erāt ⁊ ſimulationi eius conſenſerunt ceteri iudei ita vt ⁊ barnabas duceretur ab eis in illa3 ſimulationem. ſed cum vidiſſem ꝙ non recte

**ambularent ad veritatem euangelij. dixi
cephe coram omnibus. Si tu cum iudeus
ſis: gentiliter viuis ⁊ non iudaice: quomo
do gentes cogis iudaizare.**

Supra apoſtolus oſtendit ꝙ ipſe nil vtilitatis accepit
ex collatiõe habita cũ dictis apoſtolis: hic vero oſten-
dit ꝙ ipẽ alijs profuit. Et primo oſtendit quomodo ꝓ
fuit petro in corrigendo eũ. Secũdo manifeſtat ea que
dixit ibi. Prius enim ꝙ̃ veniret ⁊c. Dicit ergo. Vere
ipi mihi nihil contulerũt ſed ego potius contuli eis: et
ſpecialiter petro quia cũ veniſſet petrus antiochiã vbi
erat eccleſia gentiũ ego reſtiti ei in faciem. id eſt mani-
feſte. Eccl. 4°. Ne reuerearis proximũ in caſu ſuo: ne
retineas verbum ⁊c. Vel in faciem. id eſt nõ in occulto
tanquã detrahens et timẽs. ſed publice ⁊ vt par ei. Le
uit. 19. Non oderis fratrẽ tuuꝫ in corde tuo: ſed publi-
ce argue eum ⁊c. Et hoc ideo quia reprehenſibilis erat
Sed cõtra quia hoc fuit poſt acceptam gratiã ſpiritus-
ſancti. ſed poſt gratiam ſpiritusſancti nullo modo pecca
uerũt apoſtoli. Reſpondeo: dicendũ eſt ꝙ poſt gratiaꝫ
ſpiritusſancti nullo modo peccauerunt mortaliter apo
ſtoli. ⁊ hoc donũ habuerunt per potentiã diuinam que
eos confirmauerat. ps. Ego confirmaui columnas eius
⁊c. Peccauerũt tamẽ venialiter ⁊ hoc fuit eis ex fragi-
litate humana. 1c. Ioh. 1°. Si dixerimus quia peccatũ
non habemus ſcilicet veniale. ipi nos ſeducimus ⁊c.
Q vero dicitur in glo. Reſtiti ei tanquã par. Dicendũ
eſt ꝙ apoſtolus fuit par petro in executione auctorita-
tis non in auctoritate regiminis. Ex predictis ergo ha
bemus exemplum prelati quidem humilitatis: vt non
dedignentur a minoribus ⁊ ſubditis corrigi: ſubditi ve
ro exemplũ zeli et libertatis vt non vereantur prelatos
corrigere preſertim ſi crimen eſt publicũ ⁊ in periculuꝫ
multitudinis vergat. ¶ Conſequẽter aũt cũ dicit. Pri
uſꝙ̃ veniret ⁊c. manifeſtat ea que dixit. Et primo hoc
quod dixit eum reprehenſibilẽ eſſe. Secundo vero hoc
quod dixit petrum reprehendiſſe. ibi. Sed cum vidiſ-
ſem ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo oſtendit quid pe
trus ſentiebat. Secundo quid faciebat ibi. Cum auteꝫ
veniſſet ⁊c. Tercio quid inde ſequebatur. ibi. Et ſimu
lationi eius ⁊c. Dicit ergo circa primũ. ꝙ petrus ſentie
bat legalia non eſſe ſeruanda. Et hoc facto oſtendebat
quia priuſꝙ̃ venirent quidam iudei ſciliꝫ zelantes pro
legalibus a iacobo hieroſolymitane eccleſie epiſcopo.
edebat ſciliꝫ petrus cum gentibus. id eſt indifferenter
vtebatur cibis gẽtilium. ⁊ hoc faciebat ex inſtinctu ſpi-
ritusſancti qui dixerat ei. Quod deus ſanctificauit tu
ne cõmune dixeris vt habetur Actu. 10. Ut ipẽ ibideꝫ
dixit iudeis. qui contra eum inſurrexerunt quia cum in
circumciſis comediſſet quaſi rationem reddens. Quid
autem faciebat oſtendit dicens: ꝙ cum erat cum iudeis
ſubtrahebat ſe a conſortio fidelium qui fuerant ex gen-
tibus: adherens iudeis tantum. ⁊ congregans ſe cum
eis. Et ideo dicit. Cum autem veniſſent ſciliꝫ a iudea
ſubtrahebat ſe Petrus a gentibus conuerſis. et ſegre-
gabat ſe ab eis. Et hoc ideo: quia erat timens eos qui
ex circumciſione erant. id eſt iudeos. non quidem timo
re humano ſiue mundano ſed timore charitatis ne ſcili
cet ſcandalizarentur ſicut dicitur in glo. Et ideo factus
eſt iudeis tanquã iudeus: ſimulans ſe cum infirmis idẽ
ſentire ſed tamen inordinate timebat quia veritas nun
quã dimittenda eſt propter timorem ſcãdali. Quid au-
tem ex hac ſimulatione ſequebatur ſubdit dicens: ꝙ ſi-
mulationi eius ſciliꝫ petri conſenſerũt ceteri iudei qui
erant antiochie diſcernentes cibos et ſegregantes ſe a
gentibus cum tamen ante ſimulatiõem huiuſmodi hoc
non feciſſent. Et non ſolum illi conſenſerunt petro: ſed
ita fuit illa ſimulatio in cordibus fidelium. vt etiam bar
nabas qui mecum erat doctor gentium ⁊ contrarium fe
cerat ⁊ docuerat duceretur ab eis in ſimulationem ſub
trahens ſe ab eis ſcilicet gentibus. Et hoc ideo. quia
ſcd̃m quod dicitur Eccleſ. 10. Qualis eſt rector ciui-
tatis ⁊c. ⁊ ibidem. Scd̃m iudicem populi ⁊c. ¶ Conſe
quenter cum dicit. Sed cum vidiſſem ⁊c. manifeſtat ea
que dixerat de reprehenſione pauli qua petrum repre-
hendit. Et circa hoc tria facit. Primo ponit cauſam re
prehenſionis. Secundo reprehendendi modum. Ter-
cio reprehenſionis verba. Occaſio autem reprehenſio-
nis eſt non leuis ſed iuſta ⁊ vtilis ſciliꝫ periculum euã
gelice veritatis. Et ideo dicit. Sic petrus reprehenſi-
bilis erat. ſed ego ſolus cum vidiſſem ꝙ non recte am-
bularent illi qui ſic faciebant ad veritatem euangelij.
quia per hoc peribat veritas ſi cogerẽtur gentes ſerua-
re legalia vt infra patebit. Q autem recte non ambula
rent ideo eſt. quia veritas maxime vbi periculum immi
net debet publice predicari: nec fieri contrarium pro-
pter ſcandalum aliquorum. Mathei. 10. Quod dico
vobis in tenebris dicite in lumine. Eſaie. 26°. Semi-
ta iuſti recta eſt rectus callis iuſti ad ambulandũ. Mo-
dus autem reprehendendi fuit conueniens quia publi-
cus ⁊ manifeſtus. Unde dicit. Dixi cephe. id eſt petro
coram omnibus quia ſimulatio illa in periculum omniũ
erat. 1c. Thymo. 5. Peccatum coram omnibus argue.
Quod intelligendum eſt de peccatis manifeſtis ⁊ non
de occultis: in quibus debet ſeruari ordo fraterne corre
ctionis. Cuiuſmodi autem verba apoſtolus dixerit pe-
tro cum eum reprehenderet ſubdit dicens. Si tu iude-
us cum ſis ⁊c. Quaſi dicat. O petre: ſi tu cum iudeus
ſis natione et genere gentiliter ⁊ non iudaice viuis. id
eſt gentium ⁊ non iudeorum ritum ſeruas cum ſcias et
ſentias diſcretionem ciborum nihil conferre. quomodo
cogis gentes non quidem imperio ſed tue conuerſatio-
nis exemplo iudaizare. Et dicit cogis. quia ſcd̃m ꝙ leo
papa dicit. Validiora ſunt exempla ꝙ̃ verba. In hoc
ergo paulus reprehẽdit petrum ꝙ cum ipẽ eſſet inſtru-
ctus a deo cum iudaice non viueret ne cibos diſcerne-
ret. Actuũ. 10. Quod deus ſanctificauit tu ne cõmune
dixeris. Ipſe contrarium ſimulabat. Sciendum eſt au-
tem ꝙ occaſione iſtorum verborũ non parua controuer
ſia eſt orta inter hieronymũ ⁊ auguſtinũ. Et ſcd̃m ꝙ ex
eorum verbis aperte colligitur. in quattuor diſcordare
videntur. Et primo in tempore eorum quando ſcilicet
ſeruari debuerunt. Nam hieronymus duo tempora di
ſtinguit. vnũ ante paſſioneꝫ chriſti: aliud poſt paſſionẽ
Uult ergo hieronymus ꝙ legalia ante paſſionem chri-
ſti viua erant. id eſt habentia virtutem ſuam. inquantũ
ſciliꝫ per circumciſionem tollebatur peccatum origina
le ⁊ per ſacrificia ⁊ hoſtias placabatur deus. Sed poſt
paſſionem non ſolum dicit ea non fuiſſe viua vel mor-
tua ſed quod plus eſt ea fuiſſe mortifera. et ꝙ quicun-
ꝙ poſt paſſionem xp̃i ea ſeruauit peccauit mortaliter.
Auguſtinus vero diſtinguit tria tempora. Unum tem-
pus ante paſſionem xp̃i ⁊ concordans cum hieronymo
dicit iſto tempore legalia viua fuiſſe. Aliud tempus eſt
poſt paſſionem xp̃i immediate ante gratiam diuulgatã

ſicut tempus apoſtolorum in principio: in quo tempore
dicit auguſtinus legalia mortua fuiſſe: ſed tamen non
mortifera iudeis conuerſis: dummodo ipſa ſeruantes
ſpem in eis non ponerent. ita ꝙ etiam ipſi iudei ea ſer=
uantes tunc non peccarent. Si vero in eis ſpem poſuiſ=
ſent quicunq; conuerſi ea ſeruantes peccaſſent mortali
ter. quia ſi poſuiſſent in eis ſpem quaſi eſſent neceſſaria
ad ſalutem quantū in eis erat euacuaſſent gratiam xpi.
Aliud tempus dicit eſſe poſt veritatem et gratiam xpi
diuulgatam. ⁊ in iſto tempore dicit ea mortua ⁊ mortife
ra omnibus ea ſeruantibus. Ratio autem dictorum eſt
quia ſi iudei ſtatim poſt conuerſionem fuiſſent prohibi=
ti ab obſeruantijs legalium: viſum fuiſſet eos pari paſ=
ſu ambulare cum ydolatris: qui ſtatim ab ydolorū cul=
tura prohibebant ⁊ legalia nō fuiſſe bona ſicut nec ydo
latriā. Et ideo inſtinctu ſpiritusſancti permiſſum eſt vt
legalia modico tempore ſeruarentur ea intentione que
dicta eſt. vt per hoc oſtenderetur legalia tūc bona fuiſ=
ſe. Unde dicit Auguſtinus ꝙ per hoc oſtendebatur ꝙ
mater ſynagoga cum honore deducenda ad tumulum
erat. dum non ſtatim poſt paſſionem xpi legalia prohi
bita ſunt. Quicūq; vero non eo modo ipſa ſeruaret nō
honoraret matrem ſynagogam: ſed eam extumularet.
Secūdo diſcordant predicti hieronimus ⁊ auguſtinus
de obſeruatione legalium quantū ad ipſos apoſtolos.
Hieronymus enim dicit ꝙ apoſtoli nunq̄ ſeruabant le
galia ſed ſimulauerunt ſe ſeruare vt vitarent ſcandalū
fidelium: qui fuerant ex circumciſione. Et hoc quidem
modo dicit ſimulaſſe paulum: quando perſoluit votum
in templo hieroſolymitano. vt habetur Act. 21°. quā=
do circumcidit tymotheū. vt habetur Actu. 16. Et quā
do a iacobo monitus quedam legalia ſuſcepit. vt habe=
tur Act. 15°. Et hoc quidem facientes non deludebant
alios. quia faciebāt hoc non intendentes legalia ſerua=
re ſed propter aliquas cauſas ſicut ꝙ quieſcebāt in ſab
bato non propter obſeruantiam legis ſed propter quie=
tem. Item abſtinebant ab immūdis ſcōm legem non ꝓ
pter obſeruantiam legis ſed propter alias cauſas vtpo=
te propter abominationē ⁊ aliquid huiuſmodi. Augu
ſtinus vero dicit ꝙ apoſtoli ſeruabāt ipſa legalia ⁊ hoc
intendentes ſed tamen non ponentes in eis ſpem qua=
ſi eſſent neceſſaria ad ſalutem. Et hoc quidem licebat
eis quia fuerunt ex iudeis. Ita tamen ꝙ hec ſeruarent
ante gratiam diuulgatam. vnde ſicut eo tempore alij iu
dei conuerſi ſine periculo ſeruare poterant abſq; eo ꝙ
in eis ſpem ponerent ita ⁊ ipſi. Tercio diſcordāt de pec
cato petri. Nam hieronymus dicit in ſimulatione pre=
dicta petrum non peccaſſe. quia hoc ex charitate fecit ⁊
non ex aliquo timore mundano vt dictum eſt. Auguſti
nus vero dicit eum peccaſſe venialiter: tamen hoc pro=
pter indiſcretionem quam habuit nimis inherendo hu
ic parti ſcilicʒ iudeorū ad vitandum eorum ſcandalum.
Et validius argumētum auguſtini contra hieronymū
eſt quia hieronymus adducit pro ſe ſeptē doctores quo
rum quattuor ſcilicʒ laudicenſem. alexandrum. orige=
nem. ⁊ didimū excludit auguſtinus vtpote de hereſi in=
fames. Alijs vero tribus opponit tres quos pro ſe ⁊ ꝓ
ſua oppinione habet ſcilicʒ. ambroſium. cyprianum. et
ipm paulum qui manifeſte dicit ꝙ reprehenſibilis erat
petrus. Si ergo nephas eſt dicere in ſcriptura ſacra ali
quod falſum contineri non erit phas dicere petrum re=
prehenſibilem non fuiſſe. Et propter hoc verior eſt opi
nio ⁊ ſententia auguſtini quia cū dictis apoſtoli magis
concordat. Quarto diſcordant in reprehenſione pauli.
Nam hieronymus dicit ꝙ paulus vere non reprehen=
dit petrum: ſed ſimulatorie ſicut et petrus ſimulatorie
legalia ſeruabat. vt ſcilicet petrus nolens ſcandalizare
iudeos ſimulabat ſe legalia ſeruare: ita paulus vt non
ſcandalizaret gētes oſtendit ſibi diſplicere quod petrus
faciebat ⁊ ſimulatorie eum reprehendit: facientes hoc
quaſi ex condicto vt vtriſq; fidelibus ſibi ſubditis pro=
uiderent. Auguſtinus vero dicit ſicut petrum vere ſer=
uaſſe legalia: ita dicit paulum eum vere reprehendiſſe
⁊ non ſimulatorie. Sed ⁊ petrus quidem ſeruando pec
cauit. quia inde erat ſcandalum apud gentiles a qui=
bus ſe ſubtrahebat. Paulus vero non peccauit repre=
hendendo: quia ex eius reprehenſione nullum ſcanda=
lum ſequebatur.

## Lectio quarta.

Nos natura iudei ⁊ non ex gentibꝰ
peccatores. Scientes autē ꝙ non
iuſtificatur homo ex operibus le=
gis niſi per fidem ieſu chriſti ⁊ nos in chri=
ſto iheſu credimus vt iuſtificemur ex fide
chriſti et non ex operibus legis. Propter
quod ex operibus legis nō iuſtificatur om
nis caro.

Supra oſtendit veritatem doctrine apoſtolice predica=
te per eum ex auctoritate aliorū apoſtolorum: hic oſten
dit idem ex eorum conuerſatione et exemplo. Et circa
hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum per apoſto=
lorum conuerſationem. Secundo aduerſantium obie=
ctionem. ibi. Quod ſi querentes iuſtificare ⁊c. Circa pri=
mū tria facit. Primo premittit apoſtolorum conditio=
nem. Secundo inſinuat eorum conuerſationem. ibi.
Scientes autem ꝙ non iuſtificatur ⁊c. Tercio infert in
tentam concluſionem. ibi. Propter quod ex operibus
legis ⁊c. Conditio autem apoſtolorum et etiam ipſius
Pauli hec eſt: ꝙ ſcōm naturalem originem ex iudeis
proceſſerunt. Et hoc eſt quod dicit. Nos ſcilicet ego et
apoſtoli alij ſumus natura. id eſt naturali origine iudei
non proſeliti. 2ᵉ. corinthiorum. 11. Hebrei ſunt ⁊ ego ⁊c.
Et hec eſt magna laus quia vt dicitur Johan. 4°. Sa=
lus ex iudeis eſt. Et non ex gentibus peccatores. id eſt
non ſumus peccatores vt gentes ydolatre ⁊ immunde
Sed contra eſt quod dicitur. 1ᵉ. Johānis. 1°. Si dixe=
rimus quoniam peccatum non habemus ⁊c. ergo iudei
ſunt peccatores. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ aliud eſt
peccantem eſſe aliud peccatorem. Nam primum deno=
minat actum ſcōm vero promptitudinem ſiue habitum
ad peccandum. Unde ſcriptura iniquos et grauibus
peccatorum ſarcinis oneratos peccatores appellare cō
ſueuit. Iudei ergo propter legem ſuperbientes: quaſi
per eam coherciti a peccatis: gentes que ſine freno le=
gis erant ⁊ ad peccandum prone peccatores vocabant.
Epheſiorum. 4. Non circumferamur omni vento doctri=
ne ⁊c. Cum ergo dicat apoſtolus: non ex gentibus pec=
catores exponitur. id eſt non ſumus de numero pecca=
torum qui ſunt inter gentiles ⁊c. ¶ Conſequenter cum
dicit. Scientes autem ꝙ non iuſtificat homo ⁊c. Po=

nit apoſtolorum conuerſationem. que quidem non eſt
in legalibus ſed in fide chriſti. Et circa hoc duo facit.
Primo exprimit rationem apoſtolice conuerſationis.
Secundo ponit ipſam apoſtolicam conuerſationē ibi.
Et nos in chriſto ꝛc. Erat ergo apoſtolica conuerſatio
in fide et non in legalibus. Cuius ratio eſt: quia licet
fuerimus iudei natura et in legalibus nutriti: tamen
ſcientes pro certo ꝙ non iuſtificatur homo ex operibꝰ
legis id eſt per opera legalia niſi per fidem ieſu chriſti.
ideo deſerentes illam: conuerſamur in preceptis fidei
Ro.3. Arbitramur enim hominem iuſtificari per fidez
ſine operibus legis Act.4. Non eſt aliud nomen. ꝛc.
Sed contra enim Ro.2. dicitur. Non enim auditores
legis iuſti ſunt apud deum. ſed factores legis iuſtifica
buntur ꝛc. Videt ergo ꝙ ex operibꝰ legis iuſtificet̄ ho
mo. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ iuſtificari poteſt du=
pliciter accipi ſcilicet iuſticiā exequi ⁊ iuſtū fieri. Pri=
mo autem mō homo iuſtificat̄ qui opera iuſticie facit.
Non autem iuſtus fit aliquis niſi a deo per gratiam.
Sciendum eſt ergo ꝙ opera legis quedam erant mora
lia: quedam vero cerimonialia. Moralia autē licet cō
tinerentur in lege: nō tamen poterunt proprie dici ope
ra legis cum ex naturali inſtinctu ⁊ ex lege naturali ho
mo inducatur ad illa. Sed cerimonialia dicuntur pro=
prie opera legis. Quantūcūqꝫ ergo homo quo ad exe=
cutionē iuſticie ex moralibus iuſtificetur ⁊ etiam ex ce=
rimonialibus inquantū ſeruare ea eſt opus obedientie
et ad mala pertineat. et ſic accipitur ſcđm dictum apo=
ſtoli ad Ro.2. Quantum vero ad iuſtuz fieri ex operi=
bus legis non iuſtificari homo ꝑ hec. videtur quia ſa=
cramenta vetris legis non conferebant gratiam. infra
4. Conuerſi eſtis ad egena elementa id eſt gratiam nō
conferentia. neqꝫ gratiam in ſe continentia. Sacramē=
ta vero noue legis licet ſint elementa materialia: non
tamen ſunt elementa egena. quia in ſe gratiam conti=
nent. Unde et iuſtificare poſſunt. Si qui autē in veteri
lege iuſti erant nō erant iuſti ex operibus legis. ſed ſo=
lum ex fide chriſti. quē deus ꝓpoſuit propiciatorē ꝑ fi
dem. vt dicitur Ro.3. Unde ⁊ ipſa ſacramenta veteris
legis non fuerunt niſi quedā proteſtationes fidei chri=
ſti ſicut ⁊ noſtra ſacramenta: ſed, differenter. qꝛ illa ſa=
cramenta gratiam chriſti configurabant quaſi futuraz.
noſtra autem ſacramenta proteſtant̄ quaſi continentia
gratiam preſentem. Et ideo ſignanter dicit. ꝙ ex ope=
ribus legis non iuſtificatur homo niſi per fidē ieſu chri
ſti. quia et ſi olim aliqui ſeruātes opera legis iuſtifica=
rentur. non tamen hoc erat niſi per fidem ieſu chriſti.
Ex hac autem ſcientia apoſtolorum quaz habebant ꝙ
iuſtificatio non eſt per operationem legis: ſed per fidez
chriſti. concludit conuerſationem apoſtolorum eligen
tium fidem chriſti: ⁊ dimittentium opera legis. Unde
ſequitur. Et nos in chriſto ieſu credimus. quia vt dici=
tur Act.4. Non eſt aliud nomen datum ꝛc. Unde ſe=
quitur. Ut iuſtificemur ex fide chriſti Ro.5. Juſtificati
ergo ex fide ꝛc. Et ne aliquis credat ꝙ ſimul cum lege
chriſti opera legis iuſtificent. ſubiungit. Et non ex ope
ribus legis. Roma.3. Arbitramur enim iuſtificari ho
minem per fidem ꝛc. Et ex hoc concludit principale in=
tentum dicens ꝙ ſi apoſtoli qui ſunt naturaliter iudei
non querunt iuſtificari per opera legis: ſed per fidem.
quia non iuſtificatur omnis caro ex operibꝰ legis. nec
homo poteſt iuſtificari per opera legis. Sumitur em̄
hic caro pro homine ſcilicet pars pro toto. ſicut Eſa.
40. Uidebit omnis caro ſalutare dei noſtri. Dicens
autem. Propter quod. ꝛc. Concludit quaſi a maiori.
Magis enim videtur naturale ꝙ iudei per opera legis
ꝗ̄ per fidem iuſtificarentur. ſed hoc nō eſt. Quare ꝛc.

## Lectio quinta.

Quod ſi querentes iuſtificari. in
chriſto inuenti ſumus et ipſi pec
catores: nunquid chriſtus pecca
ti miniſter eſt? Abſit. Si eniz que deſtruxi
iterum reedifico: preuaricatorem me con=
ſtituo.

Poſtꝗ̄ aplus oſtendit per cōuerſationē apoſtolorū le=
galia non eſſe obſeruanda quod ipſe dicebat: hic mo=
uet queſtionem in contrarium. Et circa hoc tria facit.
Primo mouet queſtionem. Secundo ſoluit eam ibi.
Abſit. ꝛc. Tertio ſolutionez eius manifeſtat ibi. Ego
enim per legem ꝛc. Primum dupliciter poteſt expo=
ni ſecūdum gloſam. Primo ſic. Poſſet enim aliquis
dicere ꝙ apoſtoli deſerentes legem: viuendo ad fidem
chriſti peccaſſent. Sed ex hoc apoſtolus introducit
quaſi quoddam inconueniens ſcilicet chriſtum eſſe au
ctorem peccati. ꝙ homines ad ſuam fidem vocat. Et
hoc eſt quod dicit. Q id eſt ſed ſi nos apoſtoli queren=
tes iuſtificari in ipſo id eſt per ipſum ſcilicet chriſtum:
inuenti ſumus id eſt manifeſte cōprobamur et ipſi apo
ſtoli peccatores propter legis dimiſſionem: nunquid
chriſtus eſt miniſter peccati id eſt introducens nos ad
peccandum qui nos a ſtatu legis ad ſuam fidem voca=
uit. infra.4. Factum ſub lege vt eos qui ſub lege erāt
redimeret ſcilicet ab onere legis. Reſpondet apoſto=
lus. Abſit. quia magis eſt miniſter iuſticie. Roma.5.
Per vnius obedientiam iuſti conſtituuntur multi. 1.
Pe.2. Qui peccatum non fecit ꝛc. Et ꝙ chriſtus nō
ſit miniſter peccati abſtrahēs a lege veteri patet. quia
ſi egoipſe que deſtruxi ſcilicet ſuperbiam gloriantem
de lege iterum reedifico volens redire ad gloriandum
de lege preuaricatorem meipſum conſtituo: reſumens
que deſtruxi. 2.Pe.2. Canis reuerſus ad vomitū ꝛc.
Joſue.6. Maledictus homo ꝗ reedificauerit iericho.
Dicit autem que deſtruxi non ipſam legē vt manichei
volunt. qꝛ lex ſancta eſt. Ro.7. Sed ſuperbiam de le=
ge qua dicitur Ro.10. Querentes ſuam iuſticiam ſta=
tuere ꝛc. Siquis autem obijciat ꝙ cum ipſe olim de=
ſtruxerit fidem chriſti preuaricatorem ſe faciebat eam
edificans. patet reſponſio. quia fidem chriſti conatus
fuit quidem deſtruere. ſed non preualuit propter veri=
tatem Act.9. Quid me perſequeris. durū eſt tibi ꝛc.
Sed ſuperbia legis vana erat: et ideo deſtrui poterat:
⁊ reedificanda non erat. Secundo modo poteſt expo=
ni vt qđ dicit. Jnuenti ſumus ⁊ ipſi peccatores vt refe=
ratur non ad dimiſſionem legis ſicut nunc expoſitum
eſt. ſed magis ad ipſam legis obſeruantiam. Manife=
ſtum enim eſt ꝙ quicumqꝫ querit iuſtificari profitetur
ſe non eſſe iuſtuz ſed peccatorem. Eſt ergo ſenſus. Si
nos querentes iuſtificari in chriſto ex hocipſo ꝙ quere=
mus iuſtificari inuenti ſumus id eſt ratione compro=
bamur et ipſi peccatores fuiſſe propter hoc ꝙ legem

obſeruabam⁹ nunquid ieſus chriſtus miniſter peccati eſt vt ſcilicet mandauerit homines poſt ſuam paſſionē legalia obſeruare, quod ſine peccato fieri non poteſt. Et attendenduz eſt ꝙ hec expoſitio procedit ſcōm opinionem Hieronymi qui ponebat ſtatim poſt paſſionem chriſti legalia fuiſſe mortifera. Tertio modo poteſt exponi vt quod dicit. Inuenti ſumus ⁊ ipſi peccatores: pertineat quidem ad ſtatum quo lex obſeruabat. non tamen ꝙ ipſi offenderent propter legis obſeruantiam: ſed propter legis defectum que peccatum auferre non poterat vt ſit ſenſus. Si querentes iuſtificari in ipſo inuenti ſumus ⁊ ipſi peccatores id eſt peccatum habentes: lege peccatum non auferente ſm illud Ro. 3. Cauſati ſumus iudeos et grecos omnes ſub peccato eſſe. Nūquid ieſus chriſtus peccati miniſter eſt vt reducat nos ad obſeruantiam legis in qua ſub peccato eram⁹. Et hec expoſitio procedit ſcōm expoſitionem Auguſtini. Et reſpondet ſcōm vtramꝙ expoſitionem. Abſit. quia ego deſtruxi legem carnaliter intellectaz ſpiritualiter iudicando et docendo. Unde ſi iterum vellem reedificare carnalis legis obſeruantias: eſſem preuaricator legis ſpiritualis. Poteſt ⁊ quarto modo ſic exponi. Dixeram hominem non iuſtificari ex operibus legis. Poſſet aliquis dicere ꝙ nec etiam per fidem chriſti. quia multi poſt fidem chriſti acceptam peccant. Et hoc eſt quod dicit. Si querentes iuſtificari in chriſto: id eſt per fidem chriſti inuenti ſumus poſt fidem chriſti ſuſceptam etiam ipſi nos fideles peccatores id eſt in peccatis viuentes. nūquid ieſus chriſtus miniſter peccati eſt ⁊ damnationis. ſicut miniſter veteris legis eſt miniſter peccati ⁊ damnationis. Non ꝙ lex induceret ad peccatum. ſed occaſionaliter. quia prohibebat peccatum ⁊ non conferebat gratiam adiuuantem ad reſiſtendum peccato. Unde dicitur Roma. 7. Occaſione accepta peccatum per mandatuz ⁊c. Sed chriſtus dat gratiam adiuuantem. Ioh. 1. Gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtum facta eſt. Unde nullo modo eſt miniſter peccati nec directe nec occaſionaliter.

## Lectio ſexta

Ego enim per legem legi mortuus ſum. vt deo viuam: chriſto cōfixus ſum cruci. Uiuo autez iam non ego: viuit vero in me chriſtus. ꝙ autē nūc viuo in carne: in fide viuo filij dei. qui dilexit me ⁊ tradidit ſemetipſum pro me. Non abijcio gratiaz dei. Si enim per legē iuſticia. ergo gratis chriſtus mortu⁹ eſt.

Hic apoſtolus ſolutionem ſuperius aſſignatam manifeſtat. ⁊ primo ponit ſolutionis manifeſtationem. Secundo concludit principale intentum ibi. Non abijcio gratiam dei ⁊c. Sed attendendum eſt ꝙ apoſtolus inquirendo procedens nullum dubium indiſcuſſum relinquit. Et ideo verba eius licet videantr intricata tamē ſi diligenter aduertant: nihil ſine cauſa dicit. ⁊ hoc apparet in verbis ꝓpoſitis. Ubi tria facit. Primo manifeſtat ſolutionem. Secundo explicat ſolutionis manifeſtationē ibi. Chriſtus crucifixus eſt ⁊c. Tertio remouet dubitationem ibi. Q autē viuo ⁊c. Quia ergo apoſtolus dixerat. Si enim que deſtruxi ⁊c. qđ intelligitur đ veteri lege. poſſet eñ ab aliq̄ reputari legis deſtructor ⁊ per ꝯſequēs iniqu⁹ ſcōm illud. pš. Diſſipauerunt iniqui legem tuam. Ideo apoſtolus vult oſtendere quomodo legem deſtruat ⁊ tamen nō eſt iniquus dicens. Ego eñ per legem ⁊c. Ubi ſciendū eſt ꝙ aliquis diſſipat legem per ipſam legem ⁊ talis eſt preuaricator legis non iniquus. Diſſipatur autē lex per legez quando in lege datur aliquod preceptū locale ſeu temporale: vt ſcilicet lex illa tali tempore ſeu tali loco ſeruetur. ⁊ hoc ipſum exprimat in lege. Si quis in illo tēpore ſeu in illo loco lege non vtitur deſtruit legem per ipſam legem. ⁊ hoc modo apoſtolus deſtruxit legem. Unde deſtruxi inquit quodāmodo legem tamen per legem: quia ego mortuus ſum legi per legem id eſt ꝑ auctoritatem legis ipſam dimiſi quaſi legi mortuus. Auctoritas enim legis per quam mortuus eſt legi in multis ſacre ſcripture locis habetur. Iere. 31. tamē ſub aliis verbis. Confirmabo teſtamentum nouum ſuper domum iſrael ⁊c. Deut. 18. Prophetam ſuſcitabit dominus de fratribus veſtris ⁊c. Et multe alie. Nō eſt ergo tranſgreſſor apoſtolus legem deſtruendo. Uel aliter. Ego per legem ſcilicet ſpiritualem mortuus ſum legi carnali. Tunc enim moritur legi quando abijcit legē. ſolutus a lege iuxta illud. Ro. 7. Mortuo viro ſoluta eſt mulier a lege viri. Inquantū vero apoſtolus ſubiectus erat legi ſpirituali dicit ſe mortuū legi id eſt ſolutum a legis obſeruatione Ro. 8. Lex ſpiritus vite ⁊c. Alius modus dimittendi legem ſine preuaricatione eſſe poteſt. quia videlicet lex aliqua eſt ſcripta in carta. et tunc dicitur lex mortua. et eſt in mente legiſlatoris: ⁊ tunc dicitur lex viua. Conſtat autem ꝙ ſi aliquis ſm verbum legiſlatoris operaretur contra legez: et ſolueret legem et ſolueretur a lege mortua. et ſeruaret legez viuam ſcōm imperium legiſlatoris. Dicit ergo ſcōm hoc. Mortuus ſum legi ſcripte et mortue id eſt ſolutus ſum ab ea vt deo viuaz. id eſt motus meos ſcōm dicta ipſius dirigam. ⁊ ad honorem eius ordiner. Lex eñ ſtatuta in ſcriptis aliquid tradit propter extraneos ⁊ eos qui ab eo verbotenus audire non poſſunt. ſed his qui coram eo ſunt non dicit eam ſcriptis ſed verbo tantum. A principio enim homines infirmi erant: ad deum accedere non valentes. Et ideo neceſſe fuit eis precepta legis in ſcriptis dare: vt per legem quaſi per pedagogum manuducerentur ad hoc ꝙ a deo precepta eius audirent ſcōm ꝙ dicitur infra. 3. Lex pedagogus noſter fuit in chriſto. ⁊c. Sed poſtꝙ habemus acceſſum ad patrem per chriſtum vt dicitur Roma. 5. Non inſtruimur per legem de mandatis dei: ſed ab ipſo deo. Et ideo dicit. Per legem manuducentem mortuus ſum legi ſcripte vt viuam deo ſcilicet ipſi factori legis id eſt vt ab ipſo inſtruar ⁊ dirigar. ¶ Conſequēter cum dicit. Chriſto confixus ſum ⁊c. explicat que dixit. Dixerat autem ꝙ eſt mortuus legi et ꝙ viuit deo: Et iſta duo manifeſtat. Et primo ꝙ ſit mortuus legi per hoc quod dicit. Chriſto confixus ſum cruci. Secūdo ꝙ viuit deo cum dicit. Uiuo ego: iam non ego ⁊c. Et primum quidem poteſt exponi dupliciter. Uno mō ſicut in gloſa ſic. Quilibet homo ſcōm carnalem originem naſcitur filius ire. Ephe. ſcđo. Eramus enim natura filij ire ⁊c. Naſcitur etiam in vetuſtate peccati. Baruch. 3. Inueteraſti in terra aliena ⁊c. Que quidem vetuſtas peccati tollitur per crucem chriſti. et confertur nouitas vite ſpūalis. Dicit ergo aplūs. Chriſto

confixus ſum cruci id eſt cōcupiſcentia ſeu fomes pecca-
ti ꝛ omne huiuſmōi mortuū ē i me ꝑ crucē chriſti. Ro.6.
Uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt ꝛc. Item exquo
cum xp̄o cōfixus ſum cruci ꝛ mortuu⁹ ſum peccato ꝛ xp̄s
reſurrexit:cum reſurgente etiam reſurrexi. Ro.4. Tra-
ditus eſt ꝛc. Sic ergo xp̄us in nobis renouat vitā nouā
deſtructa vetuſtate peccati. Et ideo dicit. Uiuo autē id ē
quia chriſto confixus ſum cruci:vigorem bene operandi
habeo iam non ego ſ̄m carnem:quia iam non habeo illā
vetuſtatē quam prius habui. Sed viuit in me chriſtus id
eſt nouitas que ꝑ chriſtū nobis data eſt. Uel aliter. Ho
mo q̄tum ad illud dicitur viuere in quo principaliter fir-
mat ſuum affectū ꝛ in quo maxime delectat̄. Unde ꝛ ho-
mines qui in ſtudio ſeu in venationib⁹ maxime delectan
tur dicunt hoc eorum vitam eſſe:quilibet autē homo ha
bet quendā priuatum affectum quo querit quod ſuū eſt
dum ergo aliquis viuit querens tantum quod ſuum eſt.
ſoli ſibi viuit. cum vero querit bona aliorum dicit̄ etiam
illis viuere. Quia ergo apoſtol⁹ ꝓprium affectum depo
ſuerat ꝑ crucem chriſti:dicebat ſe mortuū ꝓprio affectu
dicēs:Chriſto ꝯfixus ſū cruci id eſt ꝑ crucē chriſti remo
tus eſt a me ꝓprius affectus ſiue priuat⁹. Unde dicebat
infra vltimo. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini no
ſtri ꝛc.2.corin.5. Si vnus ꝓ oībus mortu⁹ ē ḡ oēs mor
tui ſunt. Et ꝓ oībus mortu⁹ eſt chriſtus.vt ꝛ qui viuunt
iam nō ſibi viuāt ſed ei.ꝛc. Uiuo aūt .i.iam nō viuo ego
quaſi in affectu habēs ꝓpriū bonū.ſed viuit in me chri-
ſtus id ē tantū chriſtū habeo in affectu.ꝛ ipſe chriſtus eſt
vita mea. Phil.1. Mihi viuere chriſtus eſt ꝛ mori lucrū
¶Conſequēter autē cum dicit. Q autē nunc viuo ꝛc.re
ſpondet dubitationi que poterat eſſe duplex ex premiſſo
verbo. Una eſt quomō ipſe viuit ꝛ non eſt ille ſcꝫ qui vi-
uit. Secunda quomō confixus eſt cruci. Et ideo hec duo
aperit. Et primo primū quomō ſcꝫ viuit ꝛ non ipſe viuit
dicens. Q autem nunc viuo carne ꝛc. Ubi notandū eſt
ꝙ illa ꝓprie dicūtur viuere que mouēt a principio intrin
ſeco. Anima autē pauli conſtituta erat inter deum ꝛ cor-
pus.et corpus quidē viuificabat̄ ꝛ mouebatur ab anima
pauli.ſed anima eius a chriſto. Quantū ergo ad vitam
carnis viuebat ipſe paulus. Et hoc eſt qđ dicit. Q autē
nunc viuo in carne id eſt vita carnis:ſed quantū ad rela-
tionem ad deum chriſtus viuebat in paulo. Et ideo dicit.
In fide viuo filij dei per quā habitat in me ꝛ mouet me.
Abachuc.2. Juſtus autē meus ex fide viuit. Et nota ꝙ
dicit In carne non ex carne.quia hoc malum eſt. Secun
do oſtendit ꝙ confixus eſt cruci dicens. Quia amor chri
ſti quē oſtendit mihi in cruce moriens ꝓ me facit vt ſemꝑ
ei configar. Et hoc eſt quod dicit. Qui dilexit me.1.Jo.
4. Ipſe prior dilexit nos. Et intantū dilexit me ꝙ tradi-
dit ſemetipſum ꝓ me ꝛ non aliud ſacrificiū. Apoc.1. Di-
lexit nos ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Eph.5. Sicut chriſt⁹ dilexit eccleſiā ꝛ ſemetipſum tra-
didit ꝓ ea ꝛc. Sed attēdendū ē ꝙ ipſe fili⁹ tradidit ſe:et
pater tradidit filiū Ro.8. Qui ꝓprio filio nō pepcit:ſꝫ
ꝓ nobis omnibus tradidit illum. Et iudas tradidit eum
vt dicitur Matth.26. Et totum vna res eſt:ſed non vna
intentio:quia pater ex charitate.filius ex obedientia ſi-
mul ꝛ cum charitate.iudas vero ex proditione. ¶Conſe
quenter cum dicit. Non abijcio gratiam dei ꝛc.infert cō
cluſionem principalem. Et primo inducit concluſionem.
Secundo manifeſtat modum. Dicit ergo. Exquo tantā
grāā recepi a deo ꝛ tradidit ſe ꝛ ego viuo in fide filij dei:
non abijcio gratiam filij dei id eſt non repudio nec ingra
tum me exhibeo.1.corin.15. Gratia dei in me vacua non
fuit ꝛc. Unde ꝛ alia littera habet. Nō ſum ingratus gra-
tie dei Heb.12. Contemplantes ne quis deſit gratie dei.

ſcilicꝫ per ingratitudinem ſe indignum fatendo. Mod⁹
autem abijciendi et ꝛ ingratitudinis eſt ſi dicerem ꝙ lex
eſſet neceſſaria ad iuſtificandū. Et ideo dicit. Si eīm ꝑ le
gem iuſticia:ergo chriſtus gratis eſt mortuus id eſt ſi ſuf
ficiens ſit lex id eſt opera legis ſufficiūt ad iuſtificandū
hominē chriſtus ſine cauſa mortu⁹ eſt ꝛ fruſtra.qꝛ ad hoc
mortuus eſt vt nos iuſtificaret.1.Pe.3. Chriſtus ſemel
ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt ꝛc. Q ſi hoc ꝑ legem fie-
ri poſſet ſuperflua fuiſſet chriſti mors. Sꝫ nō gratis mor
tuus nec inuacuū laborauit vt dicit̄ Eſa.49. Quia per
ipſū ſolū gratia iuſtificās ꝛ veritas facta eſt vt dicit̄ Jo.
1. Si qui autē ante paſſionē chriſti iuſti fuerūt hoc etiā
fuit ꝑ fidem xp̄i venturi in quē credebant ꝛ in cuius fide
ſaluabant̄.

## Capitulum tertium.

O Inſenſati galathe quis vos faſcina
uit nō obedire veritati: Ante quoꝝ
oculos ieſus chriſtus ꝓſcriptus eſt
ꝛ in vobis crucifixus.

Supra confutauit ap̄ſus vanitatē ꝛ mutabilitatē gala-
tharum ꝑ auctoritatē euangelice doctrine oſtendens ſuā
doctrinam auctenticam fuiſſe ab alijs apoſtolis:hic vero
ꝑ rationes ꝛ auctoritates oſtendit hoc idē ſcꝫ ꝙ legalia
nō ſunt ſeruanda. Et hoc dupliciter. Primo ex inſuffici
entia legis. Secundo ex dignitate eorum qui ad chriſtū
conuerſi ſunt.ꝛ hoc quarto capi.ibi. Dico autē quanto
tempore ꝛc. Circa primum duo facit. Primo premittit
obiurgationem. Secundo proſequitur ſuam probatio-
nem ibi. Hoc ſolum a vobis volo ꝛc. Circa primum duo
facit. Primo obiurgat eos attendens eorum fatuitatē.
Secundo rationē obiurgationis aſſignat ibi. Ante quo-
rū oculos ꝛc. Primo ergo eos de fatuitate obiurgat vo-
cans eos inſenſatos. Unde dicit. O inſenſati ꝛc. inſen-
ſatus autē proprie dicitur qui ſenſu caret. Senſus autē
ſpiritualis eſt cognitio veritatis.qui ergo veritate caret
proprie inſenſatus dicit̄. Mat.15. Et vos ſine intellectu
eſtis. Sap.5. Nos inſenſati vitam illoꝝ ꝛc. Sed contra
Matth.5.dicitur. Qui dixerit fratri ſuo fatue ꝛc. Sed
fatuus idem eſt qđ inſenſatus. Ergo apoſtolus reus eſt
gehenne ignis. Sed dicendū eſt vt auguſtinus dicit ꝙ
intelligendū eſt ſi dixerit ſine cauſa ꝛ animo vituperādi:
ſed apoſtol⁹ ex cauſa dixit ꝛ animo corrigendi. Unde di-
citur in gloſa. Hoc dolendo dicit. Secundo cum dicit.
Quis vos faſcinauit ꝛc: oſtendit modum quo inſenſati
erant effecti. Ubi notandum eſt ꝙ inſenſatus fit aliquis
multis modis. Uel quia non proponitur ſibi aliqua veri
tas quā cognoſcere poſſit. Uel quia ꝛ ſi proponat̄ ſibi ta-
men nunquā eam acceptat. Uel quia veritatem propoſi-
tam vel acceptam deſerit a via veritatis recedens. et ta-
les erant iſti galathe qui veritatem fidei quam acceperāt
deſerentes veritatē propoſitam rēnuerunt.ſupra.1. Mi
ror ꝙ tam cito ꝛc. Et iō iſtum gradū inſenſationis in eis
reprehendit dicens: Quis vos faſcinauit ꝛc. Ad ſcien-
dum autem quid ſit faſcinatio.ſciendum eſt ꝙ ſcōm glo-
ſam faſcinatio proprie dicitur ludificatio ſenſus:que per
artes magicas fieri conſueuit: puta cum hominem facit
aſpectibus aliorum apparere leonem vel cornutū. ꝛ hu-
iuſmodi.et hoc etiam ꝑ demones poteſt fieri qui habent
poteſtatē mouendi fantaſmata ꝛ reducendi ad principia
ſenſuū ipſos ſenſus īmutando. Et ſcōm hanc acceptionē
ſatis ꝓprie dicit ap̄lus. Quis vos faſcinauit q̄ſi.d. Uos
eſtis ſicut hō ludificat⁹ q̄ res manifeſtas alit̄ accipit q̄ ſit
in rei ꝟitate.qꝛ ſcꝫ eſtis ludificati ꝑ deceptiōes ꝛ ſophiſ-

mata veritati nõ obedire id ē veritatem vobis manifeſtā
⁊a vobis receptam non videtis nec obediendo recipitis
Sap̄.4. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. Eſa.5.
Ve qui dicūt bonū malū ⁊c. Alio modo accipit̄ faſcina-
tio ſm ꝙ aliq̄s ex aſpectu maliuolo ledit̄ ⁊ maxime in ve
tulis que viſu vrenti et aſpectu inuido faſcinant pueros
qui ex hoc infirmant̄ ⁊ vomūt cibum. Huius cauſam vo-
lens aſſignare auicenna in libro ſuo de anima dicit ꝙ ma
teria corporalis obedit ſubſtantie intellectuali magis q̄
qualitatibꝰ actiuis ⁊ paſſiuis in natura. Et ideo ponit ꝙ
ad app̄henſionē ſubſtantiaꝝ intellectualiū q̄s vocat aīas
ſeu motores orbium multa fiunt preter ordinē motꝰ celi.
⁊ oīm corporaliū agentium. Eodeꝫ modo dicit ꝙ q̄n aīa
ſancta depurata ab affectibꝰ terrenoꝝ ⁊ a carnalibus vi-
tijs accedit ad ſimilitudinē ſubſtantiaꝝ dictaꝝ et obedit
ei natura. Et hinc eſt ꝙ aliqui ſancti viri operant̄ quedā
mira preter nature curſum. ⁊ ſimiliter qꝛ anima alicuiꝰ fe
data paſſionibus carnalibus: habet fortē apprehenſionē
in malitia obedit em̄ ei natura ad trāſmutationē materie ī
illis maxime in quibꝰ materia abilis eſt ſicut ī pueris te-
neris conuenit. Et ſic cõuenit ſm eum ꝙ ex forti app̄hē-
ſione vetulaꝝ in malitiā īmutat̄ puer ⁊ faſcinat̄. Hec aūt
poſitio ſatis videt̄ vera ſm opinionē auicenne. Nam iƥe
poſuit formas oēs corꝑales ī iſtis inferioribꝰ influi a ſub-
ſtantijs incorporalibꝰ ſeparatis. ⁊ ꝙ agētia naturalia nõ
habent ſe ad hoc niſi vt diſponentia tantū. Sed hoc qui-
dem improbat̄ a ph̄o. Agēs em̄ oportet eſſe ſimile ſubie-
cto. Non fit autē forma tantum. nec materia. ſed compo-
ſitum ex materia ⁊ forma. Id ergo quod agit ad eſſe cor-
poralium oportet ꝙ habeat materiā ⁊ formā. Unde dicit
ꝙ tranſmutare materiā formarū non poteſt niſi id qđ ha-
bet materiā ⁊ formā. ⁊ hoc quidē: Uel virtute ſicut deus
qui actor eſt forme ⁊ materie. Ul' actu ſicut agens corpo-
reum. Et ideo materia corporalis q̄tum ad huiuſmodi
formas nec angel' nec alicui pure creature obedit ad nu-
tum: ſed ſoli deo. vt auguſtinus dicit. Unde non eſt verū
quod auicēna dicit de huiuſmodi faſcinatiōe. Et ideo di-
cendū ꝙ ad imaginationē ſeu app̄henſionē hominis q̄n
fortis eſt immutat̄ ſenſus ſeu appetitꝰ ſenſitiuus q̄ quidē
īmutatio nõ eſt ſine alteratione corporis ⁊ ſpirituū corpo
ris ſicut nos videmus ꝙ ad apprehenſionem delectabi-
lis mouet̄ appetitus ſenſitiuus ad concupiſcentiā. et ex-
inde corpꝰ caleſcit. Silimiter ex apprehenſione timēdi fri
geſcit. Immutatio autē ſpirituuꝫ maxime inficit oculos
qui infecti rem ꝑ aſpectum inficiunt. ſicut patet in ſpecu
culo mundo qđ ex aſpectu mēſtruate inficit̄. Sic ergo qꝛ
vetule obſtinate in malitia ⁊ dure ſunt. ex forti appreheñ
ſione īmutat̄ appetitus ſenſitiuus et ex hoc ſicut dictum
eſt infectio maxīe fit a venis ad oculos. ⁊ ex oculis ad reꝫ
ꝓſpectam. Unde qꝛ caro pueri mollis eſt ad earum inui-
duꝫ aſpectū inficit̄ et faſcinat̄. Et quādoqꝫ quidē ad hūc
effectum demones operant̄. Dicit ḡ quis vos faſcinauit
veritati non obedire. Quaſi dicat. Uos aliq̄n obediſtis
veritati fidei. ſed modo non. ergo eſtis ſicut pueri qui ex
aliquo inuido infecti cibum receptū vomitis. ¶ Ratio-
nem aūt obiurgationis aſſignat dicens. Ante quorū ocu
los ⁊c. Quod poteſt tripliciter legi. Uno modo ſm Hie-
ronymū vt reſpondeat p̄me perſone acceptioni faſcinati-
onis al's p̄mo acceptu. quaſi dicat. Dico vos faſcinatos:
quia ante quoꝝ oculos ⁊c. id eſt ꝓſcriptio chriſti qua dā-
natus eſt in mortem adeo vobis manifeſta fuit ac ſi ante
oculos veſtros fuiſſet. Et in vobis crucifixus id eſt in in-
tellectibus veſtris erat crucifixio ieſu xp̄i vt ſciretis qua-
liter facta eſſet. Unde ſi eam nõ videtis modo nec obedi-
tis hoc contingit: qꝛ eſtis ludificati ⁊ faſcinati. Cõtra qđ
dicitur Cañ. vltimo. Pone me vt ſignaculū ſuꝑ cor tuū

⁊c. Alio modo ſm auguſtinū. q̄ſi dicat. Recte faſcinati
eſtis qꝛ veritateꝫ quā recepiſtis ſcꝫ chriſtū ꝑ fidem in cor
dibꝰ veſtris euomitis ſicut pueri. Et hoc qꝛ ante oculos
veſtros id eſt ī veſtra preſentia ieſus chriſtus proſcriptꝰ
eſt id ē expellit̄ ⁊ eijcit̄ de hereditate ſua. Et qđ moleſtū
deberet eē vobis qꝛ nõ debetiſ pati ꝙ ab alijs ꝓſcriberet̄
⁊ expelleret̄ in vobis ꝓſcriptus eſt. i. hereditatē ſuā ami-
ſit in vobis id eſt voſipſos Et tunc hoc qđ ſequit̄ ſcꝫ cru
cifixus legi debet cū pondere ⁊ oſtenſione doloris: qꝛ hoc
addidit vt cõſiderarent quo precio xp̄us emerit poſſeſſio
nē quā in eis amittebat. ⁊ ex hoc mouerent̄ magis. q̄ſi
dicat. Chriſtus ꝓſcriptus eſt in vobis ſcꝫ qui crucifixus
id eſt qui cruce ſua ⁊ ſanguine ꝓprio acq̄ſiuit hanc here-
ditat̄. 2. cor. 6. Empti em̄ eſtis p̄cio magno ⁊c. 1. Pe. 1.
Non corruptibilibus auro vel argento ⁊c. Tertio modo
ſm ambroſiū. quaſi dicat. Uere faſcinati eſtis ante quoꝝ
oculos id eſt in quoꝝ reputatione ſcꝫ ſm iudiciū veſtruꝫ
ieſus chriſtus ꝓſcriptus eſt id eſt damnatꝰ non alios ſal
uans ⁊ in vobis id ē ſm ꝙ vos intelligitis crucifixus eſt
id ē mortuus tm̄. nõ autē alios iuſtificans. cum tamē de
eo dicat̄. 2. corin. vltimo Et ſi mortuus eſt ex infirmita-
te noſtra: viuit tamē ex virtute dei. Poteſt ⁊ quarto mo
do exponi ſm gloſam vt ꝑ hoc deſignet ap̄lus grauitatē
culpe eoꝝ. qꝛ in hoc ꝙ chriſtū deſerunt legem obſeruan-
tes: equaliter quodāmodo peccabant Pilato q̄ xp̄m ꝓ-
ſcripſit id eſt damnauit. vt dum inſufficientē xp̄m credūt
ad ſaluandū ſimiles in peccando crucifixoribꝰ xp̄i: q̄ ip-
ſum in ligno ſuſpenderūt morte turpiſſima cõdemnātes
⁊ afficientes. Equalitas tamen eſt accipienda ex p̄te eiꝰ
in quē peccat̄. qꝛ in chriſtum galathe peccabant ſicut pi-
latus ⁊ crucifixores xp̄i.

## Lectio ſecunda.

Hoc ſolum a vobis volo diſcere: ex
operibus legis ſpirituꝫ accepiſtis:
an ex auditu fidei: Sic ſtulti eſtis vt
cum ſpiritu ceperitis nunc carne cõſumami
ni. Tanta paſſi eſtis ſine cauſa: ſi tamen ſine
cauſa. Qui ergo tribuit vobis ſpiritū ⁊ ope
ratur virtutes in vobis ex operibꝰ an ex au
ditu fidei.

Poſita obiurgatione: cõſequēter ap̄lus ꝓcedit ad inſuf
ficientiā legis ⁊ virtutē fidei oſtendendā. Et p̄mo oſten-
dit inſufficientiam legis. Secūdo mouet queſtionem et
ſoluit ibi. Quid igit̄ lex ⁊c. Circa primū duo facit. Pri-
mo ꝓbat defectum legis et inſufficientiā per ea que ipſi
experti ſunt. Secundo ꝑ auctoritates ⁊ rationes ibi. Si
cut ſcriptū eſt ⁊c. Circa primuꝫ duo facit. qꝛ primo ꝓbat
ꝓpoſitum experimento ſumpto ex parte ipſoꝝ. Secūdo
ꝓbat idem experimento ſumpto ex parte ipſius apoſtoli
ibi. Qui ergo tribuit vobis ⁊c. Circa p̄mum duo facit.
Primo oſtendit donū qđ receperūt. Secundo defectum
in quē inciderunt ibi. Sic ſtulti eſtis ⁊c. Donum aūt qđ
receperunt oſtēdit querēdo ab eis vnde illud receperūt.
Unde ſuſceptū donum ſupponēs interrogans querit ab
eis dicens: Quāuis faſcinati ⁊ ſtulti ſitis. tamē non tm̄
eſtis ludificati quin vnum qđ valde manifeſtū eſt me do
cere poſſitis. Et ideo ſolum hoc volo a vobis diſcere. qꝛ
hoc ſolum ſufficit ad ꝓbandū quod intendo. hoc inq̄ eſt
quia cõſtat ꝙ ſpiritumſanctū accepiſtis. Quero ergo an
accepiſtis illū ex operibꝰ legis an ex auditu fidei: Ad qđ
ſciēdū ē ꝙ ī p̄mitiua eccl'ia ex diuia diſpoſitōe vt fides xp̄i
ꝓmoueret̄ ⁊ creſceret: ſtatim poſt p̄dicatiōꝫ fidei ab ap̄lis
manifeſta ſigna ſp̄ūſancti fiebāt ſuꝑ audiētes. Unde de

Petro dicit̃ act. 10. Adhuc loquẽte petro verba hec ce-
cidit ſpũſſant⁹ ꝛc. Ipſi etiã galathe ad predicatiõ3 pauli
manifeſte ſpũmſanctum acceperant. Querit ꝙ aplus ab
eis: vnde habuerunt ſpũmſanctum. Conſtat aũt ꝙ non ꝑ
opera legis. q2 cum eſſent gentiles ante receptione3 ſpi-
ritusſancti legẽ nõ habebant. Ergo habuerũt ſpm̃ſanctũ
id ẽ dona ſpũſſancti ex auditu fidei Ro. 8. Nõ accepiſtis
ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore q̃ ſc3 dabat̃ in lege. Vñ
ꝛ cu3 tremore lex data eſt. ſed accepiſtis ſpũm filioꝝ qui
dat̃ ꝑ fidẽ que eſt ex auditu vt dicit̃ Ro. 10. Si ꝙ hoc po-
tuit fidei virt⁹: fruſtra querit̃ aliõ ꝑ qõ ſaluemur. q2 mul-
to difficilius eſt de iniuſto facere iuſtũ ꝙ̃ iuſtũ in iuſticia
cõſeruare. Si ꝙ fides ꝺ iniuſtis galathis ſine lege iuſtos
fecerat. nõ eſt dubiũ ꝙ ſine lege poterat eos in iuſticia cõ-
ſeruare. Magnũ ꝙ erat donum qõ per fidem acceperant.
¶ Conſeq̃nter cũ dicit. Sic ſtulti eſtis ꝛc. oſtendit defe-
ctum in quẽ ꝓlapſi ſunt ꝛ exaggerat duplicẽ defectu3 in
eis aplus ſc3 ꝙ̃tum ad dona q̃ a xp̃o acceperant. ꝛ ꝙ̃tum
ad mala que ꝑ ipſo ꝑtulerunt ibi. Tanta paſſi eſtis ꝛc.
Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ iſti galathe deſerentes qõ ma-
gnum erat ſc3 ſpũmſanctũ adheſerunt minori ſc3 carnali
obſeruantie legis et hoc ſtultũ eſt. Et ideo dicit. Sic ſtul-
ti eſtis adeo vt cum experitis inſtinctũ ſancti ſpũs id ẽ ini-
tium ꝑfectionis veſtre habueritis a ſpũſancto. nunc dum
ꝑfectiores eſtis cõſumamini carne. i. queritis ꝯſeruari ꝑ
carnales obſeruantias legis a qua nec initiũ iuſticie põt
haberi Io. 6. Caro non ꝓdeſt quicꝙ̃ ꝛc. Et ſic ordinem
ꝑuertitis. q2 via ꝑfectionis eſt ab impfecto tendere ad ꝑ-
fectũ. Vos autẽ q2 econuerſo facitis: ſtulti eſtis Ecc. 27.
Homo ſanctus ꝑmanet in ſapiẽtia ſicut ſol. ſtultus vt lu-
na mutat̃. Similes iſtis ſunt q̃ incipiunt ſeruire deo cũ
feruore ſpũs: poſtmodũ deficiunt in carne q̃ etiam aſſimi-
lant̃ ſtatue nabuchodonoſor: cuius caput aureum: ꝛ pe-
des lutei Dañ. 2. Et iõ dicit̃ Ro. 8. Qui in carne ſunt
deo placere nõ poſſunt. Et infra. 6. Qui ſeminat in car-
ne de carne metet corruptionẽ. ¶ Conſeq̃nter cum dicit
Tanta paſſi eſtis ꝛc. exaggerat eorum defectũ ꝙ̃tum ad
mala q̃ ꝑ xp̃o ꝑtulerunt. q̃ em̃ aliq̃d ſine labore recipiũt
illa minus chare cuſtodiunt. ſed illud qõ cũ labore acq̃ri
tur vilipendere ꝛ non cuſtodire ſtultũ eſt. Iſti aũt cum la-
bore ꝛ tribulatione magna quã paſſi ſunt a contribulib⁹
ſuis ꝓpter fidem receperunt ſpm̃ſanctum. Et ideo dicit.
Tanta paſſi eſtis ſine cauſa: q̃ſi dicat. Non contemnatis
tantũ donum qõ cu3 labore accepiſtis alĩs illa ſine cauſa
id ẽ ſine vtilitate paſſi eſtis. q2 hec ſuſtinuiſtis vt ꝑuenire-
tis ad vitam eternã Ro. 5. Tribulatio patientiã operat̃
patientia aũt ꝓbationẽ. ꝓbatio vero ſpem ꝛc. Unde ſi ꝑ-
cluditis vobis aditum vite eterne deſerentes fidẽ q̃ren-
tes conſeruari carnalibus obſeruantijs. ſine cauſa id eſt
inutiliter paſſi eſtis. Et hoc dico. ſi tamẽ ſine cauſa. Qõ
ideo dicit q2 in eorũ poteſtate erat penitere ſi vellẽt ꝙ̃diu
viuerent. Ex hoc aũt habet̃ ꝙ oꝑa mortificata reuiuiſcũt.
Sap. 3. Labores eoꝝ ſine fructu ꝛc. Gal. 4. Timeo aũt
ne ſine cauſa laborauerim ꝛc. Si vero accipiat̃ ꝺ malis q̃
non penitent. poteſt dici ꝙ patiunt̃ ſine cauſa conferente
ſc3 vitã eternã. ¶ Conſeq̃nter cũ dicit. Qui ꝙ tribuit vo-
bis ꝛc. ꝓbat ꝓpoſitũ expimento ſumpto ex ꝑte apl̃i. poſ-
ſent em̃ dicere ꝙ verũ eſt nos recepiſſe ſpũmſanctũ ex au-
ditu fidei. tñ ꝓpter deuotionẽ quã ad legem habuim⁹ ac-
cepimus fidem quã ꝑ̃dicabas. Et iõ dicit. Non curo q̃c-
quid ſit ex parte veſtra. tñ illud qõ ego feci tribuens vo-
bis miniſterio meo ſpũmſanctũ. q̃ operat̃ in vobis virtu-
tes id eſt inter vos miracula. ſed nunq̃d facio hoc ex ope-
rib⁹ legis an ex operibus fidei? Non vticꝙ ex oꝑibus ſed
ex fide. S3 nũq̃d aliq̃s põt dare ſpũmſanctũ. Augu. em̃
15. de trinitate dicit ꝙ nullus hõ purus ſpm̃ſanctũ dare
põt: nec ipſi apl̃i dabant. ſed imponebãt man⁹ ſuꝑ hoĩes
ꝛ accipiebant ſpm̃ſanctũ. Quid ꝙ eſt qõ hic dicit aplus
de ſe loquẽs qui tribuit vobis ſpm̃ſanctũ? Rñdeo. dicen-
dum eſt ꝙ in datione ſpũſſancti tria ꝑ ordinẽ ſe habẽtia
occurrunt. ſc3 ſpũſſanctus inhabitans. donũ gratie ꝛ cha-
ritatis cum ceteris habitib⁹ ꝛ ſacramentũ noue legis cu-
ius miniſterio dat̃. Et ſic põt ab aliq̃bus tripliciter dari.
Ab aliquo em̃ dat̃ ſicut auctoritatẽ habente ꝙ̃tũ ad tria
predicta ſc3 reſpectu ſpũſſancti inhabitantis reſpectu do-
ni et reſpectu ſacramenti. et hoc modo ſpũſſanctus dat̃ a
ſolo patre ꝛ filio ſcḋm ꝙ eius auctoritatẽ habent nõ quidẽ
dominij ſed originis: q2 ab vtroꝙ ꝓcedit. S3 ꝙ̃tum ad
gratiã ſeu donũ. ꝛ ꝙ̃tu3 ad ſacramẽta ſpũſſancti dat etiã
ſe ſcḋm ꝙ datio importat cauſalitatem ſpũſſancti reſpectu
donoru3 ipſius q2 vt dicit aplus. 1. corin. 12. Ipſe diuidit
ſingulis ꝓut vult. Secundũ autẽ ꝙ in datione importat̃
auctoritas nõ poteſt ꝓprie dici ſpm̃ſanctũ ſeipſum dare.
Quãtũ vero ad ſacramenũ qõ miniſterio miniſtroꝝ ec-
cleſie dat̃. põt dici ꝙ ſancti ꝑ miniſteriũ ſacramentorum
dant ſpm̃ſanctum. Et hoc modo hic loquit̃ aplus ſcḋm ꝙ
tangit̃ in gloſa. tñ huiuſmodi modus nõ eſt ꝯſuetus neꝙ
extendend⁹. Dicit etia3 glo. ꝙ facere miracula attribuit̃
fidei. q2 ex hoc ꝙ credit que ſupra naturã ſunt ſupra na-
turam operat̃. Et q2 apl̃i predicabãt fidem q̃ quedã rõe3
excedentia continebat. ideo oportebat ad eoꝝ credulita-
tem aliq̃ teſtimonia adducere ꝙ miſſi eſſent a deo qõ ra-
tionẽ excedit. Vñ xp̃s dedit eis ſignũ ſuũ ad hoc oñdẽdũ
Eſt aũt duplex ſignũ xp̃i. Vnũ eſt ꝙ eſt dñs oĩm. Vñ di-
cit̃ in ꝑs. Regnũ tuum regnũ oĩm ſeculoꝝ ꝛc. Aliud eſt
ꝙ eſt iuſtificator ꝛ ſaluator ſcḋm illud Act. 4. Non eſt ali-
ud nomen ſub celo datũ hoĩb⁹ ꝛc. Dedit ꝙ eis duo ſigna
Unum eſt ꝙ facerent miracula ꝑ qõ oſtenderent ꝙ miſſi
ſunt a deo dño oĩm̃s creature. Luc. 10. Dedit eis ꝑtãtem
ꝛ ꝟtutẽ ſuꝑ oĩa demonia ꝛc. Aliud ꝙ darent ſpm̃ſanctũ
miniſterio ꝑ qõ oſtenderent ꝙ miſſi ſunt ab oĩm ſaluato-
re Act. 8. Tunc imponebant manus ſuꝑ eos ꝛc. Et tũc
cum impoſuiſſet illis manus paulus ſpũſſanct⁹ venit ſu-
per illos ꝛc. Et de his duobus modis dicit̃ Heb. 2. Cõ-
teſtante deo ſignis ꝛ portentis ꝛ varijs virtutib⁹ ꝛ ſpũſ-
ſancti diſtributionib⁹ ſcḋm ſuam voluntatẽ.

¶ Lectio tertia.

Sicut ſcriptum eſt credidit abraam
deo. ꝛ reputatũ ẽ ei ad iuſticiã. Co-
gnoſcite ergo q2 qui ex fide ſunt: hi
ſunt filij abrae. Prouidẽs aũt ſcp̃tura. q2 ex
fide iuſtificat gentes deus: prenũciauit ab-
rae. q2 benedicent̃ in te oĩes gentes. igitur
qui ex fide ſunt benedicentur cu3 fideli ab-
raam.

Supra ꝓbauit aplus experimento virtutẽ fidei ꝛ inſuffi-
cientiam legis: hic vero ꝓbat idem ꝑ auctoritates ꝛ rati-
tiones. Et ꝑ̃mo ꝓbat virtutẽ fidei in iuſtificando. Secũ-
do in hoc oñdit leg̃ defectũ ibi. Quicũꝙ em̃ ex operib⁹
legis ꝛc. Primũ autẽ ꝓbat vtens quodã ſillogiſmo. Vñ
circa hoc tria facit. Primo oſtendit minorẽ. Scḋo maio-
rem ibi. Prouidens aũt ſcp̃tura ꝛc. Tertio infert cõclu-
ſionem ibi. Igit̃ q̃ ex fide ꝛc. Circa ꝑ̃mũ duo facit. Prio
ꝓponit quandã auctoritatẽ ex q̃ elicit minorẽ. Scḋo cõ-
cludit eã ibi. Cognoſcite ꝙ ꝛc. Dicit ergo. Vere iuſticia
ꝛ ſpũſſanctus eſt ex fide ſicut ſcp̃tum eſt Geñ. 15. ꝛ intro-
ducitur Ro. 4. Q credidit abraam deo ꝛc. Ubi notan-
dum eſt ꝙ iuſticia conſiſtit in redditione debiti: homo
autem debet aliquid deo: ꝛ aliquid ſibi et aliq̃d ꝓximo.

Sed ꝙ aliquid debeat ſibi ⁊ ꝓximo hoc eſt ꝓpter deum.
Ergo ſumma iuſticia eſt reddere deo qđ ſuum eſt. Nam ſi
reddas tibi vel ꝓximo quod debes ⁊ hoc nō facis ꝓpter
deum. magis es peruerſus ꝙ̄ iuſtus cum ponas finem in
homine. Dei autem eſt quicquid eſt in homine et intelle-
ctus ⁊ voluntas ⁊ ipſum corpus. ſed tamen quodā ordi-
ne. q̄z inferiora ordinant̄ ad ſuꝑiora. ⁊ exteriora ad interi-
ora ſcꝫ ad bonū anime. ſupremū aūt in hoīe eſt mens. Et
ideo ꝑmū in iuſticia hominis eſt ꝙ mens hoīs deo ſub-
dat̄. ⁊ hoc fit ꝑ fidē. 2. corin. 10. In captiuitatē redigētes
omnē intellectum in obſequium xp̄i. Sic ergo dicendum
eſt in omnibus ꝙ deus eſt primū principiū in iuſticia. ⁊ q̄
deo dat ſcꝫ ſummū qđ in eo eſt ſubdendo: perfecte eſt iu-
ſtus. Ro. 8. Qui ſpū dei agunt̄. hi filij ſunt dei. Et ideo
dicit. Credidit abraā deo id eſt mentem ſuā deo ꝑ fidem
ſubdidit. Ecc̄. 2. Crede deo ⁊ recuperabit te ⁊c. Et infra.
Qui timetis dominū credite illi ⁊c. Et reputatū eſt ei ad
iuſticiam id eſt ipſum credere ⁊ ipſa fides fuit ei ⁊ eſt om-
nibus alijs ſufficiēs cauſa iuſticie. ⁊ ꝙ ad iuſticiam repu-
tet̄ ei exterius ab hominibꝰ. ſed interius a deo qui eos q̄
habent fidem ꝑ charitatem operantē iuſtificat: eis pecca-
ta remittendo. Ex hac aūt auctoritate concludit minorē
ꝓpoſitionē dicens. Cognoſcite ergo ⁊c̄. Quaſi dicat. Ex
hoc aliquis dicit̄ filius alicuius ꝙ imitat̄ opera eius. ſi ꝰ
vos filij eſtis abrae: opera abrae facite. Io. 8. Abraā aūt
non queſiuit iuſtificari ꝑ circumciſionē: ſed ꝑ fidem. ergo
⁊ illi q̄ querunt iuſtificari ꝑ fidem ſunt filij abrae. Et hoc
eſt qđ dicit. Quia abraam iuſtus eſt ex fide: ꝑ hoc ꝙ deo
credidit. ⁊ reputatum eſt ei ad iuſticiā. ergo cognoſcite ꝙ
illi qui ex fide ſunt id eſt qui ex fide credunt ſe iuſtificari
⁊ ſaluari: hij ſunt filij abrae ſcꝫ imitatione ⁊ inſtructione
Ro. 9. Qui filij ſunt ꝓmiſſionis eſtimant̄ in ſemine ⁊c̄.
Luc. 19. dicit̄ Zacheo. Hodie huic domui ſalus a deo fa-
cta eſt. eo ꝙ ⁊ ipſe ſit filiꝰ abrae ⁊c. Et Matth. 3. Potēs
eſt deus de lapidibꝰ iſtis id ē de gentilibus ſuſcitare fili-
os abrae: inq̄ntum ſcꝫ facit eos credentes. ¶ Conſeq̄nter
cū dicit. Prouidens aūt ſcp̄tura ⁊c̄. ponit maiorē que ſcꝫ
eſt ꝙ abrae ꝑnunciatū eſt ꝙ in ſemine ſuo benedicerentur
oēs gentes. Et hoc eſt qđ dicit. Prouidens ſcp̄tura. In-
ducens deum loquentē abrae dicit Gen̄. 12. Q. deus pre
nunciauit abrae ꝙ in te id eſt in his q̄ ad ſimilitudinē tuā
filij tui erunt imitatione fidei benedicent̄ omnes gentes.
Matth. 8. Multi veniūt ab oriente ⁊ occidēte ⁊c. ¶ Cō-
ſequenter cum dicit. Ergo q̄ ex fide ⁊c. Infert concluſio-
nem ex premiſſis. Vn̄ ſic poteſt formari argumentū. Deꝰ
pater nunciauit abrae ꝙ in ſemine ſuo benedicerent̄ oēs
gentes. Sed illi qui querunt iuſtificari ꝑ fidē ſunt filij ab
rae. ergo q̄ ex fide ſunt id eſt qui querūt iuſtificari ꝑ fidem
benedicent̄ cū fideli id ē credente abraam.

## Lectio quarta.

Quicūq̄ eīm ex operibus legis ſunt
ſub maledicto ſunt: ſcriptum eſt eīm.
Maledictus omnis qui non ꝑmanſe
rit in omnibꝰ que ſcripta ſunt in libro legis:
vt faciat ea. quoniā aūt ī lege nemo iuſtifica-
tur apud deum. Manifeſtū eſt quia iuſtꝰ ex
fide viuit. Lex autē non eſt ex fide: ſed q̄ fe-
cerit ea viuet in illis.

Supra oſtendit ap̄lus virtutem fidei: hic cōſequenter oſtē
dit defectum legis. Et primo ꝑ auctoritatem legis. Scđo
ꝑ humanā conſuetudinē ibi. Fratres ſm̄ hoīem dico ⁊c̄.
Circa primū tria facit. Primo oſtendit damnū occaſiona
liter ex lege conſecutum. Secundo legis inſufficientiam
ad ipſum damnū remouendū ibi. Quicūq̄ aūt in lege ⁊c̄
Tertio xp̄i ſufficientiā qua ipſum damnū eſt remotū ibi.
Chriſtus aūt nos redemit ⁊c. Circa primū duo facit. Pri
mo ꝓponit intentum. Secundo ꝓbat ꝓpoſitū ibi. Scri-
ptum eſt eīm. Maledictus ⁊c̄. Dicit ꝰ. Quicūq̄ eīm ⁊c̄.
Nā q̄z dixerat ꝙ q̄ ex fide ſunt benedicent̄ cū ſint filij ab-
rae. Poſſet quis dicere ꝙ ꝓpter oꝑa legis ⁊ ꝓpter fidē
benedicunt̄. ⁊ ideo hoc excludens dicit. Quicūq̄ ex ope
ribus legis ſunt: ſub maledicto ſunt. Sed contra. Antiq̄
patres fuerunt in operibus legis. ergo ſunt maledicti: ⁊ ꝑ
ꝯſequens damnati qđ eſt error manichei. Ideo hoc eſt ſa-
ne intelligendū. Et attendendū eſt ꝙ ap̄lus nō dicit. qui-
cūq̄ ſeruant opera legis ſub maledicto ſunt. q̄z hoc eſt fal
ſū ꝓ t̄pe legꝭ. ſꝫ dic̄. Quicūq̄ ſunt ex oꝑibꝰ legꝭ ⁊c̄. i.
q̄litercūq̄ in oꝑibꝰ legꝭ ꝯfidūt ⁊ putant ſe iuſtificari ꝑ ea.
ſub maledicto ſunt. Aliud eīm ē eē in oꝑibꝰ legꝭ: ⁊ aliud
ē ſuare legē. Nā hoc eſt legē implere. Et q̄ eam implet:
nō eſt ſub maledicto. Eſſe vero in operibꝰ legis eſt in eis
ꝯfidere ⁊ ſpem ponere. Et q̄ in eis hoc modo ſunt ſub ma
ledicto ſunt ſcꝫ tranſgreſſionis. Quod q̄dem nō facit lex.
q̄z concupiſcentia nō venit ex lege: ſed agnitio peccati ad
quod proni ſumus: ꝑ concupiſcentiā ꝑ legē ꝓhibitā. In-
q̄ntum ergo lex cognitionē peccati facit ⁊ nō ꝑbet auxiliū
contra peccatum: dicunt̄ eſſe ſub maledicto. cum neq̄ant
illud ꝑ ipſa opera euadere. Sunt autē quedā opera legis
cerimonialia: que in obſeruationibus fiebant. Alia ſunt
opera que ꝑtinent ad mores. de quibꝰ ſunt mandata mo-
ralia. Vnde ſm̄ glo. hoc qđ hic dicit̄. Quicūq̄ ex operi-
bus legis ſunt ⁊c. intelligendum eſt de operibꝰ cerimoni-
alibus: ⁊ nō de moralibus. Vel dicendū ꝙ loquit̄ hic apo
ſtolus de omnibus operibꝰ tam cerimonialibus ꝙ̄ mora-
libus. Opera eīm non ſunt cauſa ꝙ aliquis ſit iuſtus apđ
deum: ſed potius executiones ⁊ manifeſtationes iuſticie.
Nam nullus ꝑ opera iuſtificat̄ apud deum: ſed ꝑ habitū
fidei. non quidē acquiſitū ſed infuſū. Et ideo quicūq̄ ex
operibꝰ iuſtificari querūt ſub maledicto ſunt. q̄z ꝑ ea pec-
cata non remouent̄ nec aliq̄s quo ad deum iuſtificat̄: ſꝫ ꝑ
habitū fidei charitate informatū. Heb. 11. Hi oēs teſti-
monio fidei ⁊c. ¶ Conſeq̄nter cum dicit. Scriptū eſt eīm
⁊c. Probat ꝓpoſitū. ⁊ hoc primo quidē ſm̄ gloſam oſtē-
dit ꝑ hoc ꝙ nullus poteſt legē ſeruare hoc modo quo lex
precipit. Deut. 28. Q. omnis q̄ non ꝑmanſerit in oībꝰ
q̄ ſcripta ſunt in libro legis vt faciat ea id eſt qui non im-
pleuerit totam legem ſit maledictus. Sed implere totam
legem eſt impoſſibile vt dicit̄ act̄. 15. Vt quid temptatis
imponere iugū qđ neq̄ nos neq̄ patres noſtri portare po
tuimus. Ergo nullus eſt ex operibꝰ legis quin ſit maledi
ctus. Poteſt etiam accipi hoc quod dicit. Scriptū eſt eīm
⁊c. non vt ꝓbatio ꝓpoſiti: ſed vt oſtendat̄ eius expoſitio.
q̄ſi dicat. Dico ꝙ ſunt ſub maledicto: ſub illo ſcꝫ de q̄ di-
cit lex. Scriptum eſt eīm. Maledictus eſt oīs ⁊c̄. Vt in-
telligat̄ de peccato id eſt maledicto. Naꝫ lex impat bona
facienda ſeu mala vitanda. ⁊ imperando obligat: ſed non
dat virtutem obediendi. Et ideo dicit. Maledictus quaſi
malo adiectus omnis nullum excipiendo. q̄z vt dicit̄ act̄.
10. Non eſt ꝑſonarum acceptio apud deum. Qui non ꝑ-
manſerit vſq̄ in finē. Math. 24. Qui ꝑſeuerauerit vſq̄
in finem. In omnibꝰ non in q̄buſdā tantū. q̄z vt dicit̄ Iac.
2. Quicūq̄ totam legem ſeruauerit offendat autē in vno
factus eſt oīm reus. Que ſcripta ſunt in libro legis vt fa-
ciat ea. Non ſolū vt credat ſeu velit tm̄: ſed vt opere im-
pleat pē. Intellectus bonꝰ omnibꝰ facientibꝰ eum. San
cti autē patres ⁊ ſi in operibus legis erāt: ſaluabant̄ tm̄ in
fide venturi. confidentes in eius gratia ⁊ ſaltem ſpūaliter
legē implētes. Moyſes eīm vt in gloſa dicit̄ mlta quidē
ꝑcepit que nullus implere potuit ad domandā iudeorum

ſuperbiā dicentiū. Non deeſt qui impleat ſed deeſt q̄ iubeat. Sed hic eſt queſtio de hoc ꝙ dicit̄ Maledict⁹ omnis ⁊c. Dicitur enī Ro. 12. Benedicite ⁊ nolite maledicere. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ maledicere nihil aliud eſt q̄ malum dicere. poſſum ergo dicere bonū eſſe malū ⁊ malum eſſe bonū. ⁊ rurſum bonū eſſe bonū ⁊ malū eſſe malum. Et primū quidē ꝓhibet apoſtolus dicens: Nolite maledicere id eſt nolite dicere bonū eē malū ⁊ ecōtra ſed ſecundum licet. ⁊ ideo cū vituperamus peccatū maledicimus quidem ſed non dicēdo bonū malum. ſed dicimus malū eſſe malū. Et ideo licet peccatorē maledicere id eſt dicere eū eſſe malo adiectū vel eſſe malū. ¶ Conſequenter cū dicit. Quoniā autē in lege ⁊c. Oſtendit inſufficientiam legis non valentis ab illo maledicto eripere ex hoc ꝙ iuſtificare non poterat. Ad quod oſtendēdū vtitur quodam ſilogiſmo in ſecunda figura ⁊ eſt tal'. Juſticia eſt ex fide. ſed lex ex fide non eſt. ergo lex iuſtificare non poteſt. Circa hoc ergo primo ponit concluſionē cuꝫ dicit Quoniā autē in lege nemo iuſtificatur. Secundo autē maiorē cū dicit Quia iuſtus ex fide viuit. Tertio minorē cum dicit Lex autē non eſt ex fide. Dicit ergo. Dico ꝙ per legē maledictio inducta eſt. nec tamē ab illa maledictione lex eripit. quia manifeſtū eſt ꝙ nemo in lege iuſtificatur apud deū id eſt per opera legis. Circa qđ intelligendū eſt ꝙ illi qui negauerunt vetus teſtamentū ex hoc verbo occaſionē ſumpſerunt. Et ideo dicendū eſt ꝙ nemo iuſtificatur in lege id eſt per legē. Nam per eaꝫ cognitio quidē peccati habebatur. vt dicitur Ro. 5. ſed non habebatur per eā iuſtificatio. Ro. 3. Ex operibus legis nullus iuſtificabitur. Sed contra Jac. 2. dicit̄. Nōne abraam ex operibus iuſtificatus eſt. Reſpondeo dicēdum eſt ꝙ iuſtificare poteſt accipi dupliciter. Vel q̄tum ad executionē iuſticie ⁊ manifeſtationē. ⁊ hoc modo iuſtificatur homo id eſt iuſtus oſtenditur ex operibus operatis. Vel quantū ad habitū iuſticie infuſum ⁊ hoc modo non iuſtificatur quis ex operibus: cum habitus iuſticie qua homo iuſtificatur apud deū non ſit acquiſitus: ſꝫ per gratiaꝫ fidei infuſus. Et ideo ſignanter ap̄lus dicit. Apud deū. quia iuſticia que eſt apud deū in interiori corde eſt. iuſticia autē que eſt ex operibus id eſt que manifeſtat iuſtum eſt apud homines ⁊ hoc modo apoſtolus accipit apud deum. Ro. 2. Nō enī auditores ſed factores ⁊c. Ro. 4. Si ex operibus abraam iuſtificatus eſt habet gloriā ſed non apud deum ⁊c. Sic ergo patet concluſio rationis ſcilicet ꝙ lex iuſtificare non poteſt. ¶ Conſeq̄nt̄ cum dicit Quia iuſtus ⁊c. Ponit maiorē que eſt ex auctoritate ſcripture. Abacuc. 2. ⁊ introducit̄ etiaꝫ Ro. 1. ⁊ ad hebre. 10. Circa qđ notandū eſt . ꝙ in homine ē duplex vita. ſcilicet vita nature: ⁊ vita iuſticie. Vita quidē nature eſt per animā. Unde anima a corpore recedente: corpus remanet mortuū. Uita vero iuſticie eſt per deum Et ideo primū quo deus eſt in anima hominis eſt fides ad hebre. 11. Accedentē ad deū oportet credere. Eph. 3 Habitare chriſtum per fidem ⁊c. Et ſic dicimus ꝙ in anima pria īdicia vite apparēt in operib⁹ aīe vegetabil' quia aīa vegitabil' ē q̄ prio aduēit animali generato vt ph̄us dicit: ita quia primū principiū quo deus eſt in nobis eſt fides ideo fides dicitur principiū viuendi. Et hoc eſt qđ hic dicitur. Juſtus meus ex fide viuit. Et intelligenduꝫ eſt de fide per dilectionē operante. Minor autē ponitur ibi. Lex autē non eſt ⁊c. Et primo ponit̄ ipſa minor Secundo probatur ibi. Sed qui fecerit ⁊c. Dicit ergo Lex non eſt ex fide. Sed contra. lex mādat credere. ꝙ ſit vn⁹ deus. ⁊ hoc pertinet ad fidem. Ergo lex habebat fidem. ꝙ autē ſit vnus deus mandat̄ Deut̄. 6. Audi iſrael: dominus deus tuus ⁊c. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ hic loq̄tur de obſeruationibus mandatoꝝ legis ſc̄m ꝙ lex cōſiſtit in mandatis ⁊ preceptis cerimonialib⁹. ⁊ dicit ꝙ nō eſt ex fide Fides enī vt dicitur hebre. 11. eſt ſubſtātia ſperandarum rerum argumentum non apparentiū. Et ideo proprie implet mandatū de fide qui nō ſperat ex hoc aliqua preſentia ⁊ viſibilia conſequi: ſed bona inuiſibilia ⁊ eterna. Lex ergo quia ꝓmittebat terrena ⁊ preſentia vt dicitur Eſa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis: ideo non eſt ex fide ſed ex cupiditate poti⁹ vl' ex timore ſc̄m illos precipue: qui carnaliter legem ſeruabant. Aliqui tamē ſpiritualiter viuebant in lege: ſꝫ hoc non eſt ex ea ſed ex fide mediatoris. Et ꝙ lex non ſit ex fide probat cum dicit. Sed qui fecerit ea ſcilicet opera legis viuet in illis ſcilicet vita preſenti id eſt īmunis erit a morte temporali ⁊ conſeruabitur in vita preſenti. Vl' aliter dico ꝙ lex non eſt ex fide ⁊ hoc patet quia qui fecerit ⁊c. Quaſi dicat precepta legis non ſunt de credendis: ſed de faciendis: licet aliquid credendum annunciet. Et ideo virt⁹ eius nō eſt ex fide ſed ex operibus ⁊ hoc ꝓbat quia dominus quando voluit eam confirmare non dixit qui crediderit: ſed qui fecerit ea viuet in illis. Sed noua lex ex fide eſt. Matth. vltimo. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit ⁊c. Lex tamen eſt quoddā effigiatū ⁊ effectuꝫ ex fide: ⁊ ideo comparatur lex vetus ad legem nouaꝫ ſicut opera nature ad opera intellectus. Nam in ipſis operibus nature apparent quedam opera intellectus: nō ꝙ res naturales intelligant: ſed quia agūtur ⁊ ordinant̄ ab intellectu vt finem conſequātur. Sic ⁊ in veteri lege aliqua continentur que fidei ſunt nō ꝙ iudei ea prout erāt fidei haberent: ſed habebant ea in figura tantū fidei xp̄i ⁊ proteſtationē ex cuius fidei virtute ſaluabant̄ iuſti.

## Lectio quinta.

C c Hriſtus autem nos redemit de maledicto legis. fact⁹ pro nobis maledictū. quia ſcriptum eſt maledictus omnis qui pendet in ligno. vt in gentib⁹ benedictio abrae fieret in chriſto ieſu vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem.

Poſito damno a lege illato ⁊ defectu legis ab illo eripere non valentis: hic conſequenter oſtendit virtutē chriſti ab ipſo damno liberantis. Et primo oſtendit quomodo per chriſtum ab ipſo damno liberamur. Secūdo quomodo etiaꝫ ſuper hoc auxilium a chriſto acquirimus ibi Ut in gentibus ⁊c. Circa primū tria facit. Primo enim ponit liberationis auctoritatē. Secundo liberatiōis modum ibi. Factus pro nobis ⁊c. Tertio teſtimoniū ꝓphe ticum ibi. Quia ſcriptū eſt ⁊c. Dicit ergo primo. Quicunq; ſeruabant opera legis erāt ſub maledicto ſicut dictum eſt. Nec per legem liberari poterant. Jdeo neceſſe fuit aliquem habere qui nos liberaret: ⁊ iſte fuit chriſt⁹ Et ideo dicit Chriſtus redemit nos de maledicto legis Ro. 8. Quod impoſſibile erat legi ⁊c. Deus mittens filium ſuū ſcilicet chriſtū ⁊c. Redemit inq̄ nos ſcilicet iudeos p̄cioſo ſanguīe ſuo Apoc̄. 5. Redemiſti nos in ſanguine ⁊c. Eſa. 43. Noli timere q2 redemi te ⁊c. De maledicto legis id eſt de culpa ⁊ pena. infra. 4. Ut eos qui ſub lege erant redimeret. Oſee. 13. De morte redimam eos. Modū liberationis ponit cū dicit Factus ꝓ nobis maledictū. Ubi notandū eſt ꝙ maledictuꝫ eſt qđ dicitur malū. Et ſecundū duplex malū poteſt dici duplex maledictum ſcilicet maledictū culpe ⁊ maledictum pene. Et vtroq; modo poteſt hoc legi duplicit̄. Factū pro nobis maledictum. Et primo quidem de malo culpe. Nā chri

ſtus redemit nos de malo culpe. Unde ſicut redemit nos
de morte mortuus. ita redemit nos de maledicto culpe fa
ctus maledictum ſcilicet culpe nõ quidẽ ꝙ in eo pecca-
tum eſſet aliquod qui peccatũ non fecit nec dolus ⁊c. vt
dicitur. 1. Pe. 2. ſed ſm opinionẽ hominũ ⁊ precipue iu
deorum qui reputabant eũ peccatorẽ. Joh. 18. Si nõ eſ-
ſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eũ. Et ideo de
hoc dicitur. 2. cor. 5. Eum qui non nouerat peccatuȝ fe
cit pro nobis peccatum. Dicit autẽ maledictum non ma
ledictus. vt oſtendat ꝙ iudei eum ſceleratiſſimũ reputa
bant. Unde dicitur Joh. 9. Non eſt hic homo a deo ⁊c.
Et Joh. 10. De bono opere non lapidamꝰ te ſed de pec-
cato ⁊ de blaſphemia. Et ideo dicit. Factus eſt pro nobis
maledictum in abſtracto Quaſi dicat. Factꝰ eſt ipſa ma
ledictio. Secundo exponitur de malo pene. Nam chri-
ſtus liberauit nos a pena ſuſtinendo penam ⁊ mortẽ no-
ſtram. que quidẽ in nos ꝓuẽit ex ipſa maledictione pec-
cati. Inquantum ergo hanc maledictioneȝ peccati ſuſcepit
pro nobis moriendo dicitur eſſe factus pro nobis male-
dictum. Et eſt ſimile ei quod dicitur Ro. 8. Miſit deus
filium ſuum in ſimilitudineȝ carnis peccati id eſt morta-
lis. 2. cor. 5. Eum qui non nouerat peccatũ ſcilicet chri-
ſtum qui peccatũ non fecit deus ſcilicet pater pro nobis
fecit peccatum id eſt fecit pati penam. quando ſciliceȝ ob
latus eſt propter peccata noſtra. ¶ Conſequenter ponit
ſcripture teſtimoniũ cum dicit Quia ſcriptũ eſt. Male-
dictus omnis ⁊c. Et hoc Deutro. 27. Ubi ſciendũ ſcḋȝ
gloſam ꝙ in deut. vnde accipitur hoc verbuȝ tam in no
ſtris ꝙ̃ in hebreis codicibus habetur. Maledictꝰ a deo
omnis ⁊c. quod quidẽ ſciliceȝ a deo in antiquis hebreoꝝ
voluminibus non habetur vnde credit ꝙ a iudeis poſt
paſſionẽ domini appoſitũ ſit ad infamiã chriſti. Poteſt
autẽ exponi auctoritas ⁊ de malo pene ⁊ de malo culpe.
De malo quidem culpe ſic. Maledictus omnis q̃ pendȝ
in ligno non propter hoc ꝙ pendet in ligno ſed ꝓ culpa
ꝓ qua pendet. Et hoc modo chriſtus eſt eſtimatus ma-
ledictus in cruce pendens: propter hoc ꝙ maxime tali pe
na punitus fuit. Et ſecundũ hoc continuat ad p̃cedẽtia
Dominus enim p̃cepit in deut. vt qui ſuſpenſus fuerit in
veſpera deponat. Et ratio huius eſt. quia hec pena erat
ceteris abiectior ⁊ ignominioſior. Dicit ergo Uere factꝰ
eſt pro nobis maledictũ. quia ipſa mors crucis quã ſuſti
nuit ſufficit ad maledictionẽ. q̄r ſcriptũ eſt Maledictus
omnis ⁊c. De malo vero pene ſic expõit. Omnis qui ⁊c.
Maledictus. quia ipſa pena eſt maledictio ſcilicet ꝙ ſic
mortuus eſt. Et eſt maledictus a deo. quia deus ordina-
uit vt hanc penã ſuſtineret vt nos liberaret. ¶ Conſeq̄n
ter cũ dicit. Ut in gentibus benedictio ⁊c. Ponit ſpem
quam per chriſtũ ſuper hoc ꝙ per eũ liberamur de male-
dicto acquirimus vt dicitur Ro. 5. Non ſicut delictum
ita ⁊ donũ immo multo maius ſcilicet quia liberat a pec
cato ⁊ confert gratiã. Primo ergo ponit fructũ ⁊ quibꝰ
datur dicens. Ut in gentibꝰ benedictio abrae ⁊c. Qua-
ſi dicat. Factus eſt pro nobis maledictũ nõ ſolũ vt ma-
ledictionẽ remoueret: ſed vt in gentibus q̃ non ſub male
dictione legis erant: fieret benedictio abrae ꝓmiſſa Ge-
neſis. 22. In ſemine tuo benedicent omnes gentes ⁊c.
Et hec quidẽ benedictio facta eſt nobis id eſt impleta ẽ
per chriſtum qui eſt de ſemine abrae. cui dicte ſunt pro-
miſſiones ⁊ ſemini tuo qui eſt chriſtus. vt dicit infra eo-
dem cap. Que quidem benedictio ⁊ fructus ẽ vt pollici
tationem ſpiritus accipiamus id eſt ꝓmiſſiões quas ſpi
rituſſanctus facit in nobis ſcilicet de beatitudine eterna
qui quaſi arra ⁊ pignus nobis traditus ipſam nobis ꝓ-
mittit vt habetur Ephe. 1. ⁊ 2. cor. 2. Et quidem in pi
gnore datur ad certitudinẽ. Nam pignus eſt quedã cer-
ta ꝓmiſſio de re accipienda. Ro. 5. Non enim accepiſtis
ſpiritũ ſeruitutis ⁊c. ⁊ infra Si filij ⁊ heredes. Uel polli
citationẽ ſpiritus accipimus id eſt ſpiritũſanctũ. Quaſi
dicat Accipiamus pollicitationẽ de ſpiritusſancto factaȝ
ſemini abrae Johel. 2. Effundam de ſpiritu meo ⁊c. q̄a
per ſpiritumſanctuȝ coniungimur chriſto ⁊ efficimur ſe-
men abrae ⁊ digni benedictione. Secundo oſtendit per
quid ꝓueniat nobis iſte fructus dicens: Per fidem. ꝑ
quam quidẽ ⁊ hereditatẽ eternã acquirimꝰ. Ad hebre.
11. Accedentẽ ad deũ oportet credere quia eſt. ⁊ inquirẽ
tibus ſe remunerator ſit. Per fidem etiã acquirimꝰ ſpi-
ritũſanctũ. quia vt dicit Act. 5. Dominꝰ dat ſpiritũſan-
ctũ obedientibus ſibi ſcilicet per fidem.

## Lectio ſexta.

FRatres ſm hominẽ dico tamen ho-
minis confirmatum teſtamẽtuȝ ne-
mo ſpnit aut ſuperordinat. Abrae
dicte ſunt promiſſiones ⁊ ſemini eius. Non
dicit ⁊ ſeminibus quaſi in multis. ſed quaſi
in vno. ⁊ ſemini tuo qui eſt chriſtus. hoc au
tem dico teſtamentũ confirmatuȝ a deo que
poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta
eſt lex. non irritũ facit ad euacuandã ꝓmiſ-
ſionem. Nam ſi ex lege hereditas iã non ex
promiſſione. Abrae autẽ per repromiſſio-
nem donauit deus.

Poſtq̃ apoſtolus probauit per auctoritates ꝙ lex nõ iu
ſtificat: nec ad iuſtificationẽ que eſt per fidẽ ẽ neceſſaria
hic conſequenter oſtendit idem per rationes humanas.
Et circa hoc quatuor facit. Primo humanã conſuetudi
nem ponit. Secundo aſſumit promiſſionem diuinã ibi.
Abrae dicte ſunt promiſſiones ⁊c. Tertio infert conclu
ſionem ibi. Hoc autẽ dico ⁊c. Quarto oſtendit cõcluſio-
nem ſequi ex premiſſis ibi. Naȝ ſi ex lege ⁊c. Dicit ergo
Apte quidem prius locutus ſuȝ ſm auctoritatẽ ſcriptu-
re non allate voluntate humana ſed ſpiritusſancto vt di-
citur. 2. Pe. 1. Sed nunc ſm hominẽ dico ⁊ ſm ea que
humana ratio ⁊ conſuetudo habet. Ex quo quidẽ habe-
mus argumentũ ꝙ ad conferendũ de his que ſunt fidei
poſſumꝰ vti quacũq; veritate cuiuſcũq; ſcientie. Deut.
21. Si videris in numero captiuoꝝ mulierẽ pulchram ⁊
adamaueris eã volueriſq; habere vxorẽ. introduces eaȝ
in domũ tuã id eſt ſi ſapientia ⁊ ſciẽtia ſecularis placue-
rit tibi introduces eã infra terminos tuos que radet ceſa
riem ⁊c. id eſt reſecabis omnes ſenſus erroneos. Et inde
eſt ꝙ apoſtolus in multis locis in epiſtolis ſuis vtit au-
ctoritatibꝰ gẽtiliũ. ſicut illd .1. cor. 15. Corrũpũt bonos
mores ⁊c. Et illud Tit. 1. Cretenſes male beſtie ⁊c. Ut
q̃uis huiuſmodi ratiões vane ſint ⁊ infirme. quia vt di-
citur in pſalmo. Dominus ſcit cogitatiões hominũ q̄m
vane ſunt. tamẽ hominis confirmatũ teſtamentuȝ nemo
ſpernit aut ſuperordinat. quia nihil humanũ tantã firmi
tatem habet ſicut vltima volũtas hominis: ſperneret au
tem illud aliquis ſi diceret ꝙ teſtamẽtũ hominis confir-
matũ in morte teſtatoris ⁊ teſtibꝰ nõ valeret Si ergo te-
ſtamẽtũ huiuſmodi nemo ſpernit dicens non eſſe ſeruã-
dum. aut ſpernit aliquid mutãdo. multomagis teſtamẽ-
tum dei nullus ſpernere debet aut ſuperordinare infrin
gendo illud vel addendo vel diminuendo Apocal. vl-
timo. Si quis appoſuerit ad hec apponet deus ſuper il-
lum plagas ſcriptas in iſto libro. ⁊ ſi quis diminuerit de
verbis ꝓphetie huius auferet deus parteȝ eiꝰ ⁊c. Deut.

4. Non addetis ad verbū qđ vobis loquoꝛ: neqꝫ auferetis ex eo ⁊c. ¶ Conſequenter cū dicit. Abꝛae dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊c. Aſſumit ꝓmiſſionē diuinā abꝛae factam q̄ eſt quaſi quoddā teſtamentū dei. Et pꝛīo exponit hāc ꝓmiſſionē ſeu teſtamentū. Secundo vero aperit veritateꝫ teſtamenti ibi. Non dicit in ſeminibus ⁊c. Dicit ergo primo abꝛae dicte ſunt promiſſiones. Quaſi dicat ſicͤ teſtamentū hominis eſt firmū: ita ꝓmiſſiones diuine firme ſunt. Sed nunquid deus aliquas promiſſiones fecit ante legem? Utiqꝫ. quia abꝛae qui fuit ante legē ſcilicet ꝙ non falleret deus: dicte id eſt facte ſunt promiſſiōes ⁊ ſemini eius a deo. Sed abꝛae facte ſunt vt cui erant īplende: ſemini vero vt per quod impleretur. Dicit autē promiſſiones pluraliter: quia ꝓmiſſio de benedicēdo ſemine multa continebat. Uel qꝛ frequent̄ idem id eſt eterna beatitudo ſibi ꝓmiſſa eſt. ſicut Gen̄.12. In te benedicentur vniuerſe cognationes terre. Item.15. Suſpice celū ⁊ numera ſtellas ⁊c. Itē eodē. Semini tuo dabo terram hanc ⁊c. Itē.22. Benedicā tibi ⁊ multiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas celi ⁊c. Iſte ergo ꝓmiſſiones ſunt quaſi teſtamentū dei. quia eſt quedaꝫ oꝛdinatio de hereditate danda abꝛae ⁊ ſemini ſuo. Ueritatē autē teſtamenti aperit cū dicit. Non dicit in ſeminibus ⁊c. Quā quidē aperit eodē ſpiritu quo teſtamentū conditū eſt. Et hoc patet ex verbis teſtamenti. Non inquit dicit in ſeminibus q̄ſi in multis id eſt ſicut faceret ſi de multis illud valeret. ſꝫ in vno qđ eſt chꝛiſtus. quia ipſe ſolꝰ eſt per quē ⁊ in quo omnes poterunt benedici. Nam ipſe ſolus ⁊ ſingularis eſt qui non ſubiacet maledictiōi culpe: ⁊ ſi maledictio ꝓ nobis dignatus ſit fieri. Unde dicitur in pſ̄. Singulariter ſum ego ⁊c. Item Nō eſt qui faciat bonū ⁊c. Ecc.7. Uirū de mille vnum repperi ſcilicet chꝛiſtū qui eſſet ſine omni peccato: mulierē autē ex omnibus non inueni que a peccato omnino immunis eſſet adminus originali vel veniali. Concluſionē autē infert conſequenter cū dicit. Hoc autē dico Teſtamentū ⁊c. Ubi videamus per oꝛdinem quid ſit quod dicit. Dicit ergo ꝙ hoc ꝓmiſit deus abꝛae ſed hoc eſt teſtamentū ſcilicet ipſa promiſſio de hereditate adipiſcenda. Iere.31. Feriam domui iſrael: et domui iuda fedus nouū ⁊c. ¶ Confirmatū. Quod ideo ponit vt concoꝛdet cū premiſſis. Nā ſupra dixerat. Teſtamentū hominis confirmatū ⁊c. A deo ſcilicet qui promiſit. Et confirmatū dico iureiurādo. Gen̄.21. Per memetipſum iuraui ⁊c. Hebꝛe.6. vt per duas res īmobiles quibus impoſſibile eſt mentiri deū ⁊c. Hoc inq̄ teſtamētum lex non facit irritū. que quidem lex facta eſt ⁊ data a deo per moyſen. Iohan.1. Lex per moyſen data eſt ⁊c. Poſt quadringentos ⁊ triginta ⁊c. Et quaſi exponens quod dixerat ſubiungit. Non irritū facit ad euacuandaꝫ ꝓmiſſionē. Sic enī irritū fieret predictuꝫ teſtamentum ſi ꝓmiſſio facta abꝛae euacuaretur id eſt inuacuū facta eſſꝫ quaſi non ſufficeret ſemen abꝛae repromiſſum ad gentiū benedictionē. Per chꝛiſtum autē non ſunt euacuate ꝓmiſſiones patribus facte ſed confirmate Ro.15. Dico ieſum chꝛiſtum miniſtrū fuiſſe circūciſionis ad confirmandas ꝓmiſſiones patrum. Et.2.coꝛ.1. Quotquot enī ꝓmiſſiones dei ſunt in illo eſt ⁊c. Hoc autē quod dicitur. Poſt quadringentos ⁊ triginta annos concoꝛdat ei qđ habetur Exod.12. Habitatio filioꝝ qua māſerant in egypto fuit quadringentoꝝ triginta annoꝝ. Et act.7. Locutus eſt dominus ſcilicet abꝛae. quia erit ſemen eiꝰ accola in terra aliena ⁊ ſeruituti eos ſubijcient annis quadringentis triginta. Sed contra eſt quod dicitur Gen̄.15. Scito pꝛenoſcens ꝙ peregrinū futurū ſit ſemen tuuꝫ ⁊ ſeruitute eos ſubijcient ⁊ affligent eos ānis q̄drīgētis. Reſpondeo dicēdū ꝙ ſi fiat computatio annoꝛuꝫ a p̄ma promiſſione facta abꝛae que legitur Gen̄.12. vſqꝫ ad exitum filioꝛū iſrael de egipto quando data ē lex. ſic ſūt anni quadꝛingenti triginta ſicut hic ſcribitur ⁊ Exod.12. ⁊ Act.7. vſqꝫ ad exitum filioꝝ iſrael de egipto quādo data eſt lex. Si auteꝫ incipiat cōputatio a natiuitate yſaac de qua legitur Gen̄. viceſimopꝛimo ſic ſunt tātū quadringenti ⁊ quinqꝫ anni. Nam viginti quinqꝫ anni fuerunt a ꝓmiſſione facta abꝛae vſqꝫ ad natiuitatē yſaac. Abꝛaā enī erat ſeptuagintaquinqꝫ annoꝝ quando exiuit de terra ſua ⁊ facta eſt ei pꝛima ꝓmiſſio vt habet̄ Gen̄.12. Centenarius aūt fuit quando natus eſt yſaac vt habet̄ ibidē 21. Qꝫ autē a natiuitate yſaac vſqꝫ ad exitū filioꝝ iſrael de egipto fuerint quadringenti quinqꝫ anni pꝛobat̄ per hoc ꝙ yſaac fuit ſexaginta annoꝝ quando genuit iacob. vt habetur Gen̄.25. Iacob aūt erat.130. annoꝝ quādo intrauit egiptum vt habet̄ Gen̄.47. Et ſic a natiuitate yſaac vſqꝫ ad introitū iacob in egiptū fuerunt.190. anni Ioſeph autē fuit triginta annoꝝ quando ſtetit corā pharaone vt habetur Gen̄.41. ⁊ poſtea tranſierunt ſeptē anni fertilitatis ⁊ duo ſterilitatis vſqꝫ ad ingreſſum Iacob in egiptū vt habet̄ 45. Uixit autē Ioſeph.110. annis vt habetur Gen̄. vltimo. A quibꝰ ſi ſubtrahant̄ triginta ⁊ nouē anni remanēt ſeptuaginta ⁊ vnus annus. Fuerunt ergo a natiuitate yſaac vſqꝫ ad mortē Ioſeph ducenti ⁊ ſexaginta vnus annus. Fuerunt autē in egipto filij iſrael poſt moꝛtē Ioſeph.144. annis. vt rabanꝰ dicit in gloſa Act.7. Fuerunt ergo a natiuitate yſaac vſqꝫ ad exitum filioꝝ iſrael đ egipto ⁊ legē datā.405. anni Scriptura autē Gen̄.17. non curauit de minutis. Uel poteſt dici ꝙ quīto anno yſaac expulſus fuit iſmael ⁊ remanſit ſolus yſaac heres abꝛae. a quo tempoꝛe fuerunt quadringenti anni. ¶ Deinde cū dicit. Nam ſi ex lege ⁊c. Oſtendit quomodo ſequatur ex premiſſis ꝙ lex euacuaret ꝓmiſſiones. ſi lex neceſſaria eſſet ad iuſtificationē ſiue benedictionē gentiū. Dicit ergo vere promiſſio euacuaret̄ ſi lex neceſſaria eſſet. Naꝫ ſi hereditas ſciliꝫ benedictionis abꝛae eſſet ex lege iam nō eſſet ex repromiſſione id ē ex ſemine repromiſſo abꝛae. Si enī ſemen promiſſum eſſet ſufficiens ad hereditatē benedictiōis conſequendam non fieret iuſtificatio per legē. Deſtruit autē conſequēs cū dicit Abꝛae autē donauit deꝰ ⁊c. id eſt pꝛomiſit ſe daturū qđ ita certū erat ac ſi ſtatim daret per repromiſſionē id eſt per ſemen repromiſſum. Non ergo eſt ex lege hereditas id eſt benedictio de qua dicitur.1. Pe.3. In hoc vocati eſtis vt benedictionē hereditate poſſideatis.

## Lectio ſeptima.

**QUid igitur lex propter trāſgreſſionem poſita eſt donec veniret ſemen cui pꝛomiſerat: oꝛdinata per angelos in manu mediatoꝛis. Mediator autem vnius non eſt. deus autē vnus eſt.**

Poſtq̄ oſtendit apoſtolus ⁊ auctoꝛitate ſcripture ⁊ conſuetudine humana ꝙ lex iuſtificare non potuit: hic mouet duas dubitationes ⁊ ſoluit. Secunda dubitatio incipit ibi. Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei ⁊c. Circa primuꝫ tria facit. Pꝛimo mouet dubitationē. Secūdo ſoluit ibi Propter tranſgreſſiones ⁊c. Tertio quoddā in ſolutione poſitum manifeſtat ibi. Mediatoꝛ autē ⁊c. Poteſt autem eſſe dubiū ex premiſſis: ſi lex iuſtificare non poterat: an eſſet omnino inutilis. ⁊ hanc dubitationem mouet dicens: Quid igitur lex id eſt ad quid lex vtil̄ fuit. Et hāc punctuationeꝫ magis appꝛobat auguſtinus vt habet̄ in gloſa q̄ aliam que ſibi pꝛimitus melioꝛ videbatur vt deſtinguatur ſic. Quid igitur. Et poſtea dicatur lex propt̄

tranſgreſſiones ꝛc. Similis dubitatio proponit. Ro. 3.
vbi ſic dicitur: Quid igitur amplius iudeo ꝛc. ¶ Dein⸗
de cū dicit. Propter tranſgreſſiones. Soluit dubitatio⸗
nem motā. vbi quattuoꝛ facit. Primo propōit legis vti
litatē. Secūdo legis fructū ibi. Donec veniret ſemē ꝛc.
Tertio legis miniſtros ibi. Oꝛdiata per āgelos. Quar
to legis dominiū ibi In manu mediatoꝛis. Circa primū
notādū eſt ꝙ lex vetꝰ data eſt ꝓpt̄ quattuoꝛ. ſ3 quattu
oꝛ ex peccato conſecuta que enumerat beda ſcilicet pro⸗
pter maliciā: infirmitatē: concupiſcentiā: ⁊ ignoꝛantiam.
Eſt ergo lex primo data ad reprimendā maliciā dū ſcili⸗
cet ꝓhibendo peccatū ⁊ puniendo retrahebantur homi⸗
nes a peccato. ⁊ hoc tangit dicens. Propter trāſgreſſio
nes poſita eſt lex. id eſt ad tranſgreſſiones cohibendas.
⁊ de hoc habetur. 1. thi. 1. Iuſto lex nō eſt poſita ſed in⸗
iuſtis. Cuius ratio poteſt ſumi a philoſopho in. 4. ethi⸗
coꝛum. Homines enī bene diſpoſiti ex ſeipſis mouētur
ad bene agendū ⁊ ſufficiunt eis paterna mōita. vnde nō
indigent lege ſed ſicut Ro. 2. dicit. Ipſi ſibi ſunt lex ha⸗
bentes opus legis ſcriptū in coꝛdibus ſuis. Sed homi⸗
nes male diſpoſiti indigent retrahi a peccatiſ per penas
Et ideo quantū ad iſtos fuit neceſſaria legis poſitio que
habet coartatiuā virtutē. Secundo lex data eſt ad infir⸗
mitatem manifeſtandā. Homines enī de duobus ꝑſume⸗
bant. Primo quidē de ſcientia. Secundo de potentia.
Et ideo deus reliquit hominez abſq3 doctrina legis: tē
poꝛe legis nature. In quo dū in erroꝛes inciderunt con⸗
uicta eſt eoꝝ ſuperbia de defectu ſcientie. Sed adhuc re
ſtabat preſumptio de potentia. Dicebant enī nō deeſt q̄
impleat ſed deeſt qui iubeat. vt dicitur in gloſa ſuper il⸗
lud Exod. 24. Quicquid preceperit dn̄s facimꝰ ⁊ eri⸗
mus obedientes. Et ideo data eſt lex: que cognitionem
peccati faceret. Per legem enī cognitio peccati. Ro. 3.
Que tamē auxiliū gratie nō dabat ad vitandā peccata:
vt ſic homo ſub lege conſtitutus ⁊ vires ſuas experiret ⁊
infirmitatē ſuā recognoſceret inueniēs ſe ſine gratia pec
catum vitare non poſſe. ⁊ ſic auidius quereret gratiā Et
hec etiā3 cauſa poteſt ex his verbis accipi vt dicat ꝙ lex
poſita eſt propter tranſgreſſiones adimplendas: quaſi il
lo modo loquendo quo apoſtolus dicit Ro. 5. Lex ſub⸗
intrauit vt abundaret delictū: quod non eſt intelligēdu3
cauſaliter ſed conſecutiue. quia lege ſubintrante abūda⸗
uit delictū ⁊ tranſgreſſiones ſunt multiplicate. dū cōcu⸗
piſcentia nondū per gratiā ſanata in id quod ꝓhibebat
magis exarſit. ⁊ factū eſt peccatū grauius addita preua⸗
ricatione legis ſcripte. Et hoc deus permittebat vt ho⸗
mines imperfectionē ſuā cognoſcentes quererent media
toꝛis gratiam. Unde ſignāter dicit. Poſita eſt quaſi de⸗
bito oꝛdine collocata int̄ legē nature ⁊ legē gratie. Ter
tio data eſt lex ad domandā concupiſcentiā populi laſci⸗
uientis: vt diuerſis cerimonijs fatigati neq3 ad idolatri⸗
am neq3 ad laſciuias declinarent. Unde dicit Petrꝰ Ac
tuū. 15. Hoc eſt onus qđ neq3 nos ꝛc. Quarto ad inſtru⸗
endum ignoꝛantiā data eſt lex in figurā future gratie ſ3
illud Hebꝛe. 10. Umbrā habet lex ꝛc. ¶ Deinde cū dic̄
Donec veniret ſemē ꝛc. id eſt chꝛiſtus de quo ꝓmiſerat
deus per eū benedicendas omnes gentes. Matthei. 11.
Lex ⁊ ꝓphete vſq3 ad Iohannē ꝛc. Gen̄. 12. In ſemine
tuo ꝛc. Miniſtri autē3 legis ponunt̄ cū dicit. Oꝛdinata
id eſt oꝛdinanter data per angelos id eſt per nuncios dei
ſcilicet moyſen ⁊ aaron. Malach. 2. Legē requirent ex
oꝛe eius ꝛc. angelus enī domini ꝛc. Uel per angelos id
eſt miniſtros angeloꝝ. Actuū. 6. Accepiſtis legē in di⸗
ſpoſitionē angeloꝝ ꝛc. Et eſt data per angelos. quia lex
non debebat dari per filium qui maioꝛ eſt. Hebꝛe. 2. Si
enī qui per angelos factus eſt ſermo ꝛc. Dicit autē. Oꝛ⸗
dinata. quia oꝛdinabiliter data eſt ſcilic3 inter tꝑs legis
naturalis qua homines conuicti ſunt ꝙ ſe iuuare nō po
terant: ⁊ tempus gratie. Nam anteq̄ gratiam acciperēt
conuincendi erant de lege. Dominus autē legis dicitur
chꝛiſtus. Et ideo dicit in manu mediatoꝛis id eſt in pote
ſtate chꝛiſti. Deut. 33. In dextera eiꝰ ignea lex. 1. thi. 2.
Mediatoꝛ dei ⁊ hominū ꝛc. Iſte mediatoꝛ ſignificatꝰ eſt
per moyſen: in cuius manu eſt lex data Deutro. 5. Ego
ſequeſter ⁊ medius fui inter deū ⁊ vos ꝛc. ¶ Deinde cū
dicit Mediatoꝛ autē ꝛc. Exponit qđ dixit In manu me⸗
diatoꝛis quod poteſt tripliciť exponi. Uno modo q2 me
diatoꝛ non eſt vnius tm̄ ſed duoꝝ. Unđ cū iſte ſit media⸗
toꝛ dei ⁊ hominis opoꝛtet ꝙ ſit deus ⁊ homo. Si enī eſ⸗
ſet purus homo vel deus tantū non eſſ3 verus mediatoꝛ
Si ergo eſt verus deus ⁊ nullus eſt mediatoꝛ ſuiipſius.
poteſt videri alicui ꝙ preter ipſum ſunt alij dij quoꝝ eſt
mediatoꝛ. ⁊ hoc remouet dicens: ꝙ mediatoꝛ iſte ⁊ ſi nō
eſt vnius tantū nō propter hoc ſunt alij dij ſed deꝰ vnus
eſt. quia licet ipſe alius ſit in ꝑſona a deo patre: non ē ta⸗
men aliud in natura. Deut. 6. Audi iſrael dn̄s deꝰ ꝛc.
Eph. 4. Unus deus ꝛc. Secundo modo quia poſſ3 cre
di ꝙ iſte eſſet mediatoꝛ iudeoꝝ tantū. Ideo dicit. Dico
ꝙ chꝛiſtus eſt mediatoꝛ ſed nō vnius ſcilicet iudeoꝝ ſed
vnus eſt omniū id eſt ſufficiens ad oēs reconciliandos
deo quia ipſe deus eſt. Ro. 3. Unus deꝰ qui iuſtificauit
ex fide circūciſionē ⁊ prepuciū per fidē ꝛc. 2. coꝛ. 5. Deꝰ
erat in chꝛiſto mundū reconciliās ſibi ꝛc. Tertio modo
quia non eſt mediatoꝛ vnius populi tantū ſcilicet iudeo⸗
rum ſed etiam gentiliū. Ephe. 2. Ipſe eſt pax noſtra qui
fecit vtraq3 vnū. Et hoc ex parte gentiū auferendo idola
triam. ⁊ ex ꝑte iudeoꝝ ⁊ obſeruātia legis. Specialiť aūt
mediatoꝛ eſt filius non pater non ſpirituſſanctus: nihilo
minus tamen vnus eſt deus.

## Lectio octaua.

Lex ergo aduerſus promiſſa dei ab⸗
ſit. Si enī data eſſ3 lex que poſſ3 ho⸗
minem viuificare vere ex lege eſſet
iuſticia. Sed concluſit ſcriptura omnia ſub
peccato: vt promiſſio ex fide ieſu chꝛiſti da⸗
retur credentibus. Prius autē q̄3 veniret fi
des ſub lege cuſtodiebamur: concluſi in ea3
fidem que reuelanda erat. Itaq3 lex peda⸗
gogus noſter fuit in chꝛiſto vt ex fide iuſti⸗
ficemur. At vbi venit fides iā non ſumꝰ ſub
pedagogo.

Hic mouet apoſtolus aliā dubitationem. vtrū ſcilic3 lex
noceat gratie. Et primo mouet dubitationē dicēs: Lex
ergo ꝛc. Quaſi dicat Si lex poſita eſt propter tranſgreſ
ſiones: nunquid lex facit aduerſus ꝓmiſſa dei ſcilic3 vt
id quod deus promiſit ſe facturū per ſemen repromiſſu3
per aliū faciat. Abſit. Quaſi dicat. Non. Nam. ſ. eode3
Lex non irritū facit teſtamentū ad euacuandas ꝓmiſſio
nes ꝛc. Ro. 7. Lex ſancta ⁊ mandatū ſanctū. Secundo
cū dicit. Si enī lex data eſſet ꝛc. Soluit dubitationē. Et
primo oſtendit ꝙ lex non eſt contra promiſſa dei. Secū⸗
do ꝙ eſt in obſequiū promiſſoꝝ ibi. Sed cōcluſit ꝛc. Di
cit ergo ꝙ licet lex ſit poſita propter trāſgreſſoꝛes: nō ta⸗
men contrariatur promiſſioni dei. quia tranſgreſſiones
ipſas remouere non pōt. Si enī eas remoueret tūc mā⸗
feſte eſſet contra ꝓmiſſa dei. quia iuſticia eēt ꝑ aliu3 mo⸗
dū q̄ deus ꝓmiſit. q2 eſſet ꝑ legē ⁊ nō ꝑ fidē cu3 tm̄ dicat
Abacuc. 2. Iuſtus meꝰ ex fide viuit. Ro. 3. Iuſticia dei

eſt per fidẽ ieſu xpi. Et ideo dicit ꝙ ſi lex eſſet data talis
q̃ poſſet viuificare: id eſt tante virtutis eſſet ꝙ poſſz vitã
gratie ⁊ eternã beatitudinẽ ↄferre: tunc vere ⁊ nõ appa
renter iuſticia eſſet ex lege. ſi lex faceret qđ fides facere
dicitur. ⁊ ſic fruſtra eſſet fides. Sed lex non iuſtificat. q̃a
littera. ſ. legis occidit vt dicit. 2. cor. 3. Et Ro. 8. Lex
enĩ ſpiritus vite in chriſto ieſu ⁊c. ¶ Deinde cum dicit
Sed ſcriptura concluſit ⁊c. Oſtendit ꝙ lex nõ ſolũ non
contrariatur gratie ſed eſt ei etiã in obſequiuz. Et primo
oſtendit ꝙ lex obſequit̃ ꝓmiſſis dei. Secundo quõ hoc
obſequium manifeſtatum eſt in iudeis ibi. Prius autez
q̃ veniret fides ⁊c. Tertio quõ gẽtiles etiã ſine lege cõ
ſecuti ſunt ꝓmiſſa dei ibi. Omnes enĩ filij dei eſtis ⁊c.
Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ lex obſequitur ꝓmiſſis dei in
generali q̃tũ ad duo. Primo q: manifeſtat peccata. Ro
manoꝝ. 3. Per legẽ cognitio peccati. Deinde quia ma-
nifeſtat infirmitatẽ humanã. In q̃tũ homo nõ poteſt vi-
tare peccatũ niſi per gratiã que per legez non dabat̃. Et
ſicut iſta duo ſcilicet cognitio morbi ⁊ impotentia infir-
mi multũ inducunt ad querẽdũ medicũ: ita cognitio pec-
cati ⁊ proprie impotentie inducunt ad querendũ chriſtũ
Sic ergo lex obſecuta eſt gratie. in q̃tũ prebuit cognitio
nẽ peccati ⁊ experientiã ꝓprie impotentie. Et ideo dicit
Scriptura id eſt lex ſcripta ↄcluſit id eſt tenuit incluſos
iudeos ſub peccato id eſt oſtendit eis peccata que facie-
bant Ro. 7. Concupiſcentiã neſciebã ⁊c. Item conclu-
ſit. quia veniente lege ſumpſerũt occaſionẽ peccati Ro.
11. Concluſit deus oĩa in incredulitate ⁊c. Et hoc ideo
vt homo quereret gratiã. Et ideo dicit Vt ꝓmiſſio id ẽ
gratia repromiſſa daret̃ non ſolũ iudeis ſed omnib⁹ cre-
dentibus. quia illa gratia poterat liberare a peccatis. et
hec gratia eſt ex fide ieſu chriſti. ¶ Deinde cũ dicit. Pri
us autẽ q̃ veniret ⁊c. Ponit experimentũ hui⁹ obſequij
manifeſtatũ in iudeis. Et primo ponit obſequiũ iudeorũ
Secundo cõcludit quoddã correlariũ ibi Itaq3 lex peda
gogus ⁊c. Dicit ergo ſi ſcriptura id eſt lex ſcripta detinu
it omnia ſub peccato. quas vtilitates habebant iudei ex
lege anteq̃ veniret fides ex gratia? Rñdet ⁊ dicit. Nos
iudei ante aduentũ fidei cuſtodiebamur ſub lege: in q̃tũ
faciebat nos vitare idolatriã ⁊ m̃lta alia mala. Cuſtodie
bamur inq̃ non ſicut liberi: ſed quaſi ſerui ſub timore. et
hoc ſub lege id ẽ ſub onere legis ⁊ dominio. Ro. 7. Lex
in homine dominat̃ q̃to tẽpore viuit ⁊c. Et cuſtodieba-
mur cõcluſi id eſt ſeruati ne defluueremus ad vitia: ſed p̃-
pararemur in eã id eſt tã bonã fidẽ q̃ reuelãda erat Eſa.
56. Iuxta eſt ſalus mea et vẽiat. vt iuſticia mea et reue-
letur. Et dicit reuelanda. quia cũ fides excedat oẽ hu-
manũ ingeniũ nõ poteſt per ꝓpriũ ſenſum haberi ſed ex
reuelatione ⁊ dono dei Eſa. 40. Reuelabit̃ gloria dñi
⁊c. Vel in eã fidẽ que reuelanda erat tẽpore gratie in an
tiquis tẽporibus multis ſignis latens. Unde ⁊ tempore
chriſti velũ templi ſciſſum eſt Matth. 27. ¶ Conſequẽ-
ter cũ dicit Lex pedagogus ⁊c. Concludit quoddã cor-
relariũ. Et primo oſtendit legis officiũ. Secundo officij
teſtationẽ ibi. At vbi venit plenitudo temporis ⁊c. Offi
ciũ autẽ legis fuit officiũ pedagogi Et idõ dič Lex peda
gogus noſter ⁊c. Quamdiu enĩ heres non poteſt conſe-
qui beneficiũ hereditatis vel propt̃ defectũ etatis ſeu ali-
cuius debite perfectionis: conſeruat̃ ⁊ cuſtoditur ab ali-
quo inſtructore. qui quidẽ inſtructor pedagogus dicit̃ a
pedos qđ eſt puer ⁊ goge qđ eſt ductio. Iudeis autẽ ꝓ-
miſſa erat benedictio futuri ſeminis de hereditate obſe-
quenda: ſed nondũ aduenerat tẽp⁹ ipſius hereditatis cõ
ſequende. Et ideo neceſſariũ erat ꝙ cõſeruarent̃ vſq3 ad
tempus futuri ſeminis ⁊ cohiberent̃ ab illicitis quod fa-
ctũ eſt ꝑ legẽ. Et ideo dicit Itaq3 ⁊c. Quaſi dicat. Ex q̃

ſub lege cuſtodiebamur lex fuit noſter pedagogus id eſt
dirigens ⁊ conſeruans in xpo id eſt in viã chriſti. Et hoc
ideo vt ex fide chriſti iuſtificaremur. Oſee. 11. Puer iſrl̃
⁊ dilexi eũ. Ier. 31. Caſtigaſti me domine ⁊ erudit⁹ ſum
⁊c. Ro. 3. Arbitramur enĩ hominẽ iuſtificari per fidem.
⁊c. Et q̃uis lex pedagogus noſter eſſet nõ tamen ad per
fectã hereditatẽ ducebat. quia vt dicit Hebre. 7. Nemi-
nẽ ad ꝑfectũ adduxit lex ⁊c. Sed hoc officiũ ceſſauit poſt
q̃ vẽit fides. Et hoc ẽ quod dicit At vbi vẽit fides ſcili-
cet chriſti iam non ſum⁹ ſub pedagogo id ẽ ſub coactio-
ne que non ẽ neceſſaria liberis. 1. cor. 13. Cum eſſem p̃-
uulus ⁊c. cum autẽ factus ſum vir ⁊c. 2. cor. 5. Si qua
ergo in chriſto noua creatura vetera tranſierunt ⁊c.

## Lectio nona

**Omnes enĩ filij dei ſunt per fidẽ que
eſt in chriſto ieſu. Quicunq3 enĩ in
chriſto baptizati eſtis: chriſtũ indui
ſtis. Non eſt iudeus: neq3 grecus: nõ eſt ſer
uus neq3 liber: non eſt maſculus, neq3 femi-
na. Omnes enĩ vos vnũ eſtis in chriſto ie-
ſu. Si autez vos chriſti ergo ſemẽ abrae eſtiſ
ſcđm ꝓmiſſionẽ heredes.**

Hic oſtendit apoſtolus ꝙ ad fructum gratie gentiles ſi-
ne obſequio legis peruenerunt: ad quẽ tamẽ iudei per-
ducti ſunt per legis cuſtodiã ⁊ obſequiũ. Et circa hoc fa
cit tria. Primo ꝓponit intentũ. Secundo manifeſtat ꝓ-
poſitũ ibi. Quicunq3 enĩ in chriſto ⁊c. Tertio ex hoc ar
gumentat̃ ibi. Si autẽ vos xpi ⁊c. Dicit ergo vere nõ ſu
mus ſub lege id eſt ſub pedagogo ⁊ coactione: quia ſum⁹
filij dei. Similit̃ ⁊ vos ſub lege neq3 ſub pedagogo eſtis
quia ſcilicet ad gratiã perueniſtis. Ideo omnes eſtis fi-
lij dei per fidem non per legẽ Ro. 8. Nõ enĩ accepiſtis
ſpiritũ ſeruitutis ſcilicet timoris qui dabatur in lege ve-
teri: ſed accepiſtis ſpiritũ filiorũ ſcilicet charitatis ⁊ amo
ris qui datur in noua lege per fidẽ Ioh. 1. Dedit eis po-
teſtatẽ filios dei fieri ⁊c. Si ergo filij dei eſtis per fidem
quare vultis eſſe ſerui per legis obſeruantias? Naz ſola
fides homines facit filios dei adoptiuos. Nullus ſiqui-
dem eſt fili⁹ adoptiuus: niſi vniatur ⁊ adhereat filio na-
turali Romanoꝝ octauo. Quos preſciuit conformes
fieri ymaginis filij eius ⁊c. Fides enĩ facit nos in xpo ie-
ſu filios Ephe. 3. Habitare xpm per fidẽ in cordibus ve-
ſtris. Et hoc in chriſto ieſu id eſt filij dei eſtis per ieſum
chriſtũ. ¶ Conſequent̃ cũ dicit. Quicunq3 enĩ in chri-
ſto ⁊c. Manifeſtat ꝓpoſitũ. Et circa hoc tria facit. Pri-
mo ꝓponit ꝓpoſiti manifeſtationẽ. Secundo manifeſta
tionis expoſitionẽ ibi. Non eſt iude⁹ ⁊c. Tertio aſſignat
manifeſtationis rationẽ ibi. Omnes enĩ vnũ ſumus ⁊c.
Mãifeſtat aũt circa primuz quõ ſum⁹ in xpo ieſu filij dei
Et hoc eſt ꝙ dicit. Quicunq3 enĩ in chriſto ieſu ⁊c. Qđ
poteſt quadruplicit̃ exponi. Uno modo vt dicat̃. Qui-
cunq3 in chriſto ieſu baptizati eſtis id eſt inſtitutione xpi
ad baptiſmũ inſtructi eſtis. Marc vltimo Euntes in mũ
dum vniuerſum predicate euangeliũ omni creature ⁊c.
Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit ⁊c. Alio modo Qui-
cunq3 in chriſto ieſu baptizati eſtis ſcilicet per ſimilitudi
nem ⁊ per configurationẽ mortis xpi. Ro. 6. Quicunq3
baptizati ſumus in chriſto ieſu in morte ipſius baptizati
ſumus. Vel in chriſto ieſu. id eſt in fide ieſu chriſti. Naz
baptiſmus nõ fit niſi in fide ſine qua effectũ baptiſmi nul
lum conſeq̃mur. Mar. vl. Qui crediderit ⁊ baptizatus
fuerit ſalu⁹ erit ⁊c. Vl̃ in xpo ieſu. i. in virtute ⁊ oꝑatiõe
eius. Ioh. 1. Sup quẽ videris ſpm̃ deſcendentẽ hic ẽ q̃

baptizat Quicūq̧ ĝ iſtis quattuoꝛ modis baptizati eſtꝫ
chꝛiſtū induiſtis. Ubi ſciendū eſt ꝙ qui induit aliq̄ veſte
ꝓtegitur ac cōtegitur ea. ⁊ apparet ſub coloꝛe veſtis co-
loꝛe ꝓpꝛio occultato. Eodē modo ⁊ qui induit xp̄m ꝓ-
tegitur ⁊ contegitur a chꝛiſto ieſu contra impugnatiōes
⁊ eſtus ⁊ in eo nihil aliud apparꝫ niſi q̄ chꝛiſti ſunt. Ro.
13. Induite dominū ieſum chꝛiſtū. Et ſicut lignum accē-
ſum induitur igne ⁊ ꝑticipat eius virtutē: ita ⁊ qui chꝛi
ſti virtutes accipit induit xp̄o. Luc vl. Sedete in ciuita
te donec induamini virtutē ⁊c. Quod in illis locū habꝫ
qui interius xp̄i virtute īfoꝛmant. Ephe. 4. Induite no-
uum hominē qui ſm ⁊c. Et nota ꝙ chꝛiſtū aliqui indu-
unt exterius per bonā conuerſationē: ⁊ interius ꝑ ſpiri-
tus renouationē ⁊ ſm vtrunq̧ per ſanctitatis configura
tionē vt tangit in gloſa. ¶ Expoſitionē autē manifeſta-
tionis ponit cū dicit. Non eſt iude⁹ ⁊c. Quaſi dicat ve-
re dixi ꝙ quicūq̧ in xp̄o ieſu ⁊c. quia nihil poteſt eſſe in
hominibus qđ faciat exceptionē a ſacramento fidei xp̄i ⁊
baptiſmi. Et pōit tres differētias hoīm: oſtēdens ꝙ per
eas nullus excipitur a fide xp̄i. Prima differentia eſt q̄-
tum ad ritū cū dicit Nō eſt iudeus neq̧ grec⁹. Quaſi di-
cat Ex quo in xp̄o ieſu baptizatus eſt. nō eſt differētia ꝙ
ꝓpter hoc ſit indignioꝛ in fide ex quocunq̧ ritu ad eaꝫ
venerit ſiue ex ritu iudaico ſiue greco. Ro. 3. An iudeo-
rum deus tm̄: Nonne ⁊ gentium: Immo ⁊ gentiū. quo-
niam quidem vnus deus qui iuſtificauit ex fide circum-
ciſionem ⁊ pꝛeputium per fidem. Et Romanoꝝ. 10. Nō
eſt diſtinctio iudei ⁊ greci ⁊c. Sed contra quod dicitur
Romanoꝝ. 3. Quid ergo amplius eſt iudeo. Multum
quidē per omnē modū. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ iu-
dei ⁊ greci poſſunt conſiderari dupliciť. Uno modo ſcđꝫ
ſtatum in quo erant ante fidem ⁊ ſic amplius fuit iudeo
ꝓpter beneficium legis. Alio modo q̄tuꝫ ad ſtatū gra
tie ⁊ ſic non eſt amplius iudeo. ⁊ de hoc intelligitur hic.
Secunda differentia eſt quantum ad ſtatū ⁊ conditionē
cum dicit Non eſt ſeruus neq̧ liber. id eſt neq̧ ſeruitus
neq̧ libertas: neq̧ nobilitas: neq̧ ignobilitas differētī-
am facit ad recipiendū effectū baptiſmi. Iob. 3. Paru⁹
⁊ magnus ibi ſunt ⁊ ſeruus liber a domino ſuo. Ro. 2.
Non eſt perſonarū acceptio apud deum. Tertia differē-
tia eſt q̄tum ad naturā cū dicit. Non eſt maſculus neq̧
femina. quia ſexus nullā differentiam facit quantum ad
participandum baptiſmi effectū Gal. 3. Non eſt maſcul⁹
aut femina ⁊c. ¶ Expoſitiōis vero rationē ponit cum di-
cit. Omnes eñ vos vnū eſtis in chꝛiſto ieſu. Quaſi di-
cat Uere nihil hoꝝ eſt per quod differētia fiat in chꝛiſto.
quia vos omnes ſcilicet fideles vnū eſtis in chꝛiſto ieſu.
qui in baptiſmo omnes eſtis effecti mēbꝛa chꝛiſti ⁊ vnuꝫ
coꝛpus. ⁊ ſi inter vos ſitis diuerſi. Ro. xij. Omnes vnū
coꝛpus ſumus in chꝛiſto ⁊c. Ephe. 4. Unū coꝛpus vn⁹
ſpiritus ⁊c. Ubi autem eſt vnitas: differentia non habꝫ
locum. Pꝛo hac vnitate oꝛat chꝛiſtus Iohan. 17. Uolo
pater vt ſint vnuꝫ ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit Si au
tem vos eſtis ⁊c. Arguit ad pꝛincipale ꝓpoſitum hoc
modo. Dixi ꝙ abꝛae dicte ſunt ꝓmiſſiones ⁊ ſemini ei⁹
ſed vos eſtis abꝛae. ergo ad vos pertinꝫ ꝓmiſſio abꝛae
de hereditate conſequenda. Minoꝛem ſic pꝛobat. Uos
eſtis filij dei adoptiui. quia eſtis vniti per fidem chꝛiſto
qui eſt filius dei naturalis. Sed chꝛiſtus eſt filius abꝛae
in vno ſemine tuo qui eſt chꝛiſtus. Ergo ſi vos eſtis chꝛi
ſti id eſt in chꝛiſto eſtis ſemen abꝛae. id eſt filij: cuꝫ chꝛi-
ſtus filius ei⁹ ſit. Et ſi filij eſtis ⁊ heredes. id eſt ad vos
pertinet hereditas ſm ꝓmiſſionem abꝛae factam. Ro-
manoꝛum nono. Non qui filij ſunt carnis hij ſunt filij
ſed qui ſunt filij ꝓmiſſionis hij eſtimantur in ſemine
dei.

¶ Capitulū quartū

Dico aūt q̄̄to tēpoꝛe heres ꝑuul⁹
eſt nihil differt a ſeruo: cū ſit do-
min⁹ omniū: ſed ſub tutoꝛibus ⁊
actoꝛibus eſt vſq̧ ad pꝛefinitum
tēpus a patre. Itaq̧ ⁊ nos cū eſſemus par-
uuli ſub elemētis mundi eram⁹ ſeruientes
Poſtq̄ oſtendit apoſtolus legis defectū: hic conſequē-
ter oſtendit gratie dignitatē. Et pꝛimo per exemplū hu-
manū. Secundo per exemplū creature ibi. Dicite mihi
qui ſub lege vultis eſſe ⁊c. Circa pꝛimū duo facit. Pꝛio
oſtendit dignitatē gratie pꝛimitiue ſtatus veteris legis
ꝑ ſimilitudinē a lege humana ſumptā. Secundo oſtēdit
ꝙ ipſi facti ſunt ꝑticipes huius dignitatis ꝑ fidem ibi.
Qm̄ autē eſtis filij dei ⁊c. Tertio arguit ipos eo ꝙ hāc
dignitatē cōtēnebant ibi. Sed tunc quidē ignoꝛātes de-
um ⁊c. Circa pꝛimū duo facit. Pꝛimo ponit ſimilitudi-
nē. Secundo adaptat eā ad ꝓpoſitū ibi. Ita ⁊ nos cum
eſſemus ⁊c. ¶ Notandū eſt autē ꝙ in ꝓpoſita ſimilitudi
ne quatuoꝛ tangit apoſtolus. Pꝛimo quidē dignitatem.
q: nō eſt ſeruus ſed heres. Unde dicit. Quanto tēpoꝛe
heres ⁊c. Quod aptat ⁊ refert ad populū iudeoꝝ q̄ fuit
heres ꝓmiſſionis abꝛae. pſ. Elegit nos in hereditatem
ſibi. Et ad chꝛiſtū qui eſt heres omniū Hebꝛe. 1. Quem
cōſtituit heredē vniuerſoꝝ. Secundo eius paruitatem.
Unde dicit Paruul⁹ eſt. quia ⁊ iudei paruuli erant ſm
ſtatū legis Amos. 7. Quis ſuſcitabit Iacob: q: paruu-
lus eſt: Similiť ⁊ chꝛiſtus paruul⁹ factus eſt ꝑ incarna-
tionē. Eſa. 9. Paruulus natus eſt nobis ⁊c. Sed nota
ꝙ aplus aliqñ aſſimulat ꝑuulo ſtatū legis ſicut h̄. Ali-
quando ſtatū pꝛeſentis vite. 1. coꝛ. 13. Quando erā par-
uulus ⁊c. Cuius ratio eſt. quia ſtatus veteris legis eſt ſi
cut paruulus ꝓpter imꝑfectionē cognitiōis in xp̄o ad
ſtatū gratie ⁊ veritatis que ꝑ chꝛiſtū facta eſt. Sic ⁊ ſtat⁹
pꝛeſentis vite: in qua videmus per ſpeculū in enigmate
eſt ſicut paruulus comparat⁹ ſtatui future vite: in qua eſt
ꝑfecta dei cognitio. quia videtur ſicuti eſt. ¶ Tertio ei⁹
ſubiectionē cū dicit. Nihil differt a ſeruo cū ſit dn̄s omni
um. ſed ſub tutoꝛibus ⁊c. ꝓpꝛiū eñ ſerui eſt ꝙ ſit ſubie
ctus alicui dn̄o. Puer autē q̄diu paruulus eſt: quia nō
habet cognitionē perfectā ⁊ vſuꝫ libere voluntatis ꝓ-
pter defectū etatis cōmittitur cuſtodie alioꝝ qui ⁊ bona
ſua defendant. ⁊ hij dicunť tutoꝛes ⁊ negocia agāt: ⁊ hij
actoꝛes nominanť. Et ideo licet ſit dominus omniū rerū
ſuaꝝ. tñ inq̄tū ſubijciť alijs nihil differt a ſuo Eſa. 44
Et nunc ſeruus meus Iacob ⁊c. Sed notanduꝫ eſt ꝙ in
populo iudaico ali qui erant ſimpliciť ſerui. illi ſcilicet q̄
ꝓpť timoꝛē pene ⁊ cupiditatē tēpoꝛaliuꝫ q̄ lex ꝓmitte-
bat legē ſeruabant. Aliqui vero erant: qui non erāt ſerui
ſimpliciter: ſed quaſi ſerui exiſtētes: erant vere filij ⁊ he-
redes. qui licet attenderēt exterius ad tēpoꝛalia ⁊ vita-
rent penas: nihilominus tamen in eis finē nō ponebant
ſed accipiebant ea vt figurā ſpiritualiū bonoꝝ. Unde li-
cet viderent nihil exterius differre a ſeruis: inq̄tuꝫ ceri-
monias ⁊ alia legis mādata ſeruabant. tñ erāt dn̄i: q: nō
ea intentiōe eis vtebanť: vt ſerui. q: illis vtebanť amoꝛe
ſpiritualiū bonoꝝ que ꝑfigurabāt Serui vero timoꝛe pe
ne ⁊ cupiditate terrene cōmoditatis. Xp̄s erat etiā quaſi
ſu⁹ q: licꝫ ſit dn̄s oīm ſꝫ illō pſ. Dixit dn̄s dn̄o meo ⁊c.
tñ nihil videbať differre a ſuo ī exterioꝛib⁹ inq̄tū homo
Phil. 2. Exinaniuit ſemetipꝫ foꝛmā ſui accipiēs ⁊ ha-
bitu īuent⁹ vt hō. Sub tutoꝛib⁹ aūt ⁊ actoꝛib⁹ erat: quia
ſub lege factus erat vt diciť īfra eodē. Fact⁹ ſub lege. Et
hominib⁹ ſubditus. vt diciť Luce. 2. Erat ſubdit⁹ illis

¶ Quarto ponit tēporis cōgruitatē cum dicit: Uſqꝫ ad pfinitum tempus a patre: qꝛ ſicut heres ſm determinationē patris pfinito tēpore ſub tutoribus ē: ita ꝛ lex determinatū tempus habuit a deo q̄diu deberet durare ꝛ q̄diu heres ſcꝫ populus iudeorū eſſet ſub ea. Similiter et pfinitum tempus fuit a pr̄e quo xp̄s non erat factur⁹ miracula ꝛ oſtenſurus dominiū ptātis diuine Jo. 2. Nōdū venit hora mea. Hanc ſimilitudinem adaptat cum dicit cōſequēter. Ita ꝛ nos ꝛc. Et primo adaptat eā quantuꝫ ad iudeos. Secundo quantū ad xp̄um ibi. At vbi venit plenitudo temporis. Dicit ergo. Dico ꝙ quanto tēpore heres paruulus ē ꝛc. Et ita nos iudei cum eſſemus paruuli in ſtatu legis veteris: ſub elementis mundi eramus ſeruientes. i. ſub lege que tēporalia promittebat. Eſa. 1. Si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetꝭ. Et cōminabatur penas tēporales. Uel lex vetus dicitur elementū quia ſicut pueris qui ſunt inſtruendi ad ſciam primo pponunt elemēta illius ſciētie per que manuducūtur ad illam ſciam. ita lex vetus propoſita eſt iudeis per quā manuducerent ad fidem ꝛ iuſticiā. ſupra. 3. Lex pedagogus noſter fuit in xp̄o. Uel ſub elementis. i. corporalibus rerum ritibus quos ſeruabant. ſicut lunares dies neomenias ꝛ ſabbatū. Nec tamē inſtandū ē ꝙ ppter hoc non differrent a paganis qui elemētis ſeruiebāt huius mundi cum eis nō ſeruirent iudei ſeu cultum impēderent: ſed ſub eis deo ſeruiebant ꝛ eum colebant. gentiles vero elementis ſeruientes eis diuinū cultum impēdebant. Ro. 2. Seruierunt creature potius q̄ creatori. ꝛc. Fuit autē neceſſarium ꝙ iudei ſub elementis huius mundi deſeruirent deo qꝛ iſte ordo eſt congruus nature humane vt a ſenſibilib⁹ ad intellectualia perducātur.

## Lectio ſecunda.

At vbi venit plenitudo temporis: miſit deus filiū ſuū fctm̄ ex muliere factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt redimeret: vt adoptionē filiorum reciperemus.

Hic adaptat apl's ſimilitudinē ppoſitā ad xp̄m. Et p̄mo ponit adaptatio. Secūdo finis rei in qua ſimilitudo adaptatur. ibi. At eos qui ſub lege erant ꝛc. Sciendū ē autē ꝙ ſupra in ſimilitudine propoſita quatuor oſtendit ꝑ ordinem ſicut dictū eſt. Hic autem illa quattuor adaptans ad chriſtum incipit ab vltimo. ſ. a determinatione temporis cuius ratio eſt quia idem tēpus fuit in quo chriſt⁹ fuit humiliatus ꝛ in quo fideles fuerunt exaltati. Et iō dicit. At vbi venit plenitudo temporis id eſt poſtq̄ tempus qō fuerat prefinitū a deo patre de mittendo filio ſuo erat completū. ꝛ hoc modo accipitur. Luc. 2. Impleti ſunt dies ꝛc. Dicitur autem plenum tempus illud propter plenitudinem gratiarū que in eo dantur. ſm illud. ps. Flumen dei repletum ē aquis. ꝛc. Item propter impletionē figurarū veteris legis. Mat. 5. Non veni ſoluere legē ꝛc. Item ppter impletionē pmiſſorū. Dan. 9. Confirmabit autē pactū multis hebdomadis vna. Hoc autē qō dicit. At vbi venit plenitudo temporis. ꝛc. ſimiliter ꝛ in alijs ſcripture locis vbi tempus circa chriſtum impleri dicitur. non eſt referendum ad fatalem neceſſitatem ſed ad diuinā ordinationē de qua dicitur in p̄s. Ordinatione tua perſeuerant dies. ꝛc. Aſſignat autem duplex ratio quare illud tempus pordinatum eſt ad aduentum chriſti. Una ſumitur ex magnitudine. Quia enim magnus ē qui ventur⁹ erat: oportebat ꝛ multis indicijs ꝛ multis pparationibus hoīes ad aduentū ei⁹ diſponi. Heb. p̄mo. Multifarie multiſqꝫ modis ꝛc. Alia ex conditione venientis Quia enī medic⁹ erat venturus oportebat ꝙ ante aduentum ſuū conuincerent hoīes de morbo. ꝛ quantū ad defectū ſcīe in lege nature: ꝛ quantū ad defectum virtutis in lege ſcripta. Et ideo oportuit vtrūqꝫ tempus. ſcꝫ ꝛ legē nature ꝛ legem ſcripture aduentū xp̄i precedere. Secundo adaptat quantū ad hereditariā dignitatē cū dicit. Miſit de⁹ filiū ſuum ſcꝫ propriū ꝛ naturalē. Et ſi filius ergo ꝛ heres. Dicit autem filiū ſuum id ē proprium naturalem ꝛ vnigenitū non adoptiuum. Joh. 3. Sic deus dilexit mundū vt. ꝛc. Miſit inq̄ cū nō a ſe ſeparatū. qꝛ miſſus ē per hoc ꝙ aſſumpſit humanaꝫ naturā. ꝛ tamē erat in ſinu pr̄is. Jo. 1. Unigenit⁹ q̄ ē in ſinu patris eternalit̄. Jo. 3. Nemo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo filius hominis qui ē in celo. Qui licet deſcenderit per aſſumptionem carnis. tamē ē in celo. Item miſit eum nō vt eēt vbi prius non erat. quia licet in propria venerit per preſentiam carnis in mūdo tñ erat per pſentiā deitatis: vt dicitur Jo. 1. Similiter non miſit eū quaſi miniſtrū. quia ſua miſſio fuit aſſumptio carnis nō depoſitio maieſtatis. Miſit ergo de⁹ filiū ſuū ad ſanandū inq̄ deuiationē cōcupiſcibilis ꝛ ad illuminādū ignorantiā rōnalis. ps. Miſit verbū ſuū ꝛc. Miſit etiaꝫ ad liberandā a ptāte demonis cōtra infirmitatē iraſcibilis. Eſa. 19. Mittet eis ſaluatorē qui liberet eos. Itē ad remediū ab obligatione eterne mortis. Oſee. 13. De manu mortis liberabo eos: de morte redimā eos. Item ad ſaluandū ab eoꝝ peccatis. Jo. 3. Nō miſit deus filiū ſuū in mundum vt iudicet mundū: ſed vt ſaluet̄ mundus ꝑ ipſum. ꝛc. ¶ Tertio adaptat ſimilitudinem quantum ad paruitatem cum dicit. Factum ex muliere. Eſa. 9. Paruulus natus eſt nobis ꝛc. Philip. 2. Exinaniuit ſemet ipſum ꝛc. Paruum ſe fecit non dimittendo magnitudinem: ſed aſſumendo paruitateꝫ. In hoc autē ꝙ dicit. Factum ex muliere: cauendi ſunt duo errores. ſ. fotini q̄ dicit, xp̄m purū hoīem eſſe ꝛ ex virgine principiū eſſendi ſūpſiſſe: ꝛ ideo ita dicit ip̄m factū ex muliere quaſi totaliter initiū ex ea ſūpſerit. Sed hoc eſt falſum: qꝛ ē ꝯtra illud qō dicitur Roma. p̄mo. Qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſm carnē non dicit ſm perſonam que ē ab eterno. ſ. ipſa ypoſtaſis filij dei. Unde ſicut cum ſcutum ſit albuꝫ de nouo non oportet dicere ꝙ ip̄a ſubſtantia ſcuti de nouo fiat: ſed ꝙ ei de nouo albedo acceſſerit: ita ex hoc ꝙ filius dei de nouo carnem aſſumpſit non oportet dici ꝙ perſona chriſti de nouo ſit facta: ſed ꝙ natura humana ei de nouo aduenit ſicut corpori cum abſqꝫ ſui mutatione quedam accidunt. Aliqua enim adueniunt alicui et immutant ipſuꝫ ſicut forme ꝛ qualitates abſolute. Quedam vero abſqꝫ mutatione adueniunt ꝛ huiuſmodi ē aſſumptio carnis ſm ꝙ dicit relationem. Unde per hoc perſona verbi in nullo mutatur. Et inde eſt ꝙ in diuinis vtimur his que relationem ſignificant etiam ex tempore. Unde dicimus. Domine refugium factus es nobis: ꝛ ꝙ deus factus eſt homo. Non auteꝫ vtimur formis abſolutis. vt deus factus eſt bonus ſapiens ꝛ huiuſmodi. Item vitandus eſt error Hebeonis qui dicit chriſtuꝫ ex ioſeph ſemine eſſe natum motus ad hoc ponendum: per hoc quod dicitur ex muliere. Nam ſm eum mulier corruptionem importat tantum. Sed hoc eſt falſum. quia hoc nomen mulier in ſacra ſcriptura deſignat etiam ſexum naturalem. ſm illud Gen̄. 3. Mulier quam dediſti mihi ꝛc. vocat enim eam mulierem que tamen adhuc erat virgo. Per hoc etiaꝫ quod dicitur ex muliere fact⁹ deſtruuntur duo errores ſcꝫ valentini dicentis chriſtuꝫ non ſumpſiſſe corpus de virgine ſed attuliſſe illud de ce-

lo ⁊ per beatam virginem ſicut per fiſtulam ſeu cannale tranſiuiſſe. Sed hoc eſt falſum: quia ſi verum eſſet quod dicit non fuiſſet factꝰ ex muliere vt apoſtolus dicit. Hec enim prepoſitio ex cām materialem deſignat. Item error neſtoris dicentis beatam virginem non eſſe matrem filij dei ſed filij hominis: quod falſum eſſe oſtendit: per hoc ꝙ dicit apoſtolus hic Miſit deus filium ſuum factum ex muliere. Qui enim fit ex muliere eſt filius eius Si ergo filius dei eſt factus ex muliere ſcꝫ ex beata virgine manifeſtum eſt ꝙ beata virgo eſt mater filij dei Licet autem poſſet dici natus ex muliere: ſignanter tamen dicit factum ⁊ non natum. Naſci enim aliquid eſt ipſum produci non ſolum ex principio coniuncto: ſed fieri etiaꝫ ex principio ſeparato. Archa enim fit ab artifice: ſed fructus naſcitur ex arborē. Principium autem humane generationis eſt duplex. ſcꝫ materiale: ⁊ quantum ad hoc chriſtus proceſſit ex principio coniuncto: quia materiaꝫ ſui corporis ſumpſit ex virgine. Unde ſm̄ hoc dicit naſci de ea. Mat. 1. De qua natus eſt ieſus ⁊c. Aliud eſt principium actiuū qđ quidem in chriſto quantum ad id quod principium habuit. id eſt quantū ad formationem corporis non fuit coniunctum ſed ſeparatum: quia virtus ſpiritus ſancti formauit illud. Et quātum ad hoc nō dicitur natus ex muliere ſed factus quaſi ex principio exteriori. Ex quo patet ꝙ hoc qđ dicit ex muliere nō dicit corruptionem quia dixiſſet natum ⁊ nō factū. ¶ Quarto adaptat ſimilitudinem quantum ad ſubiectionē cum dicit. Factum ſub lege. Sed contra eſt qđ dicitur infra 5. Si ſpiritu ducimini non eſtis ſub lege. Si ergo chriſtus nō ſolū eſt ſpūalis ſed etiam dator ſpiritus: incōuenienter videtur dici ꝙ ſit factus ſub lege. Reſpōdeo dicendum eſt ꝙ eſſe ſub lege dicitur dupliciter. Uno modo vt ly ſub denotet ſolam obſeruantiam legis: ⁊ ſic xp̄s fuit factus ſub lege: quia circumciſus fuit ⁊ in tēplo preſentatus Mat. 5. Non veni legē ſoluere ⁊c. Alio modo vt li ſub denotet oppreſſionem. Et hoc modo ille dicit eſſe ſub lege qui timore legis opprimit: ⁊ hoc modo nec chriſtus nec viri ſpirituales dicunt eſſe ſub lege. ¶ Conſequenter cum dicit. Ut eos qui ſub lege ⁊c. ponit fructum rei: in qua ſimilitudo adaptatur ſcꝫ ꝙ ideo voluit iſto tempore fieri ſubiectus vt heredes fierent magni et liberi. Et hec duo ponit ⁊ primo fructū liberationis contra ſubiectionē. Et ideo dicit. Ut eos qui ſub lege erant id ē ſub maledicto ⁊ onere legis liberaret. ſupra. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis ⁊c. Secūdo fructū exaltationis: inquantum adoptamur in filios dei ꝑ hoc ꝙ accipimus ſpiritum chriſti ⁊ cōformamur ei. Roma. 8. Si quis ſpiritum chriſti non habet. ⁊c. Et hec adoptio ſpecialiter competit xp̄o qꝛ nō poſſumꝰ fieri filij adoptiui niſi conformemur filio naturali. Roma. 8. Quos preſciuit cōformes fieri imaginis filij eius. ⁊c. Et quantum ad hoc dicit. Ut adoptionem filiorum reciperemus id eſt vt per filium dei naturalem efficeremur filij adoptiui.

## Lectio tertia.

**Quoniā autem eſtis filij dei miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra: clamantis abba pater. Itaqꝫ iaꝫ nō ē ſeruus ſed filius. Quod ſi filius ⁊ heres per deum.**

Supra apoſtolus oſtendit beneficium iudeis exhibitum hic oſtendit hoc beneficium etiam ad gentiles pertinere Et primo proponit ipſum beneficium. Secūdo modum adipiſcendi ibi. Miſit deus ſpiritum ⁊c. Tertio manifeſtat eius fructum. ibi. Itaqꝫ iam non eſt ⁊c. Dicit ergo: ꝙ beneficium adoptionis filiorum dei non ſolum pertinet ad eos qui ſub lege erant ſed etiā ad gentiles. Et iō dicit. Quoniam eſtis filij dei id eſt ꝙ ſitis filij dei iſta d' cauſa factum ē quia non ſolum iudei ſed etiā omnes alij qui in filium dei credunt adoptantur in filios. ⁊c. Joh. primo. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri ⁊c. Modus autē adipiſcendi illud donum eſt per miſſionē ſpiritus filij dei in corda veſtra. Auguſtinus autē dicit ꝙ chriſtꝰ in carne exiſtens p̄dicauit iudeis pricipaliter: gentibus autē perfunctorie. Roma. 15. Dico chriſtum ieſum miniſtruꝫ fuiſſe circūciſionis ⁊c. Et ideo quicquid pertinet ad ſtatū iudeorum conuenienter attribuit chriſto. Et qꝛ poſſent dicere iſti galathas non eſſe adoptatos in filios dei cum xp̄s ex eis carnem non ſumpſerit nec eis predicauerit. vnde nō videbant in aliquo xp̄o coniungi. Ideo apoſtolus modū huius adoptionis demonſtrans dicit. ꝙ ⁊ ſi nō fuerunt coniuncti xp̄o ſm̄ carnem ſcꝫ quantum ad gentē neqꝫ ſm̄ predicationē: tamē fuerunt coniuncti per ſpiritū ⁊ ex hoc adoptati ſunt in filios dei. Unde cōuerſio gentilium ſpecialiter attribuit ſpūi ſancto. Et iō petrus quādo fuit reprehenſus ꝙ a iudeis iuiſſet predicare gentilibus excuſauit ſe per ſpiritū ſanctum dicens. Act. 11. Non poſſe reſiſtere ſpiritui ſancto cuius inſtinctu hoc fecerit. Et ideo quia miſit deus pater ſpirituꝫ filij ſui in corda noſtra iudeorum ſcꝫ ⁊ gentilium coniungimur chriſto: ⁊ per hoc adoptamur in filios dei. Sꝫ ſciendū eſt ꝙ ſi alicubi in ſcriptura inuenitur ſpūs ſanctus mitti a patre. Joh. 14. Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quem mittet pater. ⁊c. Aliquando vero a filio Jo. 15. Cum venerit paraclytus quē ego mittam vobis ⁊c. Nihilominus tamen ſpiritus ſanctus cōmunis ē patri ⁊ filio ⁊ ab vtroqꝫ procedit ⁊ ab vtroqꝫ datur. Et ideo ē ꝙ vbicunqꝫ inuenitur ꝙ pater mittat ſpiritum ſanctum fit mentio de filio ſicut in premiſſa auctoritate dicitur queꝫ mittet pater in nomine meo. Et ſimiliter vbi dicitur mitti a filio fit mentio de patre. Unde dicit: quem mittā vobis a patre. Et etiam hic cuꝫ dicit. Miſit deus pater ſpiritum ſanctū ſtatim fit mentio de filio cum dicit filij ſui. Nec refert ſi alicubi dicatur ſpiritus ſanctus ſoluꝫ a patre procedere: quia ex quo filius mittit eum manifeſtum eſt ꝙ ab ip̄o procedit. Unde ſpiritus ſanctꝰ dicitur ſpiritus filij ſicut mittentis ⁊ ſicut a quo ꝓcedit ⁊ ſicut a quo habet ſpiritus ſanctus quicquid habet ſicut ⁊ a patre. Joh. 15. Ille me clarificabit quia de meo accipiet. ⁊c. Dicit autē in corda: quia duplex eſt generatio. Una carnalis que fit per ſemē carnale miſſum in loco generationis: qđ quidē ſemē licet ſit quātitate paruū tn̄ virtute cōtinet totuꝫ. Alia ē ſpūalis que fit ꝑ ſemē ſpūale trāſmiſſum in locū ſpūalis generatiōis qui quidē locus eſt mēs ſeu cor hoīs: qꝛ in filios dei generamur ꝑ mentis renouationem. Semen autem ſpūale eſt gratia ſpūs ſancti. p̄me Jo. vlt. Quia natus ē ex deo nō peccat: quoniā generatio dei cōſeruet eum ⁊c. Et hoc ſemen eſt virtute cōtinēs totā ꝑfectionē beatitudinis. Unde dr̄. Pignus ⁊ arra beatitudinis Ephe. 1. Ezech. 39. Dabo ſpūm nouū ⁊c. ¶ Clamantē. i. clamare facientē. Abba pater. Non magnitudine vocis ſed magnitudine ⁊ feruore affectus. Tunc enim clamamus abba pater quando ꝑ affectum accendimur calore ſpiritus ſancti ad deſideriū dei. Ro. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis ⁊c. ¶ Abba pater ⁊c. Idem autem eſt in ſignificatione abba quod eſt hebreum ⁊ pater quod eſt latinum ⁊ patir quod eſt grecum Et vtrūqꝫ ponit vt oſtendat ꝙ gratia ſpiritus ſancti cōmuniter ſe hꝫ quātū ad vtrūqꝫ populū quātum eſt ex ſe. ¶ Conſequēter cum dicit. Itaqꝫ iam non eſt ſeruus ⁊c.

Ponit fructum huius beneficij. Et primo quantum ad
remotionē omnis mali: a quo liberamur per adoptionē
ſpiritus ſancti ⁊ hec ē liberatio a ſeruitute. Et quantum
ad hoc dicit. Itaqꝫ ſcilicet quia ſpiritus clamat in nobis
pater. iam a tempore gratie non eſt aliquis noſtruʒ qui
in chriſtum credimus ſeruus in timore ſcilicet ſeruiens.
Joh. 15. Jam nō dicam vos ſeruos ſed amicos. ⁊c. Ro.
8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis ⁊c. Sed ē filius.
Ro. 8. Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro
ꝙ ſumus filij dei. Licet enim conditione ſerui ſimus qꝛ
dicitur Luc. 17. Cum feceritis omnia que precepta ſūt
vobis dicite ſerui inutiles ſumus: tamen non ſumus ſer
ui malivoli: ex timore ſcilicet ſeruientes: quia tali ſeruo
debētur tortura ⁊ compedes: ſed ſumus ſerui boni ⁊ fi-
deles ⁊ amore ſeruientes: ⁊ ideo libertatem per filiuʒ cō
ſequimur. Joh. 8. Si filius vos liberauerit: vere liberi
eritis. ¶ Secundo ponit fructum quantum ad conſecu-
tionem omnis boni ⁊ quantum ad hoc dicit. Quod ſi filius
⁊ heres per deum. Ro. 8. Si filij ⁊ heredes: heredes q̄
dem dei. ⁊c. Hec autem hereditas eſt plenitudo omnis
boni: cum nihil aliud ſit ꝙ̄ ipē deus ſm illud ps. Domi
nus pars hereditatis mee. ⁊c. Gen. 15. dixit ad abraam.
Ego merces tua magna nimis. ⁊c. ¶ Dicit autem. Per
deum: quia ſicut iudei hereditateʒ adepti ſunt per dei re
promiſſionem ⁊ iuſticiam: ita ⁊ gentiles per deum. id eſt
per dei miſericordiam. Roma. 15. Gentes autem ſupra
miſericordia honorare deum. ⁊c. Vel per deum. id ē per
dei operationem Eſa. 26. Omnia opera noſtra operatꝰ
es in nobis domine.

## Lectio quarta.

Sed tunc quidem ignorantes deum
his qui natura nō ſunt dij ſeruieba-
tis. Nunc autem cum cognoueritis
deū: imo cogniti ſitis a deo: quoniā cōuerti-
mini iterū ad infirma ⁊ egena elementa qui
bus denuo ſeruire vultis: Dies obſeruatis
⁊ menſes ⁊ tempora ⁊ annos. Timeo ne for
te ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote
ſicut ego: qꝛ ⁊ ego ſicut vos.

Poſita dignitate beneficij gratie ⁊ oſtenſa per exemplū
humanum: hic apoſtolus arguit galathas qui hanc gra
tiam contēnebant vtpote ingrati tanto beneficio. Et pri
mo arguit eos de ingratitudine. Secundo excuſat ſe ꝙ
hoc nō facit ex odio ⁊ liuore ibi. Fratres obſecro vos nō
me leſiſtis ⁊c. Circa primū tria facit. Primo cōmemo-
rat ſtatum priſtinum. Secundo extollit ⁊ cōmendat be-
neficium ſuſceptum ibi. Nūc autē cognoueritis ⁊c. Ter
tio exaggerat peccatū cōmiſſum ibi. Quō conuertimini
⁊c. Dicit ergo. Sed tunc ⁊c. Quaſi dicat. Nunc eſtis fi
lij ⁊ heredes per deum: ſed tunc quidem cuʒ gentes eſſe-
tis. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebre. ⁊c. Ignorantes
deum per infidelitatem ſeruiebatis cultu latrie his qui
natura nō ſunt dij ſed opinione hominū. ꝑmo Cor. 12.
Cum gentes eſſetis ad ſimulachra muta pro vt duceba-
mini euntes. ⁊c. Roma. ꝑmo. Seruierunt creature poti
us ꝙ̄ creatori. ⁊c. Hoc autem qđ dicit. Qui natura non
ſunt dij ē ad cōfutationē arrianorum dicentium chriſtū
dei filiū non eſſe deū per naturaʒ. Qđ ſi verum eſſet: non
eſſet ei exhibendus cultus latrie. ⁊ quicunqꝫ exhiberet
ei eſſet idolatra. Sed poteſt obijci quia nos adoramus
carnem ⁊ humanitatē xp̄i. Ergo ſumus idolatre. Sʒ di-
cendum ē ꝙ licet adoremus carnē ſeu humanitatem xp̄i
adoramus tamē eam vt vnitam perſone diuini verbi qđ
quidem verbū eſt ſuppoſitū diuinū. Unde cum adoratio
debeatur ſuppoſito diuine nature: quicquid in xp̄o ado-
ratur abſqꝫ errore fit. ¶ Conſequenter cū dicit. Nūc au
tem cum cognoueritis ⁊c. Cōmemorat acceptū benefici
um. Quaſi dicat. Si ignorantes eratis ⁊ peccabatis to
lerari poterat: nam ceteris paribus grauius ē peccatum
in xp̄iano ꝙ̄ in gentili. Sed nunc cum cognoueritis deū
id eſt ſitis conducti ad dei cognitionē. ⁊ grauius pecca-
tis ꝙ̄ olim ſeruiendo ⁊ ponendo ſpem in his in quibus
non debetis. Jere. 31. Omnes cognoſcent me. ⁊c. Sed
hoc qđ dicit: immo cogniti eſtis a deo: videtur cōtrarie-
tatem habere cum deus ab eterno oīa cognouerit. Ecc.
23. Domino eniʒ deo anteq̄ʒ crearentur omnia ſūt agni-
ta ⁊c. Sed dicēdū hoc aliter eē dictū vt ſit ſenſus: imo
cogniti eſtis a deo. id eſt deus fecit ꝙ vos cognoſceretis
eū. Sic eīm deus dicitur cognoſcere inquantum ē cauſa
cognitionis noſtre. Et ideo quia ſupra dixit. Cū cogno-
ueritis deum que fuit vera locutio ſtatim corrigit eā per
figuratā: quia non poſſimus deū cognoſcere ex nobis ni
ſi per ipſum. Joh. ꝑmo: Deum nemo vidit vnq̄ʒ ſed vni
genitus qui eſt in ſinu patris ⁊c. ¶ Conſequēter expro-
brat peccatum cōmiſſum dicens. Quomō conuertimi-
ni ⁊c. Et primo exaggerat eorum peccatum. Secundo
oſtendit īminens periculū. ibi. Timeo ne forte. ⁊c. Ter
tio reducit eos ad ſalutis ſtatū ibi. Eſtote ſicut ego. ⁊c.
Circa primum duo facit. Primo proponit peccatum cō
miſſum. Secundo de peccato cōmiſſo eos cōuincit ibi.
Dies obſeruatis ⁊c. Sciendum ē autē ꝙ hec littera du
pliciter legitur. Uno modo quia iſti galathe a fide con-
uertebantur ad idolatriam: ⁊ ideo dicit. Quomodo con
uertimini a fide iterum. i. denuo. 2. Pet. 2. Meliꝰ erat
eis vitam veritatis non cognoſcere ꝙ poſt ⁊c. ps. Con-
uerſi ſunt retrorſuʒ. ⁊c. Ad elementa ſcʒ mundi q̄ ſunt ī
firma per ſe ſubſiſtere nō valētia: qꝛ in nihiluʒ deciderēt
niſi ea manus cuncta regentis teneret: ſm illud Heb. 1.
Portans omnia verbo virtutiſ ſue ⁊c. Et egena qui egēt
deo ⁊ ſeipſis ad inuicem ad complementum vniuerſi. q̄
bus ſcʒ elementis denuo. i. iterum ſeruire vultis ſeruitu
te ſcʒ latrie. Probatio huius manifeſte apparet quia ob
ſeruatis dies ſcʒ fauſtos ⁊ infauſtos ⁊ menſes ⁊ tempo-
ra ⁊ annos. i. conſtellatiōes ⁊ curſum corporū celeſtiuʒ:
que omnia ortum habent ab idolatria. Contra qđ dicit
Jere. 10. A ſignis celi nolite metuere que gentes ⁊c. Et
ꝙ obſeruationes hmōi male ſint ⁊ contra cultū chriſtia-
ne religionis patet: quia diſtinctio dierum menſiū an-
norum ⁊ tēporꝫ attenditur ſm curſuʒ ſolis ⁊ lune. Et iō
tales temporū diſtinctiones obſeruantes venerant cor-
pora celeſtia ⁊ diſponūt actus ſuos ſm iudiciū aſtrorūʒ.
que nullam directam impreſſionem habent in volunta-
te hominis: ⁊ in his que dependēt a libero arbitrio. Et
ex hoc iminet graue periculum. Unde dicit. Timeo ne
forte ſine cauſa id eſt inutiliter laborauerim in vobis. Et
ideo cauenduʒ eſt fidelibus talia obſeruare: ſed nulla de
bet eſſe eis ſuſpitio harum rerum: quia proſpere pōt ce-
dere quicquid ſub dei deuotione ſimpliciter agitur. Sʒ
nunquid licet in aliquo curſum ſtellarū ſeruare: Dicen-
dum eſt ꝙ corpora celeſtia quorundam quidem effectuū
cauſa ſunt ſcilicet corporalium ⁊ in iſtis licet ipſorꝫ cur-
ſum attendere: quorundam autem non ſunt cauſa. ſciliċ
eorum que dependent a libero arbitrio ſeu a fortuna vel
infortunio: ⁊ in iſtis ſeruare curſum aſtrorūʒ pertinet ad
idolatriam. Sed licet hec lectura ſuſtineri poſſit: non ta
men eſt ſm intentionem apl̄i. Cū eīm ipē in tota prece-
denti ſerie huiꝰ ep̄le ⁊ i ſequēti arguat galathas de hoc
ꝙ a fide tranſtulerunt ſe ad obſeruātiā legiſ iō magiſ ad p
poſitū expōit de hoc ꝙ ad legales obſeruantias ꝯuerſūt

Unde dicit. Cum cognoueritis deum per fidez. quomo
do conuertimini a fide ad elementa: id eſt ad litteralem
legis obſeruantiam que dicitur, elementa. quia fuit pri-
ma inſtitutio diuini cultus. Elementa dico infirma: q2
non perficit iuſtificando. Hebreo. 7. Neminem ad per
fectum adduxit lex. Egena quia non confert virtutes ⁊
gratiam adiuuando per ſe. Sed quid eſt quod dicit cō-
uertimini. Et videtur hoc inconuenienter dictum. Si-
militer ⁊ hoc ꝙ dicit denuo. Nam iſti nec iudei fuerant
nec alī legalia ſeruauerant. Ad quod dicendum ē ꝙ cul
tus iudeorum medius eſt inter cultum chriſtianoꝝ ⁊ gē
tilium. Nam gentiles colebant elementa ip̄a tanꝙ viua
quedam. Judei vero elementis quidem non ſeruiebant
ſed deo ſub ip̄is elementis inquantum obſeruationibus
corporalium elementorum deo cultum exhibebāt. ſupra
eodem. Sub elementis hui⁹ mundi eramus ſeruientes
Chriſtiani vero ſeruiūt deo ſub chriſto. id eſt in fide xp̄i.
Quando autem aliquis peruenit ad terminum tranſac
to medio ſi iterum redire velit ad mediū: idem videt̄ ac
ſi velit redire ad principium. Et ideo apoſtolus quia iſti
iam peruenerant ad terminum ſcz ad fidez chriſti: ⁊ nūc
redierunt ad mediū ſcz ad cultum iudeorū. inde eſt ꝙ ꝓ-
pter quandam conformitatem medij ad principiū dicit
eos conuerti ad elementa ⁊ denuo eis ſeruire. Et ꝙ ita
ſit: probat cū dicit. Dies obſeruatis iudaico ritu ſcilicet
ſabbata: ⁊ decimū primi menſis ⁊ huiuſmodi que dicun
tur in glo. Menſes. id eſt neomenias vt primū ⁊ ſepti-
mum menſem. vt habet̄ Leuit. 23. Tēpora ſcz egreſſio
nis de egypto. ⁊ ꝙ hieroſolymā trib⁹ vicibus veniebāt
per ſingulos annos. Itē annos iubilei ⁊ ſeptimū annuz
remiſſionis. Et ex hoc ſequitur periculum. quia ex hoc
nihil prodeſt fides xp̄i. Unde dicit. Timeo ne forte ſine
cauſa. i. inutiliter in vobis laborauerim. infra. 5. Si cir
cuncidimini xp̄s vobis nihil proderit. ¶ Conſequenter
cum dicit. Eſtote ſicut ego. ⁊c. reducit eos ad ſtatum ſa-
lutis. Quaſi dicat. Ita timeo ne forte ſine cauſa labora-
uerim in vobis. ſed ne ita ſit eſtote ſicut ego. Hoc ī glo.
tripliciter legitur. Primo modo ſic. Eſtote ſicut ego. ſ.
legē deſerētes ſicut ego dimiſi. Secūdo modo ſic. Eſto-
te ſicut ego errorē. ſ. priſtinū corrigentes ſicut ego erro-
rem meū correxi. Et hoc poteſtis quia ego ſupple ſuz ſi-
cut vos ⁊ tamē de errore meo correctus ſum. Tertio mo
do ſic. Eſtote ſicut ego. ſcz ſine lege viuentes: quia ego
ſupple qui legem habui ⁊ in lege natus ſum modo ſum
ſicut vos ſupple fuiſtis ſcz ſine lege.

## Lectio quarta.

FRatres obſecro vos: nihil me leſi-
ſtis. Scitis aūt q2 per infirmitatem
carnis euangelizaui vobis iāpridez
⁊ tēptationē vrām in carne mea non ſpreui
ſtis neqꝫ reſpuiſtis: ſed ſicut angeluz dei ex
cepiſtis me ſicut xp̄m ieſū. Ubi ē ergo bea-
titudo vrā? Teſtimonium eñ perhibeo vo
bis quia ſi fieri poſſet oculos veſtros eruiſ-
ſetis ⁊ dediſſetis mihi. Ergo inimicus vo-
bis factus ſū verū dicens vobis? Emulant̄
vos nō bene: ſed excludere vos volunt: vt
illos emulemini. Bonū autē emulamini in
bono ſemp: ⁊ non tm̄ cū p̄ns ſum apud vos.
Poſtꝙ rep̄hendit apl̄s galathas: hic oſtendit ſe hoc nō
ex odio feciſſe. Et primo oſtendit ſe nō habere verā cau-
ſam odij ad eos vllā. Secūdo ꝙ nec habet cām eſtima-
tam. ibi. Ergo inimicus factus ſū vobis. ⁊c. Tertio aſ-
ſignat cauſam p̄miſſe reprehenſionis ibi. Filioli mei ⁊c.
Circa primū duo facit. Prio oſtendit ꝙ non habet cām
odij ad eos. Secūdo ꝙ magis habet cām amoris. ibi.
Scitis autē ꝙ per infirmitatem ⁊c. Circa primū notan-
dum ē ꝙ cōſuetudo ē boni paſtoris in correctione ſubdi
torum aſperis dulcia miſcere: ne ſcz ex nimia ſeueritate
frangant̄. Luce. 10. legitur de ſamaritano ꝙ in curatio-
ne ſauciati infudit vinū ⁊ oleum. Ecōtra de malis paſto
ribus dr̄ Ezech. 34. Cū auſteritate imperabatis eis. Et
ideo apl̄s ſicut bonus p̄latus oſtēdit ꝙ nō ex odio incre
pat eos blande loquēdo eis ꝙtū ad tria. Primo quātuz
ad charitatꝭ nomē. Unde dicit Fratres. ps. Ecce ꝙ bo-
num ⁊ ꝙ iocundū habitare fratres in vnū. Scdo ꝙtum
ad modeſtie verbū. Unde dicit. Obſecro vos Prouer.
18. Cū obſecrationib⁹ loquit̄ pauper. Tertio quantum
ad excuſationē. Unde dicit. Nihil me leſiſtis. Et ego nō
ſum talis ꝙ habeā odio illos qui me nō offendūt. ¶ Se
cundo oſtēdit ſe ad eos habere cām amoris cū dicit. Sci
tis autē ꝙ per infirmitatē ⁊c. Ubi tria ponit ex quibus
homines ſe diligere cōſueuerunt. Primū ē mutuū ſocie
tatis auxiliū: ⁊ ex hoc etiā amor in hominibus cōfirma-
tur. ſm illud Luc. 22. Uos eſtis qui p̄manſiſtis mecuz
⁊c. Et quantū ad hoc dicit. Scitis autē ⁊c. Ubi p̄mo cō
memorat tribulationē quā paſſus eſt apud eos. Secun-
do oſtendit qūo ei aſtiterunt ibi. Et tēptationē noſtram.
⁊c. Dicit ergo quantū ad primum. Dico ꝙ nihil me leſi
ſtis imo ſeruiuiſtis mihi. Scitis eñ. i. recordari poteri-
tis ꝙ euāgelizaui vobis iāpridie. i. tranſacto tēpore p̄ in
firmitatē carnis. i. cū infirmitate ⁊ afflictiōe carnis mee
vel cū multis tribulationib⁹ quas patiebar a iudeis qui
ſunt de carne mea me p̄ſequētibus. p̄mo Coꝛ. 2. Cū ti-
more ⁊ tremore multo fui apud vos. 2. Coꝛ. 12. Uirtus
in infirmitate p̄ficit̄. Et hec licet infirmitas fuerit cauſa
ſpernendi me ⁊ temptationis veſtre. ſm illud Zach. 13.
Percute paſtorem ⁊ diſpergent̄ oues. ⁊c. Uos tamē tē-
ptatiōem veſtrā que erat in carne mea. i. tribulationem
meam que erat vobis cā temptatiōis nō ſpreuiſtis. Ecc.
11. Nō ſpernas hominē in viſu ſuo. Quia vt dicit domi
nus. Luc. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. ⁊c. Neqꝫ re-
ſpuiſtis doctrinā meā ⁊ me q̄n velletis eſſe ſocij tribula-
tionum. Eſa. 33. Ue qui ſpernis: nōne ⁊ ipſe ſperneris.
⁊c. ¶ Secundū autē qđ cōfirmat inter homines dilecti
onē ē mutuus amor ⁊ mutua dilectio ad inuicē. ſm illđ
Prouerb. 8. Ego diligentes me diligo. ⁊c. Et quantuz
ad hoc dicit. Sed ſicut angelum dei excepiſtis me. id eſt
ita honorifice ſicut nunciū verba dei nūciantē. 1. Theſ.
2. Cum accepiſſetis a nobis verbum auditus dei. ⁊c.
Et inde ē ꝙ predicatores dicūt̄ angeli. Malach. 2. Le-
gē requirent ex ore eius ⁊c. Et nō ſolū ſicut angelum re-
cepiſtis ſꝫ ſicut ieſum chriſtum. i. ac ſi xp̄s ip̄e veniſſet.
Qui profecto in ip̄o ad eos venerat ⁊ in eo loquebatur.
ſm illud. 2. Coꝛ. vlt̄. An experimentū queritis ei⁹ qui
in me loquitur xp̄s Mat. 10. Qui vos recipit me recipit
⁊c. ¶ Deinde increpat eos ꝙ ſic deteriorati erāt. Unde
dicit. Ubi ē ergo beatitudo veſtra? Quaſi dicat. Nōne
ex hoc homines beatificabant vos ꝙ me honoraſtis ⁊ p̄-
dicationē meam recepiſtis. Job. 4. Ubi ē timor tuus ⁊
fortitudo tua patientia tua ⁊ perfectio viarum tuarum?
¶ Tertiū qđ amorem confirmat eſt mutua beneficentia
Et ꝙtū ad hoc dicit. Teſtimoniū p̄hibeo ꝙ ſi fieri poſſꝫ
id ē iuſte fieri potuiſſet. Illud eñ fieri pōt qđ iuſte fit vl̄
ad vtilitatē eccl̄ie fuiſſꝫ Oc'os eruiſſetꝭ ⁊ dediſſetꝭ mihi
Quaſi dicat. Ita me diligebatis ꝙ non ſolum mihi ve-
ſtra exteriora ſed etiam oculos veſtros dediſſetis mihi.

¶ Conſequenter cum dicit. Ergo inimicus factus ſum vobis. ⁊c. Ponit cauſam eſtimati odij. et pꝛimo vnam ex parte apoſtoli. Secundo aliam ex parte pſeudo. ibi. Emulantur vos. ⁊c. Dicit ergo. Ex quo mihi tot bona feciſtis: eſt ne credendum ꝙ factus ſim inimicus vobis verum dicens vobis. Verbum autẽ hoc quod dicit dupliciter poteſt intelligi. Uno ſcꝫ modo ꝙ ipſe habeat eos odio. Et iſto modo legitur ſic tunc. Factus ſum inimic⁹ id eſt habeo vos odio. Et ſic hoc quod ſequitur Verũ dicens vobis poteſt eſtimari vt ſignũ odij quod tamen ẽ ſignum dilectionis. ſcꝫ dicere verum: ſuo tamen loco et tempoꝛe. Alio modo poteſt intelligi inimicus paſſiue. ſ. ꝙ ipſe habeat odio ab eis. Et tunc ſic legit̃. Ego factus ſum inimicus vobis. i. habetis me odio ⁊ hoc ideo quia dico vobis verum: vt ſic dicens Verũ vobis ponat̃ vt ſit cauſa odij. Nam homines veritatem dicentes a malis odio habentur. Veritas enĩ odiũ parit. Amos. 5. Odio habuerunt in poꝛta coꝛripientẽ ⁊c. Sed contra eſt quod dꝛ Prouer. 28. Qui coꝛripit hominẽ grãm poſtea inueniet apud eum magiſ ꝙ̃ qui per lingue blandimenta decipit. Sed dicẽdũ eſt ꝙ ſolutio hec poteſt haberi ex hoc qđ dꝛ Prouer. 9. Noli arguere deriſoꝛem ne oderit te: argue ſapientem ⁊ diliget te. Bonitatꝭ enim ſignũ eſt ſi iſte qui coꝛripitur coꝛripientẽ diligit: Et econuerſo ſi eũ oderit ſignũ eſt malicie. Cum enim hõ naturaliter odiat illud qđ contrariat̃ ei qđ diligit: ſi tu odis eũ qui coꝛrigit te de malo: manifeſtũ ẽ ꝙ malũ diligis. Si vero diligis eum oſtendis te odire peccata. Quia enĩ homines a pꝛincipio cum coꝛripiunt̃ per amoꝛẽ ad pctã afficiũtur inde ẽ ꝙ in pꝛincipio peccatoꝛ coꝛripientẽ odit: ſed poſt ꝙ̃ iam correctus ẽ ⁊ affectũ peccati depoſuit coꝛripientẽ diligit. Et ideo ſignanter in ꝓpoſita auctoꝛitate dꝛ ꝙ poſtea inueniet grãm apud eũ. ¶ Conſequenter cum dicit Emulant̃ vos. ⁊c. Ponit aliã cãm eſtimatã ex pte ſcilicet pſeudo. Et pꝛimo ponit eã. Secũdo excludit eã. ibi. Bonũ autem emulamini ⁊c. Quantũ autem ad pmum ſciendum eſt ꝙ ſicut dictum eſt ſupꝛa quidam pſeudo ex iudeis cõuerſi circũeuntes eccleſias gentiũ pꝛedicabant ſeruari legalia. Et qꝛ paulus cõtrariuꝫ dicebat. iđ iſti detrahebant ei. Et hoc magis faciebant vt excluderẽt paulum ꝙ̃ pꝛo ſalute eoꝛũ. Et iđ dicit apl's. Emulantur vos id eſt non patiunt̃ in vobis quos diligunt potius amoꝛe cõcupiſcentie ꝙ̃ amicitie conſoꝛtium noſtruꝫ. Emulatio enĩ eſt zelus ex amoꝛe quocunqꝫ pꝛoueniens nõ patiens conſoꝛtium in amato. Sed quia amoꝛ eoꝝ ad iſtos non erat bonus. cum qꝛ nõ amabãt eos ꝓpter vtilitatẽ ipſoꝛũ ſed ꝓpter cõmodũ ꝓpꝛiũ. ⁊ hoc patet qꝛ volebãt excludere aplm ab eis: vtpote ꝓpꝛie vtilitati cõtrariũ: tuꝫ qꝛ hoc cedebat in damnũ galatharũ qꝛ querebãt in eis lucrum per qđ ipſi damnificabãt̃. ideo dicit. Emulant̃ vos ſed nõ bene: qꝛ nõ amant bonũ veſtrum. Et hoc apparet qꝛ volunt vos excludere vt emulemini illos. i. vt nulluꝫ recipiatis niſi eos. Prouer. 3. Ne emuleris hominẽ iniuſtum ⁊c. Et Prouer. 23. Non emuletur coꝛ tuũ peccatoꝛes. Hoc autẽ excludit cõſequenter cum dicit. Bonuꝫ autem emulamini ⁊c. quaſi dicat. Non debetis eos emulari in doctrina eoꝛũ: ſed emulamini bonũ doctoꝛẽ me. ſ. ⁊ hmõi. 1. Pet. 3. Quis ẽ qui vobis noceat ſi boni emulatoꝛes fueritis. Sed qꝛ aliquis põt eſſe bon⁹ doctor in quo põt eſſe aliquid mali: ideo addit. Emulamini dico bonũ doctoꝛem: ſed tñ in bono. i. in eo qđ bonũ ẽ. pꝛime Coꝛ. 14. Sectamini charitatẽ emulamini ſpũalia: licet autem apl's de ſe loquat̃ ſcđm glo. cũ dicit. Emulamini bonũ. addit tamẽ in bono qꝛ ſicut ipſe dicit. pme Coꝛ. 4 Nihil mihi cõſcius ſum. ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum. Sed qꝛ aliqui emulant̃ doctoꝛẽ bonũ in ſua pñtia ſolũ ideo addit ſemꝑ ⁊ nõ tantũ cũ preſens ſum apud vos: qꝛ emulatio in bonum ẽ ſignũ ꝙ ex amoꝛe ⁊ timoꝛe dei qui omnia videt procedat: ſi etiã in abſentia ꝑſeuerat. Col. 3. Serui obedite ꝑ omnia dominis veſtris. ⁊c.

## Lectio quinta.

Filioli mei quos iterũ parturio donec foꝛmet̃ xp̃s in vobis. Vellẽ aũt eſſe apud vos mõ ⁊ mutare vocem meã qm̃ confundoꝛ in vobis.

Supꝛa apl's remouit falſã cãm correctionis galathaꝝ: hic conſequenter apoſtolus dicte correctionis aſſignat cauſam verã q̃ ẽ dolor de eoꝝ imꝑfectione. Et iđ pꝛimo doloꝛem coꝛdis ex quo loquebat̃ exp̃mit. Scđo ponit deſideriũ de manifeſtatiõe hui⁹ doloris. ibi. Vellem autẽ ⁊c. Tertio ponit cauſam doloris ibi. Qm̃ ꝯfundor ⁊c. Dolor autem iſte ex charitate ꝓcedebat. qꝛ dolebat de peccatis eoꝝ. ps. Vidi p̃uaricãtes ⁊ tabeſcebã ⁊c. Et iđ verbum charitatis pꝛoponit dicẽs. Filioli mei. Signãter autẽ nõ eos filios vocat ſed filiolos vt deſignet eoꝛũ imperfectionẽ qua diminuti ſunt. 1. Coꝝ. 3. Tanꝙ̃ paruulis in xp̃o. ⁊c. Sed notandũ ẽ ꝙ puer dũ eſt in ꝑturitione dicitur filiol⁹. Et iſti tales erant qꝛ indigebãt iterata parturitione cũ tamẽ parentes carnales ſemel tãtũ parturiant filios. Et ideo dicit eis. Quos iterũ parturio Nam ſemel eos parturierat in pꝛima cõuerſione: ſed qꝛ iam auerſi erant ab eo qui eos vocauit in aliud euangelium: indigebant ꝙ iterato parturiret eos. Iđ dicit parturio. i. cũ laboꝛe ⁊ doloꝛe ad luceꝫ fidei reduco. In quo apparet doloꝛ apoſtoli. Unde cõuerſio hominis partus dicitur. Iob. 39. Incuruant̃ ad fetum ⁊ pariunt. Apoc. 12. Clamabat ꝑturiẽs ⁊ cruciat̃ vt pareat. Et inde eſt ꝙ apoſtol⁹ ex doloꝛe dure eos coꝛrigit ſicut mulier ex doloꝛe part⁹ dure clamat. Eſa. 42. Quaſi parturiẽs loquar ⁊c. Et ratio iterate parturitionis eſt: quia nõ eſtis perfecte foꝛmati. Unde dicit. Donec xp̃s foꝛmet̃ in vobis. i. recipiatis ſimilitudinẽ eius quã veſtro vitio perdidiſtis. Et nõ dicit foꝛmemini in xp̃o: ſed foꝛmet̃ xp̃s in vobis. vt hoc terribili⁹ inſonet auribus eoꝛum. Nam chriſtus per fidem foꝛmatur in coꝛde. Ephe. 3. Habitare chriſtuꝫ per fidem. ⁊c. Sed quando quis non habet fideꝫ foꝛmatam: iam in eo moꝛitur chriſt⁹. 2. Pet. pmo. Donec dies illuceſcat. ⁊c. Et ſic ſm̃ hominis pꝛofectum ĩ fide xp̃s in homine pꝛoficit: ⁊ econuerſo ſm̃ defectũ deficit. Quãdo ergo fides in homine efficitur infoꝛmis per peccatuꝫ chriſtus non eſt in eo foꝛmatus. Et ideo qꝛ in iſtis non erat fides foꝛmata: indigebãt iteruꝫ parturiri donec chriſtus in eis foꝛmaretur per fidem que per dilectionẽ opatur. Vel donec chriſtus foꝛmetur in vobis. i. foꝛmoſus alijs per vos appareat. Poſſet autẽ aliquis dicere. Abſens tu dicis talia: ſed ſi eſſes apud nos hec nõ diceres. ſm̃ illud. 2. Coꝝ. 10. Preſentia quidẽ coꝛpis infirma ⁊ ſermo contemptibilis. ⁊c. Et ideo ponit deſiderium manifeſtandi doloꝛem ſuum aſperius dicens: Vellem aũt eſſe apud vos modo ⁊ mutarem voceꝫ meam. Quaſi dicat. Modo blandis verbis vtoꝛ vocans vos fratres et filios in abſentia. Sed ſi eſſem preſens aſperius coꝛriperem. Nam ſi que per litteras ſcribo nunc pꝛeſens: ⁊ oꝛe pꝛoferrem durioꝛ eſſet coꝛrectio vtpote quia magis poſſem vocem obiurgantis expꝛimere et iraſcentis reſonare clamoꝛem et doloꝛem pectoꝛis magiſ ꝙ̃ per litteras explicare. Et magis coꝛ veſtrum viua vox ad confuſionem de erroꝛe veſtro ⁊ mea turbatione moueret. Et cauſa huius doloꝛis eſt quia confundoꝛ in vobis. id ẽ eru-

beſcō apud alios pro vobis. Nam ſicut Eccl. 22. dicitur Confuſio ē patris de filio indiſciplinato. Nā cū filius ſit res patris ⁊ diſcipulus inquātū hmōi res: magiſter gaudet de bono qḋ videt in eo relucere quaſi de bono ꝓprio ⁊ gl'iat̄ ⁊ ecōuerſo de malo dolet ⁊ confundit̄. Vn̄ q̄ꝛ iſti mutati erāt de bono in malū. apl's ꝯfundebat̄ inde.

## Lectio ſexta.

Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe legem nō legiſtis. Scriptū eſt enim qm̄ abraam duos filios habuit vnū de ancilla: ⁊ vnum de libera. Sed qui de ancilla ſcōm carnem natus eſt: qui aūt de libera per repromiſſionem. Que ſunt per allegoriam dicta.

Supra apl's ꝓbauit dignitatē ſtatus ꝑ cōſuetudinē humanā: hic aūt ꝓbat eā auctoritate ſcripture. Et p̄mo ꝓponit factū. Secūdo exponit myſteriuꝫ ibi. Que ſunt ꝑ allegoriā dicta ⁊c. Tertio cōcludit ꝓpoſitum ibi. Itaqꝫ fratres mei nō ſum⁹ ⁊c. Circa primū duo facit. Pͥo excitat ad attentionē. Scḋo ꝓponit ſuā intentionem. ibi. Scriptū ē eñ. ⁊c. Dicit ergo. Dicite mihi ⁊c. Quaſi dicat. Si vos eſtis ſapientes attendite ad ea q̄ obijcio: et ſi nō poteſtis cōtradicere credatis. Job. 6. Reſpōdete obſecro abſqꝫ cōtentione ⁊c. Facio vobis aūt hanc obiectionē. Aut legiſtis legē aut nō legiſtis. Sꝫ ſi legiſtis ſcire debetis ea que in ea ſcripta ſunt: ſed ipſa ꝓbat ſe dimittendā: ſi aūt nō legiſtis nō debetis recipere qḋ neſcitis. Prouer. 4. Palpebre tue p̄cedant greſſus tuos. ¶ Dicit aūt ſub lege. i. ſub onere legis. Nā ſubire aliqḋ leue nō ē vis: ſed ſubire graue onus ſicut ē onus legꝭ magne ſtulticie ſignū eē videt̄. Act. 15. Hoc ē onus qḋ neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos portare potuim⁹ ⁊c. Qḋ ē intelligēdum de illis q̄ volunt carnaliter eē ſub lege. ¶ Cōſequēter cū dicit. Scriptū ē eñ ⁊c. Proponit ſuā intentioneꝫ dicēs. Ideo quero an legiſtis legē q̄ꝛ in ipa continent̄ q̄dam q̄ manifeſte dicunt legē non eē tenendā: ⁊ ſpēaliter apl's facit mentionē de duob⁹ filijs abrae. Et primo ponit vnū in quo cōueniūt. ſcḋo duo in quib⁹ differūt. Cōueniūt quidē in vno p̄re. Vn̄ dicit. Scriptū ē: qm̄ abraā duos filios habuit. Habuit etiā alios q̄̄ iſtos duos filios: q̄ꝛ poſt mortē ſare alios genuit de cethura: vt dicitur Gen̄. 25. de quibus mētionē nō fecit apl's. q̄ꝛ nō ꝑtinēt ad hanc ſignificationē. Poſſunt tamen ꝑ iſtos duos ſcꝫ filiū ancille ⁊ filiū libere duo populi. ſ. iudeoꝝ ⁊ gentiuꝫ deſignari: ꝑ alios vero filios cethure ſciſmatici ⁊ heretici. Qui quidē duo populi cōueniūt in vno p̄re: q̄ꝛ iudei ſunt filij abraam ſm̄ carnē: gentiles vero ſm̄ imitationē fidei. Vel ſunt filij abraam. i. dei q̄ ē pater omniū. Malach. 2. Nōne de⁹ pater oīm ⁊c. Ro. 3. An iudeoꝝ tm̄. Differūt aūt in duob⁹. ſ. in ꝯditione mr̄is: q̄ꝛ vn⁹ eſt de ancilla. vt dꝛ Gen̄. 21. nec tm̄ peccauit abraam ad eā accedens: q̄ꝛ acceſſit ad eā cōiugis affectu ⁊ ordinatiōe diuina. Alius autem eſt de libera ſcꝫ yſaac quem genuit ei ſara vxor ſua. Gen̄. 18. Veniam ad te tempore iſto vita comite ⁊ ſara vxor tua. ⁊c. Iteꝫ differūt in modo generatiōis q̄ꝛ qui de ancilla. ſ. yſmael ſm̄ carnē natus ē: qui autē de libera. ſ. yſaac ꝑ repromiſſionē. Sed vitandus ē hic duplex falſus intellect⁹ Vnus ne intelligatur ꝑ hoc ꝙ dicit ſm̄ carnem natus ē vt accipiat̄ hic caro pro actu peccati. ſm̄ illud. Ro. 8. Si ſm̄ carnē vixeritis moriemini ⁊c. 2. Coꝛ. 10. In carne enī ambulantes nō ſm̄ carnem militamus. quaſi abraam peccante natus ſit yſmael Alius intellectus vt per hoc ꝙ dicitur. Per repromiſſionē credatur yſaac non ſm̄ carnem natus. i. ſm̄ carnalē cōmixtionem: ſed per ſpiritū ſanctū. Eſt ergo dicendum ꝙ ſm̄ carnem id eſt ſm̄ naturam carnis natus eſt yſmael. Nam naturale eſt in hominibus ꝙ ex muliere iuuencula fecunda ſicut erat agar ⁊ ſene naſcatur filius. Et ꝙ ꝑ repromiſſionem. i. ſupra naturā carnis nat⁹ ē yſaac. Nō enī ad hoc ſe extendit natura carnis vt ex viro ſene ⁊ vetula ſterili ſicut fuit ſara filius naſcatur. Per iſmael ſignificat̄ populus iudeorum: qui ſm̄ carnem nat⁹ ē. Per yſaac vero intelligitur populus gentiū qui natus ē ſm̄ repromiſſionē qua ꝓmiſſum eſt abrae ꝙ eſſet futurus pater multarum gentium. Gen̄. 22. In ſemine tuo benedicentur ⁊c. Myſterium autem exponit cū dicit. Que ſūt per allegoriam dicta. Et primo ponit modum myſterij. Secūdo exemplificat. ibi. Hec enim duo ſunt teſtamēta ⁊c. Dicit ergo. Hec que ſunt ſcripta de duobus filijs ⁊c. ſunt ꝑ allegoriam dicta. i. ꝑ alium intellectum. Allegoria enim eſt tropus ſeu modus loquendi quo aliq̄d dicit̄ ⁊ aliud intelligitur. Vn̄ de allegoria dicit̄ ab allos qḋ eſt alienum ⁊ goge ductio quaſi in alienum intellectum ducens. Sed attendendū eſt ꝙ allegoria ſumit̄ aliquando pro quolibet myſtico intellectu Aliquādo ꝓ vno tm̄ ex quatuor qui ſunt hiſtoricus allegoricus miſticus ⁊ anagogicus: qui ſūt quattuor ſenſus ſacre ſcripture. ⁊ tamē differunt quantū ad ſignificationē. Eſt eñ duplex ſignificatio. Vna ē ꝑ voces. Alia ē per res quas voces ſignificant. Et hoc ſpecialiter ē in ſacra ſcriptura ⁊ nō in alijs. Cum enim eius actor ſit deus in cui⁹ poteſtate ē ꝙ non ſolum voces ad deſignandū accōmodet qḋ etiam homo facere poteſt. ſed etiam res ipas Et ideo in alijs ſciētijs ab hominib⁹ traditis qui nō poſſūt accōmodare ad ſignificandum niſi tantū verba: voces ſolū ſignificant. Sꝫ hoc eſt ꝓprium in iſta ſcientia vt voces ⁊ ipe res ſignificate per eas aliquid ſignificent: ⁊ ideo hec ſcientia poteſt habere plures ſenſus. Nam illa ſignificatio qua voces ſignificant aliquid ꝑtinet ad ſenſum litteralem ſeu hiſtoricū. Illa vero ſignificatio qua res ſignificate ꝑ voces iterum res alias ſignificant pertinent ad ſenſum myſticum Per litteralem autē ſenſū pōt aliquid ſignificari dupliciter ſcꝫ ſm̄ ꝓprietatē locutionis ſicut cū dico hō ridet: vel ſm̄ ſilitudinē ſeu methaphorā: ſicut cū dico ꝓratū ridet. Et vtroqꝫ modo vtimur in ſacra ſcriptura: ſicut cuꝫ dicim⁹ quantū ad primum ꝙ ieſus aſcendit: ⁊ cum dicimus ꝙ ſedet a dextris dei quantum ad ſecūdū. Et iō ſub ſenſu litterali includitur parabolic⁹ ſeu methaphoricus Myſtic⁹ autē ſenſus ſeu ſpiritualis diuidit̄ in tres Primo nanqꝫ ſicut dicit apl's lex vetus ē figura noue legis. Et ideo ſm̄ ꝙ ea que ſunt veteris legis ſignificant ea q̄ ſunt noue ē ſenſus allegoric⁹. Item ſm̄ dionyſium in libro de celeſti hierarchia. Noua lex ē figura future gl'ie. Et iō ſm̄ ꝙ ea que ſunt in noua lege ⁊ in xp̄o ſignificant ea que ſunt in patria eſt ſenſus anagogic⁹. Itē in noua lege ea q̄ in capite ſūt geſta ſūt exēpla eoꝝ que nos facere debem⁹: q̄ꝛ quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinaꝫ ſcripta ſunt Et iō ſm̄ ꝙ ea que in noua lege facta ſunt in xp̄o ⁊ in his que xp̄m ſignificant ſunt ſigna eoꝝ que nos facere debem⁹ ē ſenſus moralis. Et oīm hoꝝ pꝫ exēplū Per hocenī ꝙ dico fiat lux ad l'ram de luce corꝑali ꝑtinet ad ſenſū litteralē. Si intelligat̄ fiat lux. i. naſcat̄ xp̄s in eccl'ia ꝑtinet ad ſenſū allegoricū. Si vero dicatur fiat lux. i. vt ꝑ xp̄m introducamur ad gl'iam ꝑtinet ad ſenſuꝫ anagogicū. Si autē dicat̄ fiat lux. i. per chriſtum illuminemur in intellectu ⁊ inflammemur in affectu pertinet ad ſenſum moralem.

## Lectio ſeptima.

**H** b Ec enim ſunt duo teſtamēta. Unū
quidem in monte ſyna in ſeruitutez
generans que eſt agar. Syna enim
mons eſt in arabia: qui coniūctus eſt ei que
nunc eſt hieruſalem ⁊ ſeruit cum filijs ſuis.
Illa autē que ſurſum eſt hierulez libera eſt
que eſt mater noſtra: ſcriptum eſt enim. Le
tare ſterilis que non paris. erumpe ⁊ clama
que nō parturis. quia multi filij deſerte: ma
gis q̄ȝ eius que habet virum.

Superius poſuit aplꝰ intellectum myſticū: hic aperit
myſterium. Et p̄mo q̄tum ad matres. Secundo q̄tū ad
filios ibi. Nos autem fratres ꝛc. Per duas autē matres
intelligit duo teſtamēta. Et ideo primo ponit ſignificatū
Secundo exponit ibi. Unum quidē in monte ꝛc. Dicit
ergo. hee ſcꝫ due vxores: ancilla ⁊ libera ſunt duo teſta-
menta: vetus ⁊ nouū. Iere. 31. Feriā domui iſrael fedus
nouum. Ecce nouū teſtamentū. Non ſm̄ pactum ꝛc. Ec-
ce teſtamentū vetus. Libera enī ſignificat teſtamentum
nouū. ancilla vero vetus. Ad ſciendū autē quid ſit teſta-
mentum attendi debet ꝙ teſtamentum idem ē qđ pactū
ſeu fedus eorum que teſtibus confirmant̄. Unde in ſcri-
ptura multotiens loco teſtamēti ponit̄ fedus vel pactū.
Ubicūqȝ autē interuenit fedus vel pactum adhibet̄ aliq̄
ꝓmiſſio. Et ideo ſm̄ diuerſitatē ꝓmiſſionū eſt diuerſitas
teſtamētoꝝ. Duo autē ſunt nobis ꝓmiſſa. ſcꝫ tempora-
lia in veteri lege: ⁊ eterna in nouo Math. 5. Gaudete et
exultate ꝛc. Hee ergo due promiſſiōes ſunt duo teſtamē
ta. Unde aplꝰ ꝯſequēter cum dicit. Unum quidez ꝛc.
exponit ipſa. Et primo q̄tum ad vetus. Secundo quan
tum ad nouum ibi. Illa autē que ſurſum ꝛc. ¶ Ad eui-
dentiam autē lr̄e ſciendū eſt circa p̄mum ꝙ quilibet ci-
uis alicuius ciuitatis dicit̄ eſſe filius illius: ⁊ ipſa ciuitas
eſt ſicut mater eius. Luc. 23. Filie hieruſalem nolite fle-
re ꝛc. et Treñ. vltio. Filij ſyon incliti ꝛc. Per hoc igit̄
ꝙ aliqui fiunt alicuius ciuitatis ciues efficiunt̄ filij eius
Duplex autē eſt ciuitas dei. Una terrena ſcꝫ hieruſalem
terreſtris. Alia ſpiritualis ſcꝫ hieruſalem celeſtis. ꝑ ve-
tus autē teſtamentū homines efficiebant̄ ciues ciuitatis
terreſtris. ꝑ nouum aūt celeſtis. Et ideo circa hoc duo fa
cit. Primo ꝓponit myſteriū expoſitum. Secundo expo-
ſitionis myſtice rationē aſſignat ibi. Syna enī ꝛc. Dicit
ergo primo. Dico ꝙ ſignificat duo teſtamenta ſcꝫ vetus
⁊ nouū. Et quantū ad hoc dicit. Primū quidē in monte
ſyna ꝛc. Ubi primo ponit̄ locus in quo datum fuit. qꝛ ad
lr̄ām in mōte ſyna vt dicit̄ Exo. 20. Cuius ſm̄ glo. myſti
ca ratio eſt. qꝛ ſyna interpretat̄ mandatū. Unde ⁊ ab apo
ſtolo vetus lex vocat̄ lex mandatoꝝ Ephe. 2. Mons aūt
ſignificat ſuperbiam. Iere. 13. Anteq̄ȝ offendāt pedes ve
ſtri ad montes caligioſos ꝛc. Unde ꝑ montem illum in
quo data eſt lex ſignificat̄ ſuperbia iudeoꝝ duplex. Una
qꝛ ſuperbiebāt contra deum. Deut. 31. Ego ſcio conten-
tionē tuā ꝛc. Alia qua ſupbiebāt cōtra alias natiōes ab-
utentes illius qđ dicit̄ in pſ̄. Non fecit taliter omni na-
tioni ꝛc. Secūdo vero ꝓponit ad quid ſit datum: qꝛ non
ad faciendum liberos ſed filios matris ancille in ſeruitu
tem que eſt id eſt ſignat̄ ꝑ agar: que quidem in ſeruitutē
generat ſcꝫ vetus teſtamentū tripliciter ſcꝫ q̄tum ad affe
ctum: q̄tum ad intellectum: ⁊ fructum. Quantū ad in-
tellectum quidē ſm̄ cognitionē. qꝛ in homine eſt duplex
cognitio. Una libera quādo ſcꝫ rerum veritatē ſm̄ ſeip-
ſam cognoſcit. Alia vero ancilla id ē ſubiecta velaminī-
bus figuraruꝫ. Et talis fuit cognitio veteris teſtamenti.
Quantū ad affectum vero qꝛ noua lex generat affectum
amoris q̄ ꝑtinet ad libertatē. Nam qui amat ex ſe mouet̄
Uetus aūt generat affectum timoris in quo eſt ſeruitus.
Qui enī timet non ex ſe ſed ex alio mouet̄. Ro. 8. Non
accepiſtis ſpūm ſeruitutis iterū in timore ꝛc. Sed q̄tum
ad fructū qꝛ lex noua generat filios quibꝰ debet̄ heredi-
tas. ſed illis debent̄ munuſcula ſicut ſeruis. Io. 8. Ser-
uus non manet in domo ineternū. filius manet in domo
in eternum. Rationē myſterij aſſignat cum dicit. Syna
enī mōs ē ī arabia ꝛc. Ubi p̄io orit̄ dubitatio. qꝛ cū ſyna
diſtet a hieruſalez ꝑ. xx. fere dietas. videt̄ falſum ꝙ ſyna
iunctus ſit hieruſalez vt hic aplꝰ dicit. Sed ad hoc my
ſtice reſpondet̄ in glo. ſic vt ſyna ſit in arabia. Arabia enī
humilitas vel afflicti interpretat̄. in qua datū eſt vetus
teſtamentū: qꝛ homīes quaſi ſerui ⁊ alieni ſub ea affige
bant̄ carnalibus obſeruantijs. Act. 15. Hoc eſt onus qđ
neqȝ patres noſtri neqȝ nos ꝛc. Qui mons coniunctus ē
non ꝑ ſpacij continuitatē: ſed ꝑ ſimilitudinē ei que nunc
eſt hieruſalē id eſt iudaico populo. qꝛ ſicut ipſi terrena di
ligunt ⁊ pro temporalibꝰ ſeruiunt ſub peccato: ita ⁊ mōs
ille in ſeruitutem generabat. Sed hec nō videt̄ intentio
apl̄i. Nam ipſe vult ꝙ vetus teſtamentū qđ in monte ſy-
na datum eſt ex ipſo loco ſeruitutis in ſeruitutē generet.
qꝛ illud dabat̄ in ſyna non tamē ibi remanentibꝰ filijs iſ-
rael. ſed ꝓficiſcentibus ad terram ꝓmiſſionis. Hieruſa-
lem etiam generat filios ſeruitutis. ⁊ ideo q̄tum ad hoc
continuat̄ mons ſyna cum illa. Et hoc eſt qđ dicit. Qui
coniunctus eſt ei ſcꝫ ꝑ continuationē itineris euntiuꝫ in
hieruſalez que ſeruit cum filijs ſuis ſeruitute ſcꝫ legaliū
obſeruantiarū a qua redemit nos xp̄s: ⁊ ſeruitute diuerſo
rum peccatoꝝ Io. 8. Qui facit peccatū ſeruus eſt pecca-
ti: Et ad lr̄ām ſeruitute romanoꝝ q̄ eis dn̄abant̄. ¶ De-
inde cum dicit. Illa aūt que ſurſum eſt hieruſalē ꝛc. Hic
conſequēter aperit myſteriū de libera. Et primo exponit
myſterium. Secundo inducit ꝓphetiam ibi. Scriptū eſt
enim ꝛc. Primū quidē poteſt dupliciter intelligi ſm̄ ꝙ
hanc matrē poſſumꝰ intelligere. Uel illam ꝑ quā genera
mur que eſt eccleſia militans. Uel illam matrē in cuiꝰ fi-
lios generamur q̄ eſt eccleſia triumphās. 1. Pe. 1. Rege
nerauit nos in ſpem viuam ꝛc. Sic ergo generamur in p̄
ſenti eccleſia militante vt ꝑueniamꝰ ad triūphantē. Hoc
ergo modo illud exponentes a quatuor deſcribit̄ mater
ducētis ſicut vltimū quod producit ab arbore eſt fructus eius. ⁊ ꝙ ſit ſuaue ſiue delectabile. Cantico. 2°. Fructus eius dulcis gutturi meo. Sic ergo opera virtutū ⁊ ſpiritus ſunt quid vltimū in nobis. Nam ſpiritusſanct⁹ eſt in nobis per gratiā per quā acquirimus habitū virtutum et ex hoc potētes ſumus operari ſcđm virtutē. Sunt etiam delectabilia. Roṁ. 6. Habetis fructū veſtrū in ſanctificatione. id eſt in operibus ſanctificatis. et ideo dicūtur fructus. Dicunt etiā flores reſpectu future beatitudis. quia ſicut ex floribus accipit ſpes fructus: ita ex operibus virtutū habet ſpes vite eterne ⁊ beatitudinis. Et ſicut in flore eſt quedā inchoatio fructus: ita in operibus virtutum eſt quedā inchoatio beatitudinis. que tunc erit quādo cognitio ⁊ caritas perficient. Et per hoc patet reſpōſio ad illud quod ſecūdo obijcit. Nam aliquid poteſt dici ꝓpter ſe appetendū dupliciter quia ly propter poteſt deſignare cauſam formalē vel finalē. Opera virtutū propter ſe ſunt appetēda formaliter ſed nō finaliter. quia habēt in ſeipſis delectationē. Nam medicina dulcis appetit ꝓpter ſe formaliter. quia habet in ſe vnde ſit appetibilis ſcʒ dulcedinem que tamē appetit propter finem ſcʒ propter ſanitatē. Sed medicina amara nō eſt appetenda ꝓpter ſe formaliter quia nō delectat ratiōe ſue forme. ſed tamen ꝓpter aliud appetit finaliter ſcʒ ꝓpter ſanitatē que eſt finis eius.

¶ Ex his apparet ratio quare apoſtolus effectus carnis vocat opera. fructus autē ſpiritus vocat fructus. Dictuʒ eſt enim ꝙ fructus dicit aliquod finale ⁊ ſuaue ex re ꝓductum. Quod autē producit ex aliquo preter naturaʒ eius non habet rationē fructus ſed quaſi alterius germinis. Opera autē carnis ⁊ peccata ſunt preter naturā eorū que de⁹ nature noſtre inſeruit. Deus eñ humane nature quedam ſemina inſeruit ſcʒ naturalē appetitū boni ⁊ cognitionem. ⁊ addidit etiā dona gratie. Et ideo quia opera virtutum ex his naturaliter ꝓducunt fructus dicunt non autē opera carnis. Et ꝓpter hoc apoſtolus dicit. Ro. 6. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis in quibus nunc erubeſcitis. Patet ergo ex dictis ꝙ fructus ſpiritus dicūtur opera virtutū ⁊ quia habent in ſe ſuauitatē ⁊ dulcedinē ⁊ qꝛ ſunt quoddā vltimū productū ſcđm conuenientiā donoꝝ.

¶ Accipit autē differentia donoꝝ. beatitudinū. virtutū. ⁊ fructuū ad inuicē hoc modo. In virtute eñ eſt conſiderare habitū ⁊ actum. Habitus autē virtutis perficit ad bene agendū. Et ſi quidē perficiat ad bene operandū humano modo dicit virtus. Si vero perficiat ad bene operandum ſupra modū humanū dicitur donū. Unde ph̄us ſupra cōes virtutes ponit virtutes quaſdā heroycas. puta ꝯgnoſcere inuiſibilia dei ſub enigmate eſt ꝑ modū humanū. Et hec cognitio pertinet ad virtutē fidei. Sed cognoſcere ea perſpicue et ſupra humanū modū pertinet ad donū intellectus. Actus autē virtutis vel eſt perficiēs. ⁊ ſic eſt beatitudo. vel eſt delectās ⁊ ſic eſt fructus. Et de iſtis fructibus dicit Apoc. 22°. Ex vtraqꝫ parte lignū vite afferens fructus duodeci ⁊c. Dicit ergo fructus ſpiritus qui ſcʒ cōſurgit in anima ex ſeminatiōe ſpiritualis gratie: eſt caritas ⁊c. Qui quidē ſic diſtinguūtur. quia fructus aut perficit interi⁹ aut exterius. Primo ergo ponit illos qui perficiūt interius. Secūdo illos qui perficiūt exterius ibi Bonitas ⁊c. Interius autē homo perficit et dirigit ⁊ circa bona ⁊ circa mala. 2ᵉ. corinth. 6°. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. Circa bona autē perficiūt primo quidem in corde per amorē. Nam inter motus naturales primus eſt inclinatio appetit⁹ nature ad finē ſuū. ita primus motuū interioꝝ eſt inclinatio ad bonuʒ que dicit amor. ⁊ ideo primus fructus eſt caritas. Roṁ. 5. Caritas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris ⁊c. ⁊ ex caritate perficiunt alie. ⁊ ideo dicit apoſtolus Colꝰ. 3°. Super omnia caritatē habentes ⁊c. Ultimus aūt finis quo homo perficit interius eſt gaudiū quod procedit ex preſentia rei amate. Qui autē habet caritatē iam habet quod amat. 1ᵉ. Joh. 4. Qui manet in caritate in deo manet ⁊ deus in eo. Et ex hoc cōſurgit gaudiū. Philꝰ. 4. Gaudete in domino ſemper ⁊c. Gaudiū autem debet eſſe perfectū. Et ad hoc duo requirunt. Primo vt res amata ſufficiēs ſit amanti ꝓpter ſuā perfectionē. Et quantū ad hoc dicit pax. Tūc enim amās pacem habet quādo rem amatā ſufficienter poſſidet. Cantico. vlti. Ex quo facta ſum corā eo quaſi pacem reperiēs ⁊c. Secūdo vero vt aſſit perfecta fruitio rei amate quod ſimiliter per pacē habet. quia quicquid ſuperueniat ſi perfecte aliquis fruat re amata puta deo: nō poteſt impediri ab eius fruitiōe. Pſ. Pax multa diligētibus legem tuā ⁊ nō eſt illis ſcandalū. Sic ergo gaudiū dicit caritatis fruitionē ſed pax caritatis perfectionē: per que homo interi⁹ perficit quantū ad bona. Circa mala etiā perficit ſpiritus ſanctus ⁊ ordinat. ⁊ primo cōtra malū quod perturbat pacem que perturbat per aduerſa. ſed ad hoc perficit ſpirit⁹ ſanctus per patientiā que facit aduerſa patiēter tolerare. Et ideo dicit. Patientia. Luc. 21. In patiētia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Jaco. 1°. Patiētia opus perfectum habet. Secūdo contra malū impediens gaudiū eſt dilatio rei amate ad quod ſpirit⁹ opponit longanimitatē que expectatiōe non frangit. Et quantū ad hoc dicit Longanimitas. Abac. 2°. Si morā fecerit expecta eum. quia ⁊c. 2ᵉ. corinth. 6. In longanimitate ⁊c. Et ideo dicit dominus Math. 10. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem ⁊c.

¶ Conſequēter cū dicit. Bonitas ⁊c. Ponit fructus ſpiritus qui perficiūt quantū ad exteriora. Hominis autē exteriora ſunt vel id quod eſt iuxta ipm. vel id qđ eſt ſupra ipm. vel id quod eſt infra ipm. Juxta ipm eſt proximus. ſupra ipm deus. infra ipm natura ſenſitiua ⁊ corpus. Sic ergo quantū ad ꝓximū. perficit primo quidē in corde per rectam ⁊ bonā voluntatē. Et quantū ad hoc dicit. Bonitas. id eſt rectitudo ⁊ dulcedo animi. Si eñ homo oēs alias potētias bonas habeat nō poteſt dici bonus homo niſi habeat voluntatē bonam ſcđm quā omnib⁹ alijs bene vtit. Cuius ratio eſt. quia bonū dicit aliquod perfectū. Eſt autē duplex perfectio. Prima ſcʒ que eſt ipm eſſe rei. Secūda vero eſt eius operatio. et hec eſt maior q̃ prima. Illud ergo dicit ſimpliciter perfectum quod pertingit ad perfectā ſui operationē que eſt ſecūda eius perfectio. Cū ergo homo per voluntatē exeat in actum cuiuſlibet potētie: voluntas recta facit bonū vſum omniū potentiarū. et per cōſequens ipm hominē bonum. Et de hoc fructu dicit Ephes. 5. Fructus aūt lucis eſt in omni bonitate ⁊c. Secūdo vero in opere: vt ſcilicʒ ſua cōmunicet ꝓximo. ⁊ quantū ad hoc dicit. Benignitas. id eſt largitas rerū. 2ᵉ corinth. 9. Hylarē enim datorē ⁊c. Benignitas enim dicit quaſi bona igneitas que facit hoīem fluere ad ſubueniendū neceſſitatibus alioꝝ. Sapien. 1. Benignus eſt eniʒ ſpiritus ſapiētie ⁊c. Collo. 3°. Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie benignitatē ⁊c. Item vt patiēter ſuſtineat proximi moleſtias. ⁊ quantuʒ ad hoc dicit. Manſuetudo. Math. 11. Diſcite a me quia ⁊c. Prouerb. 3°. Manſuetis dabit gratiam. Ad id vero quod eſt ſupra nos ſcilicʒ deus ordinat ſpiritus per fidē. vnde dicit Fides: que eſt cognitio quedā inuiſibiliū cum certitudine. Geñ. 15°. Credidit abraam deo ⁊ reputatuʒ eſt ei ad iuſticiā. Heb. 11. Accedentē ad deum oportet credere ⁊c. Et ideo Eccle. 1. Beneplacitū eſt deo fides ⁊ manſuetudo ⁊c. Ad id quod eſt infra nos ſcʒ corpa dirigit ſpiritus. ⁊ primo q̃tum ad actus exteriores corpis qđ fit per modeſtiaʒ que ipis actibus ſeu dictis modū imponit. Et quantū ad hoc dicit. Modeſtia. Philippen. 4. Mode-

ſtia veſtra ꝛc. Secūdo vero quantū ad appetitū ſenſitiuū interiorē. ⁊ quantū ad hoc dicit. Continētia que etiam a licitis abſtinet et caſtitas que licitis recte vtit̄ ſcđm glo. Uel aliter continētia dicit̄ ex eo ꝙ licet homo impugnet̄ a prauis cōcupiſcentijs: tamen per ratiōis vigorem ſe tenet ne abducat̄. ⁊ ideo continētie nomen ſumptū eſt ab eo ꝙ aliquis in impugnatiōe tenet ſe. Caſtitas vero dicit̄ ex eo ꝙ quis nec impugnat̄ nec abducit̄. et dicit̄ a caſtigando. Nam illū dicimus bene caſtigatū qui in omnibus ordinate ſe habet. ¶ Circa hoc dubitant̄ duo. Primo quia cum fructus ſpiritus aduerſent̄ operibus carnis. videt̄ ꝙ apl's debuerit ponere tot fructus ſpirit⁹ quot poſuit opera carnis quod nō fecit. Ad quod dicendū eſt ꝙ ideo non fecit quia plura ſunt vitia ꝙ̄ virtutes. ¶ Secūdo dubitat̄ quia fructus ſpiritus hic poſiti non reſpondent operibus carnis. Ad hoc dicendū eſt ꝙ apoſtolus non intendit hic tradere artē virtutū ⁊ vitiorum ⁊ ideo nō ponit vnum cōtra aliud ſed aliqua enūerat de iſtis: ⁊ aliqua de illis ſm ꝙ expediens videt̄ preſenti intentiōi. Nihilominus tamē ſi diligenter conſideret̄ aliqualiter ſibi cōtra reſpondent. Nam fornicatiōi que eſt amor illicitus cōtra reſpondet caritas. immūdicie vero impudicitie ⁊ luxurie que ſunt carnales illecebre ⁊ ex fornicatiōe proueniūt contra ponitur gaudiū quod eſt ſpiritualis delectatio cōſequens ex caritate vt dictū eſt. Ei vero quod eſt ydolor ſeruitus contra ponit̄ pax. Ei vero qđ dicit veneficia ꝛc. vſꝫ ad diſſenſiones patiētia longanimitas ⁊ bonitas. Ei vero quod dicit̄ ſecte contra ponit̄ fides. Ei vero quod dicit̄ inuidie. benignitas. Ei autē quod dicit̄ homicidia. māſuetudo. Ei qđ dicit̄ ebrietas. comeſſatiōes ⁊ his ſimilia: cōtra ponit̄ modeſtia continētia et caſtitas.

## Lectio ſeptima.

Aduerſus huiuſmodi non eſt lex. qui autem ſunt xp̄i. carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Si ſpiritu viuim⁹: ſpiritu ambulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē ꝓuocantes: inuicē inuidentes.

Enumeratis operibus carnis ⁊ ſpiritus: hic ꝯſequēter ex vtriſꝫ cōcludit ꝙ qui ſpiritū ſequūtur nō ſunt ſub lege: ⁊ vtit̄ tali ꝓbatiōe. Ille eſt ſub lege qui eſt obnoxius legi. i. q̄ facit ꝯtraria legi. Sed illi qui agunt̄ ſpū non faciūt opa ꝯtraria legi. ergo nō ſūt ſub lege. Prio ergo oſtēdit ꝓpoſitū ex parte operū ſpiritus. Secūdo ex parte operum carnis. ibi. Qui autē ſunt ꝛc. Dicit ergo. Dico ꝙ qui aguntur ſpiritu nō faciunt opera cōtraria legi. quia faciūt opera ſpiritus et aduerſus huiuſmodi nō eſt lex. id eſt contra opera ſpiritus. ſed ſpiritus docet ea. Nam ſicut lex exterius docet opera virtutū: ita et ſpiritus interius mouet ad illa. Rom. 7. Condelector eñi legi dei ſcđm interiorē hominē ꝛc. Aut faciūt opera carnis ⁊ hec in his qui ſpiritu dei aguntur non ſunt cōtraria legi. Unde dicit. Qui xp̄i ſunt. id eſt qui ſpiritū dei habēt. Nam Rom. 8. Qui ſpiritum dei nō habet hic non eſt eius. Illi ergo ſpiritu dei agunt̄ qui ſunt xp̄i. Iſti inꝙ̄ carnem ſuam crucifixerūt ꝛc. non autē dicit vitia ⁊ cōcupiſcentias vitant: quia bonus medicus tūc bene curat quādo adhibet remedia ꝯtra cauſam morbi. Caro autē eſt radix vitiorꝫ. Si ergo volumus vitare vitia oportet domare carnē. 1ᵉ. corinth. 9. Caſtigo corpus meū ꝛc. Quia vero caro domat̄ per vigilias ieiunia ⁊ labores. Eccl. 33°. Seruo maliuolo tortura ⁊ cōpedes ꝛc. Ad hec autē opera mouent̄ ex deuotione quā habent ad xp̄m crucifixū. ideo ſignanter dicit. Crucifixerūt. id eſt xp̄o crucifixo ſe ꝯformauerūt affligēdo carnē ſuā ꝛc.

Romañ. 6°. Uetus homo noſter ſimul crucifixus eſt ꝛc. ſupra ſecūdo. Ut deo viuam xp̄o confixus ſum cruci ꝛc. Quia vero nō crucifigūt carnem deſtruendo naturā quia nemo carnem ſuā odio habuit. vt dicit̄ Ephef. 5°. Sed quantū ad ea que contrariant̄ legi. ideo dicit. Cuꝫ vitijs id eſt cū peccatis ⁊ cōcupiſcentijs. id eſt paſſionibus quibus anima inclinat̄ ad peccandū. Non eñi bene crucifigit carnē qui etiam paſſionibus locuꝫ non aufert. Aliter cū ratio nō ſemꝑ inuigilet ad peccata vitandū vt oportet poſſet quādoꝗ cadere. Eccl. 18. Poſt cōcupiſcentias tuas non eas ꝛc. Rom. 13°. Carnis curam ne feceritis ꝛc. ¶ Conſequēter cū dicit. Si ſpiritu viuimus ꝛc. ponit tercíū beneficiū ſpiritusſancti quod cōfert vitaꝫ. Et primo ponit beneficiū ſpiritus dei. Secūdo excludit vitia ſpiritus mūdi ibi. Non efficiamur ꝛc. Dicit ergo cōnumerans ſe eis quibus ſcribit. Dico ꝙ debemus ambulare per ſpiritum quia ⁊ per ip̄m viuimus ⁊ nō per carnem. Rom. 8. Debitores ſumus nō carni ꝛc. Si ergo ſpiritu viuimus: debemus in omnib⁹ ab ip̄o agi. Sicut eñi in vita corporali corpus nō mouet̄ niſi per animā per quā viuit. ita in vita ſpirituali oñis motus noſter debet eſſe a ſpiritu ſancto Ioh. 6. Spiritus eſt qui viuificat. Actu. 17. In ip̄o viuimus mouemur ⁊ ſumus. Et ne ea que dicta ſunt de ſpiritu intelligant̄ de ſpiritu mūdi de quo dicit̄. 1ᵉ. corinth. 2. Nos autē non ſpiritū huius mūdi accepimus. Ideo hoc cōſequēter remouet apoſtolus dicēs. Non efficiamur ꝛc. Ubi tria excludit ꝓpria ſpiritus mūdi. ſcꝫ inanē gloriam iracundiā ⁊ inuidiā. quibus tribus ꝯuenienter aptari poteſt nomē ſpiritus. Significat eñi ſpiritus quandā inflatiōnē. Unde ſcđm hoc illi dicunt̄ magni ſpiritus qui ſunt inflati per inanē gloriā. Eſa. 25. Spiritus robuſtorꝫ quaſi turbo impellēs parietē ꝛc. Et quantū ad hoc dicit. Nō efficiamur inanis glorie cupidi. id eſt glorie ſecularis Cū enim vanū ſit quod nec ſolide firmat̄ nec veritate fulcitur nec vtilitate amat̄. ideo gloria hui⁹ mundi vana eſt: quia caduca ⁊ nō ſolida. Eſa. 40. Omnis caro fenū ꝛc. ⁊ quia falſa eſt. 1. Macha. 2. Gloria hominis peccatoris ſtercus ⁊ vermis. Sed vera gloria eſt in proprijs bonis hominis que ſunt bona ſpiritualia. ⁊ hāc habent ſancti. 2ᵉ. corint. 1°. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū conſcientie noſtre ꝛc. Et quia inutilis ⁊ infructuoſa. Nam quātamcūꝗ gloriaꝫ habeat quis ex teſtimonio ſeculariū non poteſt ꝓpter hoc cōſequi finem ſuū quem conſequit̄ teſtimonio dei. 1ᵉ. cor. 1°. Qui gloriat̄ in dn̄o glorient ꝛc. Non autē dicit. nō habeatis inanē gloriam. ſed nō efficiamini cupidi. quia gloria ſequit̄ aliquādo fugientes eam. ⁊ ſi oportet recipi non tamen amet̄. Item ſignificat impetuoſitatē. Prouer. 27 Impetū cōcitati ſpiritus ferre quis poterit? Et ſignificat iracundiā. Et quantū ad hoc dicit. Inuicē ꝓuocantes ſcꝫ ad contentionē vel litem vel alia illicita. Rom. 13°. Non in contentiōe ⁊ emulatōe ꝛc. Item eſt ſpiritus triſticie de quo dicit̄ Prouerb. 17. Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Et quantū ad hoc dicit. Inuicē inuidentes. Prouerb. 14. Putredo oſſium inuidia ꝛc. Cui⁹ ratio eſt. quia ip̄a ſola creſcit ex bono.

## Capitulum ſextum.

Fratres: ⁊ ſi preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi iſtruite in ſpiritu lenitatis: conſiderās teip̄m ne ⁊ tu tempteris. Alter alterius onera portate ⁊ ſic adimplebitis legem xp̄i. Nā ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit

**ipſe ſe ſeducit. Opus autez ſuũ probet vnuſ quiſqꝫ: ⁊ ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit ⁊ non in altero. Unuſquiſqꝫ enĩz onus ſuum portabit.**

Poſtꝗ̃ apoſtolus reduxit galathas ad ſtatũ veritatꝭ quã
tum ad res diuinas. hic conſequẽter reducit eos quantũ
ad res humanas: inſtruens eos qualiter ſe habeãt ad ho-
mines. Et primo qualiter ſe habeãt ad rectos. Secundo
quomõ ad peruerſos ibi. Uidete qualibꝰ litteris ⁊c. Cir-
ca primũ tria facit. Primo docet qualiter ſupiores ſe ha-
beant ad inferiores. Secũdo qualiter equales ad coequa
les ibi. Alter alteriꝰ ⁊c. Tercio qualiter inferiores ad ſu
periores ibi. Cõmunicet autẽ is ⁊c. Circa primũ duo fa-
cit. Primo ponit ammonitionẽ. Secũdo aſſignat ammo
nitiõis rationẽ. ibi. Conſiderãs teipm ⁊c. Quia ergo de
peccatis multa dixerat ne aliq̃s a peccato ĩmunis in pec-
catores deſeuiret. ideo ãmonitionẽ de mãſuetudine ⁊ mi
ſericordia eis proponit dicẽs: Fratres ⁊ ſi preoccupatus
fuerit homo ⁊c. Ubi tria ponit que faciũt ad ammonitio-
nẽ. Primũ eſt ſurreptio. naz quãdo aliqui ex malitia pec
cãt minus digni ſunt venia. Job. 34. Qui quaſi de indu
ſtria receſſerũt ⁊c. Sed quãdo aliquis p̃occupat̃ tempta-
tiõibus ⁊ inducit̃ ad peccandũ: facilius debet ei venia cõ
cedi. ⁊ ideo dicit. Et ſi preoccupatus fuerit ⁊c. id eſt im-
prudẽter lapſus vt nequeat vitare. Secundũ eſt peccato-
rũ paucitas. Naz aliqui ex cõſuetudine peccãt. Oſee. 4.
Maledictũ ⁊ mendaciũ ⁊ homicidiũ ⁊ furtũ ⁊ adulteriuz
inundauerũt et ſanguis ſanguinẽ tetigit ⁊c. Et contra ta
les ſeuerius eſt agendũ. Et hoc excludit̃ cũ dicit. In ali-
quo: quaſi nõ vſu quottidiano peccans. Terciũ eſt pecca
toꝝ qualitas. Nam quedã peccata cõſiſtunt in tranſgreſ-
ſione. quedã vero in omiſſione. Grauiora autẽ ſunt prima
ſecũdis. quia illa opponũtur preceptis negatiuis que ob
ligãt ſemper ⁊ ad ſemper: hec vero opponũtur preceptis
affirmatiuis que cũ non obligẽt ad ſemper nõ poteſt ſciri
determinate quãdo obligant. Unde dicit̃ in ps̃. Delicta
quis intelligit ⁊c. Et quantũ ad hoc dicit. Delicto. Uel
ſcõm glo. Delictũ eſt peccatũ ex ignorãtia. His ergo pre-
miſſis ad miſericordiã eos qui corrigunt monet ⁊ hi ſunt
ſpirituales ad quos pertinet correctio. Unde dicit. Uos
qui ſpiritales eſtis huiuſmõi inſtruite. 1ᵉ. corint. 2°. Spi
ritualis iudicat om̃ia ⁊ ip̃e a nemine iudicat̃ ⁊c. Et huiꝰ
ratio eſt. quia rectum iudiciũ habet de omnibus qui circa
vnũquodqꝫ recte diſpoſitus eſt. ſicut qui ſanũ guſtum ha-
bet recte iudicat de ſapore. Solus aũt ſpiritualis bene di
ſpoſitus eſt circa agenda. ⁊ ideo ip̃e ſolus de eis bene iu-
dicat. Sed quia nomẽ ſpiritus rigorem quẽdam ⁊ impul
ſum deſignat. ſcõm illud Eſaie. 25°. Spiritus robuſtoꝝ
quaſi turbo impellẽs parietẽ ⁊c. non eſt credendũ ꝙ viri
ſpirituales ſint nimis rigidi in corrigẽdo. Nam hoc ſpiri-
tus huius mũdi facit. ſed ſpiritusſanctus ſuauitatẽ quan-
dam ⁊ dulcorẽ efficit in homie. Sapi. 12°. O ꝗ̃ bonus ⁊
ſuauis eſt ſpiritꝰ tuus dñe ⁊c. Et ideo dicit. In ſpiritu le
nitatis. ps̃. Corripiet me iuſtus in miſericordia ⁊c. Con-
tra quod dicit̃ de quibuſdã Ezech. 34. Cũ auſteritate im
perabatis eis ⁊c. Dicit autẽ inſtruite ⁊ corrigite. quia lo-
quit̃ de preoccupatis ⁊ delinquẽtibus qui indigẽt inſtru
ctione. Uel quia om̃is peccans eſt ignorãs. Prouer. 14
Errãt qui operant̃ malũ. Rationẽ autẽ ammonitiõis ſub
dit dicẽs: Conſiderãs teip̃m ⁊c. Quaſi dicat. Ita fiat vt
dixi. quia ⁊ tu fragilis es. nam quãdiu in hac vita morta-
li ſumus: proni ſumus ad peccandũ. Nihil autẽ ita fran-
git hominꝭ ſeueritatẽ in corrigendo ꝗ̃ timor ꝓprij caſus.
Eccl. 31. Intellige que ſunt ꝓximi tui ex teip̃o. ¶ Quali-
ter autẽ ſe habeãt ad equales oſtendit dicẽs: Alter alteri
us ⁊c. Et primo ꝓponit ammonitionẽ. Secũdo aſſignat
eius rationẽ. ibi. Et ſic adimplebitis ⁊c. Tercio excludit
ammonitiõis implende impedimentũ. ibi. Naz ſiquis exi
ſtimat ⁊c. Ammonet aũt ad mutuã ſupportationẽ dicens
Alter alterius onera portate. Et hoc tripliciter. Uno mo
do defectũ alterius corporalẽ ſeu ſpiritualẽ pacienter tole
rando. Rom. 15. Debemus autẽ nos firmiores ⁊c. Alio
modo neceſſitati mutue ſubueniẽdo ⁊c. Rom. 12. Neceſ
ſitatibus ſanctoꝝ cõmunicantes ⁊c. Tercio modo ꝓ pe-
na ſibi debita ſatiſfaciendo oratiõibus ⁊ bonis operibus.
Prouer. 18. Frater qui iuuat̃ a fratre ⁊c. Ratio autẽ am
monitiõis eſt adimpletio legis xp̃i que ſimiliter eſt chari-
tas. Rom. 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Unde dicit.
Et ſic adimplebitis legẽ xp̃i. id eſt caritatẽ. Dicit̃ autẽ ca
ritas ſpecialiter lex xp̃i triplici ratiõe. Primo qꝛ per hoc
diſtinguitur lex noua a lege veteri. Nam illa eſt timoris:
hec vero amoris. Unde auguſtiꝰ dicit. Parua differẽtia
eſt veteris legis ⁊ noue: timor ⁊ amor. Secũdo quia per
caritatẽ ſpecialiter xp̃us legem ſuã ꝓmulgauit. Joh. 13.
In hoc cognoſcẽt omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dile-
ctionẽ ⁊c. Et iterũ. Mandatũ nouũ do vobis vt diligatis
inuicẽ ⁊c. Tercio quia ip̃am impleuit xp̃s ⁊ exemplũ eaz
implendi nobis reliquit. Nam ip̃e ex caritate peccata no-
ſtra tulit. Eſa. 53°. Uere languores noſtros ip̃e tulit. 1ᵉ.
petri. 2°. Qui peccata noſtra pertulit in corpe ſuo ſuper
lignũ ⁊c. Iſa. 40. Fetas ip̃e portabit. Sic ergo debemꝰ
alter alterius onera portare ex caritate vt ſic impleamꝰ le
gem xp̃i. ¶ Impedimentũ autẽ implende ammonitiõis p̃
dicte eſt ſuperbia. Ideo hoc excludẽs dicit. Nam ſiquis
exiſtimat ⁊c. Et primo vituperat ip̃am ſuperbiã. Secũdo
oſtendit modũ vitandi eam. ibi. Opus autẽ ſuũ ⁊c. Ter-
cio vitandi rationẽ aſſignat ibi. Unuſquiſqꝫ eñi ⁊c. Dicit
ergo. facite vt dixi. Sed cõtingit aliquem onus alterius
nõ portare. quia prefert ſe alijs. Unde dicebat ille Luce
18. Non ſum ſicut ceteri hominũ ⁊c. Et ideo dicit. Nam
ſiquis exiſtimat ſe aliquid eſſe. id eſt in mente ſua ſuperbe
iudicat ſe magnũ eſſe in comparatiõe peccãtis cum nihil
ſit ex ſe quia quicquid ſumus hoc eſt ex gratia dei ſcõm il
lud apoſtoli. 1ᵉ. corinth. 15. Gratia dei ſum id quod ſum.
Qui inqꝫ tale aliquid facit ip̃e ſe ſeducit. id eſt a veritate
ſe diuidit. Eſa. 40. Omnes gẽtes quaſi nõ ſint ⁊c. Luc.
17. Cum om̃ia benefeceritis dicite: ſerui inutiles ſumus.
⁊c. Remediũ autẽ vitandi eſt proprioꝝ defectuũ cõſidera
tio. Nam ex hoc ꝙ aliquis alienos ⁊ nõ ſuos defectus cõ
ſiderat. videt̃ ſibi aliquid eſſe in comparatiõe ad alios in
q̃bus defectus intuet̃ ⁊ ſuos nõ ꝯſiderans ſuperbit. Et iõ
dicit. Opus aũt ſcꝫ interius ⁊ exteriꝰ. ſuũ. id eſt propriũ.
ꝓbet. id eſt diligenter examinet vnuſquiſqꝫ. 1ᵉ. corint. 11.
Probet ſeip̃m homo ⁊c. Et ſic in ſeip̃o. id eſt in ꝓpria cõ
ſcientia gloriã habebit. id eſt gloriabit̃ ⁊ gaudebit. 2ᵉ. co
rinth. 1°. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ conſcientie no-
ſtre. Et nõ in altero. id eſt nõ in laude alterius. Uel ſic. in
ſemetip̃o. id eſt per ea que ſui ip̃ius ſunt gloriã habebit.
id eſt gloriabit̃ in conſideratiõe ſui et non in altero. id eſt
non in cõſideratione alterius. 2ᵉ. corinth. 12. Libẽter glo
riabor in infirmitatibꝰ meis ⁊c. Uel in ſemetip̃o. id eſt in
deo qui in eo habitat gloriabit̃. id eſt eius erit gloria ⁊ nõ
in altero ꝗ̃ in deo. 2ᵉ. corinth. 10. Qui gloriat̃ in domĩo
glorieт. Ratio vitandi ſuperbiã eſt premiũ vel pena vni-
cuiqꝫ ꝓ merito vel demerito reddẽda. Unde dicit. Unuſ
quiſqꝫ enim onus ſuũ portabit. Quod videt̃ contrariũ ei
quod dixerat. Alter alterius onera portare. Sed ſciendũ
eſt ꝙ ibi loquit̃ de onere ſuſtinende infirmitatis qđ debe-
mus mutuo portare. hic loquit̃ de onere reddende rõnis
quod quilibet ꝓ ſe portabit ſiue ſit onus premij ſiue pene

Nam onus aliquãdo quidē pondus pene: aliquãdo pre
mij ſignificat. 2ͤ. corinth. 4. Eternū glorie pondus ope-
ratꝰ ꝛc. Eſa. 3. Dicite iuſto quoniã bene: quoniã fructū ad-
inuentionū ſuaꝝ comedet ve impio in malū ꝛc. Si aūt di
cantꝰ aliqui ratione reddere ꝓ alijs. puta prelati ꝓ ſubdi-
tis ſm illud Ezech. 3. Sanguine eius de manu tua requi
ram ꝛc. Et heb. vlti. Obedite prepoſitis veſtris. ipſi em̄
peruigilãt quaſi ratione reddituri pro animabus veſtris
nō eſt contrariū dicto apoſtoli quia nō puniūtur ꝓ pecca-
tis ſubditoꝝ ſed pro ꝓprijs que in cuſtodia ſubditoꝝ cō-
miſerūt. Eſt ergo vitanda ſuperbia ⁊ peccatū. quia vnuſ-
quiſqꝫ onus ſuū. i. menſurã gratie ſue offeret deo in die iu
dicij tanq̄ manipulos bonoꝝ operū. ps. Venientes autē
venient cū exultatiōe Et hoc quantū ad bonos. vel onus
ſuū portabit. i. penam ꝓ ꝓprio peccato.

## Lectio ſecunda.

Communicet autē is qui cathetizatꝰ
verbo ei qui ſe cathetizat in omnibꝰ
bonis. Nolite errare: deus non irri-
detur. Que em̄ ſeminauerit homo hec ⁊ me-
tet: quoniã qui ſeminat in carne ſua: de car-
ne ⁊ metet corruptionē. qui autē ſeminat in
ſpiritu de ſpiritu metet vitam eternam. Bo
nū autem facientes non deficiamus. tempo-
re enī ſuo metemus non deficientes. Ergo
dum tempus habemus operemur bonū ad
omnes: maxime autē ad domeſticos fidei.

Poſtq̄ apl's oſtendit qualiter ſuperiores ſe habeãt ad in
feriores ⁊ equales equalibꝰ. hic ꝯſequenter oſtendit qua
liter inferiores ſe habeãt ad ſuperiores dicens: inferiores
debere ſuperioribꝰ miniſtrare ⁊ obſequi. Et circa hoc tria
facit. Primo monet vt miniſtrēt prompte. Scdo vt mini
ſtrent perſeuerãter ibi. Bonū autē facientes nō deficiamꝰ
ꝛc. Tercio vt miniſtrent cōmuniter ibi. Ergo dū tempus
habemus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit moni-
tionē miniſterij. Scdo excuſationē excludit ibi Nolite er
rare ꝛc. Dicit ergo dictum eſt ſupra quomō ſuperiores ſe
debeãt hacere ad inferiores ſcꝫ leniter corripiendo ⁊ in-
ſtruendo. nūc autē reſtat videre qualiter inferior ſuperio-
ri obſequatꝰ. ⁊ ideo dicit. Communicet aūt qui cathetizatꝰ
id eſt docetꝰ verbo dei ei qui ſe cathetizat. i. qui eū docet.
Cōmunicet inq̄ in oībus bonis. Sed notandū eſt q̄ diſ-
ſcipulus poteſt dupliciter cōmunicare ſe docēti. Primo
vt accipiat bona doctoris ⁊ ſic dicitꝰ. Cōmunicet is qui ca
thetizatꝰ. i. cōmune ſibi faciat quod eſt docētis eū imitan-
do. 1ͤ. corinth. 11. Imitatores mei eſtote ꝛc. Sed quia cō
tingit doctores aliqñ minus bona facere. ideo nō ſunt in
hoc imitãdi. Et ideo ſubdit. In oībus bonis. Math. 23.
Quecūqꝫ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite: ſm opera eoꝝ
nolite facere. Scdo vt cōmunicet bona ſua docenti. Hoc
enim a dn̄o precipitꝰ. 1ͤ. corinth. 9°. vbi dicitꝰ. Qui euãge
lio ſeruiūt de euangelio viuãt. Unde Mat. 10. Dignus
eſt operarius cibo ſuo. Et luce. 10. Dignus eſt operari-
us mercede ſua: ⁊ apoſtolꝰ dicit. 1ͤ. corinth. 9. Si vobis
ſpiritualia ſeminamꝰ ꝛc. Et ideo hic dicit Cōmunicet au
tem is ꝛc. id eſt doctor doctori in oībus bonis que habet.
nam etiã tempalia bona quedã dicuntꝰ Eſa. 1. Si volueri
tis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. Math. 7°. Si
vos cū ſitis mali noſtis bona data ꝛc. Dicit aūt in oībus
quia nō ſolum cōmunicare debet indigēti ſed ⁊ ſcientiã ⁊
conſiliū potentiã ⁊ quicquid agat generaliter debet pri-
mo cōicare. 1ͤ. petri. 4°. Unuſquiſqꝫ ſicut accepit gratiã
in alterutrū illam admīſtrantes ꝛc. De iſta cōmunicatōe
dicit Ro. 12. Neceſſitatibus ſanctoꝝ cōicantes. Eccl'. 14
In diuiſione ſortis da ⁊ accipe. ¶ Conſequēter cū dicit.
Nolite errare ꝛc. Excuſationē excludit. ⁊ primo excludit
eam. Scdo rationē excluſionis aſſignat. ibi. Que em̄ ſe-
minauerit ꝛc. Dicit ergo nolite errare deus nō irridetur.
Quod quidē dupliciter intelligi poteſt ſm duas premiſ-
ſas expoſitiōes. Scdm primã quidem ſic. Tu dicis q̄ de
bemus imitari doctores etiã in bonis: ſed nō poſſum eos
imitari niſi in his que faciūt. Nihil autē video in ipis ni-
ſi malū. ergo debeo eos imitari in malo. Sed hoc exclu-
dit dicens: Nolite errare deus nō irridetꝰ. Quaſi dicat er
ror eſt hoc dicere. Nam mala prelatoꝝ non excuſant nos
Non em̄ ſunt ſubditis in exemplū niſi in his in quibꝰ imi
tantꝰ xp̄m qui eſt paſtor abſqꝫ peccato. vnde ⁊ ſignãter di-
cit. Joh. 10. Ego ſum paſtor bonus ꝛc. ⁊ aplus. 1ͤ. corin.
4. ⁊. 11. dicit Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i. Qua
ſi dicat. In his me imitamini in quibus ego imitor xp̄m.
Et ſi per mala prelatoꝝ excuſatis vos apud hoīes: tamē
deus nō irridetꝰ. i. non poteſt falli. Job. 13°. Aut decipietꝰ
vt homo fraudulētijs veſtris. Unde dicitꝰ Prouer. 3. De
luſores ipe deludet. Scdm aūt ſecundã expoſitionē ſic in
troducitꝰ. Poſſent em̄ dicere pauperes ſumꝰ: nihil habe-
mus quod cōmunicare poſſimus. Sed hoc excludit dicēs
Nolite errare. i. nemo excuſatū vane ſe exiſtimet pauper-
tatē pretendēdo. deus non irridetꝰ. i. nō poteſt falli. Scit
enim corda noſtra nō ignorat facultates. Excuſatio veriſi
milis hominē poteſt latere vel placare: deū non poteſt fal
lere. Rationē aūt huius aſſignat dicēs: Que em̄ ſemina
uerit homo ꝛc. Et primo in generali. Scdo in ſpeciali ibi
Quoniã qui ſeminat ꝛc. Dicit ergo ſm primã expoſitio-
nē vere erratis hoc credentes: quia deus reddet ſingulis
ꝓ meritis ꝓprijs. Nam que ſeminauerit homo: hec me-
tet. i. ſm opa ſua bona vel mala parua vl' magna p̄miabitꝰ
vel punietꝰ. Scdm autē ſcdaꝫ expoſitionē que ſemiauerit
hō. i. ſm beneficia ſua parua vel magna ⁊ q̄tū ad q̄litatē
opeꝝ ⁊ q̄tuꝫ ad q̄titatē beneficioꝝ premiabitꝰ. 2ͤ. coꝝ. 9.
Qui parce ſeminat parce ⁊ metet ꝛc. Rationē aūt ſpecia
liter aſſignat dicēs: Quoniã qui ſeminat in carne ſua ꝛc.
que quidē ratio habet duas partes ſm duas ſeminatiōes
carnis ⁊ ſpiritus. Primo ergo agit de ſeminatiōe carnis
Ubi videndū eſt quid ſit ſemiae in carrne. Scdo quid eſt
de carne metere corruptionē. Seminare quidē in carne
eſt operari ꝓ corpore vel ꝓ carne. ſicut ſi dicã ego multū
expendi in iſto hoīe. i. multa feci ꝓ eo. Ille ergo in carne
ſemiat qui ea que facit etiã ſi que bona videantꝰ facit in fo
mentū ⁊ vtilitatē carnis. De carne autē metere corruptio
nē quia ſemen fructificat vt plurimū ſm conditionē terre
Unde videmus q̄ in aliquibꝰ terris ſemen frumēti dege
nerat in ſiliginē vel in aliquod aliud. Conditio autē car
nis eſt vt ſit corruptibilis. ⁊ ideo qui in carne ſeminat. i.
ſtudiū ſuū ponit ⁊ opera oportet q̄ ipa corrumpantꝰ ⁊ pe-
reant. Eccl'. 14. Omne opus corruptibile in fine perdetꝰ.
Ro. 8. Si ſm carnē vixeritis moriemi. Scdo agit de ſe-
minatiōe ſpiritus dicēs: Qui autē ſeminauerit in ſpiritu
id eſt ordinat ſtudiū ſuū ad ſeruitutē ſpiritus ex fide ⁊ cari
tate ſeruiēdo iuſticie. metet quidē de ſpiritu ſm conditio
nē eius. Conditio autē ſpiritus eſt q̄ ſit actor vite. Joh.
6. Spiritus eſt qui viuificat. Non aūt cuiuſcūqꝫ vite ſed
vite eterne cū ſpiritus ſit īmortalis. ⁊ ideo metet de ſpiri-
tu vitã eternã. Prouer. 11. Seminanti iuſticiã merces fi-
delis quia nunq̄ deſiccatꝰ. Sed nota q̄ cū agit de ſemina
tione carnis dicit. In carne ſua quia caro eſt nobis de na
tura noſtra. ſed cū loquitꝰ de ſemine ſpiritus nō dicit ſuo.
quia ſpiritus nō eſt nobis a nobis ſed a deo. ¶ Deinde cū
dicit. Bonū autē facientes ꝛc. monet ad miniſterij perſe-

uerantiam. q: non ad horam tantũ ſed ſemꝑ debem⁹ be
nefacere. qḋ quidem poteſt referri ad ea que dicta ſunt
ſcꝫ ad ſuperiores ⁊ ad equales ⁊ ad inferiores. quaſi di-
cat. Quicũqꝫ ſum⁹ ſiue prelati erga ſubditos: ſiue equa
les erga eq̃les. ſiue ſubditi erga prelatos bonũ facientes
non deficiamus ſcꝫ in bene operando: q: non deficiem⁹
in metendo. Ecc̃. 9. Quodcumqꝫ poteſt manus tua fa-
cere inſtanter operare. 1. corin. 15. Stabiles eſtote ⁊ im-
mobiles. Et merito non eſt deficiendũ: q: expectam⁹ re-
muneratioeem eternam ⁊ indeficientem. Unde ſubdit.
Tempore enim ſuo metemus indeficiẽtes. Unde dicit
Auguſtinus. Si homo non impoſuerit finem operi nec
deus imponet remunerationi. Math. 25. Ibunt hi ad
vitam eternam. Sed nota ꝙ dicit. Tempore ſuo quia
ſicut agricola non ſtatim de illo quod ſeminat fructum
colligit: ſed tẽpore congruo. Iac. vltio. Agricola expe-
ctat glorioſuꝫ fructũ t̃re patienter ferens donec accipiat
temporaneũ ⁊ ſerotinum. ⁊c. De iſta meſſione dicit̃. 2.
corin. 9. Qui ſeminat in benedictiouib⁹ de benedictio-
nibus ⁊ metet vitã eternã. ¶ Deinde cũ dicit. Ergo dũ
tempus habemus ⁊c. monet ad miniſtrandũ cõmuniter
dicens. Quia metemus non deficientes. Ergo dũ tem-
pus habemus id eſt in hac vita que eſt tempus ſeminan-
di Io. 9. Me oportet operari opera eius q̃ miſit me do-
nec dies eſt venit nox. ⁊c. Ecc̃. 9. Quodcũqꝫ poteſt ma-
nus tua facere inſtanter oꝑare: q: nec opus nec ratio nec
ſcientia nec ſapientia erũt apud inferos quo tu ꝓperas.
Dum inquã illud habem⁹ operemur bonũ ⁊ hoc ad oẽs
ſcꝫ homines qui iuncti ſunt nobis in diuina ſimilitudi-
ne inquantum omnes ad imaginẽ dei facti ſumus. Sed
contra Ecc̃. 12. dicit̃. Da iuſto ⁊ ne recipias peccatorẽ.
Non ergo debemus operari bonum ad omnes. Reſpon-
deo. dicendum eſt ꝙ in peccatore duo ſunt: natura ſcꝫ ⁊
culpa. Natura quidẽ eſt in eo amãda et ſuſtentãda etiã
inimici. Mat. 5. Diligite inimicos ṽros ⁊c. Culpa ve-
ro in eo eſt expellenda. Sic ergo dictũ eſt. Da iuſto ⁊c.
vt ſcꝫ peccatori non ideo benefacias: q: peccator eſt: ſed
q: homo. Unde auguſtinus. Non ſis ad iudicandũ re-
miſſus nec ad ſubueniendũ inhumanus. Perſequamur
ergo in malis ꝓpriaꝫ iniquitatẽ: miſereamur in eiſdẽ cõ-
munẽ conditionẽ. ¶ Sed q: non poſſumus omnibus be-
nefacere ordinem benefaciendi ſubdit dicens: Maxime
aũt ad domeſticos fidei qui ſcꝫ magis nobis iunguntur
ſcꝫ non ſolum natura: ſed etiã fide ⁊ gratia. Eph. 2. Nõ
eſtis hoſpites ⁊ aduene: ſed eſtis ciues ⁊c. ergo omnib⁹
impendenda eſt miſericordia. ſed preponendi ſunt iuſti
q̃ ſũt ex fide. q: 1. Ti. 5. dicit̃. Qui ſuorũ maxĩe domeſti
corum curam non habet: fidem negauit ⁊ eſt infideli de-
terior. ¶ Sed dubitat̃ hic vtrum liceat plus vnum dili
gere q̃ alium. Ad quod ſciendũ ꝙ amor poteſt dici ma-
ior vel minor dupl̃r. Uno mõ ex obiecto. Alio mõ ex in-
tenſione actus. Amare enĩ aliquẽ eſt velle ei bonũ. Po
teſt ergo aliquis aliũ magis alio diligere. aut q: vult ei
maius bonum qḋ eſt obiectum dilectionis. aut q: magis
vult ei bonum id eſt ex intenſiori dilectione. Quantũ ḡ
ad primũ omnes equaliter debemus diligere. q: omni-
bus debem⁹ velle bonũ vite eterne. Sed quantũ ad ſe-
cundum non oportet ꝙ omnes equaliter diligamus: q:
cuꝫ intenſio actus ſequat̃ principiũ actionis: dilectionis
autẽ ꝑncipium ſit vnio ⁊ ſimitudo: illos intenſius ⁊ ma-
gis debemus diligere qui ſunt nobis magis ſimiles et
vniti.

## Lectio tertia.

V Idete qualibus litteris ſcripſi vo
bis mea manu. Quicũqꝫ enim vo
lunt placere in carne: hi cogunt vos circum
cidi: tantum vt crucis chriſti ꝑſecutionem
non patiant̃. Neqꝫ enĩ qui circumcidunt̃ le
gem cuſtodiunt. ſꝫ volunt vos circũcidi: vt
in carue veſtra glorient̃.

Poſtq̃ apoſtolus monuit galathas qualiter ſe habeant
ad homines rectos ⁊ iuſtos: hic docet quomodo ſe habe
ant ad hereticos ⁊ ꝑuerſos. Et ꝑmo inſinuat modũ ſcri-
bendi monitionẽ. Secũdo ipſam monitionẽ ſubiungit.
ibi. Quicũqꝫ enĩ ⁊c. Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ cõſuetu-
do erat apud hereticos deprauãdi ⁊ falſificandi ſcriptu-
ras canonicas necnon ⁊ ꝯmiſcendi aliqua eoruꝫ que he-
reſim ſapiant. ꝓpter hoc conſuetudo fuit ab aplo ſerua-
ta ꝙ qñ aliq̃ ꝯtra eos ſcribebat in fine lr̃e aliq̃ ſcriberet
vt deprauari nõ poſſet. ⁊ ita innoteſceret eis de eius cõ-
ſcientia ꝓceſſiſſe ſicut. 1. corin. vltimo dicit. Salutatio
mea manu pauli. Totamenĩ epiſtolã ꝑ alium eo dictan-
te ſcribi faciebat et poſtea in fine aliq̃d ꝓpria manu ad-
debat. Et ſm hũc modũ ea que ſequunt̃ ab iſto loco ſcri-
pſit paulus manu ꝓpria. Unde dicit. Uidete qualibus
lr̃is ſcripſi vobis manu ꝓpria: vt ſcꝫ predicta firmi⁹ te-
neatis: vt ſcientes a me hanc ep̃lam miſſam magis obe-
diatis. Sic ergo prelati debent ꝓpria man u ſcribere vt
qḋ docent verbo ⁊ ſcripto oſtendant exemplo. Ideo di-
citur Eſa. 49. In manib⁹ id eſt in operib⁹ meis deſcri-
pſi te ⁊c. Exo. 32. dicit̃ de moyſe. ꝙ deſcendit portans
duas tabulas lapideas ſcriptas digito dei. ¶ Monitio
nem aũt ſubiungit dicens: Quicũqꝫ enĩ placere volunt
⁊c. Et ꝑmo appit ſeducentiũ intentionẽ. Secũdo oſten-
dit ſuam intentionẽ eis eſſe contrariã. ibi. Mihi aũt ab-
ſit gloriari ⁊c. Tertio ſubdit ſuam ãmonitionẽ ad ſubdi
tos ibi. Quicũqꝫ hanc regulã ⁊c. Circa ꝑmũ duo facit.
Primo apperit ſeducentiũ malaꝫ intentionẽ. Secundo
ꝓbat qḋ dicit ibi. Neqꝫ enĩ circumciſionẽ ⁊c. Circa pri-
mũ ponit vnum factum ⁊ duas intentiones adinuicẽ or-
dinatas. Factũ aũt erat iſtoꝝ qui circũciſionẽ inducebãt
⁊ ex hoc duo intendebant. Unũ ꝓpter aliud ſcꝫ vt place
rent inde iudeis ex hoc ꝙ carnales obſeruantias legis
introducebant in eccleſia gentium: ⁊ hoc eſt quod dicit.
Quicũqꝫ volũt placere ſcꝫ iudeis infidelib⁹: in carne id
eſt in carnalibus obſeruantijs: hi cogunt vos circumci-
di. non coactione abſoluta: ſed quaſi ex conditione dicẽ
tes. Quia niſi circũcidamini non poteritis ſalui fieri. vt
habet̃ Act. 15. Intendebant autẽ ex hoc vlterius quan-
dam ſecuritateꝫ habere. Iudei enĩ ꝑſequebant̃ diſcipu-
los xp̃i ꝓpter ꝑdicationẽ crucis. 1. corin. 1. Nos autẽ ꝑ-
dicamus chriſtũ crucifixum. ⁊c. Et hoc q: ꝑ predicatio-
nem crucis euacuabant̃ legalia. Nã ſi apl̃i ſimul cũ cru-
ce xp̃i ꝑdicaſſent debere ſeruari legalia: nullam ꝑſecuti
onem iudei apl̃is intuliſſent. Unñ dicebat ſupra. 5. Ego
autẽ fratres ſi adhuc circumciſioneꝫ ꝑdico: quid adhuc
ꝑſecutionem patior. ⁊c. Ut ergo non haberent ꝑſecuti-
onem a iudeis: inducebãt circũciſionẽ. Et ideo dicit. Et
etiam hoc ꝓpter hoc tantũ faciunt: vt crucis xp̃i ꝑſecu-
tionem non patiant̃ que ſcꝫ ꝓ cruce xp̃i infert̃. Uel hoc
etiã faciebant ad vitandam ꝑſecutionẽ non ſolum iude-
orum: ſed etiam gentiliũ infidelium. Nam romani impe
ratores Gaius ceſar ⁊ Octauianus auguſtus ꝓmulga-
uerunt leges vt iudei vbicũqꝫ eſſent ꝓprio ritu ⁊ ꝓprijs
cerimonijs deſeruirent. Et ideo quicũqꝫ in chriſtum cre-
debat ⁊ circumciſus non erat ꝑſecutionibus tam genti-
lium q̃ iudeorum fiebat obnoxius. Ut ergo non inquie-
tarent̃ de fide chriſti et in quiete viuerent: cogebãt eos
circumcidi ſm ꝙ habet̃ in gloſa. ¶ Sed q: poſſent dice

te pſeudo ꝙ non ꝓpter hoc circumciſionē inducunt. ſꝫ
zelo legis ſolum. ideo hoc excludens probat quod dixit
cum dicit ſic. Neqꝫ eñ qui circumcidunt ⁊c. Cōſtat eñ
ꝙ ſi ꝓpter legis zelum aliquos ad legis obſeruātias in-
ducerent mandarent etiam legem in alijs impleri. Sed
neqꝫ illi qui circūcidunt neqꝫ pſeudo in alijs ſcꝫ in mo-
ralibus que potiora ſunt in lege ⁊ in alijs obſeruantijs
legem cuſtodiunt. Jo. 7. Nemo ex vobis facit legē. nō
ergo ex zelo legis circumciſionē inducunt. Ro. 2. Cir-
cumciſio quidēꝫ ꝓdeſt ſi legem obſerues. Sed ideo vo-
lunt vos circūcidi vt in carne veſtra id eſt in carnali ve-
ſtra circūciſione glorient apud iudeos eo ꝙ tam multos
ꝓſelitos faciant. Matth. 23. Ve vobis ſcribe ⁊ phariſei
qui circuitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnū ꝓſelitū ⁊c.

## Lectio quarta.

**ihi autē abſit gloriari niſi in cru-
ce domini noſtri ieſu chriſti. ꝑ quē
mihi mūdus crucifixus eſt et ego
mundo. In chriſto enim ieſu neqꝫ circumci
ſio aliquid valet neqꝫ prepucium: ſed no-
ua creatura.**

Poſtꝙ apoſtolꝰ expoſuit prauam ſeducentiū intentiōꝫ:
hic inſinuat ſuam. Et ꝓmo ponit ſuā intentionē. Secun
do oſtendit intentionis huius ſignū ibi. Per quē mūdus
⁊c. Tertio rationem intentionis aſſignat ibi. In chri-
ſto ieſu. ⁊c. Dicit ergo intentio ſeducentiuꝫ apparet. qꝛ
illi gloriant in carne. ſed ego aliam gloriam quero ſcꝫ in
cruce xp̄i. Et hoc ē qđ dicit. Mihi abſit gloriari ⁊c. Vi-
de ꝙ vbi mūdi ꝓbus erubuit ibi ap̄lus theſaurū reppe-
rit. Qđ illi viſum eſt ſtulticia: apoſtolo factum eſt ſapiē
cia ⁊ gloria vt dicit auguſtinus. Vnuſquiſqꝫ eñ in ea re
gloriat ꝑ quam reputat magnꝰ. Sic qui reputat ſe ma
gnum in diuitijs gloriat in eis. et ſic de alijs. Qui eñ
in nullo alio ſe magnū reputat niſi in chriſto gloriat i ſo
lo xp̄o. Talis auteꝫ erat ap̄lus. Unde dicebat ſupra. 2.
Viuo ego iam non ego: viuit vero in me chriſtus. Et
ideo non gloriat niſi in xp̄o: precipue autē in cruce chri
ſti. ⁊ hoc quia in ipſa inueniunt omnia de quibꝰ homi-
nes gloriari ſolent. Nam gloriant aliqui de magnorum
puta regum aut principū amicitia. ⁊ hoc maxime ap̄lus
inuenit in cruce. qꝛ ibi oſtēdit euidens ſignū diuine ami
citie. Ro. 5. Cōmendat autē ſuam charitatē deus in no
bis. ⁊c. Nihil eñ ſic charitateꝫ ſuā ad nos oſtendit ſicut
mors xp̄i. Unde gregoriꝰ. O ineſtimabilis dilectio cha
ritatis vt ſeruū redimeres filium tradidiſti. Item glori-
antur aliqui de ſcientia. Et hanc ap̄lus excellentiorē in-
uenit in cruce. 1. corin. 2. Non eñ eſtimaui me aliquid
ſcire inter vos niſi ieſum chriſtum ⁊c. Nam in cruce eſt
ꝑfectio totius legis ⁊ tota ars bene viuendi. Item glori
ant aliqui de potentia: ⁊ hanc ap̄lus maximā habuit ꝑ
crucem. 1. corin. 1. Verbū crucis pereuntibꝰ ſtulticia eſt.
his autē q̄ ſalui fiunt id eſt nobis virtus dei eſt. Item glo
riant aliq̄ de libertate adepta. ⁊ hanc ap̄lus cōſecutus ē
ꝑ crucē. Ro. 6. Vetus noſter homo crucifixus eſt vt vl-
tra non ſeruiamus peccato. Item aliq̄ gloriant in aſſum
ptione ad aliqđ magnū collegiū. Sed ꝑ crucē xp̄i aſſu-
mimur ad collegiū celeſte. Col. 1. Pacificans ꝑ ſangui-
nem crucis eius ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terris ſunt. Iteꝫ
quidā gloriant in triūphali ſigno victorie. Sꝫ crux triū-
phale ſignū eſt victorie xp̄i contra demones. Col. 2. Ex-
polians principatus ⁊ poteſtates traduxit ꝯfidenter: pa
lam triūphans illos ⁊c. Sap. 14. Benedictū lignū per
qđ fit iuſticia. ¶ Signum autē ſue intentionis ſubdit di
cens: Per quem mihi mundus ⁊c. qꝛ autē hoc quod di
cit. Mihi abſit gloriari niſi in cruce ⁊c. eſt ꝓpoſitio exce
ptiua includens vnam affirmatiuā ⁊ aliā negatiuā. ideo
duplex ſignū ponit ꝓbans vtrāqꝫ ꝓpoſitionē. Et primo
quidē ꝓbat negatiuā ſcꝫ ꝙ nō gloriat niſi in cruce ⁊ hoc
cum dicit. Per quē mihi mundus crucifixus eſt ⁊c. Il
lud eñ in quo quis gloriat non eſt mortuū in corde eiꝰ:
ſed magis illud qđ cōtemnit. pſ. Obliuioni datus ſum
tanꝙ mortuus a corde. Manifeſtū eſt autē ꝙ mundꝰ et
oīa que in mūdo ſunt mortua erāt in corde pauli. Phil.
3. Omia arbitratus ſuꝫ vt ſtercora vt chriſtū lucrifacerē.
Ergo non gloriat in mundo neqꝫ in his q̄ in mūdo ſunt
⁊ hoc eſt qđ dicit. Vere in nullo alio glorior niſi in cru-
ce xp̄i ꝑ quē ſcꝫ chriſtū crucifixū mihi mundus crucifixꝰ
ē id ē mortuꝰ ē in corde meo vt nihil in eo cupiā. ¶ Se-
cundo probat affirmatiuā ſcꝫ ꝙ in cruce xp̄i gloriatur di
cens ſe crucifixum mundo. Qui eñ gloriat in aliquo: il
lud in ſe pretendit ⁊ manifeſtare deſiderat. ſed ap̄lus ni
hil in ſe pretendit nec manifeſtare deſiderat: niſi qđ ꝑti-
net ad crucem xp̄i. ⁊ ideo tantum in ea gloriat. ⁊ hoc eſt
qđ dicit. Et ego mundo ſcꝫ ſum crucifixus. quaſi dicat.
Porto inſignia crucis ⁊ ſum reputatus vt mortuus. Et
ideo ſicut mundus horret crucem chriſti: ita horret me.
Col. 3. Mortui eñ eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cū
xp̄o in deo ⁊c. ¶ Rationē autē quare non in alio gloriat
oſtendit ſubdens: In xp̄o eñ ieſu ⁊c. In illo ſiquidē ma
xime gloriat qđ valet ⁊ adiuuat ad coniungenduꝫ xp̄o.
hoc eñ ap̄lus deſiderat ſcꝫ cum xp̄o eſſe. Et qꝛ non va-
let ad hoc ritus iudaicus nec gentiliū obſeruantia: ſed
crux xp̄i ſolum: ideo ſolum in ea gloriat. ⁊ hoc eſt quod
dicit. In xp̄o neqꝫ circumciſio aliq̄d valet id eſt ritus iu-
daicus: neqꝫ ꝑpucium id eſt gentilitatis obſeruantia ſcꝫ
ad iuſtificandū ⁊ ad iungendū xp̄o: ſed ad hoc valet no-
ua creatura. Qđ q̄dē patet ex his q̄ dicta ſunt ſupra. 5.
quaſi eiſdem verbis. In xp̄o enim ieſu neqꝫ circumciſio
aliquid valet neqꝫ prepuciū: ſed fides que ꝑ dilectioneꝫ
operat. Fides ergo charitate formata eſt noua creatura
Creati nāqꝫ ⁊ ꝓducti ſumus in eſſe nature ꝑ adam. ſed
illa quidē creatura vetuſta iam erat ⁊ inueterata. ⁊ ideo
dñs ꝓducens nos ⁊ conſtituens in eſſe gratie fecit quā-
dam nouam creaturā. Jac. 1. Vt ſimus initium aliquod
creature eius. Et dicit noua qꝛ ꝑ eam renouamur in vi-
tam nouam ⁊ ꝑ ſp̄ūm ſanctū. pſ. Emitte ſp̄ūm tuū ⁊ crea
bunt. ⁊ renouabis faciem terre. Et ꝑ crucē xp̄i. 2. corin.
5. Si qua eſt in xp̄o noua creatura ⁊c. Sic ergo ꝑ nouā
creaturam ſcꝫ ꝑ fidem xp̄i ⁊ charitatē dei que diffuſa eſt
in cordibus noſtris renouamur ⁊ xp̄o coniūgimur.

## Lectio quinta.

**t quicūqꝫ hanc regulaꝫ ſecuti fu-
erint: pax ſuper illos ⁊ miſericor-
dia ⁊ ſuꝑ iſrael dei. Decetero ne-
mo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata
domini ieſu in corpore meo porto. Gratia
domini noſtri ieſu chriſti cuꝫ ſpiritu veſtro
fratres. Amen.**

Aperta intentione ſeducentiuꝫ ⁊ inſinuata ſua: hic con-
ſequenter ap̄lus monet eos. ⁊ ꝓmo ad ſui imitationem.
Secūdo vt deſiſtant ab eius moleſtatione ibi. Decetero
nemo ⁊c. Tertio implorat eis gratie auxiliū ad ꝑdictoꝝ
impletionē. Dicit ergo ꝓmo. Intentio mea eſt vt nō ni-
ſi in cruce xp̄i glorier: qđ ⁊ vos debetis facere. qꝛ quicū-
qꝫ hanc regulam quā ego ſcꝫ teneo ſecuti fuerint ſcꝫ hāc
rectitudinem gloriandi. 2. corin. 10. Nō in immenſum glo
riamur: ſed ſm menſuram regule. ⁊c. Pax ſuꝑ illos ſcꝫ

glorianteſ: q̄ʒ nõ niſi in xp̄o gloriant̄. pax inquã qua q̄ tenẽt ⁊ ꝓficiant in bono. Pax eñi eſt tranquillitas mentis. Cañ. 8. Ex quo facta ſum coram illo quaſi pacẽ reperiens. Col. 3. Pax xp̄i exultet in cordibus veſtris in q̄ ⁊c. Et miſericordia ꝑ quã liberent̄ a peccatis. Treñ. 3. Miſericordie dñi q̄ non ſumus conſumpti. Sap. 4. Gratia dei ⁊ miſericordia in ſanctos eius ⁊ reſpectus in electos illius. Qui ſunt ſcꝫ ſunt iſrael. Ro. 2. Nõ eñi q̄ in manifeſto iudeus. Ille ergo eſt iſrael dei q̄ eſt ſpũalit̄ iſrael coram deo. Jo. 1. Ecce vere iſraelita in quo dolus non eſt. Ro. 9. Non eñi om̄es q̄ ſunt ex iſrael hi ſunt iſraelite ⁊c. ſed q̄ filij ſunt ꝓmiſſionis exiſtimant̄ in ſemine. Unde ⁊ ipſi gentiles facti ſunt iſrael dei ꝑ mẽtis rectitudinē. Iſrael rectiſſimus interp̄tat̄ Gen. 32. Iſrael erit nomen tuum ⁊c. ¶ Conſequẽter cum dicit. Decetero nemo mihi ⁊c. monet vt deſiſtant a ſui moleſtatione. Et p̄mo ponit ãmonitionẽ. Secũdo rationẽ ei⁹ aſſignat ibi Ego eñi ſtigmata. Dicit ḡ. Decetero nemo ⁊c. qđ p̄t dupl̄r exponi. Uno mõ vt decetero accipiat̄ ĩ vi vni⁹ dictionis vt ſit ſenſus. Decetero id eſt ãmodo. Alio mõ vt accipiat̄ in vi duaꝝ dictionũ vt ſit ſenſus. de reſiduo nemo ⁊c. Quaſi dicat. ego glorior tñ in cruce: de omnib⁹ alijs nemo mihi moleſtus ſit. q̄ʒ ego de nullo curo. Sꝫ p̄ma melior eſt. Q̄ autẽ dicit. Nemo mihi moleſtus ſit poteſt referri ad pſeudo qui moleſti erant ap̄lo mouendo queſtiones et murmurando de obſeruantijs legalibus. pſ. Ego dum mihi moleſti eſſent ⁊c. Uel poteſt referri ad auditores non recte ſentientes vt dicat̄. Nemo mihi moleſt⁹ ſit. i. nullus auditor exhibeat ſe mihi talẽ vt rurſum in eo neceſſitatem habeã laborandi. ſcꝫ aliter ſentiendo q̄ doceam. ¶ Rationẽ aũt horum aſſignat dicens: Ego eñi ſtigmata ⁊c. Stigmata eñi ꝓprie ſunt quedam note impreſſe alicui cum ferro candenti. ſicut cum ſeru⁹ ab aliquo dño ſignat̄ in facie vt nullus cum ſibi vendicet: ſed quiete dimittat dño ſuo. cuius ſtigmata portat. Hoc etiaꝫ mõ ap̄ls dicit ſe ſtigmata dñi portare q̄ſi inſignitus ſit vt ſeru⁹ xp̄i. Et hoc q̄ʒ portabat inſignia paſſionis xp̄i patiens ꝓ eo multas tribulationes in corpore ſuo. ſm illud. 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquens exemplũ ⁊c. 2. corin. 4. Semꝑ mortificationẽ dñi ieſu in corpore noſtro circumferentes ⁊c. Et ſm hoc dupliciter poteſt continuari ad premiſſa. Uno modo vt dictum eſt. Nemo mihi moleſtus ſit: nam ego porto inſignia dñi noſtri ieſu xp̄i in corꝑe meo. ⁊ ſic nullus ſuꝑ me ius habet niſi xp̄s. Alio modo. Nemo mihi ⁊c. q̄ʒ ego habeo multos alios conflictus ⁊ ſtigmata q̄ in ꝑſecutionib⁹ quas patior me moleſtant. ⁊ graue eſt addere afflictionẽ afflicto. Unde conquerit̄ Job. 16. Conſcidit me vulnere ſuꝑ vuln⁹. Sꝫ p̄ma melior eſt. ¶ Implorat autẽ auxiliũ gratie dei dicens. Gratia dñi noſtri ieſu ⁊c. ꝑ quam predicta implere poſſitis ſit cum veſtro id eſt cum ratione veſtra: vt veritatem intelligatis. Uel cum ſpũ veſtro quo ſcꝫ debetis legem obſeruare. et non carnaliter. Ro. 8. Non eñi accepiſtis ⁊c.

¶ Explicit aurea expoſitio doctoꝝ angelici ſancti Thome de aquino ordinis fratrũ p̄dicatorũ in epiſtolam ſanctiſſimi Pauli ap̄li ad galathas.

Incipit ſolennis explanatio eiuſdem ſanctiſſimi doctoꝝ Thome de aquino ordinis fratruꝫ predicatorũ in epiſtolã eiuſdẽ ap̄li ſancti Pauli ad Epheſios.

EGo confirmaui columnas eius. pſ. Sicut dicit ſapiens: Non minor eſt virtus q̄ querere parta tueri. Ideo non ĩmerito cõmendatur apoſtol⁹: q̄ʒ ⁊ ſi epheſios in fide nõ fundauit: tñ fundatos in fide confirmauit: vt ipſe loquens de eccleſia epheſioꝝ vere poſſit dicere: Ego cõfirmaui columnas eius. Ego videlicet iſraelita natione: chriſtian⁹ religiõe: apoſtol⁹ dignitate. Iſraelita dico natiõe. Nam ⁊ ego iſraelita ſum ex ſemine abrae de tribu beniamin. 2. Corin. 11. Item chriſtianus religione Gal. 2. Ego eñi ꝑ legẽ mortuus ſum legi vt deo viuã: xp̄o confixus ſum cruci. viuo ego iam non ego: viuit vero in me xp̄us. Q̄ autẽ nunc viuo in carne in fide viuo filij dei. Item apoſtol⁹ dignitate. 1. corin. 15. Ego ſum minimus ap̄loꝝ. De his trib⁹ 2. cori. 11. Iſraelite ſunt ⁊ ego. Semen abrae ſunt ⁊ ego. miniſtri xp̄i ſũt ⁊ ego. vt min⁹ ſapiẽs dico pl⁹ ego. Talis debꝫ ẽẽ p̄dicator ſapiẽ ſalutarꝭ ſcꝫ iſraelita q̄ ad ꝯtemplationẽ dei. chriſtianus q̄ ad religionẽ fidei. ap̄lus quo ad auctoritatem officij. Ego ḡ iudeus ꝑ ſcripturã querens deum ꝑ fidem: ap̄lus dei ꝑ imitationẽ ꝯfirmaui. ⁊c. Cõfirmaui ne a fide vacillarẽt: ſicut artifex ꝯfirmat edificiũ ne cadat. Uñ dictũ eſt petro Luc. 22. Et tu aliq̄n conuerſus cõfirma fratres tuos. Qđ fecit paulus. Unde ei cõpetit illđ Job. 4. Uacillãtes ꝯfirmauerũt ſmões tui: Ne pſeudo timerent: ſicut epiſcop⁹ cõfirmat puerũ ad robur ꝯtra puſillaminitatẽ. Uñ dictũ ẽ ꝺ dauid ĩ pſ. Inueni dauid ſeruũ meum: oleo ſancto meo vnxi eum. man⁹ eñi mea auxiliabit̄ ei. ⁊ brachiũ meũ confortabit eum nihil ꝓficiet inimicus in eo. ⁊c. pſ. Uerbo dñi ꝑ paulum ſcripto: celi id eſt epheſij firmati ſunt ⁊c. ſcꝫ ne premium glorie amitterent ſicut prelatus vel princeps confirmat donũ ne poſtea auferat̄. pſ. Me autẽ ꝓpter innocentiã ſuſcepiſti ⁊ confirmaſti me in conſpectu tuo ineternum. Has confirmationes petebat pſalmiſta dicens: Confirma hoc deus qđ operatus es in nobis ⁊c. Has ꝓmittebat apoſtolus. 2. theſſal̄. vltimo. Fidelis autẽ deus eſt qui cõfirmabit vos ⁊ cuſtodiet a malo. Ego ergo confirmaui columnas eius id eſt fideles eccleſie epheſiorũ. Fideles eñi eccleſie dicunt̄ columne: q̄ʒ debẽt eſſe recti erecti ⁊ fortes. Recti ꝑ fidem. erecti ꝑ ſpem. fortes ꝑ charitatem. Recti ꝑ fidem: fides eñi oſtendit rectam viam veniendi ad patriam. Unde ſignificat̄ ꝑ columnã nubis de qua. Exo. 13. Dñs autẽ precedebat eos ad oſtendendaꝫ viã ꝑ diẽ in colũna nubis. Fides eñi ad modũ nubis habet obſcuritatem: q̄ʒ cum enigmate diſſolutionẽ: q̄ʒ euacuat̄: humiditatẽ q̄ʒ excitat ad deuotionẽ. Recti ꝑ ſpem Spes enim dirigit ad ſuperna. Unde ſignificat̄ ꝑ colũnam fumi de qua dicit̄ Judic. 20. Uiderũt quaſi columnam fumi de ciuitate aſcendenteꝫ. Spes enim ad modũ fumi ex igne id eſt ex charitate ꝓuenit: in altum aſcẽdit in fine deficit id eſt in gloria. Fortes ꝑ charitatẽ. Fortis eñi eſt vt mors dilectio vt dicit Cañ. 8. Unde ſignificat̄ per columnã ignis qui omnia conſumit. de quo ſap. 18. Ignis ardentem columnã ducem habuerũt ignote vie. Sicut eñi ignis illuminat diaphana. examinat metalla.

exterminat cremabilia. ſic charitas illuminat opera. exa
minat intentionē. ⁊ omnia vitia exterminat. Jam appa-
ret que ſit cauſa huius epiſtole efficiens: qꝛ paulus qđ
notatˀ ibi. Ego. Finalis qꝛ cōfirmatio qđ notatˀ ibi. Co-
firmaui. Que materialis: qꝛ epheſij. qđ notatˀ ibi. Co
lumnas eius. Formalis patet in diuiſione epl'e ⁊ modo
agendi. Huic epiſtole premittit gloſator prologum ſiue
argumentū. vbi principaliter duo facit. Primo deſcri-
bit eos. Secundo rōnem ⁊ modum ſcribendi ſubdit ibi
Hos collaudat apl'us ⁊c. Epheſinos vero quibꝰ ſcribit
deſcribit a tribus. Primo a regione: qꝛ epheſij ſunt aſy
ani ab aſya minore. Secundo a religione: qꝛ hi accepe-
runt verbuz veritatis chriſtiane. Tertio a ſtabilitate: qꝛ
perſtiterunt in fide. Primū reſpicit patriā. Scđm gra-
tiam. Tertium pſeuerantiam. Hos collaudat apoſtolꝰ
⁊c. Hic ſubdit etiam rationez ⁊ modū ſcribendi. vbi im
plicat quattuor. Primo ſcripture rōnem. Secūdo acto
rem qui eſt apoſtolus ſcribens. Tertio locum a quo ſcri
bit: qꝛ a roma de carcere. Quarto nuncium ꝑ quem ſcri
bit qꝛ ꝑ titicum diaconem. lr̃a ſatis patet.

## Capitulum primū.

PAulus apoſtolus ieſu chriſti
per voluntatem dei omnibus
ſanctis qui ſunt epheſi: ⁊ fide
libꝰ in chriſto ieſu. Gratia vo
bis ⁊ pax a deo patre noſtro dn̄o ieſu chri-
ſto. Benedictꝰ deus ⁊ pater domini noſtri
ieſu chriſti qui benedixit nos in omni bene
dictione ſpirituali in celeſtibus in chriſto.
ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu
tionem: vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati in
conſpectu eius in charitate. Qui predeſti-
nauit nos in adoptionē filiorū ꝑ ieſum chri
ſtū in ipſum ſꝫm ꝓpoſitū voluntatis ſue in
laudē glorie gratie ſue.

Hanc epiſtolam ſcribit apoſtolus ad epheſios. Epheſij
ſunt aſiani ab aſia minore que eſt pars grecie. hi non fue
runt ꝑ apoſtolū Paulum in fide fundati: ſed confirmati
Jam enim anteq̄ veniret ad eos erant conuerſi vt habe
ri poteſt act. 19. Factum eſt cum apollo eſſet corinthi ⁊c
Poſt conuerſionē vero ſuam ⁊ apl'i confirmationē in fi-
de ꝑſtiterunt nec pſeudo receperunt. Non ergo rephen
ſione: ſed conſolatione digni erant. Ideo paulus eis nō
increpatoriam: ſed cōſolatoriaz ſcribit epiſtolam. Scri-
bit aūt ab vrbe roma ꝑ titicū. Intentio vero eius eſt eos
in bonis habitis confirmare ⁊ ad altiora ꝓuocare. Mo-
dus autē agēdi patet in diuiſione epl'e. Primo ergo po
nit ſalutationē in qua ſuum affectum ad eos demōſtrat.
Secundo narrationē in qua eos in bonis habitis cōfir-
mat ibi. Benedictus deus ⁊c. vſq; ad quartū capitulū.
Tertio exhortationē in qua eos ad vlteriora bona ꝓuo-
cat a capitulo quarto vſq; ad locū illum capitulo. 6. De-
cetero fratres confortamini in dn̄o. ⁊c. Quarto epl'e cō-
cluſionem in qua eos ad certamen ſpūale confortat a lo-
co illo. Decetero vſq; in finem. In ſalutatione p̄mo po-
nitˀ pſona ſalutans. Secundo pſone ſalutate ibi. Sanctiſ
omnibus ⁊c. Tertio forma ſalutationis ibi. Gratia vo-
bis ⁊c. In prima primo nominat pſonam ibi. Paulus.
Secūdo pſone auctoritatem ibi. Apl'us xp̄i. Tertio au-
ctoritatis datorem ibi. Per voluntatē dei. Dicit ergo
Paulus apl'us. Paulus nomen eſt humilitatis: apl'us

vero nomē ē dignitatiſ. qꝛ q̄ ſe humillat exaltabitˀ Luc.
14. et. 18. Apl'us inq̄ xp̄i ieſu nō ſathane ſicut pſeudo. 2.
corin. 11. Non eſt ergo magnū ſi miniſtri eius ſcꝫ ſatha-
ne tranſfigurentˀ velut miniſtri iuſticie ⁊c. Apoſtolꝰ inq̄
⁊ hoc non meis meritis: ſed ꝑ voluntatem dei. E contra
eſt in multis Oſee. 8. Ipſi regnauerunt ⁊ non ex me ⁊c.
Sanctis om̄ibus ſcꝫ qui ſunt epheſi ⁊ fidelibus. ſupple
ſcribit. Vel ego paulus ſcribo ſanctis exercitio virtutuꝫ
quoad mores. Fidelibꝰ rectitudine cognitionis quo ad
fidem. Vel ſanctis id eſt maioribꝰ ⁊ pfectis. fidelibꝰ id ē
minoribus ⁊ impfectis. fidelibus inq̄ in hoc ſcꝫ in chri-
ſto non in ſectis ſuis. ¶ Gratia vobis ⁊ pax ⁊c. Hic ſub-
ditur ſalutationis forma in qua implicantˀ tria. ſcꝫ donū
quodlibet gratificantia. doni ſufficientia. ibi. Gratia vo
bis ⁊ pax. datoris potentia ibi. A deo patre. mediatoris
excellentia ibi. Et dn̄o ieſu xp̄o. Tunc enim gratum eſt
donum quādo ſufficiens eſt qđ datˀ qn̄ a potente datur:
vt quādo a rege vel principe datˀ. quādo ꝑ ſolennē nun-
cium datur vt ꝑ filiuꝫ. Dicit ergo. Gratia ſcꝫ iuſtificatio
nis a culpa. ⁊ pax id ē tranquillitas mentis ⁊ reconcilia
tio ad deum quo ad liberationē a debita pena ꝓ offenſa
vobis ſupple ſit ex hoc ſcꝫ a deo patre noſtro a quo bona
cuncta ꝓcedunt Iac. 1. Omne datum optimū ⁊c. Et do
mino ieſu xp̄o ſine quo nulla bona dantˀ. Ideo fere om̄eſ
orationes finiuntˀ ꝑ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Spūm ſan-
ctum non nominat: qꝛ cum ſit nexus patris ⁊ filij intelli
gitur in extremis. vel intelligitˀ in donis ſibi appropria-
tis q̄ ſunt gratia ⁊ pax. ¶ Deinde cū dicit. Benedictus
deꝰ ⁊c. hic gratias agendo eos in bono confirmat. ⁊ hoc
tribus modis. Primo ratiōe ſumpta ex parte xp̄i a quo
multa bona adepti ſunt capitulo iſto. Secundo ratione
ſumpta ex parte ipſorū qui de preterito ſtatu malo ad bo
num tranſlati ſunt capitulo ſecūdo ibi. Et vos cum eſſe-
tis mortui ⁊c. Tertio ratione ſumpta ex parte apl'i cuius
miniſterio ⁊ diligentia in bono ſtatu poſiti ꝯfirmati ſunt
capitulo tertio ibi. Huius rei gratia ⁊c. Iterum p̄ma in
tria diuiditˀ. qꝛ p̄mo gratias agendo tangit beneficia ge-
neraliter. Secundo beneficia exhibita ipſis apl'is ſpeci-
aliter ibi. Que ſupabundauit in vobis ⁊c. Tertio bene
ficia exhibita ipſis epheſijs ſpecialiter ibi. In quo ⁊ vos
cum audiſſetis ⁊c. Beneficia vero exhibita generaliter
humano generi tangit ſex. Primū benedictionis in cer
titudine future beatitudinis ibi. Benedictus ⁊c. Secū-
dum electionis in p̄ordinata ſeparatione a maſſa ꝑditio
nis ibi. Sicut elegit vos in ipſo ⁊c. Tertium p̄deſtina-
tionis in preordinata aſſociatione cum bonis ſcꝫ cum fili
is adoptionis ibi. Qui predeſtinauit nos ⁊c. Quartuꝫ
gratificationis in collatione gratie ibi. In quo gratifica
uit nos ⁊c. Quintum redemptionis in liberatione a pe-
na id eſt a diaboli ſeruitute ibi. In quo habemus redē-
ptionem ⁊c. Sextum remiſſionis in deletione culpe ibi.
Remiſſionē peccatoꝝ ⁊c. Circa beneficiū benedictionis
tangit duo. Primo preconiū qđ debet impendi ibi. Be
nedictus deus ⁊c. Secundo beneficiuꝫ ꝓpter qđ debet
impendi ibi. Qui benedixit nos ⁊c. Dicit ergo benedi
ctus ſcꝫ a me a vobis ⁊ ab alijs ſcꝫ corde ⁊ ore ⁊ opere id
eſt laudatus deus ⁊ pater id ē ille qui eſt deus ꝑ eſſentiā
diuinitatis. ⁊ pater ꝓpter ꝓprietatem generationis. In
cidit autē copulatio non ratione ſuppoſitionis. qꝛ idem
eſt ſuppoſituꝫ: ſed ratione ſignificationis eſſentialiter ⁊
relatiue. Pater inq̄ dn̄i noſtri ieſu chriſti id eſt filij qui
eſt dn̄s noſter ſꝫm diuinitatem. ieſus xp̄s ſꝫm humanita-
tem. Qui ſcꝫ deus benedixit nos in ſpe in preſenti: ſꝫ in
futuro benedicet in re. Ponit autē preteritū ꝓ futuro ꝓ-
pter certitudinē. Benedixit inq̄ nos licꝫ noſtris meritiſ
maledicos. In omni benedictione ſpūali ſcꝫ quantuꝫ ad

aīaȝ ⁊ q̄tū ad corp⁹. Tūc eñ erit corp⁹ ſpūale. i. cor. 15. Seminat̄ corp⁹ aīale: reſurget corp⁹ ſpūale. Benedictione inq̄ habita in celeſtib⁹ id ē in celo. Et hoc in chriſto id eſt ꝑ xp̄m vel in chriſto operante. Ipſe eñ eſt qui conformabit corpus humilitatis noſtre ⁊c. Phil. 3. Valde appetenda eſt benedictio hec. Et ratione efficientis: qꝛ eſt qui benedicit. Et ratione materie qua nos benedicit Et ratione forme: qꝛ in omī benedictione ſpūali benedicit. pſ̄. Ecce ſic benedicetur homo qui timet dominuȝ.

¶ Deinde cum dicit. Sicut elegit nos ⁊c. tangit̄ beneficium electionis: vbi cōmendat̄ electio iſta. qꝛ libera ibi. Sicut elegit nos in ipſo. qꝛ eterna ibi. Ante mundi cōſtitutioneȝ. qꝛ fructuoſa ibi. Vt eſſemus ⁊c. qꝛ gratuita ibi In charitate. Dicit ergo. ita benedicet nos non noſtris meritis: ſed ex gratia xp̄i. ſicut elegit nos ⁊ gratis a maſſa perditionis ſeparandos p̄ordinauit nos in ipſo id eſt ꝑ chriſtum. Jo. 15. Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos ⁊c. Et hoc ante mūdi conſtitutionē id eſt ab eterno anteq̄ fieremus. Ro. 9. Cum nondum nati fuiſſent ⁊c. Elegit inq̄ non qꝛ ſancti eſſemus: qꝛ nec eramus. ſed ad hoc elegit nos vt eſſem⁹ ſancti virtutib⁹ ⁊ īmaculati a vitijs. Vtrūq̄ eñ facit electio ſ̄m duas ptes iuſticie pſ̄. Declina a malo ⁊ fac bonū. Sancti inq̄ in cōſpectu ei⁹ id ē interius in corde vbi ipſe ſolus cōſpicit. 1. Reg. 16. Deus autem intuet̄ cor. Vel in conſpectu eius id eſt vt eum inſpiciamus: qꝛ viſio eſt tota merces ſ̄m auguſtinū. Et hoc fecit non noſtris meritis: ſed in charitate ſua vel noſtra que nos formaliter ſanctificat.

¶ Deinde cum dicit. Qui p̄deſtinauit ⁊c. ſubdit̄ tertium beneficiū ſcȝ p̄deſtinationis in p̄ordinata aſſociatione cōmunis. Ubi circa p̄deſtinationē implicat ſex. Primo actum eternuȝ ibi Predeſtinauit. Scd̄o temporale obiectuȝ ibi. Nos. Tertio preſens cōmodū ibi. In adoptionē ⁊c. Quarto fructum futurū ibi In idipſum. Quinto modū gratuitū ibi. Scd̄m ꝓpoſitū ⁊c. Sexto effectū debitū ibi. In laudem glorie ⁊c. Dicit ergo. Qui ſcȝ de⁹ p̄deſtinauit nos id eſt ſola gratia preelegit in adoptionē filioruȝ id eſt vt aſſociaremur cuȝ alijs filijs adoptionis in bonis que habituri ſunt. Ideo dicit in adoptionē filioruȝ. Ro. 8. Nō eñ accepiſtis ſpūm ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpūm adoptionis filiorum. Et infra. Adoptioneȝ filiorum expectantes. Quia vero illud qd̄ fit ignituȝ: ꝑ ignem hoc oportet fieri: qꝛ nihil conſequit̄ ꝑticipationem alicuius niſi ꝑ id quod eſt ꝑ naturā ſuam tale. Ideo adoptionem filioꝝ oportet fieri ꝑ filium naturalem. ⁊ ideo addit apoſtol⁹. Per ieſum xp̄m. Et hoc eſt tertiū qd̄ tangitur in iſto beneficio ſcȝ mediator alliciēs. Gal. 4. Miſit deus filium ſuū factum ex muliere factum ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorū reciperemus. Et hoc in idipſum id eſt inquantū ei cōformamur ⁊ in ſpū ſeruimus. 1. Jo. 3. Videte qualē charitatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur ⁊ ſimus. Et ſequit̄ ibidem. Et ſcimus quoniā cum apparuerit ſimiles ei erim⁹. Ubi notandū eſt q̄ duplex ē ſimilitudo predeſtinatoꝝ ad filium dei. Quedā imꝑfecta que eſt ꝑ gratiam. ⁊ dicit̄ imꝑfecta Primo quidē quia ſolum eſt ſ̄m reformationē anie de qua Col. 3. Reformamini ſpiritu mentis veſtre ⁊ induite nouum hominē ⁊c. Secundo qꝛ etiaȝ ſ̄m animā habet quandā imperfectionē. Ex parte eñ cognoſcimus vt dicit̄. 1. corin. 13. Alia vero ſimilitudo erit perfecta que erit in gloria ⁊ quantū ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtre cōfiguratum ⁊c. Et ſ̄m animā. qꝛ cum venerit quod ꝑfectū eſt euacuabit̄ quod ex parte eſt. 1. corin. 13. ¶ Ergo dicit apoſtolus q̄ predeſtinauit nos in adoptionē filiorum poteſt referri ad imꝑfectam aſſimilationeȝ filij dei que habetur in hac vita ꝑ gratiam: ſed melius eſt q̄ referat̄ ad ꝑfectam filij dei aſſimilationem que erit in patria. de qua adoptione dicit̄ Ro. 8. Ingemiſcimus adoptioneȝ filiorum dei expectantes. Cauſa predeſtinationis diuine nō eſt neceſſitas ex parte dei: nec debitum ex parte p̄deſtinatorum: ſed magis eſt ſ̄m ꝓpoſitum voluntatis ſue. In quo quarto cōmendat̄ illud beneficium: quia ex amorē puro ꝓueniens. qꝛ predeſtinatio ſ̄m rationem p̄ſupponit electionē: ⁊ dilectio dilectionē. Duplex tamē hic cauſa huius beneficij immenſi aſſignat̄. Una efficiens que eſt ſimplex dei voluntas ibi. Scd̄m ꝓpoſitū voluntatis ſue Ro. 9. Cuius vult miſeret̄: ⁊ queȝ vult indurat Jac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis ſue. Alia vero cauſa eſt finalis que eſt vt laudemus ⁊ cognoſcam⁹ bonitatē dei que notat̄ ibi. In laudē glorie gratie ſue. Et hoc iterū eſt a quo cōmendat̄ iſtud excellens beneficium ſcȝ ſeruitium ſibi conueniēs. Cauſa enim diuine predeſtinationis eſt voluntas mera dei. finis vero cognitio eius bonitatis.

¶ Unde notanduȝ eſt q̄ dei voluntas nullo modo habet cauſam: ſed eſt p̄ma cauſa omniū. Nihilominus tamē poteſt ei aliqua ratio aſſignari dupliciter ſȝ. Vel ex parte volentis. ⁊ ſic quedam ratio diuine voluntatis eſt eius bonitas que eſt obiectum voluntatis diuine ⁊ mouet eam. Unde ratio, omnium eorum que deus vult eſt diuina bonitas. ꝓuer. 16 Uniuerſa ꝓpter ſemetipſum operatus eſt deus. Ex parte autem voliti ratio diuine voluntatis poteſt eſſe aliqd̄ eſſe creatū: ſicut duȝ vult coronare petrum: qꝛ legittime certauit. ſed hoc non cauſa volendi: ſed eſt cauſa q̄ ita fiat.

¶ Sciendū tamē eſt q̄ effectus ſunt ratio voluntatis diuine ex parte voliti: ita ſcȝ q̄ effectus prior ſit ratio vlterioris. ſed tamē cum venitur ad primū effectum nō poteſt vltra aſſignari aliqua ratio illius effectus niſi voluntas diuina: puta deus vult hominē habere manū vt ſeruiat rationi. ⁊ hominē habere rationē. qꝛ voluit eum eē hominē. ⁊ hominē eſſe voluit ꝓpter perfectionē vniuerſi. Et quia hic eſt primus effectus in creatura non poteſt aſſignari aliqua ratio vniuerſi ex parte creature: ſȝ ex parte creatoris que eſt diuina voluntas. Ergo ſ̄m hunc modum nec p̄deſtinatiōis poteſt ex parte creature ratio aliqua aſſignari. ſed ſolum ex parte dei. Nam effectus predeſtinationis ſunt duo: ſcȝ gratia ⁊ gloria. Effectuū aūt qui ad gloriam ordinant̄ poteſt quidē ex parte voliti aſſignari ratio ſcȝ gratia. puta petrum coronauit quia legittime certauit. ⁊ hoc qꝛ fuit firmatus in gratia. ſed gratie que eſt primus effectus non poteſt aliqua ratio aſſignari ex parte hominis q̄ ſit ratio p̄deſtinationis: quia hoc eſſet ponere q̄ principium boni operis ſit in homine ex ſeipſo ⁊ non ꝑ gratiam quod eſt hereſis pelagiana que dicit p̄ncipiuȝ boni operis eſſe ex parte noſtra. Sic ergo patet q̄ ratio predeſtinationis eſt ſimplex dei volūtas. quod dicit apoſtolus ſ̄m ꝓpoſitum volūtatis ſue.

¶ Qualiter autem intelligat̄ q̄ deus omnia facit ⁊ vult ꝓpter ſuam bonitatem. ſciendū eſt q̄ aliqua operari ꝓpter finem poteſt intelligi dupliciter. Vel ꝓpter finem adipiſcendum. ſicut infirmus accipit medicinam ꝓpter ſanitatem. Vel ꝓpter amorē finis diffundendi ſicut medicus operatur ꝓpter ſanitatem alteri cōmunicandam. Deus autē nullo exteriori a ſe bono indiget. ſcd̄m illud pſ̄. Bonorum meorum non indiges. Et ideo cum dicit̄ q̄ deus vult ⁊ facit omnia ꝓpter bonitatem ſuam: non intelligit̄ q̄ faciat aliquid ꝓpter bonitatem ſibi cōmunicandam. ſed propter bonitatem in alios diffundendaȝ. Cōmunicat̄ autem diuina bonitas creature rationali ꝓprie. vt ipſa rationalis creatura eam cognoſcat. Et ſic omīa que deus in creaturis rationalibus facit creat ad

laudem ⁊ gloria ſuam. ſm illud Eſa. 43. Omnem qui
inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum. vt
ſcʒ cognoſcat bonitatem: ⁊ cognoſcendo laudet eam. Et
ideo ſubdit apoſtolus: In laudem glorie gratie ſue. id
eſt vt cognoſcat quantū deus ſit laudandus ⁊ glorifican
dus. Non dicit autem. in laudem iuſticie. Nam iuſticia
ibi locum habet vbi inuenit̄ debitū vel etiam redditur.
qđ autem predeſtinat̄ ad vitam eternam non eſt debitū
vt dictum eſt. ſed gratia pure gratis data. Nec ſolum di
cit glorie: ſed addit gratie q̄ſi glorioſe gratie que eſt gra
tia in qua oſtendit̄ magnitudo gratie que conſiſtit etiam
in magnitudine glorie ⁊ in modo dandi. quia nullis me
ritis precedentibus: ſed adhuc immeritis exiſtentibus
eam dat. Unde Ro. 5. Cōmendat autem deus ſuā cha-
ritatem in nobis. quoniam ſi cum adhuc peccatores eſ-
ſemus chriſtus pro nobis mortuus eſt ⁊c. Et parū poſt
Cū inimici eſſem⁹ recōciliati ſum⁹ deo. Patet ḡ ꝙ p̄de
ſtinationis diuine nulla alia cauſa eſt nec eſſe pōt q̄ ſim
plex dei volūtas. Ui patet etiā ꝙ diuine volūtatis p̄de
ſtinantiſ nō ē alia rō q̄ diuiſa bonitas filijs cōmūicāda.

## Lectio ſecunda.

IN qua gratificauit nos in dilecto
filio ſuo in quo habem⁹ redem-
ptionē per ſanguinem eius re-
miſſionē peccatoꝝ ſcđm diuitias gr̄e eius.

Hic ponit apoſtolus quartum beneficium preſentis ſcʒ
gratie. Circa quod facit duo. Primo tangit hui⁹ bene-
ficij collationem. Secundo oſtendit conferendi modum
⁊ conditionem ibi. In quo habemus redemptionē ⁊c.
Dicit ergo primo. Ego dico ꝙ predeſtinati ſum⁹ in ado-
ptionem filiorū in laudem glorie gratie ſue. ⁊ dico gra-
tiam in qua gratificauit nos ⁊c. Circa quod ſciendum ē
ꝙ idem eſt aliquid eſſe gratum alicui ⁊ eſſe dilectum ei.
Ille enim eſt mihi gratus quē diligo. Cum ergo deus
dilexerit nos ab eterno nam elegit nos ante mundi con-
ſtitutionem in charitate ſicut dictum eſt. quomodo ergo
in tempore gratificauit? Et dicendū eſt ꝙ illos quos ab
eterno in ſeipſo dilexit in tempore: ꝓut ſunt in naturis
ꝓprijs gratificat. ⁊ illud quidē quod ab eterno eſt factū
non eſt. quod vero in tempore eſt fieri dicit̄. Unde dicit
hic apoſtolus. Gratificauit id eſt gratos fecit ꝙ ſimus di-
gni dilectione ſua. 1. Io. 3. Uidete qualem charitatē de-
derit nobis deus pater: vt filij dei nominemur ⁊ ſimus.
Conſueuit autē diſtingui duplex gratia: ſcʒ gratis data
que ſine meritis datur Ro. 11. Si autē gratia iam non ē
ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. Et gra-
tia gratum faciens que nos facit deo gratos ⁊ acceptos
de qua dicit̄ hic. Notandum eſt autem ꝙ aliqui diligū-
tur ꝓpter alium: ⁊ aliqui ꝓpter ſeipſos. Cum enim ali-
quem multum diligo: diligo illum ⁊ quicquid ad illum
ꝑtinet. nos autem a deo diligimur ſed non ꝓpter noſip-
ſos. ſed in eo qui per ſeipſum dilectus eſt patri. Et ideo
apoſtolus addit. In dilecto filio pro quo ſcʒ nos diligit
inquantū ſumus ei ſimiles. Dilectio enim fundat̄ ſuper
ſimilitudine. Unde dicit̄ Ecc̄. 13. Omne animal diligit
ſibi ſimile. Filius autem eſt per naturā ſuam ſimilis pa-
tri. Et ideo principaliter ⁊ per ſe dilectus eſt. ⁊ ideo na
turaliter ⁊ excellentiſſimo modo eſt patris dilect⁹. Nos
autem ſumus filij ꝑ adoptionem inquantū ſcʒ ſumus cō-
formes filio eius. Et ideo quandā participationē diuini
amoris habemus. Io. 3. Pater diligit filiū ⁊ omnia de-
dit in manu eius. qui credit in filium habet vitam eter-
nam. Col. 1. Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis
ſue. ¶ Deinde cum dicit. In quo habemus redemptio-
nem ⁊c. Ponit modum ipſius. Circa hoc autem duo fa
cit. Quia primo proponit modum ex parte chriſti. Se-
cundo ex parte dei ibi. Scđm diuitias gratie eius ⁊c.
Ex parte xp̄i ponit duplicem modū. nam xp̄s ꝑ duo nos
gratificauit. Sunt em̄ duo in nobis que repugnant gra
tificationi diuine. ſcʒ peccati macula: ⁊ pene noxa. Et ſic
mors repugnat vite. peccatum autē repugnat iuſticie:
ita vt ꝑ hoc elongati a dei ſimilitudine deo grati non eſ-
ſemus. Sed ꝑ xp̄m nos gratificauit. Primo quidē abla
ta pena. ⁊ quantū ad hoc dicit ꝙ in xp̄o habemus redē-
ptionem ſcʒ a ſeruitute peccati. 1. Pe. 1. Non em̄ auro
⁊ argēto redempti eſtis: ſed precioſo ſanguine ⁊c. apoc.
5. Redemiſti nos deo in ſanguine tuo. Secundo dici-
mur redempti: q᷑ a ſeruitute in qua ꝓpter peccatū deti-
nebamur: nec ꝑ nos plene ſatiſfacere poteramus ꝑ xp̄m
liberati ſumus: q᷑ moriendo ꝓ nobis ſatiſfecit deo patri
⁊ ſic abolita eſt noxa culpe. Unde dicit. In remiſſionē
peccatorum. Io. 1. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pecca-
ta mundi. Luc̄. vltimo. Oportebat xp̄m pati ⁊ reſurge-
re a mortuis die tertia ⁊ predicari in nomine eius penitē
tiam ⁊ remiſſionem peccatorū. ¶ Modus autē ex parte
dei ponit̄ cum dicit. Scđm diuitias. ⁊c. Quaſi dicat ꝙ
deus gratificans nos non ſolum culpam remiſit nobis:
ſed filium ſuum dedit qui ꝓ nobis ſatiſfecit. fuit ex ſup-
abūdanti gratia qua voluit ꝑ hoc honorem humane na-
ture conſeruare: dum quaſi ꝑ iuſticiam homines a ſerui
tute peccati ⁊ mortis voluit liberare ꝑ mortem filij ſui.
Et ideo dicit. Scđm diuitias gratie eius. Quaſi dicat.
Hoc ꝙ redempti ſumus ⁊ gratificati ſumus ꝑ ſatiſfacti-
onem filij eius fuit ex abūdanti gratia ⁊ miſericordia ꝓ-
ut immeritis tribuit̄ miſericordia ⁊ miſeratio. Hec autē
que dicta ſunt proſecuti ſumus ſm expoſitionem gloſe.
que quidem expoſitio videt̄ extorta: quia idem contine-
tur in vno quod in alio. Nam idem eſt dictū elegit nos:
⁊ predeſtinauit nos. Et idem dicit̄ ꝑ hoc ꝙ dicit. vt eſſe-
mus ſancti ⁊ immaculati. Et ꝑ hoc ꝙ dicit in adoptio-
nem filiorum. Propter qđ ſciendum eſt ꝙ eſt conſuetu
do apoſtoli vt cum loquit̄ in aliqua difficili materia que
immediate ſequunt̄ ſunt premiſſorum expoſitio. nec eſt
ibi inconculcatio verborum: ſed expoſitio. ⁊ hunc mo-
dū ſeruat hic apoſtolus. Unde ſeruato eodem verborū
pondere aliter a principio diuidamus ⁊ dicam⁹ ꝙ pars
iſta. Benedictus deus ⁊c. diuidit̄ primo in tres partes.
quia ap̄lus p̄mo reddit gratiarū actionē ibi. Benedictus
deus ⁊c. Secundo recitat omniū beneficiorū ſimul lar-
gitionē ibi. Qui benedixit nos in om̄i benedictione ſpi
rituali ⁊c. Tertio ponit diuinorū beneficioꝝ in ſpecialī
aptam expreſſionem ibi. Sicut elegit ⁊c. Et hec diuidit̄
in duas partes. q᷑ primo beneficia diſtincte exprimit.
Secundo ea exponit ibi. Qui predeſtinauit nos ⁊c. Ex-
plicat autē beneficia Primo quantū ad electionē. Se-
cūdo quantū ad ea que ſequunt̄ ibi. Ut eſſem⁹ ſancti ⁊c̄
Exponit autē p̄mo de electione. Eſt em̄ duplex electio.
ſcʒ preſentis iuſticie Io. 6. Nōne duodecim vos elegi:
⁊ vnus ex vobis diabolus eſt. Et de hac ap̄lus nō inten
dit hic. q᷑ iſta non fuit ante mundi conſtitutionē. ⁊ ideo
ſtatim manifeſtat de qua intelligit: q᷑ ſcʒ de eterna pre-
deſtinatione ꝓpter qđ dicit. Predeſtinauit nos ⁊c. Et
q᷑ dixit in xp̄o ſcʒ vt xp̄o eſſemus ſimiles ⁊ conformes
ſm ꝙ adoptamur in filios. ideo ſubdit. In adoptionē fi-
liorū ꝑ ieſum xp̄m. Hoc vero ꝙ dixit. In charitate expo
nit cū dicit. In q̄ habemus redemptionem ꝑ ſanguinem
eius. Quaſi dicat. Nos habemus ⁊c. Quod vero dicit
Et immaculati exponit cū dicit. In remiſſionē peccato-
rum. Hoc vero ꝙ dicit. In conſpectu eius. exponit d-
cens: In laudē glorie gratie ſue.

## Lectio tercia.

**Que ſuperabūdauit in nobis in omni ſapientia ⁊ prudentia: vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſue ſcḋm beneplacituꝫ eius quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in xp̄o que in celis ⁊ que in terra ſunt in ip̄o.**

Poſitis beneficijs cōmuniter omnibꝰ collatis: hic apoſtolus ponit beneficia ſpecialiter apoſtolis collata. Diuidit autē hec pars in duas. quia primo ꝓponit beneficia ſingulariter apoſtolis collata. Secūdo oſtendit cauſam eoꝝ. ibi. In quo ⁊ nos ſorte vocati ⁊c. Circa primū tria facit. quia primo ꝓponit ſingularia apoſtoloꝝ beneficia quantū ad excellentiā ſapientie. Secūdo quantuꝫ ad ſpecialē reuelationē ſacramenti abſcōditi. ibi. Ut notum faceret ⁊c. Tercio exponit quod ſit illud ſacramentū ibi. Scḋm beneplacitū ⁊c. Dicit ergo primo. Dico ꝙ ſcḋm diuitias gratie eius omnes fideles cōmuniter tam vos ꝙ̄ nos habemus redemptionē ⁊ remiſſionē peccatorū per ſanguinē xp̄i. que quidem gratia abūdauit in nobis. id eſt abundantius fuit ꝙ̄ in alijs. Ex quo apparet temeritas illoꝝ vt non dicam error qui aliquos ſanctos preſumūt comparare apoſtolis in gratia ⁊ gloria. Manifeſte enī patet ex verbis iſtis ꝙ apl'i habent gratiā maiorem ꝙ̄ aliqui alij ſancti poſt xp̄m ⁊ virginē matrem. Si vero dicat alios ſanctos tantū mereri poſſe ꝙ̄tuꝫ ⁊ apoſtoli meruerūt ⁊ per conſequens tantam gratiā habere. Dicendū eſt ꝙ bene argueret ſi gratia pro meritis daretur quia ſi ita eſſet iam nō eſſet gratia vt dicit. Rom. 11. Et ideo ſicut deus preordinauit aliquos ſanctos ad maiorem dignitatē ita ⁊ abundantiorē gratiā eis infudit ſicut xp̄o homini: quē ad vnitatē perſone aſſumpſit contulit gratiā ſingularē. Et glorioſam virginē mariā quaꝫ in matrē elegit: ⁊ quantū ad aīam ⁊ quantū ad corpus gratia impleuit. Et ſic apoſtolos ſicut ad ſingularē dignitatē vocauit: ita ⁊ ſingularis gratie priuilegio dotauit ꝓpter quod dicit ap'lus Rom. 8. Nos ipſi primitias ſpiritus habētes. Glo. Tempore prius ⁊ ceteris abundantius. Temerariū eſt ergo aliquē ſanctū apoſtolis cōparare. Superabūdauit ergo gratia dei in apoſtolis in omni ſapiētia. Nam apoſtoli prepoſiti ſunt eccleſie ſicut paſtores. Iere. 3°. Dabo vobis paſtores ſcḋm cor meū et paſcent vos ſcientia ⁊ doctrina. Duo autē ſpectant ad paſtores. ſcꝫ vt ſint ſublimes in cognitiōe diuinoꝝ ⁊ induſtrij in actione religionis. Nam ſubditi inſtruendi ſunt in fide ⁊ ad hoc neceſſaria eſt ſapiētia que eſt cognitio diuinoꝝ. ⁊ quantū ad hoc dicit. In omni ſapiētia. Luce. 21. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiā cui non poterūt reſiſtere nec cōtradicere omnes aduerſarij veſtri. Item gubernādi ſunt ſubditi in exterioribus ⁊ ad hoc neceſſaria eſt prudētia. Math. 10. Eſtote ergo prudentes ⁊c. Sic ergo apparet beneficiū apoſtoloꝝ quantū ad excellentiā ſapientie. ¶ Sequit eorum beneficiū quantū ad excellētiam reuelationis. ibi. Ut notū faceret ſacramentū ⁊c. Quaſi dicat. Sapiētia noſtra nō eſt vt ſciamus naturas rerum ⁊ ſyderū curſus ⁊ huiuſmodi: ſed in ſolo xp̄o. 1ᵉ. corinth. 2°. Non enī iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi xp̄m ieſum ⁊c. Unde hic dicit. Ut notū faceret ſacramentū. id eſt ſacrū ſecretū. ſcꝫ myſteriū incarnationis qđ fuit ab initio abſconditū. Cauſam autē huius ſacramenti abſconditi ſubdit dicēs: Uolūtatis. Nam effectus futuri nō cognoſcunt niſi cognitis cauſis ſuis ſicut eclipſiꝫ futurā non cognoſcimus niſi cognoſcēdo cauſam eius.

Cum ergo cauſa myſterij incarnatiōis ſit voluntas dei: quia propter nimiā caritatē quā deus habuit ad homines voluit incarnari. Io. 3. Sic enī deus dilexit mūduꝫ vt filiū ſuū vnigenitū daret. Uoluntas autē dei occultiſſima eſt. 1ᵉ. corint. 2°. Que dei ſunt nemo nouit niſi ſpūs dei. Cauſa ergo incarnatiōis occulta fuit niſi quibus deus reuelauit per ſpiritū ſanctū ſicut apoſtolus dicit. 1ᵉ. corinth. 2°. Dicit ergo vt notū faceret ſacramentū, id eſt ſacrū ſecretū quod ideo eſt ſecretū quia volūtatis ſue. Mat. 11. Confiteor tibi dn̄e pater celi ⁊ terre q: abſcondiſti hec a ſapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelaſti ea paruulis. Item col'. 1. Myſteriū quod abſconditū fuit a ſeculis ⁊ generatiōibus. nunc autem manifeſtatū eſt ſanctis eius q̇bus voluit deus notas facere diuitias glorie ſacramēti huius. ¶ Quid aūt ſit hoc ſacramentū exponit dicens: Scḋm beneplacitū ⁊c. Que quidē ſententia intricata eſt. ⁊ debet ſic conſtrui. Ut notū faceret ⁊c. Quod quidē ſacramentū eſt inſtaurare omnia in xp̄o. i. per xp̄m. Omnia dico que in celis ⁊ que in terris ſunt. Inſtaurare inꝙ̄ in eo ſcꝫ xp̄o cum diſpenſatōe plenitudinis temporꝫ. ⁊ hoc ſcḋm beneplacitū eius. Ubi tria tangit. ſcꝫ ſacramēti cauſam. temporis congruitatē. ⁊ ſacramenti vtilitatē. Cauſam quoddāmodo tangit cū dicit. Scḋm beneplacitū. Licet autē quicquid deo placet bonū ſit: hoc tamen beneplacitū dei anthonomatice bonū dicit. quia per ip̄m ad perfectaꝫ fruitionē bonitatis perducimur. ps. Beneplacitū eſt domīo ſuper timentes eū. Rom. 12. Ut probetis que ſit volūtas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Congruitas temporis fuit in diſpenſatiōe plenitudinis de qua dicit Gal'. 4. Ubi venit plenitudo tempis miſit deus filiū ſuū factū ex muliere. Unde apoſtolꝰ hic excludit queſtionē friuolā quā gentiles querere conſueuerūt. vt enim dicit Iob. 24. Ab omnipotēte non ſunt abſcondita tempa. Unde ſicut omnia ordinat ⁊ diſpenſat: ita ⁊ tempora diſpenſando ⁊ accomodando ea effectibus quos ꝓducit ſcḋm congruentiā eorū ſicut autē alijs effectibus ab eo ꝓductis tempora ordinata ſunt: ita ⁊ certū tempus preordinauit ab eterno myſterio incarnatōis. quod quidē tempus ſcḋm glo. extitit fuit poſtꝙ̄ homo cōuictus fuit de ſua inſipiētia ante legem ſcriptā. dum ſcꝫ creaturas colebat vt creatorē. vt dicit. Ro. 1. Dicentes ſe eſſe ſapiētes ſtulti facti ſunt. Et de potētia per legē ſcriptā quam implere nō poterat vt ſic homines aduentū xp̄i de ſua ſapiētia et virtute nō preſumentes nō contemnerēt: ſed quaſi infirmi ⁊ quoddāmodo ignari ip̄m auidius affectarēt. ¶ Et effectus huius ſacramēti eſt inſtaurare omnia. Nam inquantū facta ſunt ꝓpter hominē omnia reſtaurari dicunt. Amos. 9. Suſcitabo tabernaculū dauid qđ cecidit et reedificabo aperturas muroꝝ eius. ⁊ ea que corruerant inſtaurabo. Omnia inꝙ̄ que in celis. id eſt angelos. nō ꝙ pro angelis mortuus ſit xp̄us: ſed quia redimēdo hominē reintegrat ruina angeloꝝ. ps. Implebit ruinas ⁊c. Ubi cauēdus eſt error origenis ne per hoc credamus angelos dānatos redimendos eſſe per xp̄m vt ipſe finxit. Et que in terris inquantū celeſtia terrenis pacificat. Col'. 1. Pacificās per ſanguinē crucis eius ſiue que in terris ſiue que in celis ſunt. Quod eſt intelligendū quantū ad ſufficiētiā. ⁊ ſi oīa non reſtaurent quantū ad efficatiā.

## Lectio quarta.

**In quo etiam nos ſorte vocati ſumꝰ predeſtinati ſcḋm propoſituꝫ eius qui operatur omnia ſcḋm conſiliuꝫ voluntatis ſue: vt ſimus in laudem glorie eius nos qui ante ſperauimus in xp̄o.**

Supra poſuit apoſtolus abundantiā gratie quā ipſe et alij apoſtoli a xp̄o receperūt. ne aūt crederet aliquis eos ꝓprijs meritis eam recepiſſe: ideo cōſequenter oſtendit ꝙ gratis eam receperūt vocati a deo non proprijs meritis. Diuidit autem pars iſta in tres. quia primo ꝓponit gratuitā vocationē. Secūdo voluntariā dei predeſtinationē. ibi. Predeſtinati ſcd̄m propoſitū eius ⁊c. Tercio vtriuſqꝫ finem ibi. Ut ſimus in laudē glorie eius ⁊c. Dicit ergo. Dixi ꝙ huiuſmōi gratia ſuperabūdauit in nobis ⁊ ꝙ in xp̄o omnia reſtaurata ſunt. In quo etiā. id eſt per quem xp̄m nos ſorte ſumus vocati. id eſt nō noſtris meritis ſed diuina electiōe Col'. 1. Gratias agentes deo ⁊ patri qui dignos nos fecit in partē ſortis ſanctoꝝ in lumine ⁊c. p̄s. In manibus tuis ſortes mee. ¶ Ad huius autē intellectū ſciendū eſt ꝙ multa fiunt inter homines que fortuita vident̄ et contingentia que tamē ſunt ſcd̄m diuinā prouidentiā ordinata. Sors nihil aliud eſt ꝙ̄ exquiſitio ꝓuidentie diuine de aliquo cōtingenti ⁊ humano. Unde auguſti. ſuper illud p̄s. In manibus tuis ſortes mee dicit ꝙ ſors non eſt aliqđ malū ſed in rebus dubijs diuinā exquirens voluntatē. Eſt autem in ſortibus triplex peccatū vitandū. Primū quidem ſuperſtitiōis. nam omnis vana ⁊ illicita religio ſuperſtitio eſt. Tunc ergo in ſortibus incurrit̄ peccatum illicite ſuperſtitiōis quādo in eis init̄ aliquod pactum cū demonibus. Unde dicit̄. Ezech. 21. Stetit rex babilonis in biuio. in capite duarū viarum diuinationē querens cōmiſcens ſagittas interrogauit ydola. exta cōſuluit. Commiſcere eñ ſagittas ad ſortilegiū pertinet ⁊ interrogare ydola ad ſuperſtitionē. Et ibi ſortilegiū damnat̄ inter peccata ad ſuperſtitionē pertinentia. Secūdo vitandū eſt peccatū temptatiōis dei. nam quādiu per ſe homo aliquid poteſt facere ⁊ ſcire quid debeat facere. ſi tūc a deo ſorte vel aliquo alio tali explorat quid facere debeat: deū temptat. Quādo autē neceſſitas imminet neqꝫ ip̄e per ſeip̄m iuuari poteſt tūc licite a deo inquirit quid facere debeat. 2 Parali. 20. Cū ignoremus quid agere debeamus: hoc ſolū habemus reſiduū vt oculos noſtros dirigamus ad te. Tercio vitandū eſt peccatū vanitatis: quod fit ſi de inutilibus et impertinētibus ad nos inquiramus: puta de futuris cōtingentibus. Unde dicit̄ Actu. 1. Non eſt veſtrū noſce tempa vel momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Poteſt ergo ſcd̄m hoc triplex ſors accipi. ſcꝫ quedā diuiſoria. quedā cōſultoria. ⁊ quedā diuinatoria Diuiſoria eſt cū aliqui diuidentes hereditatē ⁊ concordare nō valentes mittūt ſortes. puta anulū vel quartā: vel aliquod tale dicentes: ille cuicūqꝫ euenerit habebit partē iſtam in hereditate. Et huiuſmodi ſortes poſſunt mitti licite. Prouerb. 18. Contradictōes cōprimit ſors ⁊ inter potētes quoqꝫ dijudicat. id eſt inter volentes diuidere. Conſultoria autē fit quādo quis dubitans q̄d facere debeat cōſulit deū mittens ſortes. Ione. 1. dicit̄ ꝙ quādo ſuperuenit tempeſtas illa in mari cōſuluerūt deum ſortē mittentes. vt ſcirēt cuius peccato tempeſtas illa veniſſet. Et hic modus licitus eſt maxime in neceſſitatibus ⁊ in electiōibus poteſtatū ſeculariū. Unde faciunt rotulos de cera in quoꝝ quibuſdā ponūt aliquas cartas ⁊ in quibuſdā non. quos buſſulos vocant. vt illi quibus veniūt buſſoli cū cartis habeant voces in electiōe. Sed hoc ante aduentū ſpiritusſancti apoſtoli fecerūt etiam in electiōe ſpirituali. Actu. 1. quādo ſors cecidit ſuper mathiam. ſed hoc poſt aduentū ſpiritusſancti amplius non licet in predictis electiōibus. quia hoc faciendo iniuriarēt̄ ſpiritui ſancto. Credendū eſt enim ꝙ ſpiritusſanct⁹ ꝓuidet eccleſie ſue de bonis paſtoribus. Unde poſt aduentū ſpiritusſancti quādo apoſtoli elegerūt ſeptē dyaconos non miſerūt ſortes. Et ideo in nulla electione eccleſiaſtica hoc mō licet. Diuinatoria autē ſors eſt inquiſitio de futuris ſoli diuine cognitioni reſeruatis. Et hec ſemper habet vanitatē admixtā nec poteſt ſine vicio curioſitatis fieri. Quia ergo ſors nihil aliud eſt ꝙ̄ inquiſitio rerū que ex diuina voluntate fiūt: gratia autē eius ex ſola diuina volūtate dependet. Unde eſt ꝙ gratia diuine electiōis dicitur ſors: quia deus per modū ſortis ſcd̄m occultā prouidentiā non ex alicuius meritis per gratiā internā vocat. ¶ Deinde cū dicit. Predeſtinati ⁊c. ponit voluntariā dei predeſtinationē de qua dicit Ro. 8. Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit Cuius quidē predeſtinatiōis ratio nō ſunt merita noſtra: ſed mera dei volūtas. ꝓpter quod ſubdit. Scd̄m propoſitū eius. Ro. 8°. Scimus quoniā diligentibus deuꝫ omnia cooperant̄ in bonū his qui ſcd̄m propoſitū vocati ſunt ſancti. Q̄ autē ſcd̄m propoſitū predeſtinauerit ꝓbat. quia non ſolū hoc ſed etiā omnia alia que deus facit operat̄ ſcd̄m conſiliuꝫ volūtatis ſue. p̄s. Omnia quecūqꝫ voluit domin⁹ fecit. Eſa. 46. Conſiliū meū ſtabit ⁊ omnis volūtas mea fiet Non autē dicit ſcd̄m voluntatē. ne credas ꝙ ſit irrationabilis. ſed ſcd̄m conſiliū id eſt ſcd̄m voluntatē ſuā que eſt ex ratione. non ſcd̄m ꝙ ratio importat diſcurſum ſed ſcd̄m ꝙ deſignat certam ⁊ deliberatā voluntatē. ¶ Ultimo autē tangit finem vtriuſqꝫ. ſcꝫ predeſtinatiōis ⁊ vocationis. ſcꝫ laudē dei. Unde dicit. Ut ſimus in laudeꝫ glorie eius nos qui ante ſperauimus in xp̄o ⁊ per nos q̄ credimus in xp̄o laudet̄ gloria dei. Eſa. 55. Montes et colles cantabunt coram vobis laudē. Laus autē glorie dei vt dicit Ambro. eſt cū multi acquirunt̄ ad fidē. ſicut gloria medici eſt cum multos acquirit ⁊ curat. Eccl'. 2°. Qui timetis dñm ſperate in illū ⁊ in oblectatiōe veniet vobis miſericordia.

## Lectio quinta.

**In quo ⁊ vos cum audiuiſſetis verbū veritatis euangeliuꝫ ſalutis veſtre in quo ⁊ credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto qui eſt pignus hereditatis noſtre in redemptionē acquiſitionis in laudem glorie ipſius.**

Poſtꝙ̄ enarrauit apoſtol⁹ beneficia collata cōmuniter omnibus fidelibus et exhibita ſpecialiter apoſtolis: hic autē enumerat beneficia ipis epheſijs collata. Diuidit autē pars iſta in duas: quia primo ꝓponit beneficia eis exhibita. Secūdo inſinuat affectum ſuū ex ipis beneficiis excitatū ibi. Propterea ⁊ ego audiens ⁊c. Prima iteruꝫ in tres diuidit̄ ſcd̄m tria beneficia eis exhibita. quia primo ꝓponit beneficiū predicatiōis. Secūdo beneficiū cōuerſionis ad fidē ibi. In quo ⁊ credentes ſignati eſtis ⁊c. Tercio beneficiū iuſtificatōis. ibi. Signati eſtis ⁊c. Dicit ergo quantū ad primū. In quo ſcꝫ xp̄o ⁊ vos cum audiuiſſetis. id eſt cuius beneficio et virtute audiuiſtis verbū predicatiōis inquantū ipſe xp̄us ad vos predicatores miſit Rom. 10. Quomodo audiēt ſine predicāte. quomodo vero predicabūt niſi mittant̄. Item eodem infra. Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbuꝫ dei. Eius ergo beneficio audiūt qui predicatores eis mittit. Luce. 11°. Beati qui audiūt verbum dei ⁊ cuſtodiūt illud. Hoc verbum predicationis tripliciter commendat apoſtolus. Primo a veritate cum dicit. Verbum veritatis. Quippe quia accipit originem a chriſto. de quo dicit̄ Johannis. 17°. Sermo tuus veritas eſt. Jacobi. 1°. Voluntarie genuit nos verbo veritatis ſue. Secūdo

quia eſt annũciatio bona. Unde dicit. Euangeliũ quod
quidem annũciat ſummũ bonũ ⁊ vitam eternã. ⁊ antho
nomaſice verbũ fidei euangeliũ dicit. quaſi annunciatio
ſummi boni. Eſa. 52. Quã pulchri pedes annũciantis
⁊ predicãtis pacem annũciantis bonũ predicantis ſalu-
tem. Eodẽ. 41. Super montẽ excelſum aſcende tu qui
euangelizas ſyon. Et hoc eſt ꝙtuʒ ad futura bona. Ter
tio deſcribit quantũ ad bona preſentia quia ſaluat. Un-
de dicit. Salutis noſtre. id eſt quod creditũ dat ſalutẽ.
Rom. 1. Non enĩ erubeſco euangeliũ. virtus enĩ dei eſt
in ſalutẽ omni credenti. 1ᵉ. corinth. 15. Notũ autem vo-
bis facio fratres euangeliũ quod predicaui vobis quod
⁊ accepiſtis in quo ⁊ ſtatis per qđ ⁊ ſaluamini. ¶ Quã-
tum autẽ ad beneficiũ conuerſionis ad fidem dicit. In
quo ſcʒ xp̃o. id eſt in cuiꝰ operatiõe vos credentes ſigna
ti eſtis. Quod quidẽ beneficiũ ideo ponit fidei quia fi-
des neceſſaria eſt audientibus. Fruſtra enim quis audi-
ret verbũ veritatis ſi nõ crederet. Et ip̃m credere eſt per
xp̃m. infra ſecũdo. Gratia enĩ ſaluati eſtis per fidem. Et
hoc nõ ex vobis donũ enim dei eſt. ¶ Quantũ vero ad
beneficiũ iuſtificatiõis dicit. Signati eſtis. Et hoc per
ſpiritũ ſanctũ qui datus eſt vobis de quo dicit tria ſcʒ ꝙ
eſt ſignũ. ⁊ ꝙ eſt ſp̃us ꝓmiſſionis. ⁊ ꝙ eſt pignus here-
ditatis. Signũ quidẽ eſt inquantũ per eum infundit ca
ritas in cordibus noſtris: qua diſtinguimur ab his qui
nõ ſunt filij dei. ⁊ quantũ ad hoc dicit. Signati eſtis. id
eſt diuiſi a grege dyaboli. infra. 4. Nolite cõtriſtare ſpi
ritũ ſanctũ dei in quo ſignati eſtis ⁊c. Sicut enĩ homĩes
gregibus ſuis apponũt ſigna vt ab alijs diſtinguant ita
dñs gregem ſuũ. id eſt populũ ſpirituali ſigno voluit ſi
gnari. Dñs autem populũ peculiarem habuit in veteri
quidẽ teſtamento iudeos. Ezech. 34. Uos autẽ greges
mei greges paſcue mee homĩes eſtis Unde p̃s. Nos au
tem populꝰ eius ⁊ oues paſcue eius. Sed q: hic grex in
paſcuis corporalibus paſcebat. ſcʒ in doctria corporali ⁊
in bonis temporalibꝰ Eſa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis
me bona terre comedetis. ideo cũ dominus corporali ſi-
gno ſcʒ circũciſionis ab alijs ſeparauit ⁊ diſtinxit. Geñ.
17. Eritq; pactum meũ in carne veſtra. Prius autẽ di-
cit. Circũcidetis carnẽ prepucij veſtri vt ſit ſignũ fede-
ris inter me ⁊ vos. In nouo autẽ teſtamento gregeʒ ha
buit populũ chriſtianũ. 1ᵉ. petri. 2°. Conuerſi eſtis nunc
ad paſtorẽ ⁊ epiſcopũ animarũ veſtrarũ. Joh. 10. Oues
mee vocẽ meam audiẽt ⁊c. Sed grex iſte paſcit in paſcu
is ſpiritualibus bonis. ideo eũ ſigno ſpirituali ab alijs
dñs diſtinxit: hoc autẽ eſt ſpiritus ſanctus per queʒ illi
qui xp̃i ſunt diſtinguũtur ab alijs qui nõ ſunt eius. nũc
autẽ ſpiritus ſanctus amor eſt. ergo tũc ſpiritusſanctus
datur alicui quando efficit amator dei ⁊ ꝓximi. Rom.
5. Caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ
ſanctũ ⁊c. Signũ ergo diſtinctiõis eſt charitas que eſt a
ſpiritusſancto. Jo. 13. In hoc cognoſcẽt omnes quia mei
diſcipuli eſtis ſi dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Spiri-
tus ergo ſanctus eſt quo ſignamur. ¶ Spiritus vero ꝓ
miſſionis dicit duplici ratiõe. Primo quia ꝓmiſſus eſt
fidelibus. Ezech. 36. Spiritũ nouũ ponam in medio ve
ſtri. Et ezechiel. 37. Dabo vobis ſpiritũ nouũ. Secũdo
quia dat cum quadã promiſſione. ex hoc enim ip̃o ꝙ da
tur nobis efficimur filij dei. Nam per ſpiritũſanctũ effici
mur vnũ cum xp̃o. Rom. 8. Siquis autẽ ſpiritũ dei nõ
habet hic non eſt eius. ⁊ per ꝯſequens efficimur filij dei
adoptiui ex quo habemus promiſſionẽ hereditatis eter
ne quia ſi filij ⁊ heredes. Rom. 8. ¶ Tercio dicitur pi-
gnus inquantũ facit certitudinẽ de ꝓmiſſa hereditate.
Nam ſpiritusſanctus inquantũ adoptat in filios dei eſt
ſpiritus ꝓmiſſionis: et ipſemet eſt ſignum promiſſionis
adipiſcende. Sed vt dicit in glo. Alia littera habet qui
eſt arra hereditatis, et forte melius quia pignꝰ eſt aliud
a re pro qua dat ⁊ redditur poſtꝙ ille qui pignus recepit
rem ſibi debitã habet. Arra auteʒ non eſt aliud a re pro
qua datur nec reddit quia datur de ip̃o precio quod nõ
eſt auferendũ ſed complendũ. Deus autẽ dedit nobis ca
ritatẽ tanꝙ pignus per ſpiritũſanctũ qui eſt ſpiritus ve-
ritatis ⁊ dilectionis. Et ideo huiuſmodi nõ eſt aliud ꝙ
quedã particularis ⁊ imperfecta participatio diuine ca
ritatis ⁊ dilectiõis. Que quidem non eſt auferenda ſed
perficiẽda. ideo magis proprie dicit arra ꝙ pignus. ta-
men poteſt nihilominus ⁊ pignus dici. Nam per ſpiritũ
ſanctũ deus nobis diuerſa dona largit. quorum quedaʒ
manent in patria vt caritas que nunꝙ excidit. 1ᵉ. corin.
13. Quedã vero propter ſui imperfectionẽ non manent
ſicut fides et ſpes que euacuabuntur vt ibidem dicitur.
Sic ergo ſpiritusſanctus dicitur arra per reſpectum ad
ea que manent: pignus vero per reſpectum ad ea que
euacuabuntur. Ad quid autem ſignati ſimus ſubdit di-
cens: In redemptionẽ. Nam ſi aliquis de nouo aliqua
animalia acquireret et adderet gregi ſuo imponeret eis
ſigna acquiſitiõis illius. xp̃us autem acquiſiuit populũ
ex gentibus. Joh. 10. Alias oues habeo que nõ ſunt ex
hoc ouili ⁊ illas oportʒ me adducere ⁊c. Et ideo impreſ
ſit eis ſignũ acquiſitiõis. 1ᵉ. petri. 2°. Gens ſancta popu
lus acquiſitiõis. Act. 20. Quã acquiſiuit ſanguine ſuo
Sed quia xp̃us acquiſiuit populũ iſtuʒ non ſic ꝙ nunꝙ
fuerit ſuus: ſed quia aliquãdo fuerat ſuus ⁊ opprimebat
a ſeruitute dyaboli in quã peccando ſe redegit. ideo non
dicit ſimpliciter acquiſiuit. ſed addit in redemptionem.
Quaſi dicat. Non ſimpliciter de nouo acquiſiti ſed qua
ſi a ſeruitute dyaboli per ſanguinẽ eius redempti. 1ᵉ. pe
tri. 1°. Non corruptibilibus auro et argento redempti
eſtis ⁊c. Acquiſiuit ergo xp̃us nos redimẽdo non ꝙ ac-
creſcat inde aliquid deo quia bonoꝝ noſtroruʒ non indi
get. Job. 35. Si iuſte egeris quid donabis ei: aut quid
de manu tua recipiet? Ad quid autem acquiſiuerit nos
xp̃us ſubdit. In laudem glorie ip̃ius. id eſt vt ip̃e deus
laudet. Eſaie. 43. Qui inuocat nomen meũ in gloriam
meam creaui eum.

## Lectio ſexta.

P Ropterea ⁊ ego audiens fidem ve
ſtram que eſt in xp̃o ieſu: ⁊ dilectio
nem in omnes ſanctos: nõ ceſſo gra
tias agens pro vobis memoriam veſtri fa-
ciens in orationibus meis: vt deus domi-
ni noſtri ieſu xp̃i pater glorie det vobis ſpi
ritum ſapientie ⁊ reuelatiõis in agnitioneʒ
eius. illuminatos oculos cordis veſtri: vt
ſciatis que ſit ſpes vocatiõis eius ⁊ que di-
uitie glorie hereditatis eiꝰ in ſanctis ⁊ que
ſit ſuperueniens magnitudo virtutis eius
in nos qui credimus.

Poſtꝙ enumerauit apoſtolus beneficia epheſijs colla-
ta per xp̃m: hic oſtendit quomõ affectus ſuus creuit ad
eos. Diuidit auteʒ hec pars in tres partes. quia primo
premittit bonoꝝ que audiuit de eis commemoratio. Secũ
do de perceptis beneficijs gratiarum debita actio. ibi.
Non ceſſo gratias agens ⁊c. Tercio ſubditur pro futu-
ris beneficijs eius oratio ibi. Memoriam veſtri faciens
⁊c. Bona autem que de eis audiuit ſunt duo. Unũ quo
ordinant ad deũ: ⁊ hoc eſt fides. ⁊ quantũ ad hoc dicit.

Et propterea: Et ego audiens fidem veſtram que eſt in
xp̄o ieſu. que quidē facit habitare deum in homine infra
tercio. Habitare xp̄m per fidē in cordibus veſtris. Item
corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eoꝝ Itē
ſine lege iuſtificat Rom. 3. Arbitramur iuſtificari homi
nē per fidem ſine operibus legis. Secundū quo ordinā-
tur ad proximū ⁊ hoc eſt dilectio. ⁊ quantū ad hoc dicit
Et dilectionē. id eſt opera caritatis. que quidē dilectio
eſt ſpirituale ſignū ꝙ homo ſit diſcipulus xp̄i. Joh. 13°.
In hoc cognoſcēt omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dile
ctionē ⁊c. Et ibidē. Mandatū nouū do vobis vt diliga-
tis inuicē ⁊c. Dilectionē dico in omnes ſanctos. Nā om
nes quos ex caritate diligimus debemus eos diligere:
vel ideo quia ſancti ſunt. vel vt ſancti ſint. Gala. vltimo
Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes: ma
xime autē ad domeſticos fidei ⁊c. ¶ Deinde cum dicit.
Non ceſſo ⁊c. agit ap̄lus gratias de bonis et beneficijs
huiuſmodi auditis dicēs: Non ceſſo gratias agens ⁊c.
Contra quia nō ſemper poterat cōtinue pro eis gratias
agere. Reſpondeo. apoſtolus dicit nō ceſſo. id eſt horis
debitis. vel nō ceſſo quia affectus gratias agendi ꝓ vo
bis ſine ceſſatiōe habitualiter eſt in me. Col. 1. Non ceſ-
ſamus ꝓ vobis orantes ⁊ poſtulātes ⁊c. Rom. 1°. Sine
intermiſſione memoriā veſtri facio ſemper in oratiōibus
meis. ¶ Conſequēter orat ap̄lus pro beneficijs eis in fu
turū concedendis ⁊ quantū ad hoc dicit. Memoriā ve-
ſtri ⁊c. Et hec diuidit in tres. quia primo ꝓponit quedā
que eis petit. Secūdo exponit ea ibi. In agnitiōe eius
⁊c. Tercio oſtendit exemplar ⁊ formaꝫ illoꝝ. ibi. Scōm
operationē potentie ⁊c. Dicit ergo quantum ad primū.
Non ſolū gratias ago quantū ad beneficia preterita que
recepiſtis. ⁊ quantū ad bona audita de vobis. ſed etiam
oro vt omnino in futurū accreſcāt. memoriā veſtri faciēs
in oratiōibus meis ꝓ his. ſcilicꝫ vt deus dn̄i noſtri ieſu
xp̄i pater glorie ⁊c. ¶ Ubi ſciendū ꝙ dn̄s noſter ieſus
xp̄s ⁊ deus ⁊ hō eſt. Et inquantū hō eſt deū habet cum
ſit cōpoſitus ex anima ⁊ corpore. quoꝝ vtriqꝫ cū ſint cre
ature competit deū habere. ſcōm autē ꝙ deus eſt patrē
habet. Joh. 20. Aſcendo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū.
deum meū ⁊ deū veſtrū. Similiter etiā ſcōm ꝙ eſt deus
eſt gloria patris. Heb. 1. Qui cū ſit ſplendor glorie ⁊c.
Eſt etiā gloria noſtra quia ipe eſt vita eterna. 1. Jo. vlti
mo. Simus in vero filio eius: hic eſt verus deus ⁊ vita
eterna. Sic ergo dicit vt deus dn̄i noſtri iheſu xp̄i ſcōm
ꝙ eſt homo ⁊ pater glorie. ſ. xp̄i qui eſt gloria ei⁹. Pro-
uer. 23. Gloria patris filius ſapiens ⁊c. Et glorie noſtre
inquantū dat omnibus gloriā. ¶ Deinde cū dicit. Det
vobis ⁊c. ponit ea que petit que ſunt duo. Ubi ſciendū
eſt ꝙ quedā ſunt dona cōmunia omnibus ſanctis. ſcꝫ il-
la que ſunt neceſſaria ad ſalutē. vt fides ſpes caritas. et
hec habebāt vt iam patet. Alia aūt ſunt dona ſpecialia
⁊ quantū ad hoc pro eis orat. primo quidē pro dono ſa-
pientie. ⁊ quantū ad hoc dicit. Ut det vobis ſpiritū ſapiē
tie quē nullus poteſt dare niſi deus. Sapi. 9. Senſum
autē tuū quis ſciet niſi tu dederis ſapientiā ⁊ miſeris ſpi
ritū ſanctū tuū de altiſſimis. Secūdo orat ꝓ dono intel
lectus. ⁊ hoc conſiſtit in reuelatiōe ſpiritualiū ſecretorū
ꝓpter quod dicit. Et reuelatiōis que etiā a ſolo deo eſt.
Daniel. 2. Eſt deus in celis reuelās myſteria. ¶ Expo-
nit aūt que ſint iſta que petit. ⁊ primo quod pertinet ad
donū ſapientie. Secūdo quod pertinet ad donū intelle-
ctus ibi. Ut ſciatis que ſit ſpes ⁊c. Ad donū autē ſapiē-
tie pertinet cognitio diuinoꝝ. Unde petere donū ſapiē-
tie eſt petere ꝙ habeāt cognitionē dei. Et hoc petit ibi.
In agnitiōeꝫ dei ⁊c. Quaſi dicat. Hoc peto vt per ſpiri-
tū ſapiētie habeatis illuminatos oculos cordis veſtri in

agnitiōeꝫ. ſcꝫ clariorē eius. ſcꝫ dei. p̄s. Illumina oculos
meos ⁊c. Hoc eſt cōtra eos qui habēt oculos illumina-
tos tantū ad temporalia cognoſcēda cum magis tamen
ſit neceſſariū ⁊ etiā glorioſum cognoſcere deū. Jere. 9°.
Non gloriet̄ ſapiens in ſapientia ſua ⁊ nō gloriet̄ diues
in diuitijs ſuis: ſed in hoc gloriet̄ qui gloriat̄ ſcire ⁊ no-
ſce me. Ad donū autem intellectus tria pertinentia po-
nit. Unū quantū ad ſtatū preſentē. ⁊ duo quantū ad fu-
turū. Ad ſtatū vero preſentē pertinet ſpes que eſt neceſ-
ſaria ad ſalutē. Rom. 8. Spe eniꝫ ſalui facti ſumus ⁊c.
⁊ quantū ad hoc dicit. Ut ſciatis que. i. quanta ſit ſpes
vocatiōis eius. id eſt virtus ſpei. ⁊ de quāta re ſit. Que
quidē ⁊ maxima eſt quia de maximis. 1ᵉ. petri. 1. Rege-
nerauit nos in ſpem viuā per reſurrectionē iheſu xp̄i ex
mortuis ⁊c. Et maxima virtutū. Heb. 6. Fortiſſimū ſo-
latiū habeamus qui cōfugimus ad tenenda propoſitam
ſpem quā ſicut anchorā habemus anime ⁊c. Sed quia
ea que ſperamus ſunt de futura vita. ideo alia duo perti
nent ad vitā futurā. vnū quidē pertinet ad omnes iuſtos
cōmuniter quod eſt premiū eſſentiale Et quantū ad hoc
dicit. Et que diuitie glorie ⁊c. Ubi ponit quattuor ad il
la dona pertinentia. Primū eſt ꝙ ſunt copioſiſſima. et
quantū ad hoc dicit. Diuitie. Prouerb. 1. Abundantia
perfruet̄ terrore maloꝝ ſublato. p̄s. Gloria ⁊ diuitie in
domo eius ⁊c. Prouerb. 8. Mecū ſunt diuitie ⁊ gloria
⁊c. Secūdo ꝙ ſunt clariſſima. Et quantū ad hoc dicit.
Glorie. Rom. 2. Gloria autē ⁊ honor ⁊ pax omni operā
ti bonū ⁊c. Tercio ꝙ ſunt ſtabiliſſima ⁊ q̄tuꝫ ad hoc di
cit: Hereditatis. Ea eīn que hereditaria ſunt ſtabiliter
poſſident̄. Eccl'. 31. Stabilita ſunt bona illius in domio
p̄s. Dn̄s pars hereditatis mee ⁊ calicis ⁊c. Quarto ꝙ
erūt intima. Et quantū ad hoc dicit. In ſanctis. Rom.
8. Non ſunt cōdigne paſſiones hui⁹ temporis ⁊c. 2ᵉ. co
rinth. 4. Supra modū in ſublimitate glorie pōdus ope
rat̄ in nobis. Aliud quod ponit pertinēs ad futurā glo-
riā eſt quod ſpecialiter pertinet ad apoſtolos. Unde di-
cit. Et que ſit ſupple. ſciatis ſupereminens magnitudo
virtutis eius ſcilicꝫ in bonis. Quaſi dicat. Licet omni
bus ſanctis abūdanter diuitias glorie tribuat: ſuperemi
nentius tamen tribuet ap̄lis. Magnitudo eīn virtutis
oſtēdit̄ in effectu. Unde quāto magis effectus virtutis
diuine in aliq̄ inuenit̄. tāto ibi virtus diuina maior oſtē-
dit̄: licet in ſeipā ſit vna ⁊ indiuiſa. Et ideo quia maior
effectus virtutis diuine eſt in apoſtolis. ideo magnitu-
do virtutiſ erit in eis. Et ꝙ maior ſit in eis effectus oſtē
dit ſubdens. Qui credidimus id eſt qui ſumus primitie
credentiū. 2ᵉ. corinth. 4. Nos credidimus ꝓpter quod
⁊ loquimur ſciētes ꝙ ille qui ſuſcitauit ieſum ⁊ nos cuꝫ
ieſu ſuſcitabit. ꝓpter quod dicebat. 2ᵉ. thimo. 1°. Scio
cui credidi ⁊ certus ſum ⁊c. Ideo illi inter vos per quos
alij inſtructi ſunt ⁊ vocati ad fidem. ſicut doctores pree-
minentius premiabunt̄. quia vt dicit̄ in glo. quoddā in-
crementū glorie habebunt ſūmi doctores vltra illud qđ
cōmuniter omnes habebūt. ꝓpter quod Danie. 12. do-
cti aſſimulant̄ ſplendori firmamēti. ſed doctores aſſimu
lant̄ ſtellis. Qui autē docti fuerint quaſi ſplendor firma
mēti. ⁊ qui ad iuſticiā erudiūt multos quaſi ſtelle in per
petuas eternitates.

## Lectio ſeptima.

SEcundū operationē potentie vir-
tutis eius quaꝫ operatus eſt in xp̄o
ſuſcitans illum a mortuis ⁊ conſti-
tuens ad dexteram ſuaꝫ in celeſtibus ſuper
omnem principatū ⁊ poteſtatem ⁊ virtuteꝫ

**⁊ dominationē ⁊ omne nomen quod nomi-
natur non ſolum in hoc ſeculo: ſed etiam in
futuro.**

Enumeratis beneficijs que apoſtolus cōferenda optat
epheſijs in futurꝫ: hic conſequēter ponit formā ⁊ exem-
plar. Sicut autem vita xp̄i eſt forma ⁊ exemplar iuſticie
noſtre: ita ⁊ gloria ⁊ exaltatio xp̄i eſt forma et exemplar
glorie ⁊ exaltatiōis noſtre. Ideo hic apoſtolus duo facit
quia primo ꝓponit formā exaltatiōis beneficij ⁊ donoꝝ
in generali. Secūdo manifeſtat eam in ſpeciali. ibi. Su
ſcitans illū a mortuis ⁊c. Forma autē ⁊ exemplar opera
tionis diuine in nos eſt operatio diuina in xp̄o. Et quan
tū ad hoc dicit. Scd̄m operationē. id eſt ad ſimilitudinē
operatiōis potentie virtutis eius. id eſt virtuoſe poten-
tie dei quā operatus eſt in xp̄o exaltans caput illud. ſup
ple ita virtuoſe operabit̄ i nobis. Phil. 3°. Saluatorē
expectamus dn̄m noſtrū ieſum xp̄m qui reformabit cor-
pus humilitatis noſtre ⁊c. Nos autē exaltari ad ſimili-
tudinē exaltationis xp̄i frequēter legimus in ſcriptura.
Rom. 8. Si cōpatimur et glorificemur. Item Apoc. 3.
Qui vicerit dabo ei ſedere mecū in throno meo ſicut et
ego vici ⁊ ſedi cū patre meo in throno eius ¶ Conſequē
ter explicat formā ⁊ exemplar in ſpeciali: manifeſtans ea
que pertinent ad exaltationē xp̄i. loquēdo de xp̄o inquā
tum eſt homo dicēs: Suſcitans illū ⁊c. Circa quod tria
beneficia ponit exaltatiōis xp̄i. Primū eſt tranſitus de
morte ad vitā. ⁊ quantū ad hoc dicit. Suſcitans illuꝫ a
mortuis. Secundū eſt exaltatio ad gloriam altiſſimā. et
quantū ad hoc dicit. Conſtituens illū ad dexterā ſuam.
Terciū eſt ſublimatio ad potentiā maximā. ⁊ quantum
ad hoc dicit. Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Dicit
ergo quantū ad primū. dico ꝙ hoc erit ſm̄ operationē ꝗ
op̄atus eſt in xp̄o. ſ. deus pr̄ eadē virtute quā hꝫ cū xp̄o
Unde ⁊ ipſe xp̄s ſeip̄m reſuſcitauit ⁊ deꝰ pr̄ eū reſuſcita
uit. Ro. 8. Si ſp̄us eius qui ſuſcitauit ieſum a mortuis
hitat in vobis: q̄ ſuſcitauit ieſuꝫ a mortuis viuificabit ⁊
mortalia corpora veſtra. Quantū vero ad ſecundū dicit
quia vt dicitur.1.Johan.4. Qui enim nō diligit fratrē
ſuum quem videt:deum quem non videt quomodo po=
teſt diligere? Et Aug.dicit ꝙ nullus putet habere pacē
cum chriſto ſi diſcors fuerit cum chriſtiāo. Primo ergo
ponit pacem hominū inuicem factā per chriſtum.⁊ exin=
de pacem hominum ad deum:propter quod dicit. Ut re
conciliet ambos iam vnitos ſcilicet in vno corpore eccle
ſie ſcilicet in chriſto. Ro.12. Multi vnū corpꝰ ſumꝰ in xp̄o.
Reconciliet inq̄ deo per fidem ⁊ charitatem.2.coꝝ.5.
Deus erat in chriſto mundum reconcilians ſibi. Et hoc
fecit per crucem:interficiēs inimicitias in ſemetipſo.qꝛ
iudeorum ⁊ gentilium que erant per legem inimicitias
interfecit:implens figuras veteris teſtamenti.ſed inimi
citias que erant inter deum ⁊ homines per peccatū int̄=
fecit in ſemetipſo.quando per mortē crucis deleuit pec=
catum. Gal.1. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis no=
ſtris. Hebre.10. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorū
exhaurienda peccata. Dicit ergo interficiens inimiciti=
as id eſt peccata in ſemetipſo in imolatione corporis ſui.

Col.1. Pacificās ꝑ ſanguinē cruc' eiꝰ ſiue q̄ i cel' ſiue q̄ i
terris ſunt. Ro.5. Cum inimici eſſemus reconciliati ſu=
mus deo per mortem filij eiꝰ. Item col.1. In chriſto cō=
placuit omnem plenitudinē habitare ⁊ per eum reconci
liare omnia in ipſo. Quia ergo chriſtus ſatiſfecit ſuffici=
enter pro peccatis noſtris.conſequēs fuit vt ſoluto pre=
cio fieret reconciliatio. Manifeſtationē vero huius recō
ciliationis ponit dicens: Et veniens euangelizauit ⁊c.
Ponit autē primo pacis ſeu reconciliationis annuncia=
tionem. Secundo pacis cauſam ⁊ rationem ibi. Quoni
am per ipſum habemus acceſſum ⁊c. Eſt ergo manifeſta
dei reconciliatio ad hominem per chriſtū.quia ipſe xp̄s
non ſolum reconciliauit nos deo ⁊ interfecit inimicitias
ſed etiam veniens ſcilicet in carne euangelizauit id ē an
nunciauit pacem. Uel veniens poſt reſurrectionē quan
do ſtetit in medio diſcipuloꝝ ⁊ dixit eis Pax vobis. Lu
ce vltio.⁊ Joh.20. Eſa.61. Ad ānūciādū miſit me ⁊c.
Et.52. Quā pulchri pedes ſupra mōtes annūciātis ⁊ p̄di
cātis pacē āūciātis bonū p̄dicātis ſalutē ⁊c. Euāgelizauit
inq̄ non vni populo tantū ſed vobis gentibus qui lōge
fuiſtis.quibus ⁊ ſi non in perſona propria tamē per apo=
ſtolos ſuos annunciauit pacē. Matth. vltimo. Euntes
ergo docete omnes gentes baptizantes ⁊c. Eſa.33. Au=
dite qui longe eſtis que fecerim ⁊ cognoſcite ⁊c. Et pa=
cem his qui prope ſupple annunciauit. xp̄s in ꝑſona pro
pria. Ro.15. Dico eñi chriſtum ieſum miniſtrum fuiſſe
circūciſionis propter veritatem dei ad confirmandas ꝓ=
miſſiones patrū. Eſa.54. Ecce accola vēiet qui nō erat
mecū aduena quondam ciuis adiūgetur tibi. ¶ Cauſam
autē pacis ⁊ formam oſtendit dicens: Quoniā per ipſū
habemus acceſſum ambo id eſt duo populi in vno ſpiri=
tu.id eſt vniti vnione ſpiritusſancti.īfra.4. Solliciti ſer
uare vnitatē ſpūs ⁊c.1.coꝝ.12. Hec aūt oīa opat̄ vnꝰ at=
q; idē ſpūs. Sic aūt habemꝰ acceſſum ad patrē ꝑ xp̄ꝫ q̄=
niā xp̄s operat̄ ꝑ ſpiritūſanctū. Ro.8. Si q̄s aūt ſpiritū
xp̄i nō habet h̄ nō eſt eius.⁊ ideo q̄cq̄d fit ꝑ xp̄ꝫ ſcꝫ ꝑ hoc
etiā qḋ dic̄ ad patrē.intelligēdū ē ꝙ etiā ꝑtinet ad totā
trinitatē.qꝛ ꝓpt̄ eſſentie vnitatē in patre eſt filiꝰ ⁊ ſpiri=
tusſanctus.⁊ in ſpiritusſancto pat̄ ⁊ filius. Ideo cū dicit
ad patrē.ſpecialit̄ oſtēdit ꝙ q̄cq̄d filiꝰ hꝫ a p̄re habet.et
ab eo etiā ſe habere recognoſcit.

## Lectio ſexta.

Ergo iam non eſtis hoſpites ⁊ adue
ne:ſed eſtis ciues ſanctorū ⁊ dome
ſtici dei:ſuperedificati ſuper funda
mentum apoſtolorum ⁊ prophetarum ipſo
ſummo āgulari lapide xp̄o ieſu:in quo om=
nis edificatio conſtructa creſcit in templū
ſanctum in domino. In quo ⁊ vos coedifica
mini in tabernaculū dei in ſpiritusſancto.

Oſtenſo ſupra ꝙ ad ſpiritualia bn̄ficia ſimꝉ admiſſi ſunt
gentiles cū iudeis:hic oñdit ꝙ in illis bn̄ficiis gentiles
nō ſunt minoris dignitatis q̄ ſint ipſi iudei:ſꝫ eque plena
rie ad xp̄i bn̄ficia ſunt admiſſi. Circa qḋ duo fac.qꝛ p̄mo
ꝓpōit intētū. Secūdo māifeſtat ꝓpoſitū ꝑ exēplum ibi.
Supedificati ⁊c. Circa p̄mū duo facit. Primo excludit id
qḋ erat i ſtatu p̄terito a ſtatu p̄nti. Scḋo ꝯcludit id qḋ cō
petit p̄nti ſtatui ibi. Sꝫ eſtis ciues ⁊c.qꝛ ḡ apl's ꝯcludē=
do inducit hoc qḋ dic̄ Ergo iā ⁊c. Cōſiderādū ē ꝙ ſimi=
litudo ſeq̄tur ex p̄miſſis. Primo q̄dē ex hoc ꝙ ambo ꝯiun
cti ſunt dō recōciliati. Scḋo ꝙ ābo hn̄t acceſſum in vno
ſpū ad p̄rem. Quia ergo ſimꝉ ſunt configurati toti trini=
tati.patri ad quem habent acceſſum.filio ꝑ quē.ſpiritui

ſancto ī quo vno accedunt. In nullo ergo deficiūt a ſpi-
ritualium bonorum participatione. ¶ Ad intellectū au-
tem littere ſciendum eſt ꝙ collegium fidelium quādoqꝫ
in ſcripturis vocatur domus. ſm illud pͥme Thymo. 3.
Vt ſcias quomodo in domo dei oportear te cōuerſari q̄
ē dei eccleſia. Quandoqꝫ autem vocatur ciuitas: ſm il-
lud p̄s. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas. Ciuitas
enim habet collegium polliticum: domus autem ycono-
nomicū: inter que quidem duplex differentia inuenitur:
Nam qui ſunt de collegio domus cōmunicant ſibi ī acti-
bus priuatis: qui vero ſunt de collegio ciuitatis cōmuni-
cant ſibi in actibus publicis. Item qui ſunt in collegio
domus reguntur ab vno qui vocatur paterfamilias: ſed
qui ſunt in collegio ciuitatis reguntur a rege. Ita enim
eſt paterfamilias in domo ſicut rex in regno. Sic igitur
collegium fidelium aliquid habet de ciuitate: ⁊ aliquid
de domo. Sed ſi conſideretur rector collegij pater eſt.
Mat. 6. Pater noſter qui es in celis ⁊c. Iere. 3. Patrē
vocabis me ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis: ⁊ ſic collegi-
um ē domus. Si vero ipſos ſubditos conſideres ſic ciui-
tas eſt quia cōmunicant ſibi in actibus precipuis ſcilicꝫ
fidei ſpei ⁊ charitatis. Et hoc modo ſi fideles conſiderē-
tur in ſe eſt collegium ciuitatis. Si vero rector collegij
attendatur ē collegium domus. Et ideo apoſtolus duo
verba ponit hic ſcilicet hoſpites ⁊ aduene. Hoc enī ſunt
hoſpites ad domum qḋ aduene ad ciuitatē. Hoſpes enī
dicitur quaſi extraneus a domo. Eccl. 29. Vita neqꝫ ho
ſpitandi de domo in domum. Aduena vero eſt qui extra-
neus venit ad ciuitatem. Ac ſi dicat apoſtolus Olim era-
tis extranei a collegio fidelium ſicut hoſpites ad domū
⁊ aduene ad ciuitatem. quemadmodū ⁊ ꝓſeliti ad legē
veterem ſed nunc non eſt ita quia iā non eſtis hoſpites
⁊c. Eſa. 54. Ecce accola veniet qui non erat mecū adue-
na quondam ciuis adiungetur tibi. ¶ Conſequenter cū
dicit. Sed eſtis ciues ſanctorum ⁊c. concludit qḋ conue-
nit ſtatui preſenti dicens. Sed eſtis ciues ſanctorū ⁊c.
Quaſi dicat. Quia collegium fidelium dicitur ciuitas
in comparatione ad ſubditos: ⁊ domus in comparatio-
ne ad rectorem: collegium ad quod vocati eſtis eſt ciui-
tas ſanctorum ⁊ domus dei. p̄s. Glorioſa dicta ſunt de
te ciuitas dei. Vnde Auguſtinus. Duas ciuitates faci-
unt duo amores. Nam amor dei vſqꝫ ad contemptū ſui
ſcilicet hominis amantis facit ciuitatem hieruſalem ce-
leſtem. amor vero ſui vſqꝫ ad contemptum dei facit ciui-
tatem babylonis. Quilibet ergo vel eſt ciuis ſanctorū
ſi diligit deum vſqꝫ ad contemptum ſui. Prouerb. vlti-
mo. Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Si
vero diligit ſe vſqꝫ ad contemptum dei ē ciuis babylo-
nis. ¶ Conſequenter cum dicit. Superedificati. ⁊c. ma-
nifeſtat propoſitum. Conſuetum eſt in ſcripturis ꝙ in fi-
gura que methonomia dicitur contines ponat ꝓ ꝯtēto:
ſicut quandoqꝫ domꝰ ꝓ his q̄ ſunt ī domo. Secūdū hūc
ergo modū loquit̄ apl̄s de his qui ſūt in domo dei. ſ. de
fidelibus: ſicut de vna domo et comparat eos edificio.
Et circa hoc duo facit. quia primo proponit intentum
Secundo oſtendit ꝙ huius edificij participes facti ſunt
ipſi epheſij ibi. In quo ⁊ vos coedificamī ⁊c. Circa pri-
mum duo facit. Primo proponit huius edificij funda-
mentum. Secundo ipſius conſtructionē ſeu complemē-
tum ibi. In quo omnis edificatio conſtructa ⁊c. Funda
mentum autem ponit duplex. Vnum ſecundarium ⁊ ali
ud principale. Secundarium quidem fundamentū ſunt
apoſtoli ⁊ prophete. Et quantum ad hoc dicit eos non
eſſe hoſpites ſed ciues: quia iam pertinent ad edificium
ſpirituale vtpote ſuperedificati ſupra fundamentum apo
ſtolorū ⁊ prophetaꝝ id eſt qui ſūt apoſtoli ⁊ prophete. i.

ſupꝫ doctrinā eoꝝ. Vel aliter ſupra fūdamētū aplo͡ꝝ ⁊ ꝓ-
phetarū. i. ſupra xp̄m qui ē fundamentū apoſtoloꝝ ⁊ ꝓ-
phetarum. Quaſi dicat. In eodem fundamento ſuper-
edificati eſtis in quo apl̄i ⁊ prophete ſunt edificati: qui
ex iudeis fuerunt. Hee autē expoſitiones due tantū quo
ad verba differunt ſed prima cōuenientior eſt: quia ſi alia
conuenientior eſſet: tunc pro nihilo adiungeret: Ipſo ſū-
mo angulari lapide chriſto ieſu: cum ipſe ieſus ſit ſum-
mum fundamentum. Secundū ergo primum modū ma-
gis conſonat: ita tamen ꝙ precipuus lapis ⁊ ſummum
fundamentum ſit chriſtus. Quantum vero ad ſententi-
am nihil differunt quia idem ē dicere chriſtū eē fundamen-
tum ⁊ doctrinam apoſtolorum ⁊ prophetarū. cum chri-
ſtum tantū non ſeipſos predicauerint. vnde accipere eo-
rum doctrinam eſt accipere chriſtum crucifixum. prime
Cor. pͥmo. Nos autem predicamus chriſtum crucifixū.
primo Pet. pͥmo. Quibus reuelatum ē quia non ſibi-
ipſis. ⁊c. Item prime Cor. 2. Nos autem ſenſum chri-
ſti habemus. ¶ Notandum ē ꝙ apoſtoli dicuntur fun-
damenta. p̄s. Fundamenta eius in montibus ſanctis.
Eſa. 54. Fundabo te in ſaphiris. id eſt in celeſtibus vi-
ris. Expreſſe autem dicuntur fundamenta. Apoc. 21.
Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. et in
ipſis nomina duodecim apoſtolorum. Qui intantum di-
cuntur fundamenta inquantum eorum doctrina chriſtū
annunciat. Mat. 16. Super hanc petram edificabo ec-
cleſiam meam. Dicit autem apoſtolorum ⁊ prophetarū
vt deſignet ꝙ vtraqꝫ doctrina ē neceſſaria ad ſalutem.
Mat. 13. Scriba doctus in regno celorum ſimilis ē ho-
mini patrifamilias qui profert de theſauro ſuo noua et
vetera. Item vt oſtendat concordiam inter vtranqꝫ ad
alterandum idem ē vtriuſqꝫ fundamentū. Nam qḋ pro-
phete predixerunt futurum apoſtoli predicauerūt factū
Roma. pͥmo. Paulus ſeruus ieſu chriſti vocatus apo-
ſtolus ſegregatus in euangelium dei: qḋ ante promiſe-
rat per prophetas ſuos. ¶ Principale vero fundamē-
tum tantum ē chriſtus ieſus: ⁊ quantum ad hoc dicit.
Ipſo ſummo. ⁊c. Vbi tria dicit de eo ſcilicet ꝙ ſit lapis.
ꝙ angularis. ⁊ ꝙ ſummus. Lapis quidem ē propter fū-
damenti firmitatem. Vnde dicitur Mat. 7. Q domus
que fundata erat ſupra petram firmiter edificata erat in-
tantum ꝙ nec pluuia nec flumina nec venti potuerunt
eam deſtruere. Non ſic autem de domo fundata ſuper
arenam. Daniel. 2. Lapis abſciſſus de monte ſine manī-
bus. Angularis autem dicitur propter vtriuſqꝫ coniun-
ctionem. Nam in angulo duo parietes vniuntur. Sic in
chriſto populus iudeorum ⁊ gentium vniti ſunt. p̄s. La-
pidem quem reprobauerunt edificantes hic factus ē in
caput anguli. Act. 4. Hic eſt lapis qui reprobatus ē a
vobis edificantibus qui factus eſt in caput anguli ⁊ non
ē in aliquo alio ſalus. Et hoc idē de ſe introducit. Mat.
21. Nunqꝫ legiſtis in ſcripturis. Lapidem quem repro-
bauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli. ⁊c.
Summus autē dicit̄ ꝓpter dignitatis celſitudinē Eſa.
82. Ecce ego mittam in fundamentis ſion lapidē angu-
larem probatū precioſū in fundamento fundatum. Sed
ē in fundamento ſpirituali ⁊ in edificio materiali. Mate-
riale nāqꝫ edificium fundamentū habet in terra. Et ideo
oportet vt pͥcipaliꝰ fundamētū ſit magꝭ infimū. Spūa-
le vero edificiū fūdamētū hꝫ in celo. ⁊ iō oꝫ ꝙ fundamē-
tū q̄to ē pͥncipaliꝰ tāto ſit ſublimiꝰ: vt ſic imaginemur ci-
uitatē quādā deſcēdētē de celo cuiꝰ fundamētū in celo
exiſtens edificiū dimiſſū ad nos videat̄ inferiꝰ: ſm illud
Apoc. 21. Vidi ciuitatē hierl̄m deſcendentē de celo. ⁊c.
¶ Conſequenter cum dicit. In quo omnis edificatio ⁊c.
agit de conſtructione edificij In qualibet autem edificij

conſtructione quattuor requiruntur. Primo edificij fundatio. Secundo cõſtructio. Tertio augmẽtatio. Quarto conſumatio: Que quidem breuiter tangit cum dicit: In quo ſcꝫ fundamẽto qui chriſtus ẽ principaliter ⁊ doctrina apoſtolorum ⁊ prophetarum ſecundario: quia vt dicit̃ ꝑme Cor.3. Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere ꝑter id ⁊c. Secundo vero tangit ſecundum cum dicit Omnis edificatio conſtructa. Et quidem ſi intelligatur allegorice deſignat ipſam eccleſiã: que tunc conſtruitur quãdo homines ad fidem conuertunt̃. Si autẽ moraliter intelligatur ſignificat animã ſanctam ⁊ tunc eiuſmodi edificatio conſtruitur qñ bona opera ſuꝑedificãtur ſuper xp̃m. Prouerb.14. Sapiens mulier edificat domũ ſuã. ꝑme Cor.3. Vnuſquiſq; videat quomõ ſuꝑedificet. In hoc ergo fundamẽto. ſcꝫ chriſto omnis edificatio ſpiritualis conſtruit̃ iudeorũ vel gentilium a deo ꝑ auctoritatẽ. ps. Niſi domin⁹ edificauerit domum ⁊c. Heb.3. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo: qui autẽ omnia creauit deus ẽ. Sed inſtrumentaliter conſtruit̃ edificium vel ab homine qui ſeip̃m edificat vel a p̃latis. Tertium tangit cum dicit. Creſcit in templum ⁊c. qḋ q̃dem fit quando multiplicant̃ qui ſaluj fiunt. Act.6. Verbuꝫ domini creſcebat ⁊ multiplicabat̃ numerus diſcipulorũ in hieruſalem valde. Creſcit etiam quãdo homo creſcit in bonis operib⁹. Et in gratia creſcit quantuꝫ ad hoc ꝙ fit templũ ſanctũ. Templũ eñi a deo inhabitat̃ ⁊ iõ oportet ꝙ ſit ſanctũ. ps. Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus. Et quia nos debemus inhabitari a deo vt deus in nobis habitet: ad hoc nos parare debemus vt ſancti ſimus. ꝑme Cor.3. Neſcitis quia templũ dei eſtis ⁊ ſpũs dei habitat in vobis. Apoc.12. Ecce tabernaculum dei cum hominibus ⁊ habitabit cũm eis. Sed nunq̇d ſtatiꝫ a principio cũ charitatem habemus templũ dei ſumus. Reſpondeo dicendũ ẽ ꝙ ſic. Et quãtomagis proficim⁹: tanto magis deus habitat in nobis. Et ideo ad hoc edificiũ Quarto requirit̃ ꝑfectio ⁊ conſũmatio qḋ oſtẽdit cũ dicit. In domino. ¶ Cõſequẽter cũ dicit. In quo ⁊ vos ⁊c. oſtendit quomõ gentiles facti ſunt participes huius edificij dicens. In quo ſcꝫ edificio nõ ſolum ſuꝑedificãtur iudei: ſed etiam vos epheſij edificamini. i. ad ſimilitudinẽ aliorum edificamini. ꝑme Pet.2. Ad quẽ accedentes lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidẽ reprobatum: a deo autẽ electum ⁊ honorificatũ ⁊ ipſi tanq̃ lapides viui ſuꝑedificamini domos ſpũales. Et ideo ſubdit. In habitaculum dei. vt ſcꝫ deus in vobis inhabitet per fidem. infra.3. Habitare xp̃m per fidem in cordibus veſtris. Hoc autem nõ poteſt fieri ſine charitate: quia qui manet ĩ charitate in deo manet ⁊c. ꝑme Jo.4. Charitas autẽ datur nobis per ſpũm ſanctũ. Ro.5. Charitas dei diffuſa ẽ in cordibus noſtris per ſpũm ſanctũ qui datus ẽ nobis. iõ ſubdit. In ſpiritu ſancto.

## Capitulum tertiũ.

Huius rei gratia ego paulus vinctus xp̃i ieſu pro vobis gentibuſ ſi tamen audiſtis diſpenſationẽ gr̃e dei que data eſt mihi in vobis qm̃ ſcd̃m reuelationẽ notũ mihi factũ eſt ſacramẽtuꝫ ſicut ſupra ſcripſi in breui ꝓut poteſtis legentes intelligere prudentiaꝫ meã in miniſterio xp̃i qḋ alijs generatiõibus nõ ẽ agnitum filijs hominũ: ſicuti nunc reuelatũ eſt ſanctis apoſtolis eius ⁊ prophetis in ſpiritu eſſe gentes coheredes ⁊ concorporales ⁊ cõparticipes ꝓmiſſionis in chriſto ieſu per euangelium.

Supra cõmemorauit apoſtolus multa dei beneficia humano generi ⁊ ip̃is apoſtolis collata: hic cõmemorat ſpecialia beneficia ſibi tradita. Primo ergo proponit intentionem ſuã in generali. Secundo exponit ꝑ partes ĩ ſpeciali ibi. Quoniã ſm̃ reuelationẽ ⁊c. Circa p̃mum duo facit. Primo ponit ſuam conditionem q̃tũ ad patientiã ⁊ tribulationes quas ꝑtulit. Scd̃o quantũ ad dona gratie que deus ſibi contulit ibi. Si tamen audiſtis ⁊c. Dicit ergo. Dixi in quo ⁊ vos coedificamini ⁊c. Huius rei gratia. i. vt edificemini ⁊ cõuertamini ad xp̃m: ego paulus qui tantus ſum: quia ap̃ls ieſu xp̃i ⁊ magiſter gẽtiuꝫ in fide ⁊ veritate nunc vinctus ſum rome. Nam hãc epiſtolam de vrbe ſcripſit vbi in vinculis tenebat̃. 2. Thy.2. Laboro vſq; ad vincula quaſi me operans. infra.4. Obſecro vos itaq; ego paulus vinctus in dño. Ex quo apparet eius tribulatio ⁊ paſſio in ſqualore carceris. Sꝫ quia pena nõ facit martyrẽ ſed cauſa. ideo addit ſuarum tribulationũ cãm. Duplex ẽ autẽ cã pro qua quis martyrij cãm proſequit̃. Vna ſi patiat̃ pro fide xp̃i vel pro quacunq; alia virtute. 1. Pet.4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur aut maledicus aut alienoꝝ appetitor: ſi autem vt xp̃ianus nõ erubeſcat. Et q̃tuꝫ ad hoc dicit. Vinctus chriſti ieſu. Alia ſi patiat̃ ꝓ eccl̃ie vtilitate. Et quantum ad hoc ait. Pro vobis gentib⁹. i. tantũ intendo conuerſionẽ v̄ram ⁊ verbum ſalutis vobis predico ꝙ traditus ſuꝫ carceri. 2. Cor. ꝑmo. Tribulamur pro v̄ra exhortatione ⁊ ſalute. Col. ꝑmo. Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis. ¶ Conſequenter cũ dicit. Si tamen audiſtis ⁊c. ponit donũ gratie ſibi cõmiſſũ. Quaſi dicat. Dico ꝙ ſum ꝓ vobis gentibus vinctus. Si tamen audiſtis. i. intellexiſtis diſpenſationẽ gratie q̃ data ẽ mihi pro vobis. Qḋ põt intelligi dupliciter. Vno modo vt diſpenſatio accipiat̃ paſſiue: ⁊ ſit ſenſus: ſi tamẽ audiſtis diſpenſationem gratie ⁊c. i. ſi intellexiſtis ꝙ mihi hoc donum ſcꝫ ap̃latus in gentibus ẽ diſpenſatum. Nã vt dicitur infra.4. Vnicuiq; data ẽ gratia ſm̃ menſurã donationis xp̃i. Et infra. Ipſe dedit quoſdam quidem ap̃los: quoſdam autem prophetas ⁊c. Vnde mihi diſpẽſatũ ẽ a domino xp̃o. i. venit in ſortem gratia dei hec vt in vobis fructum faciam. Col. ꝑmo. Factus ſum ego miniſter ⁊c. Dico diſpenſationem dei que data ẽ mihi ĩ vobis. id eſt eorum diſpenſatio tradita ẽ mihi. Alio mõ vt diſpenſatio accipiat̃ actiue vt ſit ſenſus. Si tñ audiſtis diſpenſationẽ. ⁊c. i. ſi intellexiſtis ꝙ mihi datũ ſit vt dona gr̃e diſpenſem ꝑ cõionem ſacramentoꝝ ⁊ hoc in vobꝫ ꝑme Cor.4. Sic nos exiſtimet hõ vt miniſtros xp̃i. ¶ Conſequenter cũ dicit. Quoniã ſm̃ reuelationeꝫ ⁊c. manifeſtat cõditionem ſuam per partes ⁊ in ſp̃ali. Circa qḋ duo facit. quia primo ponit qḋ pertinet ad dignitatẽ officij ſcꝫ diſpenſationẽ gratie. Secundo illud qḋ pertinet ad experientiã patientie ſcꝫ tribulationes ibi. Quapropter peto ne deficiatis ⁊c. Prima iterũ in duas. Primo oſtendit gratie diſpenſationem q̃tum ad diuerſoruꝫ myſteriorũ cognitionem. Secundo quantum ad ipſorũ executionem ibi. Cuius factus ſum miniſter ⁊c. Prima iterum in duas. Primo ponit myſteriorum xp̃i ſibi datam cognitionem. Secundo exponit qḋ ſit iſtud myſterium ibi. Eſſe gentes coheredes ⁊c. Circa cognitionem ſuam tria ponit. Primo ꝙ ſit certa. Secũdo ꝙ ſit plena Tertio ꝙ ſit excellens. Certa quidem ẽ quia non ẽ per humanã induſtriã nec ꝑ humanã intentionẽ q̃ falli põt. Sap.9. Cogitationes enim mortalium timide ⁊ incerte

prouidentie noſtre. Sed per legem diuinā que certiſſima eſt. Et ideo dicit. Quoniam ſm reuelationem. ⁊c. Gal. primo. Neqꝫ enim ego ab homine accepi illud neqꝫ didici. ſꝫ per reuelationē ieſu chriſti. 2. Cor. 3. Nos vero reuelata facie gloriā domini ſpeculantes. ⁊c. ¶ Itē plena ē. quia perfecte reuelatum eſt mihi: ⁊ cōmitto veſtro iudicio quia ego in verbis paucis hoc expreſſi: in quibus cognoſcere poteſtis ꝙ perfectam cognitionem habeam de myſterijs fidei. Et quantum ad hoc dicit. Sicut ſcripſi in breui id ē in paucis verbis ⁊ aperte eo modo vt poteſtis legentes intelligere. Cant. 4. Fauus diſtillans labia tua. ⁊c. Labium quidem breue quid ē. Et ſic labia doctoris ſunt fauus diſtillans quādo breuibus ⁊ paucis verbis multa ⁊ magna inſinuat. Sed attende vt dicit Auguſtinus ꝙ debet intendere hoc doctor ꝙ. ſ. intelligat. Et ꝙdiu ad hoc laborat verba ſua non ſūt ſuꝑflua ſed ſi poſtꝙ intelligit eis īmoratur ſuperflua ſunt eius verba. Dicit autē prudentiā meam: ſm illud Prouerb. 9. Scientia ſanctorꝫ prudentia. Que quidem non ē mundana ſed diuina ⁊ celeſtis ꝓpter qđ dicit. In myſterio xpi. Eſt etiam excellens quia ſolis apoſtolis ē reuelata. Unde ſubdit. Quod alijs generationibus nō ē agnitum. Licet enim miſteria xpi prophetis ⁊ patriarchis fuerint reuelata: nō tamē ita clare ſicut apoſtolis. Nam ꝓphetis ⁊ patriarchis fuerunt reuelata in quadaꝫ generalitate ſed apl'is manifeſtata ſunt ꝙtum ad ſingulares ⁊ determinatas circumſtantias. Hoc autem qđ dicit ꝙ alijs generationibus ⁊c. poteſt dupliciter exponi. Uno modo vt per generationes tempora generationū accipiantur. iuxta illud ps. Generatio tua in omni generatiōe ⁊ generationē. Et tunc ē ſenſus ꝙ alijs generationibus id ē temporib⁹ nō ē agnitum filijs hominū. i. rationalibus creaturis ſcꝫ nec hominibus nec angelis. Mat. 11. Abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentib⁹ ⁊ reuelaſti ea paruulis. Sicuti reuelatum ē nunc ſanctis apoſtolis eius ⁊ ꝓphetis noui teſtamenti interpretantib⁹ ſcripturas ⁊ explanantibus legem. Luc. 8. Uobis datum ē noſce myſteriū regni dei. ceteris autem ⁊c. Luc. 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. Et infra. Dico autē vobis ꝙ multi reges ⁊ ꝓphete voluerunt videre q̄ vos videtis ⁊ nō viderunt ⁊c. Alio modo poteſt exponi vt ꝑ generationes accipiant̄ hoīes generati. ſm illud. Mat. 23. Uenient hec omnia ſuꝑ generationem iſtam. ⁊c. Et tunc ē ſenſus ꝙ alijs generationibus id ē hominib⁹ ī p̄cedentibus generationibus generatis nō ē cognitū. ⁊c. ſicut prius. Unde Eſa. 53. Quis credidit auditui nr̄o ⁊ brachium domini cui reuelatū ē? Sed hoc quidem ſacramentum fidei reuelatum ē aliquibus patribus veterꝭ teſtamēti. ſm illud Jo. 8. Abraam pater veſter exultauit vt videret diē meum vidit ⁊ gauiſus ē. Et etiam ꝓphetis ſm illud Joel. 2. Poſt hec effundaꝫ de ſpiritu meo ſuper omnē carnem ⁊ prophetabunt filij vr̄i ⁊ filie vr̄e. Sed eis quidem reuelatum ē in quadam generalitate. apoſtolis vero clare ⁊ perfecte. Et hoc propter tria. Primo quia ipſi apl'i habuerunt reuelationem immediate a filio dei. ſm illud Joh. 1. Unigenitus filius qui ē in ſinu patris ipſe enarrauit. Prophete vero ⁊ patres veteris teſtamēti ipſi edocti ſunt per angelos vel per aliquas ſimilitudines. Unde dicitur Eſa. 6. Uolauit ad me vnus de ſeraphin ⁊ in manu eius calculus quem. ⁊c. Et ideo ipſi apl'i clarius acceperunt. Secundo quia non in figuris ⁊ in enigmatibus: ſicut ꝓphete viderunt. ſed reuelata facie gloriā domini ſpeculantes. Luce. 10. Beati oculi qui vident que vos videtis. Tertio quia apoſtoli conſtituti fuerunt executores ⁊ diſpēſatores huius ſacramēti: ⁊ ideo oportebat ꝙ melius ipſi eſſent inſtructi ꝙ alij. Joh. 4. Alij laborauerunt ⁊ vos in labores eorū introiſtis. ¶ Conſequenter cum dicit. Eſſe gentes. ⁊c. manifeſtat quod ſit illud ſacramentū. Circa quod ſciendum ē ꝙ iudei triplicem prerogatiuam habebāt reſpectu gentilium ſcꝫ promiſſionis hereditatis. Roma. 4. Nō enim per legem promiſſio abrae aut ſemini eius vt heres eſſet mundi: ſed per iuſticiam fidei. ps. Dominus pars hereditatis mee ⁊c. Item per ſpecialem a gentibus alijs inſtructionem. Deutero. 7. Te elegit dominus de⁹ tuus vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Unde ps. Nos autē populus eius ⁊ oues paſcue ei⁹. Cant. 6. Una eſt colūba mea: ꝑfecta mea. ⁊c. Item per xpi promiſſionē. Gen. 12. In te benedicent̄ vniuerſe cognatiōes terre. Hec autem tria gentes nō habebant: ſupra. 2. Qui eratis illo tempore ſine xp̄o alienati a conuerſatione iſrl'. Sed ad hec tria recepti ſunt ꝑ fideꝫ Primo quidē quantū ad partipationem hereditatis. ⁊ quantū ad hoc dicit. Coheredes ſcꝫ ipſis iudeis in hereditate celeſti. Mat. 8. Multi ab oriente ⁊ occidente venient ⁊ recumbent cuꝫ abraam yſaac ⁊ iacob in regno celorum. ⁊c. Secundo ad ſpeciale collegium fidelium. Et quantum ad hoc dicit. Concorporales. i. in vnum corp⁹ Joh. 10. Alias oues habeo que nō ſunt ex hoc ouili. i. gentes: ⁊ illas oportet me adducere ⁊ vocem meam audient ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. Tertio ad participationem gratie repromiſſe. Et quantū ad hoc dicit. Et comparticipes ſcꝫ promiſſionuꝫ q̄ facte ſunt abrae. Ro. 15. Dico autem chriſtum fuiſſe miniſtrum circūciſionis propter veritatem dei ad confirmādas promiſſiones patrum: gentes autem ſuper miſericordia honorare deum. Et hec omnia conſecute ſunt gentes, non per moyſen ſꝫ in chriſto. Joh. p̄mo. Lex per moyſen data ē: gratia et veritas per ieſum xp̄m facta eſt. 2. Pet. p̄mo. Per quē maxima ⁊ p̄cioſa nobis promiſſa ⁊c. Item nec per impletionem legis: quia hoc ē iugum qđ neqꝫ patres noſtri neqꝫ nos portare potuim⁹. vt dicitur Act. 15. Sed ꝑ euangeliuꝫ per quod omnes ſaluantur. Roma. p̄mo. Nō enī erubeſco euangelium. Uirtus enim dei eſt in ſalutē omni credenti. p̄me Cor. 15. Notum vobis facio euangelium quod predicaui vobis quod ⁊ accepiſtis in quo ⁊ ſtatis ꝑ quod ⁊ ſaluamini.

## Lectio ſecunda.

**Cuius factus ſuꝫ ego miniſter ſcđm donū gratie dei q̄ data eſt mihi ſcđꝫ operationem virtutis eius. Mihi enim omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hec in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias xpi ⁊ illuminare omnes que ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo qui omnia creauit.**

Poſtꝙ oſtendit apoſtolus eſſe ſibi gratiam diſpenſataꝫ quantū ad miſteriorum diuerſorum cognitionē: hic oſtēdit hoc idem quantum ad ipſorum miſteriorum executionem. Et circa quod duo facit. Primo cōmemorat auxilium gratie preſtitum ſibi ad exequendum. Secūdo oſtendit ſibi cōmiſſum officium miniſterij ibi. Mihi omnium ſanctorum minimo ⁊c. Prima in duas. Primo tangit miniſteriorum diuinorū executionē. Secundo oſtendit auxilium ſibi datum ad exequendum. ibi. Secūdū donū gratie ⁊c. Executio autē diuinorꝫ ſibi cōmiſſa ē ꝑ modū miniſterij: ⁊ quantum ad hoc dic̄. Dico ꝙ hoc miſteriuꝫ ē mihi cōmiſſū ſcꝫ gentes eſſe coheredes ꝑ euangelium

Per qđ gentes participes fiunt pꝛomiſſionis dei in chri
ſto ieſu cuius ego paulus factꝰ ſum miniſter ⁊c. Quaſi
dicat. Non ego impleo vel exequor vt a me vel vt meū:
ſed ſicut miniſterium quod dei eſt. Act. 9. Uas electio-
nis ē mihi iſte ⁊c. Unde apoſtolus. 1. Coꝛ. 4. Sic nos
exiſtimet homo vt miniſtros xp̄i ⁊ diſpenſatores miſte
rioꝛum dei. ¶ Deinde cum dicit. Secundum donū gra-
tie ⁊c. tangit auxiliū ſibi preſtitum ad miniſterioꝝ exe-
cutionem. Huiuſmodi autē auxiliū duplex fuit. Unum
quidem ip̄a facultas exequendi: aliud ip̄a operatio ſiue
actualitas. Facultatem autem dat deus infundendo vir
tutem ⁊ gr̄am per quas efficitur homo potens ⁊ aptus
ad operandum: ſed ip̄am operationem confert inquantū
operatur in nobis interius mouendo ⁊ inſtigando ad bo
num. Et ideo hoc accipiens ap̄ls a deo dicit quantū ad
p̄mū. Dico ꝙ factꝰ ſū miſter ſʒ certe nō meis meritꝭ nec
virtute ꝓpꝛia: ſed ſm donū gratie dei que data ē mihi.
quia. ſ. idoneus efficioꝛ ad executionem diuinoꝝ miniſte
rioꝝ qui fui pꝛius perſecutoꝛ. 1. Coꝛ. 15. Plus omni-
bus laboꝛaui nō ego ſed gratia dei mecum. Quantū ad
ſecundū dicit. Sc̄dm op̄ationē quā deus efficit inq̄ntum
virtus eius operat̄ in nobis ⁊ velle ⁊ perficere ꝓ bona
voluntate. Poteſt autē hoc aliter exponi ſm glo. vt qđ
dictū eſt modo referat̄ ad precedentia: vt. ſ. dicat̄ ꝙ eſſe
gentes coheredes ⁊ cōcoꝛpoꝛales ⁊ cōparticipes ꝓmiſ-
ſionis eiꝰ. ſ. dei patris. hoc quidem donū dedit deꝰ gen
tibus in xp̄o. id eſt per xp̄m ⁊ hoc ſm operationem vir-
tutis. ⁊ per hoc ꝙ potenter operatus eſt ſuſcitando xp̄m
a moꝛte. ¶ Conſequenter cū dicit. Mihi ſanctoꝛum mi-
nimo. ⁊c. oſ̄dit officiū cōmiſſū. cuius quidē cōmiſſionis
gratia cōmendatur ex tribus. Pꝛimo quidem ex perſo-
ne ſue cōditione. Secūdo ex cōmiſſoꝝ magnitudine ibi.
Euangelizare inueſtigabiles ⁊c. Tertio ex fructus vti-
litate ibi. Ut innoteſcat ⁊c. Cōmendat̄ igitur officium ſi
bi cōmiſſum: ex perſone conditione. Si em̄ rex aliquis
aliquod quidem magnū officiū alicui magno pꝛincipi et
excellenti cōmitteret nō multū ei magnā gratiam faceret
quantū ad hunc magnū in magno officio: ſed ſi magnū
⁊ arduiſſimū officium alicui paruo cōmittat. multū eum
mganificat ⁊ magnā gr̄am facit ei: ⁊ tanto magis q̄nto
officij excellentia excedit ip̄m. Secundū ergo hūc modū
paulus gr̄am ſibi cōmiſſi officij cōmendat dicēs. Mihi
omniū ſanctoꝝ minimo data eſt gratia hec. Et vocat ſe
minimū non ex poteſtate ſibi cōmiſſa: ſed ex cōſideratiōe
ſtatus p̄teriti. p̄me Coꝛ. 15. Ego ſum minimꝰ apoſtolo
rum qui nō ſum dignus vocari ap̄ls: quoniā perſecutus
ſum eccl̄iam dei. Eſa. 60. Minimus erit in mille ⁊ par-
uulus in gentē foꝛtiſſimam. Et hoc in gentibus. id eſt in
ter gentes. Gal. 2. Qui em̄ operatus ē petro in apoſto-
latum circūciſionis: operatus eſt ⁊ mihi inter gētes. Et
cū cognouiſſent gr̄am dei q̄ data eſt mihi inter gentes.
⁊c. Secundo cōmendat̄ hm̄oi cōmiſſionis gr̄a ex officij
magnitudine qđ ē reuelare ⁊ manifeſtare ſecreta dei que
ſunt magna ⁊ occulta: puta de magnitudine xp̄i ⁊ de ſa-
lute fideliū facta ꝑ eum. De his autē duobꝰ ē totum euā
gelium. Quantū ad primū dicit. Euāgelizare ⁊c. Qua-
ſi dicat. Hec gratia data ē mihi vt annūciem bonū. p̄me
Coꝛ. 1. Non miſit me xp̄us baptizare ſed euangelizare.
Et ibidem. 9. Ue enim mihi ſi non euangelizauero. Et
hoc inueſtigabiles xp̄i diuitias que ſunt vere diuitie. ſu-
pra. 2. Deus autem qui diues ē in miſericoꝛdia ⁊c. Ro.
2. An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ longanimita
tis contemnis. ⁊c. Ro. 10. Diues in omnes q̄ inuocant
illum. Quaſi dicat. Diuitie iſte vere inueſtigabiles ſūt
quia tanta eſt miſericoꝛdia eius ꝙ intelligi vel inueſtiga
ri nō poſſet. Eſa. 33. Diuitie ſalutis ſapiētia ⁊ ſciētia ti-
moꝛ domini ip̄e theſaurus eius ſcʒ xp̄i: qꝛ in xp̄o abūdā-
tiſſime fuit timoꝛ domini. Eſa. 11. Replebit eum ſpiritꝰ
timoꝛis dn̄i. In xp̄o enim ſunt omnes theſauri ſapientie
⁊ ſcientie abſconditi. Col. 2. Et hec ſunt inueſtigabiles
quia perfecte ſapientia ⁊ ſcientia xp̄i inueſtigari nō poſ-
ſunt. Job. 11. Reperies foꝛſan veſtigia dei ⁊ vſq; ad per
fectum omnipotentem? Quaſi dicat. Non. Nam ꝑ crea
turas in quibus relucet veſtigiū creatoꝛis perueniri nō
poteſt ad perfectam eius cognitionē. Huiuſmodi autem
diuitias ſtupens admiratur apoſtolus, dicens. Roma.
11. O altitudo diuitiarum ſapientie, ⁊ ſcientie dei quam.
⁊c. Eccl. p̄mo. Sapientiā dei precedentem omnia quis
inueſtigabit? ¶ Quantum ad ſecundū. id eſt ad manife
ſtandum ſalutem fidelibus ex xp̄o prouenientem dicit.
Illuminare omnes non ſolum iudeos ſed etiā gentiles
per pꝛedicationē ⁊ miracula. Eccl. 24. Illuminabo om
nes ſperantes in domino. Act. 9. Uas electiōis eſt. ⁊c.
Mat. 5. Uos eſtis lux mundi. Illuminare inq̄ quantū
in me eſt omnes. ſ. credere volētes. 2. Thy. 2. Qui oēs
homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agnitionē veritatis veni
re. Ad hoc. ſ. vt intelligant que ſit diſpenſatio ſacramen
ti: quia nihil valent iſta niſi diſpenſent̄. Quaſi dicat. de
hoc illuminabo. ſ. q̄ mirabilis ⁊ ex quanta dilectione ſit
facta adimpletio archane redemptionis. Huiuſmōi aūt
diuitie inueſtigabiles per xp̄m vobis diſpenſate ſūt. Sʒ
qꝛ dici poſſet iſtud qđ dicis ⁊ ſi ſit magnū omnes tamen
hoc ſciunt. ideo ad hoc reſpondet apoſtolus dicēs ꝙ nō
quia abſcondita a ſeculis. Ubi ſciendū ē ꝙ omnia q̄ ſunt
in effectu latent virtute in ſuis cauſis: ſicut in virtute ſo
lis cōtinent̄ oīa que ſunt in generabilibꝰ ⁊ coꝛruptibili-
bus. Sed tamē ibi quedā ſunt abſcondita quedā manife
ſta. Nam caloꝛ ē manifeſte in igne. aliquoꝝ vero rō que
occulto modo ꝓducit latet in eo. Deus autē ē omnium
rerū cā efficiens: ſed producit quedā quoꝝ ratio poteſt
eē manifeſta illa ſcʒ que mediantibꝰ cauſis ſecūdis ꝓdu
cit. Aliqua vero ſunt in eo abſcondita illa ſcʒ que imme
diate per ſeip̄m producit. Et quia ſacramentū humane
redemptionis per ſeip̄m operatus ē deus: ideo in eo ſo-
lo hoc ſacramentū ē abſconditū. Et hoc ē qđ dicit. Ab-
ſcondita a ſeculis in deo. i. in ſola notitia dei. Inueſtiga
re autē ſecreta pꝛime cauſe maximū ē. p̄me Coꝛ. 2. Sa-
pientiā loquimur inter ꝑfectos. Sapiam vero nō huius
ſeculi neq; pꝛincipū huiꝰ ſeculi qui deſtruunt̄ ſed loqui-
mur dei ſapientiā in myſterio que abſcondita ē quā pre-
deſtinauit deꝰ ante ſecula qui inq̄ oīa creauit.

## Lectio tertia.

Ut innoteſcat pꝛincipibus ⁊ poteſta
tibus in celeſtibus per eccleſiā mul
tifoꝛmis ſapientia dei ſc̄dm p̄finiti-
onem ſeculoꝛum quā fecit in xp̄o ieſu domi
no noſtro: in quo habemus fiduciā ⁊ acceſ-
ſum in cōfidentia per fidem eius.

Poſita dignitate officij ex magnitudine cōmiſſoꝛū: hic
commendat apoſtolus officij dignitatem ex vtilitate ef-
fectus: que quidem eſt reuelatio magnarum rerum ma-
gnis perſonis. Sunt autem circa hoc tria conſideranda
Pꝛimo quidem quibus ſit reuelatum: ⁊ quantū ad hoc
dicit. Ut innoteſcat pꝛincipibus ⁊c. Secundo per quem
reueletur qꝛ per eccleſiam. Tertio quid reueletur: quia
multifoꝛmis ſapiētia dei. Ad cuius quidē ſapientie de-
ſcriptionē quattuoꝛ tāgit ap̄ls. Pꝛio eiꝰ multiplicitatē
ibi. Multifoꝛmis ſap̄ia dei. Sc̄do modū multiplicitatꝭ
ibi. Pꝛefinitiōē ſeculoꝝ. Tertio multiplicitatꝭ auctatē.

Unde ſubdit. Quam fecit dominus in xp̄o ieſu domino
noſtro Quarto auctoris effectum. ibi. In quo habemus
fiduciam ⁊ acceſſum. Eſt ergo ſapientia que reuelatur
multiformis ⁊ hec quidē multiformitas tangit. Iob. xi.
Utinā deus loqueret̄ tecū ⁊ apperiret labia ſua tibi vt
oſtenderet tibi ſecreta ſapientie: ⁊ ꝙ multiplex ſit lex ei⁹
⁊c. Sap. 7. Eſt enī in illa ſcʒ ſapiētia diuina ſpūs intel-
ligentie ſanctus vnicus ⁊ multiplex ⁊c. Multiplex ſcʒ ī
effectib⁹: vnicus ſcʒ in eſſentia. ¶ Modus aūt multipli-
citatis reuelate ſciē ē ſm̄ p̄finitionē ſeculoꝝ. i. diſtinctio
nem ⁊ determinationē diuerſorum temporꝝ. Deus enī
ordinat alia eſſe in vno tempore: alia ī alio: ⁊ ſm̄ hoc hu
iuſmodi ſapientia multiformis dicit̄ ſm̄ p̄finitionē ſecu-
loꝝ quia diuerſa tempora diuerſis ornat effectib⁹. Au-
ctor autē huius multiplicatis ē xp̄s. Unde dicit. Quam
fecit deus in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o. i. per xp̄m. Ipſe enim mu
tat tempora ⁊ ſtatuʒ coꝝ. Heb. i. Multipharie multiſq;
modis ⁊c. per quē fecit ⁊ ſecula. Pōt autē hoc qđ dicit
quem fecit deus. ⁊c. referri vel ad eternā p̄deſtinationē
Nam ipſam fecit pater ī filio ſuo. ſupra p̄mo. Elegit nos
in ipo ante mūdi cōſtitutionem vt eſſemus ſancti. Ipſe
enī filius ē ſapientia patris. Nihil autē diffinit vel pre-
ordinat aliquis niſi per ſapientiā. Uel poteſt referri ad p̄
deſtinationis eterne cōpletionem quā deus pater p̄ filiū
cōſūmauit. i. Cor. 10. In quos fines ſeculoꝝ deuenert̄
Supple ſumus. ¶ Effectus aūt auctoris ē magnitudo
fruct⁹ qui nobis a xp̄o p̄uenit. qđ ponit̄ cū dicit. In quo
habemus fiduciā ⁊c. Circa qđ duo facit. Primo ponit
que recepimus. Secūdo appropriatū p̄ qđ recepim⁹ ibi
Per fidē ei⁹. Bona autē que recepimus ſunt duo. Unū
qđ pertinet ad ſpem obtinendi. ⁊ quantum ad hoc dicit
In quo ſcʒ xp̄o habemus fiduciā ſcʒ veniendi ad celum
⁊ eternā hereditatē. Io. 16. Confidite ego vici mundū.
2. Cor. 3. Fiduciā talem habem⁹ p̄ xp̄m ad deū. Aliud
bonū p̄tinet ad obtinendi facultatē. ⁊ q̄tuʒ ad hoc dicit
Et acceſſum ſcʒ habem⁹. Heb. 4. Adeam⁹ cū fiducia ad
thronū glorie eiuſ. Iere. 3. Patrē vocabis me ⁊ poſt me
ingredi nō ceſſabis. Ro. 5. Per quē acceſſū habem⁹ p̄
fidem in gratia iſta in qua ſtamus ⁊ gloriamur ī ſpe glie
filioꝝ dei. Per quid autē hec deuenit nobis ſubdit dicens
Per fidē eius ſcʒ xp̄i. Ro. 5. Iuſtificati ex fide pacē ha-
beamus ad deū p̄ dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Ut ergo bre-
uiter cōprehendam⁹ dico ꝙ reuelata ē ſapiētia dei mul-
tiformis varietatis ſm̄ diſtinctionē ⁊ p̄finitionē ſeculoꝝ
que dedit nobis fiduciam ⁊ acceſſum ad p̄rem p̄ fidē ei⁹
Quibus autē reuelata ſit iſta multiformis ſapientia dei
oſtendit ⁊ tunc ſumit̄ iſta littera ſuperius dimiſſa. Ut in-
noteſcat principibus ⁊ poteſtatibus ex qua apparet ma-
gnitudo. Et qꝛ etiā in terris ſūt p̄ncipes ⁊ poteſtates ad
dit. In celeſtibus. i. in celo vbi nos erimus. ¶ Notādū
ē autē hic ꝙ principes ⁊ p̄tātes ſunt duo ordines qui ex
ipoꝝ nomine p̄eminentiam in operando deſignāt. Po-
teſtas ordinat ad reprimendū impedimenta ſalutis: ſed
ordo p̄ncipatuū p̄eſt ⁊ iniungit ad bene exequendū. Q̄
aūt ad ordinē p̄ncipatus p̄tineat regulare pʒ p̄ illud p̄s.
Preuenerunt p̄ncipes cōiuncti pſallentib⁹ ⁊c. Itēʒ p̄n
cipes iuda duces coꝝ ⁊c. Q̄ autē ad poteſtates p̄tineat
rep̄mere pʒ Ro. 13. Uis autē nō timere p̄tātēʒ. bonū fac
⁊ habebis laudē ex illa: dei enī miniſter ē tibi in bonum
ſi aūt malefeceris time. Non enī ſine cauſa gladium por-
tat ⁊c. Magni ergo ſunt quib⁹ innoteſcit qꝛ ſanctis an-
gelis per quos diriguntur ⁊ defendunt̄ ſancti. Per quid
aūt eis innoteſcat multiformis ſapiētia dei ſubdit dicēs
Per eccliam qđ quidē habet magnā difficultatē. Nam
glo. habet. i. p̄ apoſtolos in eccl̄ia p̄dicantes. Un⁹ qui-
dem intellectus eſſe poteſt ꝙ ſcʒ angeli didicerūt ab apo
ſtolis: ⁊ hoc videt̄ quandā rōnem habere. videm⁹ enim
ꝙ in celo inter angelos ſup̄iores qui īmediate a deo illu
minant̄: illuminant ⁊ docēt inferiores angelos qui nō ī
mediate illuminant̄ a deo. Nō videt̄ ergo irrationabile
ꝙ ap̄li qui īmediate a deo ſunt edocti. ſm̄ illud Io. p̄mo.
Unigenitus fili⁹ qui ē in ſinu patris ip̄e enarrauit vt do-
ceant angelos. Sed hoc quidē ſatis ſufficienter dici poſ-
ſet niſi aliud occurreret. Cū enī in xp̄o ſint due nature.
diuina ſcʒ ⁊ humana. Edocti quidē ſunt ap̄li a xp̄o im-
mediate q̄tum ad humanam naturā. Angeli autem īme-
diate naturam diuinā vident: etiā inferiores al's nō eēnt
beati cū in ſola viſione diuine eſſentie rōnalis creature
beatitudo cōſiſtat. Nō eſt ergo conueniens nec rō aliqua
vt dicamus ſanctos qui ſunt in patria doceri a q̄tīcūq;
perfectis viatoribus. Nam licet inter natos mulierū nō
ſurrexit maior iohanne baptiſta: tamē qui ē in regno ce-
loꝝ maior eſt illo: vt dicitur Mat. 11. Dicere autē ꝙ de-
mones doceantur ab hominib⁹. hoc abſq; p̄iudicio credi-
bile ē. Sed ꝙ beati q̄ immediate verbū conſpiciūt qđ
eſt ſpeculum ſine macula in quo relucent oīa: a viatori-
bus doceant̄ dici nō debet nec conueniens videt̄. Dicē-
dum ē ergo ꝙ innotuit angelis per eccliam. i. per ap̄los
p̄dicantes vt dicit glo. nō ꝙ angeli hoc didicerint ab eis
ſed in eis. Nam ſicut dicit Aug⁹. ſup̄ Geñ. ad litteram
Deus anteq̄ creaturas crearet: ante dico ordine nature
non ordine temporis cum ſm̄ tempus ſimul omnia crea-
ta ſint rōnes rerum naturaliū indidit mentibus angelo-
rum: quo fit vt angeli dupliciter res naturales cognoſce-
rent: qꝛ cognouerūt eas in verbo: ⁊ hec cognitio dicitur
matutina. Itē cognouerūt eas in naturis p̄prijs: ⁊ hec
dicit̄ cognitio veſpertina. ¶ Ulterius notandū ē ꝙ ſunt
quedam rationes myſteriorum gratie totam creaturam
excedentes ⁊ huiuſmodi rationes nō ſunt indite menti-
bus angelorum: ſed in ſolo deo ſunt occulte. Et ideo an-
geli non cognoſcunt eas in ſeipſis: nec etiam in deo ſʒ co-
gnoſcunt eas ſm̄ ꝙ in effectibus explicantur. Cum igi-
tur rationes pertinentes ad multiformem ſapientiā dei
ſint huiuſmodi ſcʒ in ſolo deo abſcondite: ⁊ poſtmodum
in iſtis forinſecis effectibus explicate: manifeſtum eſt ꝙ
angeli eas nec in ſeip̄is nec in ip̄o verbo nec etiā ab apo
ſtolis nec a viatoribus alijs cognouerūt ſed in ip̄is apo-
ſtolis explicatas prius in mente diuina latentes cogno-
uerunt: ſicut domus que eſt in mente artificis vel conce-
ptu de domo facienda: nullus ſcire poteſt q̄diu latet ī mē-
te: niſi ſolum ille qui ſolus illabitur animabus ſcʒ deus
ſed poſtq̄ conceptus eſt iam in effectu extrinſeco expli-
catus quia domus iam facta eſt: ſic aliquis de domo iaʒ
facta que prius latebat in mente artificis edocetur. non
autem edocetur per domum ſed in domo. Unde iam re-
ſtat vt aliter exponatur hoc quod dicit. Ut īnoteſcat p̄n-
cipibus ⁊c. vt illa coniunctio vt accipiatur nō cauſaliter
ſed quodāmodo conſecutiue ⁊ legatur ſic Illuminare q̄
ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo qui
omnia creauit ita tamē abſconditi vt innoteſcat princi-
pib⁹: ⁊ id eſt iſtud ſacramentum ita fuit abſconditum in
deo ꝙ inde innotuit principibus ⁊ poteſtatibus non ab
eterno ſed a ſeculo quia omnis creatura principium ha-
bet. Et hoc non per eccleſiam terrenam ſed celeſtem: qꝛ
ibi eſt vera eccleſia que eſt mater noſtra ⁊ ad quā tendi-
mus ⁊ a qua noſtra eccleſia militans eſt exemplata. Et
ſic li per deſignat ordinem nature tantum vt dicatur per
eccleſiam celeſtem. id eſt de vno in aliud. ſicut dicitur il-
lud factum eſt notum per totum regnum vel ciuitatē: qꝛ
noua currunt ab vno in aliū ſm̄ ꝙ verba currunt ſic de
Act. 9. de ſuſcitatiōe thabite beghine ſci petri. Notū aūt
factum eſt p̄ vniuerſam ioppen ⁊ crediderunt multi. ⁊c.

Magiſter tñ aliter recitat lecturã auguſtini hoc mõ. Il-
luminare q̃ ſit diſpenſatio ⁊c. ⁊ hoc ꝑ eccłiam .i. oẽs qui
ſunt in eccłia terrena: ſed hoc nõ ẽ ſm intentionẽ augu-
ſtini. ¶ Hic poſſet queri vtrũ angeli a ꝓncipio mundi co
gnouerit myſteriũ incarnatiõis. Reſpõdet magiſter di-
cens ꝙ angelis maiorib⁹ notũ fuit ſed nõ minorib⁹. Vñ
ipi ſcꝫ minores angeli interrogant. Eſa. 63. Quis ẽ iſte
qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra? Sed opĩo
hec ẽ contra beatũ dionyſiũ. Dionyſius eñi duas inter-
rogationes angeloꝝ de xp̃o factas ex ſacra ſcriptura acci
pit. Vnã ex p̃s. Quis eſt iſte rex glorie. Itẽ accipit aliã
ex Eſa. 63. Quis eſt iſte qui venit de edom ⁊c. Prima
autẽ interrogatio ſm eum ẽ inferiorũ angelorũ. Secun-
da ſupremorum qđ patet: quia prime non de⁹ reſpondet.
ſed alius. Vnde dicit. Domin⁹ virtutum ipe eſt rex glie.
ſecunde vero reſpondet ipe deus ĩmediate. Vnde dicit
Ego qui loquor iuſticiã ⁊ ꝓpugnator ſum ad ſaluãdum.
Vult ergo dionyſius ꝙ vterqꝫ aliquid ignorauerunt. ⁊
vterqꝫ aliquid ſciuernnt: qꝛ a principio oẽs ſciuerũt my-
ſterium incarnationis in generali: ſed rõnes in ſpeciali
didicerũt tempore ꝓcedente ſeu ꝓceſſu tp̃is ſm ꝙ ĩ ef-
fectibus extrinſecis explicabant.

## Lectio quarta.

P Ropter qđ peto ne deficiatis in tri-
bulationib⁹ meis in vobis que eſt
glia veſtra. Hui⁹ rei gratia flecto ge
nua mea ad patrẽ domini noſtri ieſu chriſti
ex quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra
nominat: vt det vobis ſcđm diuitias glorie
ſue virtutem corroborari per ſpiritum eius
in interiore xp̃m habitare per fidem in cor-
dib⁹ veſtris: in charitate radicati ⁊ fundati
Poſtq̃ egit apl's de dignitate officij qđ ꝑtinet ad ſuam
ↄditionem: hic conſequẽter agit de his que ꝑtinent ad
ſuã afflictionem ſcꝫ de paſſionib⁹ ſuis. Circa qđ duo fa-
cit. Primo exhortat eos ne pro ſuis tribulationib⁹ con-
turbent ſed habeant patientiã. Secũdo qꝛ ad hoc ꝙ hõ
nõ cõturbet neceſſariũ ẽ diuinũ auxiliũ. ꝓmittit orationẽ
vt impleant hoc ꝑ diuinã grãm ibi. Huius rei gra. ⁊c.
Dicit ergo primo. ex magnitudine officij mei ⁊ firmita-
te eius quã habeo ꝑ fidẽ xp̃i accidit ꝙ tribulationes pa
tior nec me cõturbant nec a xp̃o auellere poſſunt. Ro. 8
Quis nos ſeparabit a charitate xp̃i. tribulatio ⁊c. Qua
ſi dicat. Nihil. Propter qđ induco vos ⁊ peto ne defici
atis in tribulatiõib⁹ meis. ne. ſ. occaſiõe tribulationum
meaꝝ deficiatis oĩno a fide ⁊ ab opib⁹ bonis. Heb. 12.
Nõ fatigemĩ animis vr̃is deficientes. Dico aũt ꝙ vos
nõ debetis deficere qꝛ ſunt ꝓ vobis .i. ꝓ vtilitate vr̃a. 2.
Cor. 1. Siue tribulamur ꝓ vr̃a exhortatiõe ⁊ ſalute: ſi-
ue cõſolamur ꝓ vr̃a cõſolatiõe ⁊ ſalute: que operat tole-
rantiã paſſionũ earũdẽ quas ⁊ nos patimur vt ſpes nr̃a
firma ſit ꝓ vobis ſciẽtes quoniã ſicut ſocij paſſionũ eſtis
ſic eritis ⁊ cõſolationũ. Vel dicit ꝓ vobis .i. ꝓ vr̃a ꝓba-
tione Sap. 3. Tanq̃ auꝝ ĩ fornace ꝓbauit electos dñs.
⁊c. Que ẽ glia vr̃a. ſ. ſi nõ deficiatis ſed ſtetis fortes in
tribulationib⁹. Nã qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ ĩ finẽ ⁊c. Alio
mõ que ẽ glia vr̃a .i. tolerãtia paſſionũ nr̃aꝝ eſt pro vo-
bis ad gliam in hoc ꝙ de⁹ expoſuit aplo's ſuos ⁊ ꝓphe-
tas tribulationib⁹ ⁊ paſſiõib⁹ ꝓpter ſalutẽ veſtrã. Oſee
6. Propterea dolaui ĩ ꝓphetis ⁊ occidi eos ⁊c. 2. Cor.
ꝑmo. Glia veſtra ſum⁹ ſicut vos noſtra. ⁊c. ¶ Cõſequẽ-
ter cũ dicit. Hui⁹ rei gra ⁊c. implorat eis auxiliũ ꝑ ora-
tionẽ vt ꝑ exhortationẽ ſuã ꝓficiãt. Et ꝑmo orõnẽ ꝑmit

tit. Secũdo quaſi ſecurus de exauditione gratias agit.
ibi. Ei aũt qui potens eſt ⁊c. Itẽ ꝑma in tres qꝛ primo
ꝓponit orõnis obiectũ. Secũdo orõnis intentũ ibi. Vt
det vobis ſm diuitias ⁊c. Tertio orõnis fructum. ibi.
Vt poſſitis cõprehendere ⁊c. Oratio aũt reddit exaudi
bilis ꝑ humilitatẽ. p̃s. Reſpexit in orõnem humiliũ ⁊c.
Eccł. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. ⁊c.
Et ideo ſtatim orõnem ſuã ab humilitate incipit dicens
Huius rei grã. ſ. ne deficiatis a fide flecto genua mea ad
patrẽ. ⁊c. Qđ ẽ ſignũ humilitatis ꝓpter duo. Prio qꝛ
qui genua flectit quodãmodo paruificat ſe ⁊ ſubijcit ſe ei
cui genua flectit. Vnde ꝑ huiuſmõi oſtendit recognitio
ꝓprie fragilitatis ⁊ paruitatis. Secũdo qꝛ in genu ẽ for
titudo corꝑis. Qñ ergo quis genua flectit ꝓteſtat debi
litatẽ ſue virtutis. Et inde ẽ ꝙ exteriora ſigna corpora-
lia exhibent deo ad cõuerſionẽ ⁊ exercitiũ ſpũs ⁊ anime
interioris. 2. Paralip. vlt. in orõne manaſſes. Flecto
genua cordis mei ⁊c. Eſa. 45. Mihi curuabit oẽ genu.
⁊c. ¶ Deinde deſcribit orõnis obiectũ qđ eſt de⁹. ⁊ de-
ſcribit eũ ex duob⁹. Priõ ex affinitate. Scđo ex auctori-
tate. Ex affinitate eñi erigimur ad orandũ cũ fiducia. Et
q̃tũ ad hoc dicit. Ad pr̃eꝫ dñi noſtri ieſu xp̃i. ſ. cui⁹ nos
filij ſumus. Iac. 1. Omne datũ optimũ ⁊c. Eſa. 63. Tu
eñi domine pater noſter. ⁊c. Ex auctoritate autẽ confir-
matur obtinendi qđ petimus fiducia qꝛ ipe ẽ ex quo oĩs
paternitas in celo ⁊ in terra noĩatur. ¶ Hic poſſet queri
vtrũ in celo ſit paternitas. Poſſet dici breuiter ꝙ in ce-
lo .i. in deo hel in diuinis ẽ paternitas q̃ ẽ ꝓncipium oĩs
paternitatis. Sed de hac nõ querit ad p̃ſens: qꝛ cuilibꝫ
fideli nota ẽ. Sꝫ querit vtrũ in celis .i. vtrum in angelis
ſit aliqua paternitas. Ad hoc dico ꝙ paternitas ẽ tantũ
in viuentibus ⁊ cognoſcentib⁹. Eſt autem duplex vita.
Vna ſm actũ. alia ſm potentiã. Vita quidẽ ſm potẽtiã
ẽ habere opera vite in potentia. Vnde dormiens quãtũ
ad actus exteriores dicit viuere in potentia. Viuere au
tem ſm actũ ẽ qñ exercet quis opa vite in actu. Sic aũt
nõ ſolũ qui dat potentiã vite pater ẽ eius cui dat: ſed qui
dat actũ vite ille etiã pater dici põt. Quicũqꝫ ergo indu
cit aliquẽ ad aliquẽ actũ vite: puta ad bene operandum
intelligendũ: volendũ: amãdũ pater eius dici põt. ꝑme
Cor. 4. Nam ſi decẽ milia pedagogoꝝ habeatis ĩ xp̃o
ſed nõ multos patres ⁊c. Cũ ergo inter angelos vn⁹ al-
terũ illuminet ꝑficiat ⁊ purget ⁊ iſti ſint actus hierarchi
ci: manifeſtũ ẽ ꝙ vnus angelus ẽ pater alterius ſicut ma
giſter ẽ pater diſcipuli. ¶ Vtrũ autẽ paternitas que ẽ in
celis ⁊ in terra deriuet a paternitate que ẽ in diuinis du
bitat ⁊ videt ꝙ non qꝛ noĩa ſic imponim⁹ ſm ꝙ res no-
minatas cognoſcim⁹. Quicq̃d aũt cognoſcim⁹ ẽ ꝑ crea
turas: ergo noĩa impoſita a nobis rebus ipis plus ⁊ pri⁹
cõueniũt creaturis q̃ ipi deo. Rñdeo ⁊ dico ꝙ nomen
alicuius rei noĩate a nobis dupliciter põt accipi: qꝛ vel
ẽ exp̃ſſiuũ vel ſignificatiuũ conceptus intellectus qꝛ vo
ces ſunt note vel ſigna paſſionũ vel cõceptuũ qui ſunt in
aĩa: ⁊ ſic nomẽ prius ẽ in creaturis q̃ in deo. Aut inquã
tũ eſt manifeſtatiuũ quidditatis rei noĩate exteri⁹. ⁊ ſic ẽ
prius in deo. Vnde hoc nomẽ paternitas ſm ꝙ ſignifi-
cat ↄceptionẽ intellectus noĩantis rem: ſic per prius in-
uenit in creaturis q̃ in deo. qꝛ ꝑ prius creatura innote-
ſcit nobis q̃ deus: ſcđm autẽ ꝙ ſignificat ipſã rẽ noĩatã
ſic ꝑ prius eſt in deo q̃ in nobis: quia certe omnis virt⁹
generatiua in nobis eſt a deo. Et ideo dicit. Ex quo om-
nis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur. Quaſi di-
cat. Paternitas que eſt in ipis creaturis eſt quaſi nomi-
nalis ſeu vocalis: ſed illa paternitas diuina qua pr̃ dat
totam naturam filio abſqꝫ omni imperfectiõe eſt vera pa
ternitas. ¶ Conſequenter cum dicit. Vt det vobis. ⁊c.

oſtendit orationis intentū. Et primo facit hoc Secundo oſtendit per quid poſſet īpetrare ſuū propoſitū ibi. Per ſpiritum eius ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ peto ne deficiatis ſed ſtetis viriliter. Scio tamē ꝙ hoc ex vobis facere nō poteſtis ſine dono dei. ideo peto vt det vobis. Jacob. 1. Omne datū optimū ⁊c. Et hoc quidem ſ꞉ diuitias glorie ſue. id eſt ſm copias maieſtatis eius ⁊ magnificentie. pſ. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹. ꝓuerb. 8. Mecū ſunt diuitie ⁊ gloria Diuitie inq̄ que faciunt virtutē corroborari. Eſa. 40. Qui dat laſſo virtutē. ⁊ his qui nō ſunt fortitudinem ⁊ robur multiplicat. Et hoc in interiori homine. quia niſi in interioribus fortificetur homo: facilit̄ ab hoſte ſuperatur. Eſa. 9. Confirmet illud ⁊ corroborēt in iudicio ⁊ iuſticia amodo ⁊ vſq꞉ in ſēpiternū. ¶ Tūc reſumatur illa pticula interpoſita ſcilicꝫ per ſpiritū in qua oſtendit per quid obtinere poteſt quod petit. Ipſe enim ſpiritus qui roborat eſt ſpiritus fortitudinis: ⁊ eſt cauſa non deficiendi in tribulationibus. quē obtinemus per fidem que eſt fortiſſima. quia fides eſt ſubſtantia rerū ſperandarū. id eſt facit in nob̄ ſubſiſtere res ſperandas. Unde. 1. Pe. 4. Cui reſiſtite fortes in fide Et ideo ſubiūgit, Habitare xp̄m per fidem. Et hoc in cordibus veſtris. 1. Pe. 3. Dominū autē xp̄m ſanctificate in cordibus veſtrꝭ Per quod? Dico ꝙ non ſolū per fidem que vt donū eſt eſt fortiſſima. ſed etiā per charitatē que eſt in ſanctis. Et ideo ſubdit In charitate radicati ⁊ fūdati. 1. cor. 13. Omnia ſuffert: omnia credit: omnia ſperat: omnia ſuſtinet: charitas nunq̄ excidit. Cañ. vltimo. Fortis eſt vt mors dilectio. Unde ſicut arbor ſine radice ⁊ domus ſine fundamēto de facili ruit: ita ſpirituale edificiū niſi ſit in charitate fundatū ⁊ radicatū durare non poteſt.

## Lectio quinta.

Ut poſſitis cōprehendere cū omnibus ſanctis que ſit latitudo ⁊ longitudo ⁊ ſublimitas ⁊ profundū. Scire etiā ſupereminentē ſcientie charitatem xp̄i: vt impleamini in omnē plenitudinem dei. Ei autē qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter q̄ꝫ petimus aut intelligim⁹ ſm virtutē que operatur in nobis. ipſi gloria in eccl̄ia et in chriſto ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculorum Amen.

Supra oñdit apoſtolus petitionis ſue ꝓ epheſijs ⁊ orationis intentū. ſcilicet corroborationē ſpiritus in fide ⁊ charitate: hic conſequent̄ oſtendit eoꝝ que petit fructū corroborationis que eſt per fidem ⁊ charitatē que eſt q̄dam cognitio. Ideo primo ꝓponit ipſam noticiā. Secūdo ipſius noticie ſeu cognitionis efficaciā ibi Ut impleamini in omni plenitudine dei. Dicit ergo. Ita ſitis chariſſimi in charitate radicati ⁊ fundati vt poſſitis cōprehendere ⁊c. qđ quidem dupliciter legi poteſt. primo modo vt magis ſequatur intentionē apoſtoli. ¶ Sciendum eſt ergo ꝙ tam in futuro q̄ꝫ in preſenti cognitio dei ē nobis neceſſaria. nam in futuro gaudebimus ⁊ de cognitione dei: ⁊ de cognitione aſſumpte humanitatis. Johā. 17. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te. ⁊cet̄a. Johannis 10. Ingredietur ſcilicet in contēplationem diuinitatis: ⁊ egredietur ſcilicet in cōtemplationē humanitatis. ⁊ paſcua inueniet. Et quia fides eſt inchoatio illi⁹ future cognitionis. quia eſt ſubſtantia rerum ſperandarum ⁊c. vt dicitur Heb. 11. Quaſi iā in nobis res ſperandas ꝑ modum cuiuſdam inchoationis facit ſuſtinere. Inde eſt ꝙ fides noſtra in his duobus conſiſtit. ſcilicet in diuinitate ⁊ humanitate xp̄i. 1. coꝝ. 2. Non enim iudicaui me ſcire inter vos niſi ieſum chriſtum ⁊c. Secundū hoc ergo p̄mo premittit eis cognitionē diuinitatis. Secūdo cognitionem miſterioꝝ humanitatis ibi. Scire etiā ſupemīnentē ſcientie ⁊c. Cognitionē autem dei manifeſtat eis ſub his verbis. Ut poſſitis ⁊c. Quaſi dicat. Corroboramini per fidē ⁊ charitatē. quia ſi ſic eſtis peruenietis ad vitā eternam: vbi habebitis deum preſentē ⁊ perfecte eū cognoſcetis. Ꝙ autē deus manifeſtet̄ amanti patꝫ Joh. 14. Qui diligit me diliget̄ a patre meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Ꝙ vero manifeſtetur credenti patet ꝑut dicitur Eſa. 7. ſm aliā litteram. Niſi credideritis non intelligetis. Oportet eīm ſm fidem ⁊ charitatem vt corroboremini vt poſſitis comprehendere. Ubi ſciendum eſt. ꝙ comprehendere q̄nq꞉ ponitur pro includere. ⁊ tunc oportet ꝙ cōprehendens contineat in ſe totaliter cōprehēſum. Quandoq꞉ autē ponitur ꝓ apprehendere. ⁊ tunc dicit remotionē diſtantie: ⁊ inſinuat ꝓpinquitatem. Primo autē modo a nullo intellectu creato deus cōprehendi poteſt. Job. 11. Forſitan veſtigia dei cōprehendes ⁊ vſq꞉ ad perfectū omnipotentē reperies? Quaſi dicat. Non. quia ſic poſſet eum perfecte cognoſcere quantū cognoſcibilis eſt Et de hac cognitione non intelligitur quod dicitur. Ut poſſitis cōprehendere. ſed ſecundo modo ⁊ eſt vna de tribus dotibus. ⁊ de hac loq̄tur apoſtolus cum dicit. Ut poſſitis cōprehendere id eſt deum habere preſentē ⁊ preſentialit̄ cognoſcere. Phil'. 3. Sequor autē ſi quō cōprehendā in quo ⁊c. Et hec cōprehenſio eſt cōmunis omnibus ſanctis eius. Ideo ſubdit. Cum omnibus ſanctis. pſ. Gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. Talibus autē dicitur illud. 1. coꝝ. 9. Sic currite vt cōprehēdatꝭ ⁊c. ¶ Que ſit latitudo ⁊c. Notādum ꝙ verba iſta videntur ortū habere ex verbis. Job. 11. Forſan inquit veſtigia dei cōprehendes? Quaſi dicat incōprehenſibilis eſt. Huius autē incōprehenſibilitatis cauſam aſſignat dicens: Excelſior celo eſt ⁊ quid facies. Profundior inferno eſt: ⁊ vnde cognoſces. Longior terra menſura eius ⁊ latior mari. Ex quo videt̄ ꝙ iob oſtendat eū eſſe incōprehenſibilem: attribuēs ei quadruplicē differentiā dimenſionum. His eīm verbis alludēs apoſtolus dicit: Ut poſſitis cōprehendere que ſit latitudo ⁊c. Quaſi dicat. Habeatis tantā fidem ⁊ charitatem vt poſſitis tandem cōprehendere quod cōprehenſibile ē Et hoc modo exponit dyoniſius. Non eſt tamen aliquo modo intelligendum has dimenſiones corporalit̄ eſſe in deo. quia ſpiritus eſt deus vt dicitur Joh. 4. ſunt tamē in deo metaphorice. Unde per latitudinē deſignat̄ dimēſio ſeu extenſio virtutis ⁊ ſapientie diuine ſuper omnia. Ecc̄. 1. Effudit illā ſcilicet ſapientiā ſuper oīa opa ſua Per longitudinē deſignat̄ eterna eius duratio. pſ. Tu autē dn̄e ineternū permanes. ⁊ pſ. Domū tuam dn̄e decet ſanctitudo in longitudine dieꝝ. Per ſublimitatē vl̄ celſitudinē vero perfectio ⁊ nobilitas nature eius q̄ in infinitū excedit omnē creaturā. pſ. Excelſus ſup oēs gētes dn̄s Et ꝓfundū id ē incōprehēſibilitas ſapiētie eius Ecc̄. 7. Alta ꝓfunditas ſcilicet ſapientie diuine q̄s inueniet eā? Sic ergo patet ꝙ finis fidei ⁊ charitatis noſtre eſt vt ꝑueniamus ad perfectā dei cognitionē qua cognoſcamus infinitā ſue virtutis extenſionē: eternā ⁊ infinitā eius durationē: ſue perfectiſſime nature celſitudinē: ſue ſapientie profunditatē ⁊ incōprehenſibilitatē eo modo ſicut eſt attingendū. ¶ Conſequenter quia adhuc alia cognitio eſt neceſſaria ſcilicet cognitio miſterioꝝ humanitatis ideo ſubdit. Scire etiā ſupemīnētē ſcītie ⁊c. Ubi ſciendū eſt ꝙ quicq̄d eſt in miſterio redēptiōis humane

⁊ incarnationis xp̄i totũ eſt opus charitatis. Naꝫ ꝙ in-
carnatus eſt: ex charitate ꝓceſſit ſupra. 2. Propter nimi
am charitatẽ ſuã qua dilexit nos ⁊c. Q vero mortuꝰ fuit
ex charitate proceſſit. Joh. 15. Maiorẽ hac dilectiõe ne-
mo habet ⁊c. infra. 5. Xp̄s dilexit nos ⁊ tradidit ſemet-
ipſum pro nobis oblationẽ ⁊ hoſtiã deo. propꝫ hoc dicit
gregorius. O ineſtimabilis dilectio charitatis vt ſeruũ
redimeres filiũ tradidiſti. Et ideo ſcire charitatẽ xp̄i eſt
ſcire omnia miſteria incarnationis xp̄i ⁊ redemptiõis no
ſtre que ex imenſa charitate dei ꝓceſſerunt: que quideꝫ
charitas excedit omnẽ intellectũ creatũ ⁊ omniũ ſcienti-
am: cum ſit incõprehenſibilis cogitatu. Et ideo dic̃. Su-
pereminentẽ ſcientie ſcilicet nature ⁊ omnis intellectus
creati. Phil. 4. Et pax dei que exuperat omnẽ ſenſum
Charitatẽ xp̄i id eſt quã deus pater fecit ꝑ xp̄m. 2. cor. 5
Deus erat in xp̄o mundum reconciliãs ſibi. ¶ Alio mo-
do poteſt legi vt referatur ad perfectionẽ charitatis no-
ſtre. Quaſi dicat. Corroboramini in charitate radicati
⁊ fundati: ⁊ hoc vt poſſitis cõprehendere nõ ſolũ cogno-
ſcendo cũ omnibus ſanctis. quia hoc donũ ſcilicet chari-
tatis cõmune eſt omnibus. cũ nullus poſſit eſſe ſanctꝰ ſi-
ne charitate vt dicitur Ephe. 3. Poſſitis inꝙ cõprehen
dere que ſit latitudo ſcilicet charitatis que ſe extẽdit vſ-
ꝙ ad inimicos. pſ̄. Latũ mãdatũ tuũ nimis. Lata ẽ enĩ
charitas ad ſuam diffuſionẽ. pſ̄. Eduxit me in latitudi-
nem dñs. Longitudo aũt eius attendit ꝗtum ad ſui ꝑ-
ſeuerantiã quia nunꝗ deficit ſed hic incipit ⁊ perficitur
in gloria. 1. cor. 13. Charitas nunꝗ excidit. Can. vltio.
Aque multe non potuerunt extinguere charitatẽ. Sub-
limitas autẽ eius attendit ꝗtuꝫ ad intentionẽ celeſtiũ:
vt ſcilicet deus nõ diligat ꝓpter temporalia. quia huiꝰ-
modi charitas eſſet infirma: ſed vt diligatur ꝓpter ſe tã-
tũ. Job. 40. In ſublime erigere ⁊ eſto glorioſus. Pro-
fundũ vero attenditur ꝗtum ad originẽ ipſius charitatꝭ
Nam hoc ꝙ deum diligimus non eſt ex nobis ſed a ſpi-
ritu ſancto. quia vt dicitur Ro. 5. Charitas dei diffuſa ẽ
in cordibus noſtris per ſpiritumſanctũ ⁊c. Hoc ergo ꝙ
vnus habet charitatẽ longã latam ſublimẽ ⁊ profundaꝫ.
⁊ alius non: venit ex profundo diuine predeſtinationis.
Eccl. 1. Profundum abyſſi quis dimenſus eſt? Ergo vt
poſſitis cõprehendere id eſt perfecte conſequi cũ omnibꝰ
ſanctis que ſit latitudo vt extendatur charitas veſtra vſ-
ꝙ ad inimicos. que ſit longitudo vt ſcilicet nunꝗ defici-
at que ſit ſublimitas vt ſcilicet ꝓpter ſeip̄m deus diliga-
tur ⁊ profundum ſcilicet predeſtinationis ⁊c. ¶ Sciẽdũ
eſt autẽ hic ꝙ xp̄s in cuius poteſtate fuit eligere genus
mortis quod vellet: qꝛ ex charitate mortem ſubijt. elegit
mortẽ crucis in qua predicte quatuor dimenſiones ſunt
Ibi eſt latitudo ſcilicet in ligno trãſuerſo: cui affixe ſunt
manus. quia opera noſtra debent per charitatem dilata
ri vſꝙ ad inimicos. pſ̄. Eduxit me in latitudinẽ dominꝰ
Ibi eſt longitudo in ligno erecto cui innitit̃ totum corpꝰ
quia charitas debet eſſe perſeueratiua que ſuſtinet ⁊ ſal-
uat hominẽ. Matth. 10. Qui autẽ ꝑſeuerauerit vſꝙ in
finẽ hic ſaluus erit. Ibi eſt ſublimitas in ligno ſuperiori
cui caput inheret. quia ſpes noſtra debet eleuari ad eter-
na ⁊ diuina. 1. cor. 11. Caput viri xp̄s eſt. Ibi etiã eſt ꝓ-
fundũ in ligno quod latet ſub terra ⁊ ſuſtinet crucẽ: ⁊ ta-
men non videtur. quia profunduꝫ amoris diuini ſuſtinet
nos: nec tamẽ videtur. quia ratio predeſtinatiõis vt di-
ctũ eſt excedit intellectũ noſtrũ. Sic ergo debemus com
prehendere virtutẽ charitatis noſtre ⁊ xp̄i ⁊ adhuc ſcire
charitatẽ xp̄i ſupereminentẽ ſcientie ſcilicet humane. q̄a
nullus poteſt ſcire ꝗtum xp̄s dilexit nos. vel ſcire etiam
charitatẽ ſcientie xp̄i. id eſt que habet cum ſcientia xp̄i.
Charitatem dico ſupereminentẽ alij charitati que eſt ſi-
ne ſcientia. Sed nunquid eſt verũ ꝙ charitas que eſt cũ
ſcientia ſupereminẽat charitati que eſt ſine ſcientia. ⁊ vi
detur ꝙ non. quia ſic malus theologus eſſet ſuꝑeminẽ-
tioris charitatꝭ ꝗ ſancta vetula. Reſpõdeo dico ꝙ hoc
intelligitur de ſcientia afficiente Nam ex vi cognitionis
inducitur ad magis diligendũ. quia ꝗto deus magis co
gnoſcitur: tanto ⁊ magis diligitur. Propter quod pete-
bat Auguſtinus nouerim te nouerim me. Uel hoc dicit̃
propter quoſdam qui habent zelũ dei: ſed non ſɱ ſcien-
tiam. Talium enĩ charitati ſuꝑeminet charitas cũ habe
tur ſcientia chriſti. ¶ Conſequenter cũ dicit. Ut implea-
mini ⁊c. Ponit cognitionis diuine efficaciã dicens: Ut
impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei id eſt vt habeatꝭ ꝑ-
fectã participationẽ omniũ donorum dei. vt ſcilicet h̄ ha
beatis plenitudinẽ virtutũ ⁊ poſtea beatitudinis q̄ q̄deꝫ
efficit charitas. Ecc̃. 24. Tranſite ad me omnes qui cõ
cupiſcitis me ⁊c. ¶ Cõſequent̃ ſequitur illa pars. Ei au
tem qui potens ⁊c. In qua apoſtolꝰ agit deo gratias de
ſue petitionis exauditione. Circa quod tria facit. qꝛ p̄io
ponit poteſtatẽ dei qua poſtulata concedit. Secũdo po-
teſtatis exemplũ ibi. Scd̄m virtutẽ que operat̃ in nobis
⁊c. Tertio materiã gratiarũactionis ibi. Ipſi gloria ⁊c.
Poteſtatẽ aũt dei deſcribit infinitã dicens Ei aũt ſciliꝫ
deo chriſto ⁊ deo patri, qui potens eſt omnia facere ⁊c.
Exod. 15. Omnipotens nomẽ eius. Ro. vltimo. Ei au-
tem qui potens eſt vos confirmare iuxta euangeliuꝫ ⁊c.
Et hoc ſuperabundanter facere in nobis oĩa ꝗ ſciamꝰ
petere per affectũ aut intelligere per intellectũ. ⁊ hoc eſt
quod dicit ꝗ petimus aut intelligimus. ¶ Exemplũ au
tem huiuſmodi abundantie in nobis exhibite oſtẽdit di-
cens: Scd̄m virtutẽ quã operat̃ in nobis. Quaſi dicat.
Apparet ſi attendamus ea que operatus eſt in nobis ſci
licet hominibus. Nam nec affectus: nec intellectus hu-
manus potuiſſent conſiderare vel intelligere vel petere
a deo ꝙ fieret homo: ⁊ ꝙ homo efficeret̃ deus ⁊ conſors
nature diuine. que tamen ſɱ virtutẽ operat̃ in nobis. et
hoc in incarnatiõe filij ſui. 2. Pet. 1. Ut per hoc efficia-
mini diuine conſortes nature. Unde de his dicit̃. Eccl.
18. Quis ſufficiet enarrare opera illius? Quis enĩ inue
ſtigabit magnalia illius. virtutẽ auteꝫ magnitudinis q̄s
annunciabit? Uel operatus eſt in nobis ſcilicet apoſtolꝰ
quibus dedit gratiã euangelizandi inueſtigabiles diui-
tias xp̄i ⁊ illuminare omnes que ſit diſpenſatio ſacramẽ
ti abſconditi a ſeculis in deo vt dictũ eſt ſupra eodẽ cap.
¶ Materia autẽ gratiarũactionis dicit̃ eſſe duplex bene
ficiũ quod nobis contulit deus. Primũ eſt eccleſie inſti-
tutio. Secundũ eſt filij incarnatio. Dicit ergo Ipſi ſcili-
cet deo patri gloria ſit ſupple in eccleſia id eſt ꝓ his que
fecit in eccl̃ia quã iſtituit quo ad primũ in xp̄o id eſt per
chriſtũ vel pro xp̄o quẽ nob dedit. Ipſi inꝗ ſit gloria vt
glorioſus appareat nõ ſolũ i preſenti ſed in omnes gene
rationes ſeculi ſeculoruꝫ. id eſt ſeculi omnia continentis
1. Thy. 1. Regi autem ſeculoruꝫ imortali inuiſibili ſoli
deo honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum Amen.

## Capitulũ quartũ.

O Bſecro itaꝙ vos ego vinctus in
domino: vt digne ambuletis vo-
catione qua vocati eſtis cũ omni
humilitate ⁊ manſuetudine: cuꝫ
patientia ſupportantes inuicẽ in charitate
Solliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vincu-
lo pacis. Unum corpus ⁊ vnus ſpiritus ſi-
cut vocati eſtis in vna ſpe vocationis vr̄e.

Supra cõmemorauit apoſtol⁹ diuina beneficia: per que vnitas eccleſie cõſtituit̃ ⁊ conſeruat̃: hic monet eos apoſtolus ad permanendũ in eccleſie vnitate. Circa qḋ duo facit. quia primo monet eos vt in ipſa vnitate pſeuerent. Secundo inſtruit eos quõ in ea permaneãt: ibi. Hoc ergo dico ⁊ teſtificor in domino ⁊c. Itẽ prima in duas. q̃a primo monet eos ad ſeruandã eccleſiaſticã vnitatẽ. Secundo proponit ipſius eccleſiaſtice vnitatis formam ibi. Vnus dominus. vna fides ⁊c. Pria iteꝝ in tres. Prio premittit quedã inductiua ad ſeruandã eccleſiaſticã vnitatẽ. Secundo ponit monitionẽ ibi Cũ omni humilitate ⁊c. Tertio oſtendit monitionis finẽ ibi. Solliciti ſeruare ⁊c. Inducit aũt ex tribus ad ſeruandã eccleſiaſticã vnitatẽ. Primo ex charitatis affectu. Secundo ex commemoratione ſuoꝝ vinculoꝝ. Tertio ex conſideratione diuinoꝝ. Charitatis autẽ affectũ inſinuat ꝑ obſecratiões Unde dicit. Itaqꝫ exquo tot beneficia a dño recepiſtiſ obſecro vos cũ tamẽ imperare poſſem: ſed propter humilitatẽ magis obſecro. ꝓuerb. 18. dicitur Cũ obſecrationibus loquit̃ pauꝑ. Itẽ propter charitatẽ que magis mouet ad opus q̃ timor. philemoñ. 1. Fiduciã habẽs i xp̃o ieſu imperandi tibi quod ad rẽ pertinet ꝓpter charitatẽ magis obſecro ⁊c. Ex cõmemoratiõe vero ſuoꝝ vincloꝝ inducit eos dicens: Ego vinctus in domino Ex quibus inducit eos propt̃ tria. Primo quia amicus magis cõpatitur amico afflicto ⁊ nitit̃ in pluribus facere voluntatez ſuam: vt vel ſic eum conſolet̃. Ecc̃. 12. Non agnoſcet̃ in bonis amicus ⁊ non abſcondet̃ a malis inimicus. In bonis viri inimici illius in triſticia: ⁊ in malicia illius amicus agnitus eſt. Secũdo quia apoſtolus ipſe vincula patiebatur ꝓ ipſoꝝ vtilitate. ⁊ ideo inducit eis ad memoriam quaſi volens eos obligare. 2. coꝛ. 1. Siue aũt tribulamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute: ſiue conſolamur ꝓ veſtra conſolatione: ſiue exhortamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute: que operat̃ tolerantiã earundẽ paſſionuz q̃s nos patimur Tertio q꞉ vt ſupra dictũ eſt cap. 3. in illa ꝑte Que eſt gloria veſtra. huiuſmodi erãt eis ad magnaz gloriã dũ deus ꝓ eis amicos ⁊ electos ſuos expoſuit tribulationibus ꝓ ipſoꝝ ſalute. Et ideo addit. In dño id ẽ ꝓpter dñm. Uel erant ad gl̃iam apl̃i q̃ nõ vt fur aut homicida: ſed vt chriſtianus: ⁊ ꝓpt̃ dñm noſtꝝ ieſum xp̃m vinculatus erat. Ezech. 3. Ecce data ſunt ſuꝑ te vincula ⁊ ligabunt te in eis ⁊c. ¶ Ex conſideratione vero diuiſorum beneficioꝝ inducit eos dicẽs: Ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis. id eſt attendẽtes dignitatem ad quã vocati eſtis ambuletis ſm qḋ ei cõuenit. Si eniz quis vocatus eſſet ad nobile regnũ indignũ eſſet q̃ faceret opera ruſticana. Sic monet epheſios apl̃s. Quaſi dicat Uocati eſtiſ vt ſitiſ ciues ſcõꝝ ⁊ domeſtici dei vt dictũ ẽ ſupra cap. 2. ñ ẽ ḡ dignũ vt faciatiſ opa t̃rena: nec vt de mundanis curetis. Ideo dicit: Digne ⁊c. Col. 1. Ambuletis digne deo per oĩa placẽtes. Phil̃. 1. Digne euãgelio chriſti cõſeruamini. ⁊ quare? quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumẽ ſuũ. 1. Pe. 2. ¶ Conſequẽter cũ dicit: Cũ omni humilitate ⁊c. Ponit modum ſue monitionis dicens: Quõ digne poterũt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes ⁊ excludit q̃tuor vitia eis oppoſita. Primũ autẽ vitiũ quod excludit eſt ſuꝑbia. dum enim vnus ſuꝑbiens vult alij preeſſe: ⁊ alius ſimilit̃ ſuperbus non vult ſubeſſe cauſatur diſſenſio in ſocietate ⁊ tollitur pax. Unde ꝓuer. 13. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt. Ad quod excludendũ dicit: Cum omni humilitate ſcilicet interiori ⁊ exteriori. Ecc̃. 3. Quanto magn⁹ es humilia te in omnib⁹ ⁊c. Phil̃. 2. In humilitate ſuperiores inuicẽ arbitrantes. Iac̃. 4. Deus ſuperbis reſiſtit: humilib⁹ aũt dat gratiã. Secundũ eſt ira. Iracũdi eñi ſunt ꝓpinqui ad iniuriã inferendã verbis vel factis exquo turbationes oriunt̃. ꝓuerb. 15. Uir iracũd⁹ ꝓuocat rixas. qui patiens eſt mitigat ſuſcitatas. Ad hoc excludendũ dicit: Manſuetudine. que mitigat rixas ⁊ pacem conſeruat. ꝓuerb. 3. Manſuetis dabit gratiaz. pš. Manſueti autẽ hereditabunt terrã. Ecc̃. 3. Fili in manſuetudine opera tua perfice ⁊ ſuper gloria hominũ diligeris. Tertiũ eſt in patientia. Quãdoqꝫ eñi aliquis humilis eſt ⁊ manſuetus in ſe: abſtinens a moleſtijs inferẽdis. nõ tamẽ patient̃ ſuſtinet moleſtias ſibi illatas vl̃ acceptat. Ideo ſubdit. Cũ patiẽtia ſcilicz aduerſoꝝ. Iac̃. 1. Patientia autẽ opus perfectũ habet. Eccl̃. 2. In humilitate tua patiẽtiã habe. Hebre. 10. Patiẽtia vobis neceſſaria eſt vt voluntatem dei facientes ⁊c. Quartuz eſt inordinatus zelus. Cum eñi inordinate zelantes oĩa que vident iudicãt: nec tempus nec locũ ſeruantes. concitatur turbatio in ſocietate. Gal̃. 5. Si mordetis inuicẽ ⁊ comeditis: videte ne inuicẽ cõſummamini. Et ideo dicit: Supportantes inuicẽ in charitate ſcilicet mutuo ſuſtinentes defectus aliorũ. ⁊ hoc ex charitate: quia quando deficit aliquis non debet ſtatim corrigi: niſi aſſit loc⁹ ⁊ tempus: ſed miſericordit̃ expectari: quia charitas omnia ſuſtinet. 1. coꝛ. 13. Non aũt debent huiuſmodi defectus ſupportari ex negligentia vl̃ ex conſenſu ⁊ familiaritate carnali vel amicitia ſed ex charitate. Gal̃. 6. Alter alterius onera portate ⁊c. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere. ¶ Conſequent̃ cũ dicit. Solliciti ſeruare ⁊c. Oſtendit monitionis finem. qui quidẽ eſt vt ſeruetur vnitas īter fideles. Circa quod tria facit. Primo ponit ipſam vnitatẽ que eſt finis. Secundo deſcribit modum vnitatis ibi. In vinculo pacis. Tertio ponit rationem ſeruande vnitatis ibi. Sicut vocati eſtis ⁊c. Dicit ergo primo. Dico q̃ digne ambuletis ⁊c. Et hoc faciatis ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpiritus. Eſt autẽ duplex vnitas. Una ad malefaciendũ que ẽ mala ſcilicet carnis. Eccl̃. 11. A ſcintilla vna augetur ignis ⁊ ab vno doloſo augetur ſanguis. Alia ẽ vnitas ſpirit⁹ que eſt bona ad faciendũ bonũ. pš. Ecce q̃ bonũ ⁊ q̃ iocundũ ⁊c. Ioh. 17. Ut ſint vnũ ſicut ⁊ nos vnum ſum⁹. Modus autẽ ſeruande vnitatis eſt in vincl̃o pacis Charitas eñi eſt coniunctio animorũ. Nulla autez coniũctio ſtare poteſt niſi ligetur aliquo vinculo. Eodẽ modo nec coniunctio animoꝝ per charitatẽ ſtare poteſt: niſi liget̃. Huiuſmodi autẽ veꝝ ligamen eſt pax que eſt tranquillitas modi ſpei ⁊ ordinis. qñ ſcilicet vnuſquiſqꝫ habet qḋ ſuum eſt. Propt̃ quod dicit. In vincl̃o pacis. pš. Qui poſuit fines tuos pacẽ ⁊c. Que quidem pax ſeruat̃ ꝑ iuſticiã Eſa. 32. Opus iuſticie pax Eccl̃. 6. Ne accidieris in vinculis eius. Et quare? quia certe vt dicitur ibidem Uincula illius alligatura ſalutaris. Nunc autẽ q꞉ in homine eſt duplex vnitas. Una ſcilicet mẽbrorum ad inuicem ſimul ordinatoꝝ. Alia corporis ⁊ anime tertium cõſtituentiũ. Apoſtolus autẽ loquitur hic de vnitate eccleſie ad modũ vnitatis que eſt in homine. ideo ſubiungit. Unum corpus. quaſi dicat. Ligemini vinculo pacis vt ſitis vnum corpus. q̃tum ad primam vnitatẽ. vt ſcilicz omnes fideles ſint ordinati ad inuicẽ ſicut membra vnũ corpus conſtituentia. Ro. 12. Multi vnũ corpus ſum⁹ in chriſto ⁊c. Et vnus ſpiritus. quantũ ad ſecundũ ſcilicet ſpiritualem conſenſum per vnitatem fidei ⁊ charitatis. Uel vnum corpus quo ad proximũ: ⁊ vnus ſpiritus quo ad deum. quia qui adheret deo vnus ſpiritus eſt. 1. coꝛ. 6. ¶ Deinde cũ dicit. Sicut vocati eſtis ⁊c. Subdit rationẽ huius vnitatis. quia ſicut videmus q̃ quando aliqui ſunt vocati ſimul ad aliquid pariter habendũ ⁊ mutuo percipiendum ſolent ſimul etiam manere ⁊ ſi-

mul ſre. ita ſpiritualiter dicit: Quia vos eſtis vocati ad vnum ſcilicet finale premium ideo debetis ſimul cū vnitate ſpiritus ambulare in vnā ſpem vocationis. Hebre. 3. Fratres facti vocationis celeſtis participes. 1. coꝝ. 1. Videte vocationem veſtram ⁊c. Sed poſſet aliquis dicere. Quis vocauit nos ⁊ ad quid? Reſpondet. 1. Pe. 5. Deus autē omnis gratie qui vocauit nos in eternam gloriam ſuam ⁊c. vbi eſt beatitudo veſtra. Apocal. 19. Beati qui ad cenā nuptiaꝝ agni vocati ſunt.

## Lectio ſecunda.

**Vnus dominus: vna fides: vnū baptiſma. Vnus deus et pater omnium qui ſuper omēs et per omnia et in omnibus nobis.**

Poſita eoꝝ exhortatione pro ſeruāda eccleſiaſtica vnitate: in hac parte apoſtolus formam dicte vnitatis ipſis epheſijs inſinuat. Vbi ſciendum eſt ꝙ cū eccleſia dei ſit ſicut ciuitas eſt aliquod vnū ⁊ diſtinctū cū non ſit vnum ſicut ſimplex. ſed ſicut compoſitum ex diuerſis partibus Et ideo apoſtolus duo facit. Primo oſtendit id quod ē commune eccleſie. Secundo oſtendit id quod eſt diſtinctum in ipſa ibi. Vnicuiqꝫ aūt noſtrū data eſt gratia ⁊c. In qualibet autē ciuitate ad hoc vt ſit vna: quatuor debent eſſe communia ſcilicet vnꝰ gubernator: vna lex: eadem inſignia: ⁊ idem finis: hec autē quatuor dicit apoſtolus eſſe in eccleſia. Dicit ergo. Dico ꝙ debetis habere vnum corpus ⁊ vnum ſpiritum. quia eſtis in vnitate eccleſie que eſt vna. Primo quia habet ducem vnum ſcilicet chriſtum. Et quantū ad hoc dicit. Vnus dominꝰ non plures: pro quorum diuerſis volūtatibus oporteat vos diſcordare. Dicitur enim Hebreoꝝ. 3. Chriſtꝰ eſt tanꝙ filiꝰ in domo ſua Act. 2. Certiſſime ergo ſciat omnis domus iſrael. quia dn̄m eum ⁊ xp̄m deus fecit ieſum quē vos crucifixiſtis. 1. coꝝ. 8. Vnus dn̄s noſter ieſus xp̄s. Zacha. 14. In illa die erit dominus vnus ⁊ nomen eius vnum. Secundo quia lex eius eſt vna. Lex enim eccleſie ē lex fidei. Ro. 3. Vbi eſt ergo nūc gloriatio tua? Excluſa ē. Per quam legē? Factorum? Non, ſed per legē fidei. Sed fides quandoqꝫ ſumitur pro ipſa re credita ſꝫ illud Hec eſt fides catholica ⁊c. i. iſta debēt credi Quādoqꝫ vero ſumitur pro habitu fidei quo creditur in corde Et de vtroqꝫ poteſt hoc dici. De primo vt ſit ſenſus vna eſt fides id eſt idē iubemini credere ⁊ eodem modo operari. quia vnum ⁊ idem eſt quod creditur a cunctis fidelibus Vnde vniuerſalis ſeu catholica dicit̄. vnde. 1. cor. 1. Idipſum dicatis id eſt ſentiatis omnes ⁊c. Alio modo vna eſt fides id eſt vnus habitꝰ fidei quo credit̄. vna inꝙ non numero ſed ſpecie. quia idem debet eſſe in corde omnium. Et hoc modo idem volentiū dicitur vna voluntas. ¶ Tertio eadem ſunt inſignia eccleſie ſcilicet ſacramenta chriſti inter que primū eſt baptiſma: quod eſt ianua omnium alioꝝ. Et ideo dicit. Vnū baptiſma. Dicitur autem vnū triplici ratiōe. Primo quia baptiſmata non differunt ſm baptizantes. quia a quocunqꝫ confe1ratur vniformē virtutem habet. quia qui baptizat interius vnus eſt ſcilicet chriſtus. Johan. 1. Super quem videris ſpiritum deſcendentē ⁊ manentē ſuper eo: hic eſt q̄ baptizat in ſpirituſancto. Secundo dicitur vnum. qꝛ datur in nomine vnius ſcilicet trinitatis. Matth. vl. Baptizātes eos in nomīe patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. Tertio quia iterari non poteſt. Penitentia autē matrimonium eucharistia ⁊ extrema vnctio iterari poſſunt. non autem baptiſmus. Hebreoꝝ. 6. Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati per baptiſmū ⁊ guſtauerunt donum celeſte ⁊ participes facti ſunt ſpirituſſancti. guſtauerunt nihilominus bonū dei verbum virtuteſqꝫ ſeculi venturi ⁊ prolapſi ſunt per peccatum. renouari rurſus ad penitētiam. Non iteratur autē vel propter caracterem: vel q̄a cauſa eius non iteratur. Romanoꝝ. 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortē ⁊c. Nunc autē chriſtus ſemel pro peccatis mortuꝰ ē vt dicitur. 1. Pe. 3. ¶ Quarto in eccleſia eſt idem finis qui eſt deus. Filius enī ducit nos ad patrem. 1. coꝝ. 15. Cū tradiderit regnū deo ⁊ patri cū euacuauerit omnem principatum ⁊ virtutem ⁊ poteſtatem oportet autem illū regnare ⁊c. Et ꝙtum ad hoc ſubiungit dicens: Vnus deus ⁊c. Vbi p̄mo ponit apoſtolus eius vnitatem. Secundo eius dignitatem ibi. Qui eſt ſuper omnes ⁊c. Circa primum duo dicit. Primū pertinet ad naturam diuinam. Vnde dicit. Vnus deus. Deut. 6. Audi iſrael dominus deus tuus vnus eſt. Aliud pertinet ad eius beniuolentiā ad nos et ad pietatem. Vnde dicit. Et pater omniū Eſa. 63. Tu domine pater noſter ⁊ redēptor noſter. Malach. 2. Nūquid non pater vnus omniū noſtrū? nūquid non deꝰ creauit nos? Dignitatem autē eius commendat ex tribꝰ. Ex altitudine diuinitatis cum dicit. Qui eſt ſuper omnes. pſ̄. Super omnes gentes dominus ⁊c. Ex amplitudine eius poteſtatis cum dicit. Per omnia. Jere. 23. Celum ⁊ terram ego impleo ⁊c. pſ̄. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c. Luc. 10. ⁊ Matth. 11. Om̄ia mihi quippe tradita ſunt. quippe quia per ipſum facta ſunt. Johā. 1. Sed modo quo dicitur Sap̄. 11. Om̄ia in numero ⁊ pōdere ⁊ menſura diſpoſuiſti. Itē ex largitate gratie cū dicit. In omnibus vobis ſcilicet per gratiā. Jere. 14. Tu autem in nobis es domine ⁊c. Sed primum appropriat patri qui eſt fontale principiū diuinitatis ⁊ omnes creaturas excellit. Secundū filio qui eſt ſapientia attingens a fine vſqꝫ ad finem fortit̄. Sap̄. 8. Tertiū vero ſpiritui ſancto qui replet orbem terrarum. Sap̄. 1.

## Lectio tertia.

**Vnicuiqꝫ autē noſtrum data eſt gratia ſcd̄m menſuram donationis xp̄i Propter quod dicit: Aſcendens in altum captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hominibus. Quod autē aſcendit quid ē niſi quia ⁊ deſcendit primum in inferiores partes terre. Qui deſcēdit: ipſe eſt ⁊ qui aſcendit ſuper omnes celos vt adimpleret oīa.**

Supra oſtendit apoſtolus eccleſiaſticam vnitatem quātum ad id quod in eccleſia eſt commune: hic idem oſtendit quantum ad hoc ꝙ ſingulis fidelibus membris eccleſie eſt propriū et ſpeciale. Circa quod tria facit. qꝛ primo proponit diſtinctionem. Secundo inducit ad hoc auctoritatem ibi. Propter quod dicit ⁊c. Tertio ponit auctoritatis expoſitionem ibi. Quod autē aſcendit ⁊c. Dic̄ ergo Habemus in eccleſia vnum deum: vnam fidem ⁊c. ſꝫ tamen diuerſas gratias diuerſis particulariter collatas habemus. quia vnicuiqꝫ noſtrum data eſt gratia. Quaſi dicat Nullus noſtrū eſt qui nō ſit particeps diuine gratie ⁊ communionis. Johannis. 1. De plenitudine eiꝰ omnes accepimus gratiā pro gratia. Sed certe iſta gratia non eſt data omnibus vniformiter ſeu equaliter: ſed ſcd̄m menſuram donationis chriſti id eſt ſm ꝙ chriſtus eſt dator ⁊ eam ſingulis menſurauit. Romanoꝝ. 12. Habētes donationes ſm gratiam que data eſt nobis differentes. Hec differentia non eſt ex fato: nec a caſu: nec ex merito: ſed ex donatione chriſti. id eſt ſm ꝙ chriſtus nobis con-

menſurauit. Ipſe eñi ſolus recepit ſpiritum non ad men
ſuram. Ioh. i. ceteri autẽ ſancti ad menſurã recipiunt.
Ro. 12. Unicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſurã fidei. 1. cor.
3. Unuſquiſqꝫ propriã mercedẽ accipiet ꝛc. Matth. 25.
Unicuiqꝫ ſm propriã virtutẽ ꝛc. Quia ſicut in poteſta-
te xp̃i eſt dare vel non dare: ita dare tantum vel minus.
¶ Sequitur Propter quod dicit ꝛc. hic ponit quandã
auctoritatẽ aſſumptã de pſ̃. ⁊ refertur ad hoc quod dixit
ſcd̃z menſurã donationis xp̃i. vbi tria facit. Primo cõ
memorat xp̃i aſcenſionẽ. Secundo humani generis libe
rationẽ. Tertio ponit donorũ ſpiritualiũ collationem.
Partes conſequentur ſe. Oſtendit ergo primum dicẽs
ſic. Propt̃ quod ſcilicet ſignificandũ dicit ſcilicet ꝓphe-
ta dauid in pſ̃. Aſcendens xp̃s in altum ꝛc. Michee. 2.
Aſcendit ante eos pandẽs iter ꝛc. Iob. 39. In altũ alas
erigit ꝛc. Aſcendens inqꝫ ſed non ſolus. quia captiuam
duxit captiuitatẽ. eos ſcilicet quos dyabolus captiua-
uerat: humanũ eñi genus captiuatũ erat ⁊ ſancti in cha-
ritate decedentes qui meruerunt gloriam in captiuitate
dyaboli detinebãtur quaſi captiui in lymbo Eſa. 5. Du
ctus eſt captiuus populus meus ꝛc. Hanc ergo captiui-
tatem xp̃s liberauit ⁊ ſecum duxit in celũ. Eſa. 49. Nũ-
quid tolletur a forti preda aut quod captum fuerit a ro-
buſto ſaluabitur ac ſaluũ poterit eſſe. quia hec dicit dñs
Equidẽ ⁊ captiuitas a forti tolletur ⁊ quod ablatũ fuerit
a robuſto ſaluabitur. Sed certe hoc non verificatur ſolũ
qñtum ad iam mortuos ſed etiã quantũ ad viuentes qui
captiui tenebantur ſub peccato quos a peccato liberans
ſeruos fecit iuſticie vt dicitur. Ro. 6. Et ſic quodammo
do eos in captiuitatem duxit non ad perniciẽ ſed ad ſalu
tem. Luce. 5. Ex hoc iã homĩes eris capiẽs. Nõ ſolũ au
tem homines a captiuitate eripuit ⁊ ſue ſeruituti ſubiecit
ſed etiã eos ſpiritualibus bonis dotauit. Unde ſubdit:
Dedit dona hominibus ſcilicet gratie ⁊ glorie. pſ̃. Gra
tiam ⁊ gloriam dabit dominus. 2. Pe. 1. Per quẽ ⁊ p̃-
cioſa nobis promiſſa donauit ꝛc. Nec eſt contrariũ quod
in littera precedenti dicitur. Accepit dona in hominibꝰ
quia certe ipſe dedit vt deus ⁊ accepit vt homo in fideli
bus ſicut in membris ſuis. Dedit in celo ſicut deus ⁊ ac
cepit in terra ſm modum loquẽdi quo dicitur. Matth.
25. Qñ vni ex minimis meis feciſtꝭ mihi feciſtꝭ. ¶ De-
inde cum dicit. Q autem aſcendit ꝛc. Exponit propoſi-
tam auctoritatẽ ⁊ primo quantũ ad aſcenſionẽ. Secun-
do quantũ ad materiam donatiõis ibi. Et ipſe dedit ꝛc.
Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quomodo deſcẽ
dit ibi. Qui deſcendit. Secundo quomodo aſcendit ibi
Qui aſcendit ꝛc. ¶ Circa primũ conſiderandũ eſt ꝙ cũ
chriſtus vere ſit deus inconueniens videbatur ꝙ ſibi cõ
ueniret deſcendere: quia nihil eſt deo ſublimius. Et idõ
ad hanc dubitationẽ excludendam ſubdit apoſtolꝰ. Q
autẽ aſcendit quid eſt: niſi quia ⁊ deſcendit primũ ꝛc.
Ac ſi diceret. Ideo poſtea dixi ꝙ aſcendit. quia ipſe pri-
mo deſcenderat vt aſcenderet: aliter enim aſcendere non
potuiſſẽ. Quo autẽ deſcendit ſubdit dicens: quia in in-
feriores partes terre. Quod poteſt intelligi dupliciter.
Uno modo vt per inferiores partes terre intelligañt iſte
partes terre in quibus nos habitamus: que dicuñt infe-
riores eo ꝙ ſunt infra celũ ⁊ aerẽ. In has aũt partes ter-
re dicitur deſcendiſſe filius dei nõ motu locali ſed aſſum
ptione inferioris ⁊ terrene nature ſcd̃z illud Phil. 2. Ex-
inaniuit ſemetipſũ ꝛc. Alio modo poteſt intelligi de ĩ-
ferno qui etiam infra nos eſt. Illuc eñi deſcendit domi-
nus ſm animaz vt inde ſanctos liberaret. Et ſic videtur
hoc eis conuenire quod dixerat. Captiuam duxit capti-
uitatem Zach. 9. Tu quoqꝫ in ſanguine teſtamenti qui
eduxiſti victos tuos de lacu in quo nõ erat aqua. Apoc.
10. Uidi alium angelum fortẽ deſcendentẽ de celo ꝛc.
Exod. 3. Uidi afflictionẽ populi mei q̃ eſt in egypto ꝛc.
Et ſequitur. Et deſcendi liberare eum. ¶ Deinde cũ di-
cit. Qui deſcendit ꝛc. Manifeſtat eius aſcenſionem qñ-
tum ad tria. Primo quantũ ad perſonã aſcendentis cuẽ
dicit. Qui deſcendit ipſe eſt qui aſcendit ꝛc. In quo de-
ſignatur vnitas perſone dei ⁊ hominis. Deſcendit enim
ſicut dictum eſt filius dei aſſumendo humanam naturã
aſcendit autẽ filius hominis ſm humanam naturam ad
vite ĩmortalis ſublimitatem. Et ſic eſt idem filius dei q̃
deſcendit: ⁊ filius hominis qui aſcendit. Iohan. 3. Ne-
mo aſcendit in celum niſi qui deſcendit de celo filius ho
minis qui eſt in celo. vbi notatur ꝙ humiles qui volũta
rie deſcendunt ſpiritualiter deo ſublimante aſcendunt.
quia qui ſe humiliat exaltabitur. Luce. 14. ⁊. 18. Secũ-
do oſtendit terminum aſcenſionis cũ dicit: Super om̃es
celos. pſ̃. Qui aſcendit ſuper omnes celos ad orientem
Nec ſolum intelligendum eſt ꝙ aſcẽderit ſup̲ omnes ce
los corporales: ſed etiam ſuper omnẽ ſpiritualẽ creatu-
ram. ſupra cap̃. i. Conſtituẽs illũ ad dexterã ſuã in cele-
ſtibus ſuper omnem principatum ⁊ poteſtatẽ ⁊ virutẽ
⁊ dominationẽ ⁊ omne nomẽ quod nominat̃ ꝛc. ¶ Ter-
tio ponit aſcenſionis fructum cum dicit: Ut adimpleret
omnia. id eſt omne genus hominum ſpiritualibꝰ donis
repleret. pſ̃. Replebimur in bonis domꝰ tue. Ecc̃. 24.
A generationibꝰ meis adimplemini. Ut vt adimpleret
omnia. id eſt vt ad effectum perduceret om̃ia que de ipõ
erant ſcripta Luce vlti. Oportet impleri omnia que ſcri
pta ſunt in lege ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me.

## Lectio quarta.

ET ipſe dedit quoſdam quidẽ apo-
ſtolos. quoſdam autẽ ꝓphetas. ali
os vero euangeliſtas. alios autẽ pa
ſtores ⁊ doctores ad conſummationem ſan-
ctorum in opus miniſterij in edificationem
corporis chriſti: donec occurramus omnes
in vnitatẽ fidei ⁊ agnitionis filij dei in virũ
perfectũ. in mẽſurã etatis plenitudĩs xp̃i.

Hic exponit apoſtolus quod ſupra dixerat de donatione
donorum. Circa quod duo facit. Primo oſtendit ꝙ do-
minus ſingulis fidelibus dedit donoꝝ diuerſitatẽ. Secũ
do oſtendit illorum donorũ fructũ ⁊ vtilitatẽ ibi. Ad cõ-
ſummationem ſanctorũ ꝛc. Et quia per dona chriſti di-
uerſi ſtatus ⁊ munera in eccleſia deſignantur. conſiderã
dum eſt ꝙ inter dona chriſti primo ponit apoſtolos. Un
de dicit. Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos. Luc. 6
Elegit ex ipſis quos ⁊ apoſtolos nominauit. 1. coꝝ. 12.
Quoſdam quidem poſuit in eccleſia: primũ apoſtolos
Secundo ꝓphetas. Tertio doctores. Quarto virtutes
Apoſtoli primo loco ponũtur. quia ipſi priuilegiati fue-
runt in omnibus donis xp̃i. Habuerunt eñi plenitudinẽ
gratie ⁊ ſapientie quidem qñtum ad reuelationẽ diuino-
rum miſterioꝝ. Luce vlti. Aperuit eis ſenſum vt intel-
ligerent ꝛc. Mar. 4. ⁊ Luc. 8. Uobis datũ eſt noſce mi
ſterium regni dei ꝛc. Iohã. 15. Omnia que audiui a pa-
tre meo nota feci vobis. Habuerunt etiam copiã eloq̃n-
tie ad annunciandum euangelium. Luce. 21. Dabo vo
bis os ⁊ ſapientiam cui non poterunt reſiſtere ⁊ contra-
dicere omnes aduerſarij veſtri. Matth. vltimo. Euntes
in mundum vniuerſum predicate ꝛc. Habuerunt etiam
prerogatiuam auctoritatis et potentie quantum ad curã
dominici gregis Iohã. vltimo. Paſce oues meas. 2. co
rinth. 10. De poteſtate noſtra quaẽ dedit nobis deus in

edificationem non in deſtructionē veſtram ⁊c. Ideo apo
ſtolus ſubiungit hic tres gradus eccleſiaſticos ſm parti-
cipationē ſingulorum premiſſorum. Nam quātū ad reue
lationem diuinorum miſteriorum ſubdit. Quoſdam au-
tem prophetas qui prenunciatores fuerunt incarnatio-
nis chriſti de quibus dicitur. i. Pe. i. Prophete qui de
futura in vobis gloria prophetauerunt. Matth. xi. Om
nes enim prophete ⁊ lex vſq; ad Johannem propheta-
uerunt. Sed apoſtoli prophetantes fuerunt poſt aduen
tum chriſti gaudia vite future. Apocalipſ. i. Beatus q̄
legit ⁊ audit verba prophecie huius ⁊c. Item exponen-
tes antiquorum prophetarum prophecias. i. corin. 14.
Emulamini ſpiritualia magis autem vt ꝓphetetis. Mat
thei. 23. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſapiētes ⁊c.
¶ Quantum vero ad annunciandum euangelium ſubdit
Alios vero euangeliſtas qui ſcilicet habent officium p̄-
dicandi euangelium. vel etiā conſcribendi quāuis non eſ-
ſent de principalibus apoſtolis. Romanorum. 10. Quam
ſpecioſi pedes euangelizantiū pacem ⁊c. Eſa. 41. Dabo
hieruſalem euangeliſtam. ¶ Quantum vero ad curam
eccleſie ſubdit. Alios autem paſtores curā ſcilicet domi
nici gregis habentes. Et ſub eodem addit. Et doctores
ad oſtendendum q̄ proprium officiū paſtorum eccleſie ē
docere ea que pertinent ad fidem ⁊ bonos mores. Diſpē
ſare autem temporalia non pertinet ad epiſcopos q̄ ſunt
apoſtolorum ſucceſſores ſed magis ad dyaconos. Actu-
um. 6. Non eſt equum nos derelinquere verbū dei: ⁊ mi-
niſtrare menſis. Tit. i. Amplectentē eum qui ſcḋ doctri
nam eſt fidelem ſermonē. Dicitur de epiſcopo. Jere.
3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcent vos ſci-
entia ⁊ doctrina. ¶ Deinde cum dicit. Ad conſummati
onem ſanctorum ⁊c. Oſtendit fructum predictorum do
norum ſeu officiorū. Et circa hoc duo facit. quia primo
aſſignat fructum. Secundo oſtendit qualiter fideles ad
hunc fructum poſſent aduenire ibi. Ut iam non ſimus par-
uuli ⁊c. Prima iterū in duas. Primo proponit effectū
proximū. Secundo oſtendit fructū vltimum ibi. Donec
occurramus omnes ⁊c. Effectus autem proximus predi
ctorum donorum ſeu officiorum poteſt attendi quantū
ad tria. Uno modo quantū ad ipſos qui ſunt in officijs
cōſtituti quibus ad hoc ſunt collata dona ſpiritualia: vt
miniſtrent deo ⁊ proximis. Et quantū ad hoc dicit. In
opus miniſterij per quod ſcilicet procuratur honor dei:
⁊ ſalus proximorum. i. cor. 4. Sic nos exiſtimet homo
vt miniſtros chriſti ⁊c. Eſa. 61. Miniſtri dei dicetur vo-
bis. Alio modo quantū ad perfectionem iam credentiū
cum dicit: Ad conſummationē. id eſt perfectionem ſan-
ctorum. id eſt eorum qui iam ſunt ſanctificati per fidē chri-
ſti. Etenim ſpecialiter debent intendere prelati ad ſub-
ditos ſuos vt eos ad ſtatum perfectionis perducant vn-
de ⁊ ipſi perfectiores ſunt: vt dicit Dioniſius in eccleſia
ſtica hierarchia. Hebre. 6. Ad perfectionē feramur ⁊c.
Eſa. 10. Conſummatio abbreuiata inundabit iuſticiam.
Conſummationē enī ⁊ abbreuiationē dn̄s deus exerci-
tuum faciet ⁊c. ¶ Tertio quantū ad conuerſionē infide-
lium ⁊ quantū ad hoc dicit. In edificationem corporis
xp̄i id eſt vt conuertantur infideles ex quibus edificatur eccleſia
chriſti. que eſt corpus eius. i. cor. 14. Ad edificationem
⁊ exhortationem ⁊ conſolationē. Et ſequitur ibidē. Nā
maior eſt qui prophetat q̄ qui linguis loquitur: niſi for-
te interpretetur vt eccleſia edificationē accipiat. Et ibi-
dem. Omnia ad edificationem fiant. ¶ Deinde cum di-
cit. Donec occurramus ⁊c. Aſſignat fructum vltimum.
Et poteſt intelligi dupliciter. Uno modo de fructu ſim-
pliciter vltimo: qui erit in reſurrectione ſanctorū. Et ſm
hoc duo tanguntur. Primo quidem congregatio reſur-
gentium ⁊ corporalis ⁊ ſpiritualis. Corporalis quidem
erit congregatio in hoc q̄ omnes ſancti reſurgentes cō-
gregabuntur ad chriſtum. Matth. 24. Ubicūq; fuerit cor
pus illuc congregabuntur ⁊ aquile. Et quantū ad hoc di-
cit. Donec occurramus omnes ⁊c. Quaſi dicat. vſq; ad
hoc extenditur predictū miniſteriū ⁊ conſummatio ſan-
ctorum: ⁊ edificatio eccleſie: donec in reſurrectiōe occur-
ramus chriſto. Matthei. 25. Ecce ſpōſus venit exite ob
uiā ei. Amos. 4. Prepara te in occurſum dei tui iſrael.
⁊c. Et etiam occurramus nobis inuicem. i. theſ. 4. Si-
mul rapiemur cum illis in nubibus obuiam chriſto in ae
ra. Philipenſ. 3. Si quo modo occurram ad reſurrectio
nem que eſt ex mortuis. Spiritualis autem congregatio
attenditur quantū ad meritum quidem ſm fidem. ⁊ quātū
ad hoc dicit. In vnitatem fidei. ſupra eodem. Unus do-
minus vna fides ⁊c. Item ſupra in eodē. Solliciti ſerua
re vnitatem ſpiritus ⁊c. Quantū vero ad premiū ſm dei
perfectam viſionem ⁊ cognitionem de qua. i. corinthio-
rum. 13. Tunc cognoſcam ſicut ⁊ cognitus ſum. Et quā-
tum ad hoc dicit. Et agnitionis filij dei. Jere. 31. Om-
nes enim cognoſcent me. ¶ Secundo ponit predictum
fructum quantum ad perfectionem reſurgentiū. Et pri-
mo ponit ipſam perfectionem cum dicit. In virum perfe
ctum. Ubi non eſt intelligendum ſicut quidam intellexe
runt. q̄ ſcilicet femine mutentur in ſexum virilem in re-
ſurrectione. quia vterq; ſexus permanebit non quidē ad
cōmixtionem ſexuum que tunc de cetero non erit ſcḋ il-
lud Matthei. 23. In reſurrectione enim non nubent ne-
q; nubentur: ſed ſunt ſicut angeli. Sed ad perfectionem
nature ⁊ glorie dei qui talem naturā condidit. Dicit er-
go virum perfectum ad deſignandum omnimodam per-
fectionem illius ſtatus. i. corinthiorum. 13. Cū venerit qḋ
perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Et propter
hoc vir magis ſumitur ſm q̄ diuiditur contra puerum.
q̄ ſcḋm q̄ diuiditur contra feminam. Secundo oſten-
dit exemplar huius perfectionis cum dicit. In menſurā
etatis plenitudinis chriſti. Ubi conſiderandū eſt. q̄ cor-
pus chriſti verum eſt exemplar corporis miſtici. vtrūq;
enim conſtat ex pluribus membris in vnū collectis. Cor
pus autem chriſti fuit perductum ad plenam etatem vi-
rilem. ſcilicet trigintatrium fere annorum in qua mortu
us fuit. Huiuſmodi ergo etatis plenitudini conformabitur
etas ſanctorum reſurgentium: in quibus nulla erit imper-
fectio nec defectus ſenectutis. Philipenſ. 3. Reforma-
bit corpus humilitatis noſtre configuratum corpori cla-
ritatis ſue. ¶ Alio modo poteſt intelligi de fructu vlti-
mo preſentis vite: in qua quidem ſibi occurrunt omnes
fideles ad vnam fidem ⁊ agnitionem veritatis. Johan.
10. Alias oues habeo que non ſunt de hoc ouili ⁊c. In
qua perficitur etiam corpus chriſti miſticum ſpirituali per
fectione ad ſimilitudinem corporis chriſti veri. Et ſcḋm
hoc totum corpus eccleſie dicitur corpus virile ſcḋm il-
lam ſimilitudinem qua vtitur apoſtolus. Galathas. 4.
Quāto tēpore heres paruulus eſt nihil differt a ſeruo ⁊c.

## Lectio quinta.

Ut iam non ſimus paruuli fluctuan
tes ⁊ circumferamur omni vēto do
ctrine in nequicia hominū. in aſtu
cia ad circūuentionem erroris Ueritatē au
tem facientes in charitate creſcamus in illo
per omnia qui eſt caput chriſtus: ex quo to
tum corpus compactum ⁊ connexū per om
nem iuncturam ſubminiſtrationis ſcḋm ope

**rationem in menſuram vniuſcuiuſq₃ mem-
bri augmentum corporis facit: in edificati-
onem ſui in charitate.**

Poſita donoꝝ ſpiritualiu₃ diuerſitate ⁊ fructu eoꝝ: hic
oſtendit apoſtolus quō ad fructū illum perueniamꝰ. Cir
ca quod duo facit. Primo duo impedimēta remouet. Se
cūdo modū veniendi docet ibi. Veritate₃ facientes ⁊c.
Dicit ergo: bene dictum ē ꝙ hic ē fructus vltimus iſto-
rum donorū ꝙ ſc₃ occurramꝰ domino in virū perfectum
⁊c. Ergo oportet nos videre vt iam nō ſimus paruuli, ſ₃
certe viri perfecti quia q̄diu aliquis ē puer non ē perfe-
ctus vir. Oportet ergo ꝙ deſerat pueriCiam qui domio
deb₃ occurrere. Sic faciebat apl'ſ. pme Coꝝ. 13. Quan-
do factus ſum vir enacuaui ea q̄ erant paruuli. Conditio
autē pueri ē ꝙ non ē fixus vel determinatus in aliquo
ſed credit omni verbo. Si ergo volumꝰ exhibere nos vt
viros pfectos oportet ꝙ deſeramꝰ cogitationē fluctuan-
tem id ē inſtabilem. Et hoc ē qđ dicit. Fluctuantes. pri
me Coꝝ. 14. Nolite paruuli effici ſenſibus ſed malicia
paruuli eſtote. Dicunt autē fluctuantes a fluctu quia ta
les ad modū fluctus nō ſunt firmi ī fide. Iac. pmo. Qui
enī heſitat ſimilis ē fluctui maris qui a vento mouet̄ et
circumfertur. Nunc aūt neceſſe ē nos ſtabiles eſſe ⁊ non
fluctuare. Et quia ventus ē praua doctrina: de qua meri-
to dicitur Prouer. 25. Ventus aquilo diſſipat pluuias.
Mat. 7. Deſcendit pluuia: venerūt flumina: flauerunt
venti ⁊ irruerūt in domū illam ⁊ cecidit ⁊ fuit ruina eius
magna. Ideo dicit. Et nō circumferamini omni vento
doctrine ⁊c. Quaſi dicat. Nulla doctrina pverſa pſtan-
te ad cōmotionem cordis ⁊ ruina₃ ſpiritualis edificij de-
bemus moueri quia non eſt bona doctrina: qđ patet ex
tribus. Primo ex eius principio ꝙ eſt nequicia homi-
num: ideo non eſt bona doctrina ſed falſa ⁊ neq̄ quā do-
gmatizat aliquis ad perditionem animaru₃: vt obtineat
principatum: ſicut doctrina arrij nequiſſimi qui crepuit
medius vt de ipō poſſit exponi illud. Eccl. 31. Teſtimo-
nium nequicie eius verum eſt. Item talis doctrina per-
uerſa ē quod patet. Secundo ex eius proceſſu qui ē aſtu
cia: quia cum dolo id ē vnum intendit ⁊ aliud ſimulat. p
pter quod apoſtolus dicit. ſcđe Coꝝ. 11. Timeo ne ſicut
ſerpens euam ſeduxit aſtucia ſua: ita corrumpantur ſen-
ſus veſtri ⁊ excidant a ſimplicitate que ē in chriſto ieſu.
Tertio patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis do-
ctrine ē ad circumuentionem erroris non ad denarios:
vel alia temporalia acquirenda: ſed ad ſeminandos erro
res ſeducunt ⁊ circumueniunt tales doctores: de quibꝰ
dicitur. ſcđe Thy. 3. Mali homines ⁊ ſeductores profi-
cient in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Dein
de cum dicit. Veritatem autem facientes ⁊c. oſtenſis im
pedimentis per que a fructu donorum ſpiritualium im-
peditur quis: hic oñdit qualiter ad fructum debitum per-
uenitur. Et arguit ſic. Statim dictum ē ꝙ ſi volumꝰ ad
ſpiritualium donorum fructum peruenire oportet vt iā
non ſimus paruuli ⁊c. Sed tamdiu ſumꝰ paruuli q̄diu
virilem ſtatū nō attingimus ac creſcimꝰ. ergo nobis ne-
ceſſarium ē vt creſcamus. Et hoc ē quod dicit Veritatē
autem facientes ⁊c. Duo ergo facit. Primo oſtendit in
quo debemus creſcere. Secundo per quem ibi. In illo
per omnia ⁊c. Dicit ergo quantum ad primum veritatē
facientes creſcamus: ⁊ hoc in duobꝰ ſcilicet in bono ope
re ⁊ forma boni operis que duo ſunt: veritas ⁊ charitas.
Veritas autem quandoq₃ dicitur omne opus bonum.
vt Thob. pmo. In captiuitate tamen poſitus viam ve-
ritatis non deſeruit. Faciamus ergo veritatem ſc₃ om-
ne opus bonum vel veritatem doctrine quia non ſuffice
re nobis debet audire vel docere veritatē: ſed oportet fa
cere: ꝓpter hoc dicebat apoſtolus prime Thy. 4. Hoc
enī facies ⁊ teipm ſaluu₃ facies ⁊ eos q̄ te audiunt. Eſto-
te ergo factores verbi ⁊c. vt dicitur Iac. pmo. Quia fa
ctores iuſtificabunt̄: vt habetur Ro. 2. Et hoc ſi fiat in
charitate que ē forma boni operis. pme Coꝝ. 16. Virili
ter agite ⁊ confortetur cor veſtrum ⁊ omnia opera vr̄a ī
charitate fiant. Quia certe aliter nihil valerent. prime
Coꝝ. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam cha-
ritatem autem non habuero nihil mihi prodeſt. Sed qꝛ
in via dei non progredi ē regredi: ideo ſubdit apoſtolus
Vt creſcamus in illo. ⁊c. vbi tria facit. Primo oſtendit
auctorem noſtri augmenti. Secundo eius veritatē. Ter
tio modum augmenti. Secunda ibi. Ex quo totum cor-
pus. Tertia ibi. Scđm operationem in menſuram vni-
uſcuiuſq₃ membri. Dicit ergo. Creſcamus in illo ſcilic₃
chriſto. de quo pme Pet. 2. In eo creſcatis in ſalutem.
In illo inq̄ qui ē caput noſtrum chriſtus: ⁊ in eccleſia q̄
ē corpus ipius: vt dicitur Col. pmo. Creſcamus inq̄ nō
in poſſeſſionibus: ſicut dicitur Iob. pmo. Poſſeſſio eiꝰ
creuit in terra: ſed in ſpiritualibus. Nec in vno tantum:
ſed per omnia: id ē in omni bono fructificantes ⁊ creſcē
tes. pme Coꝝ. 10. Omnia in gloriam dei facite. ⁊c. Et
ibi ſequitur. Sicut ⁊ ego per omnia omnibꝰ placeo. De
hoc commendat corinthios apoſtolus dicēs. pme Coꝝ.
11. Omnia precepta inquit mea tenetis. ¶ Conſequēter
cum dicit. Ex quo totū corpus ⁊c. oſtendit veritatē xp̄i
per quem creſcere debeamus. ¶ Vbi ſciendū ē ꝙ corpꝰ
naturale tria habet. ſ. cōpactionē mēbroꝝ adinuicem: li
gatiōe₃ per neruos ⁊ mutuā ſubmiſtratiōe₃. 1. Coꝝ. 12.
Si dixerit pes quonia₃ nō ſū manꝰ nō ſū de corpore: nō
ideo nō ē de corpore. Et ſi dixerit auris quoniam nō ſu₃
oculus nō ſum de corpore ⁊c. Si totum corpus eſt odo-
ratus vbi auditus. Spiritualiter ergo ſicut vnū corpus
efficitur ex multis his tribꝰ modis ſc₃ per compactionē
ſeu adunationem: ꝑ ligationem ⁊ per mutuā operationē
⁊ ſubuentionē: ita vt omnia que ſunt a capite corporali.
ſc₃ compactio: neruorum ligatio: ad opus motio fluunt
a capite noſtro xp̄o in corpore eccleſie. Et primo cōpactō
ꝑ fidem. Vnde dicit. Ex quo ſc₃ xp̄o qui eſt caput noſtrū
vt modo dictum eſt: totum corpꝰ compactum ē id eſt co-
adunatum. ps. Diſperſiones iſrael congregabit. Abac.
2. Congregabit ad ſe omnes gentes ⁊ coaceruabit ad ſe
omnes populos. De hoc dicitur Col. 2. Caput ex quo
totum corpꝰ per nexus ⁊ coniunctiones ſubminiſtratum
⁊ conſtructum creſcit in augmentū dei. Secundo fluit a
chriſto capite in corpꝰ eccleſie ſue myſticum connexio ⁊
colligatio quia oportet adunata aliquo nexu vel vinculo
necti vel colligari. Et ꝓpter hoc dicit. Et connexu₃ per
omnem iuncturā ſubminiſtrationis: id eſt per fidē ⁊ cha
ritatē que connectunt ⁊ coniungunt mēbra corporis my
ſtici ad mutuā ſubminiſtrationē. Eccl. 39. Omnia ope-
ra domini bona ⁊ omne opus hora ſua ſubminiſtrabit.
Vnde ipē apoſtolus confidēs de iſta mutua ſubminiſtra
tione que ē inter membra eccleſie per diuinā cōiunctio-
nē dicebat Phil. pmo. Scio enim ꝙ in hoc proueniet ī
ſalutē per noſtram orōnem ⁊ ſubminiſtrationem ſpiritꝰ
ieſu chriſti. Tertio a capite xp̄o in membris vt augmen-
tentur influitur virtus actualiter operandi. Vnde dicit
Scđm menſurā vniuſcuiuſq₃ membri augmentum cor-
poris faciens. Quaſi dicat. Non ſolum a capite noſtro
chriſto ē membrorum eccleſie cōpactio per fidem nec ſo
la cōnexio vel colligatio per mutuam ſubminiſtratione₃
charitat: ſ₃ certe ab ipō ē actual' mēbroꝝ opatio ſiue ad
opꝰ motio ſ₃ mēſurā ⁊ competentiā cuiuſlibet membri.

Unde dicit ꝙ facit augmentum corporis ſm operatiōez ⁊ menſuram vniuſcuiuſqꝫ membri debite menſurati: qꝛ non ſolum per fidem corpus myſticum cōpaginatur nec ſolum per charitatem ſubminiſtrationem connectentem augetur corpus: ſed per actualem motionem ad operationem quā deus facit in nobis. Unde Eſa. 26. Oīa opera noſtra operatus eſt deus: qui in omnibus operatur vt dicitur pͥme Cor. 12. Et hec expoſitio concordat gloſatori Sꝫ ad quid augmentat deus vnumquodqꝫ mēbrū? vt corpus edificet. ſupra. 2. In quo omnis edificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino: in quo et vos coedificamini ꝛc. Unde pͥme Cor. 3. Dei edificatō eſtis. Et hec oīa fiunt in charitate: quia vt dicitur pͥme Cor. 8. Charitas edificat. Uel in charitate facit deus hec omnia id eſt ex mera dilectione. Jere. 31. In charitate perpetua dilexi te. ideo attraxi te miſerans. Rurſuſqꝫ Edificabo ⁊ edificaberis. Hoc eſt ergo qꝺ dicit. In edificationem ſui in charitate.

## Lectio ſexta.

**Hoc ergo dico ⁊ teſtificor ī dn̄o vt iā nō ambuletis ſicut ⁊ gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui: tenebriſ obſcuratū habētes intellectū. alienati a vita dei ꝑ ignorantiā q̄ ē in illis ꝓpter cecitatē cordis ipſoꝝ: qui deſperantes ſemetipſos tradiderūt impudicicie in operationē imūdicie omnis in auariciam.**

Supra monuit apl's epheſios vt manerent in eccl'aſtica vnitate deſcribēdo modum eius ⁊ formam: in hac parte docet eos viā per quā poſſint manere in eccleſiaſtica vnitate. Et primo facit hoc. Secundo oſtendit poteſtatem hanc adimplenda precepta in fine epiſtole ibi. De cetero fratres confortami. ꝛc. Prima in duas. Primo proponit precepta ad omnes. Secundo pertinentia ad ſingulos gradus eccleſie ibi. Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ꝛc. Prima in duas. Primo proponit quedā precepta generalia ad que reducuntur omnia alia. Secundo ponit ſpēalia ibi. Propter qꝺ deponētes mendaciū ꝛc. Prima iterū in duas quia cum intentio apoſtoli ſit eos reuocare a veteri cōſuetudine ad nouā chriſti doctrinam Primo oſtendit doctrinā xp̄i eſſe cōtrariam antique peruerſitati gentilitatis. Scd̄o inducit eos vt eā deponant ⁊ eā que chriſti eſt aſſumant ibi. Deponite vos ſm p̄ſtinam ꝛc. Prima in duas: quia primo deſcribit cōuerſationē gentilium. Secundo oſtendit ꝙ ei contrariat doctrina chriſti ibi. Uos autē nō ita ꝛc. Prima ī tres. Primo hortat eos vt declinēt cōuerſationē gentilium. Secundo deſcribit eam quantū ad interiorē animū ibi. Tenebris obſcuratū ꝛc. Tertio quantū ad exteriorē modū ibi. Qui deſperātes ꝛc. Dicit ergo ad hoc ꝙ poſſitis implere ea que dicta ſunt: dico. i. nō obſecro vt prius: ſꝫ dico ⁊ teſtificor hoc qꝺ dixi Gal. 5. Teſtificor aūt oī homini rurſum circūcidenti ſe quoniam debitor ē vniuerſe legis faciende. 2. Thy. 4. Teſtificor corā deo ⁊ xp̄o ieſu ꝛc. Et quid? Ut iam ſcꝫ tēpore fidei ⁊ cōuerſiōis ad xp̄m quia iam vos mundi eſtis. Jo. 15. Non ambuletis. i. viuatis. Gal. 5. Si ſpiritu viuimus ſpū ⁊ ambulemus ꝛc. Et hoc ſicut gentiles ambulant. prime Cor. 12. Scitis quoniam cum gētes eſſetis ad ſimulacra muta prout ducebamī euntes ꝛc. Non ſic igitur ambuletis Prouerb. pͥmo. Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedē tuum a ſemitis eorum ꝛc. ¶ Conſequenter cum dicit. In vanitate ſenſus ſui. reddit cauſam huius ꝓhibitionis. Ubi notandum eſt ꝙ cum ambulare ſpūaliter ſit proficere ſꝫ illud. Eſa. 26. Rect⁹ callis iuſti ad ambulādū ꝛc. Geñ. 17. Ambula coraꝫ me ⁊ eſto ꝑfect⁹. dͬ abrae. Ad hoc ergo. vt hō iuſte ambulet. i. ſpūaliter ꝓficiat oportet tria q̄ in ipſo ſunt regulari ⁊ ordinari. In homīe enim eſt rō iudicans de particularibus agendis. Itē intellectus vniuerſalium pͥncipiorum qui eſt ſinderiſis. tertio lex diuina ſeu deus. Quandocunqꝫ ergo aliquis ſm iſta tria ſibi inuicem ordinata dirigit: ita ꝙ actio ordinet ſm iudicium rōnis: ⁊ hec ſcꝫ rō iudicet ſm intellectum rectū vel ſinderesim: ⁊ hec ſcꝫ ſinderesis ordinetur ſm legē diuinam: tunc actio eſt bona ⁊ meritoria. Sed vita gentiliū nō eſt talis imo deficit in predictis tribus. quia pͥmo deficit a rōne iudicante quia ambulant in vanitate ſenſus ſui. Senſus aūt eſt vis apprehenſiua per quā iudicam⁹ ſingularia. Unde aliquis homo rectus dicitur quando bene iudicat de agendis. Sed ſenſus iſte quandoqꝫ eſt rectus: quandoqꝫ ē vanus. Rectus dicitur quādo debita regula regit qua venit ad debitū finem. Uanus autēꝫ quando indebita regula ductus nō venit ad debitū finē Sap. 13. Uani ſunt oēs homīes in quibus nō ſubeſt ſciētia dei ꝛc. Ro. 1. Euanuerunt in cogitatiōibus ſuis. ꝛc. Jere. 2. Ambulauerūt poſt vanitates ſuas ⁊ vani facti ſunt ꝛc. Quare? quia certe rō iſtorū in agendis nō dirigebat ab intellectu illuminato ſed erroneo. Et hoc eſt qꝺ ait. Tenebris obſcuratū habentes intellectū. Ro. 1. Obſcuratū eſt inſipiens cor eorum. p̄s. Neſcierunt neqꝫ intellexerunt: in tenebris ambulant. Et rō ē qꝛ tales nō ſunt ꝑticipes diuini luminis ſeu legis diuine illuminantis ⁊ regulātis: ꝓpter qꝺ ſubdit. Alienati a vita dei id ē a deo qui eſt vita anime. Jo. 14. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Uel a vita dei. i. a charitate ⁊ gr̄a ſpūali qua anima viuit formaliter Ro. 6. Gratia autē dei vita eterna. Iſti autem erant ſine ſpe vite eterne qꝛ ponebāt mortalitatē anime contra fidē ⁊ ꝓphetiā. Sap. 2. Neſcierūt ſacramenta dei neqꝫ ſperauerūt mercedē iuſticie neqꝫ iudicauerūt honorē animaꝝ ſanctarum ꝛc. Uel a vita dei id ē a vita ſancte viuendi que ē per fidem. Gal. 2. Uiuo ego iā nō ego ꝛc. Juſtus aūt ex fide viuit: vt dicit Ro. pͥmo. Uel que ē per charitatē. pͥme. Jo. 3. Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitam quoniam diligimus frēs ꝛc. Nō ſic autē iſti ſed magis alienati. ¶ Modum autē huius alienationis tangit ſcꝫ ignorantiaꝫ nō ſtellaꝝ vel curſus ſyderuꝫ ſed nature diuine. pͥme Cor. 15. Ignorantiam quidem dei quidam habent quia certe tunc ſolū in iudea notus erat de⁹: ſed modo vt dͬ Act. 17. tēpora huius ignorantie deſpiciens deus tunc annunciat hominib⁹ vt omnes vbiqꝫ penitentiā agant ꝛc. Huius aūt ignorantie deus nō erat cā quantū de ſe erat quia vt dͬ Roma. pͥmo. Deus illis reuelauit: ſed certe cauſa erat illis propter cecitatē cordis ipſoꝝ. Et vere dicit cecitatē ꝙ ex creaturis nō poterāt venire in noticiam creatoris: qꝛ vt dicit Sap. 2. Excecauit eos malicia eorum ⁊ neſcierunt ſacramēta dei neqꝫ mercedem ſperauerunt iuſticie. Et hoc ē qꝺ ſequitur. Qui deſperātes. ꝛc. Ubi oſtendit apoſtolus quales erant in exteriori conuerſatione quoniā ſine ſpe ⁊ hoc quia alienati a vita. Job. 7 Deſperaui nequaꝗ̄ vltra iam viuaꝫ ꝛc. Jere. 18. Deſperauimus poſt cogitatiōes noſtras ibimus: ⁊ vnuſquiſqꝫ poſt prauitates cordis ſui malefaciem⁹. Et hoc ē quod ſequit. Tradiderūt ſemetipſos impudicicie ꝛc. Et hoc legi poteſt dupliciter vl' ſeparatim vt dicatur in auaricia: id eſt quia auari erant. Romañ. pͥmo. Repletos omni iniquitate et malicia: fornicatione. auaricia. ꝛc. Hebreorum. 13. Sint mores ſine auaricia. ꝛc. Quia vt dicitur

Eccl'.10. Auaro nihil ē ſceleſti⁹ Propter qḋ Abbac.2.
Ue qui congregat auariciā malā domui ſue ⁊c. Poteſt
etiam legi coniunctim cum precedentibus: vt dicatur
in auaricia id eſt auare ita vt ſit modificatio precedentia.
Et ſm hoc aggrauat eoꝝ vitā tripl'r .q2 p̄mo peccauerūt
nō ex paſſione ſed poti⁹ ex electōe. Vn̄ dicit. Tradide-
rūt ſemetipſos īpudicicie. Quaſi dicat. Nō paſſionibus
vel infirmitate peccauerūt ſed ſemetipſos tradiderūt ⁊c.
Judith.7. Sponte tradam⁹ nos oēs pp'ło holofernis.
⁊c.2.Coꝛ.12. Nō egerūt pn̄iam ſup īmundicia ⁊ forni
catione ⁊ īpudicicia quā geſſerūt. Scd̄o ex actuali effre-
natiōe.1.Pet.2. Poſt carnē in cōcupiſcentiā īmundi-
cie ambulāt ⁊c. Et iō dicit. Jn opatiōez oīs īmundicie.
Ezech.14. Jſti poſuerūt īmūdicias ſuas in cordib⁹ ſuis
⁊c. Tertio aggrauat eoꝝ pctm̄ ex cōtinuatiōe: q2 inceſ-
ſanter peccabāt Oſee.4. Fornicati ſūt ⁊ nō ceſſauerunt
qm̄ dn̄m reliquerūt. Vn̄ dicit. Jn auaricia.i. ardenter ⁊
inſaciabilit'.2.Pet.2. Oculos habētes plenos adulte-
rij ⁊ inceſſabilis delicti: pellicientes aīas inſtabiles coꝛ
exercitatū auaricie habētes maledictiōis filij ⁊c.

## Lectio ſeptima.

V Os aūt non ita didiciſtis xp̄m ſi ta-
mē illū audiſtis ⁊ ī ipſo edocti eſtis
ſicut ē veritas ī ieſu Deponite vos
ſcd̄m priſtinā cōuerſationē veterē hominez
qui coꝛrūpitur ſcd̄m deſideria erroꝛis. Re-
nouamini aūt ſpū mentis vr̄e ⁊ induite no-
uum hominē qui ſcd̄m deuz creatus ē in iu
ſticia ⁊ ſanctitate.

Oſtenſa puerſitate gentilis cōuerſatiōis: hic oñdit apl's
ꝙ doctrina xp̄i totalit' cōtraria ē iſti cōuerſationi ⁊ ſtatui
Et q2 puertētes q̄dā doctrinā xp̄i dixerūt nō eē aliā vitā.
poſt iſtā: ſ3 aīam mori cū coꝛpe vt aīalia: iō apl's oſtendit
Prīo doctrinā xp̄i cōtrariā eſſe vite ⁊ ſtatui precedenti.
Scd̄o oñdit cōditiōes debitas doctrine xp̄i ibi. Deponi
te vos ⁊c. Dicit ergo. Jta dictū ē ꝙ illi deſperantes ⁊c.
vos aūt nō ita audiuiſtis xp̄m ſc3 eē imitandū. Q̄uo er-
go. Jpi eñi vos a deo didiciſtiſ vt diligatiſ inuicē Theſ.
4. Jtaqꝫ frēs ſtate ⁊ tenete traditiōes quas credidiſtis
Et Theſ.2. Q̄uo tenebim⁹. Et.1.Theſ.2. Qm̄ cum
accepiſſetis a nobis verbū audit⁹ dei accepiſtis illud nō
vt verbū hoīm ſed ſicut ē vere verbū dei ⁊c. Col'.2. Ra
dicati ⁊ ſupedificati in ipſo ⁊ cōfirmati, in fide ſicut didici
ſtis abundātes in illo in grāꝝ actione. Et hoc certe ſi tñ
illū audiſtis q2 auditus deſeruit diſcipline. Si ꝓ quia.
Quia hec ē ānūciatio quam audiſtis: vt ḋr.1. Jo.1. Et
hoc q̄tū ad p̄dicatōez fidei Eccl'.24. Qui audit me nō
cōfundet Prouer.15. Auris q̄ audit increpatiōes vite ī
medio ſapiētū cōmozabit ⁊c. ¶ Et in illo edocti eſtis ſc3
q̄uo ptinētia ad fidē ſūt cuſtodiēda ⁊ adiplenda. Mar.
vlt. Fecerunt ſicut erāt edocti ⁊c. Et hoc ſicut ē Vitas.
Quaſi dicat. Si audiuiſtis fidē xp̄i p̄dicari ⁊ q̄uo p̄di-
cata debeant adimpleri eſtis edocti ſicut ieſus de quo p̄-
dicat vobis q̄ ē veritas. ¶ Vos aūt nō ita.ſ.d3 ambula-
re ſicut aliqui deſperātes. Sed quō: Subdit. Deponite
vos ⁊c. Que q̄dem lr̄a pōt legi dupl'r. Vno mō vt dicat
deponere: ⁊ tunc cōſtruit cū p̄cedentib⁹ ſic. ita ē veritas
in qua edocti eſtis in ieſu deponere vos ⁊c. Si aūt dicat
deponite: q̄ lr̄a cōius habet. dicem⁹ ꝙ q2 cōtraria ē ⁊ vi
ta ⁊ doctrina gentiliū vite ⁊ doctrine ieſu in qua edocti
eſtis reſtat vt deponatis ⁊c. Duo ergo facit q2 cū primo
extirpanda ſint vitia q̄ inſerant virtutes. Primo docet
eos ſtatū priſtine ac veteris cōuerſatiōis deponere. Se

cundo nouū ſtatū ieſu aſſumere ibi. Renouamī aūt ſpū.
⁊c. Dicit ergo deponite ⁊c. vbi tria ſūt cōſiderāda. Pri
mo q̄d intelligit p veterē hoīem. Dicunt aliq̄ ꝙ hic hō
vetus exterioꝛ: nou⁹ vero ḋr interioꝛ. S3 dicendum ē ꝙ
hō vetus ḋr tam interior q̄ exterior q̄ ſubijcit vetuſtati
q̄tū ad aīam p pctm̄ ⁊ q̄tū ad coꝛp⁹. q2 mēbra coꝛporis
ſunt arma peccati. Et ſic ſubiectus hō pctō ſm aīam et
coꝛpus ḋr vetus hō ſm ꝙ illa vetuſta ſūt q̄ ſunt ī via coꝛ
ruptiōis vel in ipſo corrūpi. q2 qḋ antiquat ⁊ ſeneſcit ꝓ-
pe interitū ē. vt ḋr Heb.8. Et ſic hō ſubiectus pctō ḋr ve
tus. q2 ē in via corruptiōis ꝓpter qḋ ſubdit. Qui corrū-
pit ſm deſideria erroris. Nā vnūqḋqꝫ corrūpit cū rece-
dit ab oꝛigine nature ſue. Natura aūt hoīs ē vt deſideri
um eius tendat ad id qḋ ē ſm rōnem. Perfectio autē et
bonū rōnis ē veritas. Qñ ergo rō tendit ad errorē ⁊ de-
ſideriū ex hoc errore corrūpit. tūc vetus hō ḋr. Dicit au
tē ſm deſideria ſc3 mala. Ro.13. Carnis curā ne feceritiſ
in deſiderijs. p̄me Thy.6. Deſideria multa ⁊ nociua et
inutilia q̄ mergunt hoīem in interitū ⁊ pditionē ⁊c. Q2
aūt hec deſideria in quibuſdā trahunt ex infirmitate. in
quibuſdā vero ex malicia ſicut in illis qui dicūt deuz ꝓ-
uidentiā nō hr̄e. iō dicit. Erroris q2 in talibus errātibuſ
corrūpit intellectus ⁊ affectus. Uel ſm deſideria errorſ
id ē q̄ hoīes faciunt errare. ſm illud Sap̄.2. Hec cogi-
tauerūt ⁊ errauerūt ⁊c. Prouer.14. Jmprudentia ſtul-
toꝝ erratis. S3 quō deponendus ſit docet apl's dicens.
Col'.3. Expoliantes vos veterē hoīez cū actibus ſuis.
⁊c. Nō ergo ſubſtātialit' d3 deponi vel expoliari ſ3 ſolu3
q̄ ad opa mala vel cōuerſationē.1.Pe.2. Cōuerſatiōez
vr̄am inter gētes habētes bonā. p̄me Thy.4. Exēplū
eſto fideliū in verbo ⁊ cōuerſatione. ¶ Deinde cu3 dicit
Renouamī ⁊c. oſtendit ꝙ debemus nouu3 ſtatum idue
re. circa qḋ tria facit. Prīo oñdit p qḋ conſeq̄ poſſimus
hāc nouitatē. Secundo in q̄ hec nouitas ꝯſiſtat. Tertio
q̄ ſit. Quātu3 ad p̄mu3 dic. Renouamī ſpiritu. ⁊c. vbi
notādum ē ꝙ l3 ſpūs multiplicit' dicat. in hoīe tamē tri
plex ſpūs inuenit.ſ. ſpūs ſanctus. p̄me Coꝛ.3. Neſcitis
ꝙ tēplum dei eſtis ⁊ ſpūs dei habitat in vobis. Jtē ſpūs
rōnalis. Gal'.5. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpm̄. Jtē ſpi-
ritus fantaſticus. Oſee.14. Scitote iſrael' ſtultū ꝓphe-
tam inſanū viꝝ ſpiritalē.i. fantaſticū. Hoc ergo qḋ dicit
Spū mentis ſumit ꝓ ſpiritu ſcō. Dicit autē cām renoua
tiōis eē ſpm̄ ſcm̄ qui habitat ī mente nr̄a. Gal.4. Di-
ſit deus ſpm̄ filij ſui in coꝛda ⁊c. p̄s. Emitte ſpm̄ tuum ⁊
creabunt ⁊c. Uel pōt accipi ſpūs ꝓ ſpiritu rōnali. ⁊ tunc
ſpūs idem eſt ꝙ mens nr̄a ⁊ eſt ſimile huic qḋ ḋr Col.2
Jn expoliatiōe coꝛpis carnis.i. coꝛpis q̄ eſt caro. ita hic
ſpū mentis.i. ſpū q̄ eſt mens. hoc aūt dicit q2 in nobis ē
ali⁹ ſpūs q̄ nō ē mens: q̄ ſc3 ē cōis nobis ⁊ brutis. Dicit
aūt: renouamī ſpū mentis: q2 illud qḋ non ē coꝛruptū eſt
nouū nec renouatiōe indiget. Nā ſi adā coꝛrupt⁹ nō fuiſ
ſet renouatiōe nō indiguiſſet nec nos etiā. Sed q2 coꝛru
ptus fuit renouatiōe indiguit ⁊ ei⁹ poſterioꝛes. Et iō d3
renouari nos in p̄nti ſm aīam ⁊ in futuro ſm coꝛpus qñ
coꝛruptibile hoc induit incoꝛruptionē ⁊ moꝛtale īmoꝛ-
talitate3: vt ḋr.1.Coꝛ.15. Dicit ergo renouamī ſpū hic
ſc3 q2 niſi in p̄nti ſpūs renouet nūq̄ coꝛp⁹ ei⁹ īnouabitur,
Uel pōt exponi ſpū mentis.i. mēte vr̄a ſpūali facta. ⁊ in
idē redit. Jn quo aūt hec renouatio cōſiſtat quantū ad ſe
cundū ſubdit cū dicit. Jnduite nouū hoīem ⁊c. Hic ad-
uertēdū eſt ꝙ ſicut vniuſcuiuſqꝫ rei primū vetuſtatis p̄n
cipium fuit adam per quem peccatu3 in omnes intrauit
ita principiu3 primū nouitatis ⁊ renouatiōis xp̄s ē q2 ſic
in adam oēs moꝛiunt: ita ⁊ in xp̄o oēs viuificabuntur.
Unde Gal'.vi. Jn xp̄o ieſu neqꝫ circūciſio neqꝫ p̄pucium
aliq̄d valet ſ3 noua creatura. Jnduimi ergo dn̄m noſtrū

Dnica decima nona

ieſum xp̄m. Ro. 13. Que aūt ſit renouatio oñdit cū dicit:
Qui ſm deū creat⁹ ē ⁊c. Hoc aūt pōt intelligi triplicit̄.
Uno mō ſic vt ly qui referat̄ ad ſpm̄. i. ſpūs q̄ ē mēs nr̄a
⁊ creat⁹ eſt a deo ſcʒ in originali iuſticia ſcʒ ī ſui nouita-
te. Uel recreatus noua creatiōe vt eſſet iuſtus. ſupra. 2.
Creati in xp̄o ieſu in operibus bonis. Uel ly q̄ pōt referri
ad nouum hoīem ſcʒ xp̄m Et tunc cōſtruet̄ ſic. Qui crea
tus ē. i. format⁹ in vtero virginis ſm deū. i. nō ſemīe hu
mano ſʒ ſpū ſcō. Uel creat⁹ ē ſm eſſe grē ⁊ plenitudinis
⁊ hoc in iuſticia quo ad hoīes in ſcītate quo ad deum: et
hoc veritatis nō falſitatis. Luc. 2. In ſcītate ⁊ iuſticia.
Uel vt ſcītas ſit ī corde. veritas ī ore: iuſticia in ope.

## Lectio octaua.

PRopter qđ deponentes mendaciuʒ
loquimini veritatē vnuſquiſq̄ʒ cum
proximo ſuo: qm̄ ſumus inuicē mē-
bra. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Sol nō oc-
cidat ſuper iracundiam veſtram. Nolite lo
cum dare diabolo.

Supra poſita generali monitiōe vt nouitatē induerent:
hic apl's ponit p̄cepta ſpālia. Circa qđ duo facit. Prio ī
hibet eis pctā interiora corrūpentia ſpm̄. Scđo pctā ex-
teriora q̄ corrūpunt carnē ibi. Fornicatio aūt ⁊c. Pria ī
duas. Prio ꝓhibet pctā q̄ ī deordinatiōe ꝓpria cōſiſtūt
Scđo pctā q̄ cōſiſtunt ī deordinatione alteri⁹ ibi. Ois
ſermo mal⁹ ⁊c. Pria iteꝝ in tres: qꝛ p̄mo ꝓhibet pctm̄
corrūpens rōnalē. Scđo pctm̄ deordināſ iraſcibilē ibi.
Iraſcimi ⁊ nolite peccare ⁊c. Tertio pctm̄ ꝑtinēs ad cō
cupiſcibilē ibi. Qui furabat̄ ⁊c. Circa p̄mum tria facit.
Prio qꝛ vnū iſtoꝝ ꝓhibet. Scđo inducit ad aliud. Ter
tio rōnem aſſignat. Prohibet ergo illud. p̄mo qđ ad ve
terē hoīeʒ ꝑtinet ira vt iſta lra ſit expoſitiua hui⁹ qđ p̄di
xerat. Induite nouū hoīeʒ: ad quē induendū p̄mo ꝓhi-
bet mēdaciū qꝛ ꝑ hoc pctm̄ oris: corrūpit̄ veritas rōnis.
Uñ dicit. Propt̄ qđ ſcʒ nouū hoīeʒ induendū deponen
tes mendaciū: qꝛ vt dr̄ in p̄s. Perdes oms qui loquunt̄
mendaciū. ſ. ꝑnicioſū. ¶ Et poſtea inducit ad nouitateʒ
dicens Zach. 4. Loq̄mini veritateʒ vnuſq̄ſq̄ʒ cū ꝓximo
ſuo. Et quare? Qm̄ ſum⁹ inuicē mēbra. Mēbra eīm ſe-
inuiceʒ diligūt ⁊ ſe iuuāt mutuo ī veritate. Ro. 12. Unū
corp⁹ ſum⁹ in xp̄o: ſinguli aūt alter alterius membra.
¶ Sequit̄. Iraſcimi ⁊c. vbi ꝓhibet pctm̄: corrūpens ira
ſcibileʒ. Circa qđ tria facit. Prio ponit monitiōeʒ. Se-
cūdo eā exponit ibi. Sol nō occidat ⁊c. Tertio rōnem
reddit ibi. Nolite locū ⁊c. Monitiōeʒ aūt ponit cū dicit.
Iraſcimi ⁊c. Nō pōt exponi duplr̄. qꝛ duplex ē ſpēs ire
quedā bona: q̄dā mala. Mala q̄dem qñ inordinate ten-
dit in vindictā ſcʒ contra iuſticiā: bona vero qñ in vindi
ctā debitā qñ ſcʒ q̄s iraſcit̄ qñ oʒ cū q̄bus ⁊ q̄ntū oportet.
Et de vtraq̄ʒ pōt exponi. Si de mala: ſic eſt ſenſus. Nō
p̄cipit ſʒ ꝑmittit. Quaſi dicat. Si ſic eſt ꝙ motus ire in
ſurgat qđ humanū eſt nolite peccare. i. nolite perducere
ad effectū ꝑ ꝯſenſū. p̄me Cor. 10. Temptatio vos nō ap
p̄hendat niſi hūana qꝛ certe qui alit̄ iraſcit̄ fratri ſuo re⁹
erit iudicio: vt dr̄ Mat. 5. De hac ira monebat Joſeph
fratres ſuos Geñ. 45. Ne iraſcimi in via. Si aūt expo-
nat̄ de bona ſic tenet̄ nō ſolum ꝑmiſſiue vt p̄mo ſed im-
peratiue: iraſcimi ſcʒ cōtra pctā vr̄a: qñ duplex eſt vin-
dicta quam hō appetit. Una de ſeipo peccāte: ⁊ ſic pnīa
eſt quedā vindicta quā hō facit ⁊ capit de ſeipo. Et hec
eſt bona ira: ⁊ de hac dicit̄ iperatiue. Iraſcimi ſcʒ cōtra
pctā vr̄a: ⁊ nolite peccare ſcʒ decetero: nec talia ꝯmittere
ꝯtra q̄ iteꝝ oporteat iraſci. Nō credūt aliq̄ ꝙ hō ſecure
poſſit ſibijpſi iraſci ꝓpter pctā ſua ſed nō ꝓximo ſuo pro
pter ſua ſed nō eſt ita ſicut contra ſeipſum poteſt quis ira
ſci propter peccata propria ita proximo ſuo proter ſua
ergo iraſcimini cōtra vitia aliena: ⁊ hoc cum zelo. Nu-
meri. 25. Phinees auertit iram meam a filijs iſrl̄: quia
zelo meo cōmot⁹ eſt cōtra eos. Sic helyas. 3. Reg. 19.
Zelo zelat⁹ ſū ꝓ dño deo exercituū quia dereliq̄rūt pac-
tū dñi filij iſrl̄ ⁊c. Et nolite peccare p̄ueniendo rōneʒ ſed
poti⁹ ſeq̄ñdo. Jac. 1. Sit aūt oīs hō velox ad audienduʒ
tardus aūt ad loq̄ñdū ⁊ tardus ad irā ⁊c. ¶ Sequitur:
Sol nō occidat ⁊c. vbi exponit qđ dixerat ⁊ ſm tres p̄-
dictas expoſitiōes pōt triplicit̄ exponi. quia ſi de mala
ira tunc ſic. Sol ⁊c. i. nō ꝑſiſtatis in ira ꝯcepta: ſed ante
ſolis occaſum deponatis qꝛ lʒ ꝑmittat̄ motus ꝓpter fra
gilitatē nō ꝑmittit̄ mora. Si de bona ⁊ hoc ꝯtra pctā ꝓ
pria: tunc ſic. Sol id ē xp̄s. Mal. 4. Orief vobis timen
tib⁹ nomē meū ſol iuſticie ⁊c. Nō occidat ſup iracūdiam
vr̄am. i. ſup pctā vr̄a: ꝓ quib⁹ iteꝝ oporteat vos iraſci:
⁊ voſmet inter ip̄os punire. Si cōtra pctā aliena ſic acci
pit̄ ſol. ſ. rōnis. Eccl. 12. Memēto creatoris tui ī diebus
iuuētutis tue anteq̄ʒ veniat tp̄s afflictionis ⁊ appropin
quēt āni de quibus dicas. Nō mihi placēt anteq̄ʒ tene-
breſcat ſol ⁊c. Sol nō occidat ſup iracūdiā vr̄am. i. obte
nebret̄ dictamē rōnis. Job. 5. Uiꝝ ſtultū interficit iracū
dia. ¶ Sequit̄. Nolite locuʒ dare dyabolo: vbi aſſignat
rōnem monitiōis. Dyabolus eīm hʒ locū in nobis ꝑ pec
catū vel ꝑ cōſenſū. Jo. 13. Cū diabolus iā miſiſſet in cor
vt traderet eū iudas ⁊c. Et ſequit̄ ibidē ꝙ poſt buccellā
introiuit in eū ſathanas. Nūc aūt hmōi paſſiones multū
inclināt ad cōſenſū ⁊ maxime qñ ꝑuertūt iudiciū rōnis.
⁊ hoc ſpēaliter facit ira q̄ cōſiſtit in accenſione ſanguinis
q̄ quidē rōne velocitatis ſui motus p̄cedit iudiciū rōis.
Et qꝛ ſic nobis ꝑturbatis diabolus īcipit locū hr̄e ī nob
iō dicit. Nolite locū dare diabolo. Quaſi dicat. Nō pſe
ueretis in ira qꝛ ꝑ hoc datis locū diabolo. qꝛ tot⁹ diabo-
lus iracūdus ē. p̄s. Liberator me⁹ de inimicis meis ira
cundis. Intrat aūt hoīem cū furore ⁊ ira. Apoc. 12. De-
ſcendit diabolus ad vos habēs irā magnā. Hoc aūt non
pōt facere ſaltē in aīa q̄ʒdiu hō iuſtus ē. Hec aūt iuſticia
ꝑ iram amittit̄ qꝛ ira viri iuſticiā dei nō opat̄: vt dr̄ Jac.
p̄mo. Si ergo nō vultis locū dare diabolo ſaltē in aīa:
ſol non occidat ſup iracundiam veſtram. Eccle. 11. Au-
fer iram a corde tuo.

## Lectio nona.

QUi furabat̄ iā nō furet̄: magis aūt
laboret: operādo manib⁹ ſuis quod
bonū ē: vt habeat vnde tribuat ne-
ceſſitatē patienti. Omnis ſermo malus ex
ore veſtro nō procedat: ſed ſi quis bon⁹ ad
edificationē fidei: vt det grām audientib⁹.

Excluſa ſupra vetuſtate hoīs quātū ad vim rōnalē ⁊ ira
ſcibilē: hic prohibet eā quātū ad cōcupiſcibilē ꝓueniētē
ex eoꝝ inordinata ꝯcupiſcētia. Circa qđ duo facit. Pri-
mo ꝓhibet ꝯcupiſcibilis vetuſtatē. Scđo hortat̄ ad ei⁹
nouitatē ibi. Magis aūt laboret ⁊c. Ad vetuſtatē auteʒ
ꝯcupiſcibilis ꝑtinet furtū qđ ꝓuenit ex corrupto ⁊ inor-
dinato appetitu rei tēporalis. Jō dicit. Qui furabatur:
iā nō furet̄ ⁊c. Quaſi dicat. Qui habebat cōcupiſcibileʒ
corruptā ⁊ vetuſtā ex corrupto appetitu rerū tēporaliuʒ
iā nō furet̄. ſ. ſi vult ꝯcupiſcibilē renouare: qꝛ vt dicitur
Eccl. 5. Sup furem cōfuſio. ꝓpter hoc dr̄ Exo. 20. Nō
furtū facies. Et qꝛ aliquis poſſet ſe excuſare pre paupta
te. ideo dicit. Magis laboret ⁊c. ſicut ip̄e fecit apl's vt
dr̄ Act. 20. Argentū ⁊ aurū nullius cōcupiui aut veſteʒ
voſipſi ſcitis quoniaʒ ad ea que mihi opus erant ⁊ his q̄

mecum ſunt miniſtrauerũt manꝰ iſte. ⁊c. Jtẽ. 2. Theſ.
3. Jpi eñi ſcitis quẽadmodum oportcat vos imitari nos
qm̃ nõ inquieti fuimus inter vos neq3 gratis panẽ man
ducauimus ab aliquo ſed in laboꝛe ⁊ fatigatiõe nocte ac
die laboꝛantes ne quẽ veſtrũ grauaremus ⁊c. Unde no=
tandũ ẽ ꝙ opus manuale ad tria inducit. Pꝛio ad neceſ
ſitatẽ victus acquirendã. Gen̄. 3. Jn ſudoꝛe vultus tui
veſceris pane tuo. Et iõ qui nõ habet vnde licite viuat
tenet manibꝰ laboꝛare. 2. Theſ. 3. Si q̇s nõ vult opari
nõ manducet. Quaſi dicat. Sicut qui nõ comedit ĩ ne=
ceſſitate peccat: ita ⁊ ſi nõ laboꝛat. Et ſic ponit hic ad ex
cludendũ furtũ. Quandoq3 vero inducit contra ociũ q2
multa mala docuit ocioſitas. Eccl. 33. Et iõ qui habent
vitam ocioſaʒ tenent manibꝰ laboꝛare. 2. Theſ. 3. Au=
diuimus quoſdã inter vos ambulare inquiete nihil ope
rantes ſed curioſe agentes. His autẽ qui huiuſmõi ſunt
denunciamus ⁊ obſecramꝰ in dño ieſu xp̃o vt cũ ſilentio
operantes ſuũ panẽ mãducent. q̃nq3 eñi inducit ad car=
nis macerationẽ ⁊ domationẽ. Unde ponit iter alia opa
cõtinentie. 2. Coꝛ. 11. Jn laboꝛibus: in vigilijs: in ieiu=
nijs ⁊c. Triplex ergo ẽ rõ iniungendi laboꝛẽ coꝛpoꝛaleʒ
ſed pꝛima oĩbus neceſſaria eſt ⁊ hoc de neceſſitate pꝛece
pti q2 alijs modis poteſt excludi ociũ: ſimiliter ⁊ laſciuia
carnis põt alio mõ domari ⁊ refrenari ⁊ ſufficit q̃uocũq3
fiat. ¶ Sequit qđ bonũ eſt. qđ dupliciter põt intelligi.
Uel in vi accuſatiui ⁊ ſic conſtruet. Magis autẽ laboꝛet
operando manibꝰ ⁊ quidẽ non illicita: ſed qđ bonum ẽ.
Gal. vlt. Bonũ autẽ facientes nõ deficiamꝰ. Eſa. pꝛimo
Quieſcite agere peruerſe diſcite bene facere. Uel põt in
telligi in vi noĩatiui laboꝛet ⁊c. qđ bonũ eſt: quaſi hec ſit
rõ quare laboꝛandũ ẽ. Quaſi dicat. Nõ ſolũ ẽ neceſſariũ
laboꝛare: imo etiã bonũ eſt laboꝛare vt laboꝛãs poſſit vi=
uere ⁊ vt habeat vnde tribuat neceſſitatẽ patienti. Ecc.
29. Fenerare ꝓximo tuo in tẽpoꝛe neceſſitatis illius ⁊c.
¶ Deinde cũ dicit. Omnis ſermo malus ⁊c. Ponit per
tinentia ad veterẽ hominẽ in deoꝛdinatiõe ad aliuʒ: ⁊ fa
cit duo: quia p̃mo ꝓhibet vetuſtatẽ ⁊ inducit nouitatem
Secũdo inducit exemplũ in pꝛincipio q̇nti capituli ibi.
Eſtote ergo ⁊c. Ad ꝓximũ autẽ põt quis male ſe habere
dupliciter. Uno modo ledendo eum verbis malis. Alio
modo malis exẽplis quo ꝓhibet pꝛimũ. Scđo ſecundũ
ibi. Et nolite contriſtare ⁊c. Pꝛima iterũ in duas. Pꝛi=
mo ꝓhibet vetuſtatẽ. Scđo inducit ad nouitatẽ ibi. Sʒ
ſi quis ⁊c. Dicit ergo. Oĩs ſmo malus ⁊c. Sermo oꝛis
pꝛetendit ⁊ annunciat que ſunt in anima: q2 voces ſũt no
te paſſionũ anime. Jlle ẽ bonꝰ ſermo qui indicat bonam
diſpoſitionẽ interioꝛẽ. malus vero qui malã. Triplicit
aũt homo oꝛdinat interius ſcʒ ad ſe: vt ſcʒ omnia ſint ra=
tioni ſubiecta: ad deũ vt rõ ſit ei ſubdita ad ꝓximũ quã=
do diligit eum vt ſeip̃m. Eſt ergo q̃nq3 ſermo malus qñ
indicat hominẽ inoꝛdinatũ in ſe: ⁊ hic ẽ ſermo falſus eiꝰ
qui aliud loquit aliud intẽdit. ⁊ ſimiliter ſermo inutilis
⁊ vanus. Jtẽ eſt ſermo malus qui indicat hoĩem inoꝛdi
natum contra deũ ſicut ꝑiuria blaſphemie ⁊ hmõi. Jteʒ
qñ ẽ cõtra ꝓximũ ſuuʒ ſicut iniurie doli ⁊ fallacie. Et iõ
dicit. Oĩs ſermo malus ex oꝛe vr̃o nõ ꝓcedat. Oĩs v̾o
equipollet huic ſigno nullꝰ. Sap. 1. Cuſtodite ergo vos
a murmuratiõe q̃ nihil pꝛodeſt ⁊ a detractiõe parcite lin
gue q2 ſermo obſcurus inuacuũ nõ ibit. q2 certe deũ non
p̃terit oĩs cogitatꝰ ⁊ nõ abſcondit ſe ab eo vllus ſermo:
vt dr̃ Eccl. 42. Nunc ergo vos deponite omnẽ iram in
dignatiõem maliciã: blaſphemiã: turpẽ ſermonẽ de oꝛe
vr̃o. Col. 3. ¶ Sequit. Sed ſi quis bonꝰ eſt ⁊c. inducit
ad nouitatẽ q2 ſermo bonꝰ bene dicendꝰ eſt ꝓ loco ⁊ tẽ=
poꝛe. Pꝛouer. 15. Sermo opoꝛtunꝰ ẽ optimꝰ. Si quis
ergo loquit quaſi ſermones dei. 1. Pet. 4. Et ad quid
ſubdit. Ad edificationem fidei. i. vt coꝛroboꝛet fides in
coꝛdibus infirmoꝝ. 1. Coꝛ. 14. Oĩa ad edificationẽ fi=
ant. ⁊ hoc vt det gr̃am audientibꝰ ſcʒ ſi talis bonus ſer=
mo ſit ꝓbatus vel talis ſermo eſt conferens. q2 frequen=
ter homo ex bono ſermone: ⁊ ꝑ virtutẽ boni ſermonis au
diti cõpũctus diſponit ad gr̃am. Act. 10. Adhuc loquẽ
te petro verba hec cecidit ſpũs ſanctꝰ ſuꝑ oẽs qui audie
bant verbũ. Sic loquebat dñs: de quo dr̃ Luc. 4. Mi
rabant ex verbis gr̃e q̃ ꝓcedebant de oꝛe ipſiꝰ. Eccl. 10.
Uerba oꝛis ſapientis gratia.

## Lectio decima.

Et nolite contriſtare ſpm̃ ſanctũ dei
in quo ſignati eſtis in die redempti
onis. Oĩs amaritudo ⁊ ira ⁊ indig-
natio ⁊ clamoꝛ ⁊ blaſphemia tollat a vobis
cũ omni malicia. Eſtote autem inuicẽ beni
gni: miſericoꝛdes: donantes inuicẽ ſicut et
deus in xp̃o donauit vobis.

Supꝛa monuit apl's abſtinere a v̾bis infectiuis: hic mo
net abſtinere a verbis ⁊ factis turbatiuis ſeu contriſtati=
uis ꝓximoꝝ. Circa qđ duo facit. Pꝛio ꝓhibet qđ perti
net ad vetuſtatẽ. Scđo ꝑſuadet qđ ꝑtinet ad nouitateʒ
ibi. Eſtote aũt inuicẽ benigni ⁊c. Pꝛima iteꝝ in duas.
q2 p̃mo ꝓhibet qđ ad vetuſtatẽ ꝑtinet ĩ generali. Scđo
in ſpẽali. ibi. Omnis amaritudo ⁊c. Dicit ergo. Nolite
contriſtare ſpirituʒ ⁊c. Contra. ſpiritus ſanctus eſt deus
in quo nõ cadit paſſio aliqua nec triſticia. Rñdeo ſpũs
ſanctꝰ dr̃ ↄtriſtari qñ ↄtriſtat ille in quo ẽ ſpũs ſanctꝰ. Lu
ce. 10. Qui vos ſpernit me ſpernit. Eſa. 63. Jpi autẽ ad
iracũdiã ꝓuocauerũt eũ ⁊ afflixerũt ſpm̃ ſcm̃ eiꝰ ⁊ conuer
ſus ẽ eis ĩ inimicũ Uel dicendũ eſt ꝙ ẽ methaphoꝛica lo
cutio. Sicut eñi deꝰ dr̃ iraſci ꝓpter ſilitudinẽ effectꝰ ita
etiã dr̃ cõtriſtari: q2 ſicut qñ aliquis cõtriſtat recedit a cõ
triſtante: ita ſpũs ſcũs a peccante. Et ſic ẽ ſenſus. Noli=
te cõtriſtare ſpm̃ ſcm̃ dei. i. nolite eũ fugare vl' expellere
ꝑ pctm̃. Sap. 1. Spũs ſanctꝰ eñi diſcipline effugiet fictũ
⁊ aufert ſe a cogitationibꝰ q̃ ſunt ſine itellectu ⁊ coꝛripie
tur a ſuꝑueniente iniq̇tate. Jgit nõ ẽ cõtriſtandꝰ ſpũs ſã
ctus ⁊ hoc ꝓpt bñficiũ Jõ ſubiũgit. Jn q̃ ſignati eſtis. i.
refoꝛmati eſti ⁊ ab alijs diſticti Qui aũt hẽbit hoc ſignũ
ſecũ hẽbit vitã eternã. Jõ ergo ẽ cuſtodiẽdꝰ ⁊ nullo mo=
do ↄtriſtãdus q2 ſine eo nõ ẽ vita eterna. 2. Coꝛ. 1. Qui
ſignauit nos deꝰ ⁊ dedit nobis pignus ſpũs. Et qñ: Jn
die redẽptiõis. i. baptiſmi. Jo. 3. Niſi q̇s renatꝰ fuerit ex
aq̃ ⁊ ſpũ ſcõ ⁊c. Act. 1. Uos baptizabimĩ ſpũ ſcõ nõ poſt
multos hos dies. Dicit aũt redẽptiõis q2 ĩ baptiſmo fit
hõ ꝑticeps redẽptiõis facte ꝑ xp̃m. ¶ Sequit. Oĩs ama
ritudo ⁊c. Ubi oñdit in ſpãli q̃ ꝑtinẽt ad vetuſtatẽ. Qñ=
q3 eñi homo contriſtat amicũ ſuum ex ira: aliq̃n ex indu=
ſtria. Sʒ in ira ẽ triplex gradus: q2 in coꝛde ſicut q̃ tãtuʒ
interiꝰ iraſcit. Jn ꝓlatiõe: ſicut q̃ dicit racha. Jn contu=
melie ꝓlatione ſicut q̃ dicit fatue. Pꝛio ergo ponit qđ ꝑ
tinet ad irã coꝛdis. Scđo qđ ꝑtinet ad inoꝛdinatã ꝓlati
onẽ. Tertio qđ ꝑtinet ad ↄtumeliam. Jn ira aũt coꝛdis
iſta ſe cõſequunt. Pꝛio q2 ira ẽ effectꝰ triſticie ⁊ hec ĩ ſa=
cra ſcꝛ̃ptura dr̃ amaritudo. 1. Re. 1. Cũ eẽt ãna amaro aĩo
⁊ oꝛaret deũ flẽs ⁊c Et iõ dicit oĩs amaritudo ⁊c. q̃ ẽ per
memoꝛiã iniurie p̃terite Eccl. 21. Nõ ẽ ſenſus vbi abun=
dat amaritudo. Scđo q2 ſtatim appetit vindictã. iõ dic.
Et ira q̃ ẽ appetitꝰ vindicte. Jac. 1. Jra eñi viri dei iuſti
ciam non operat. Et q2 iratꝰ indignũ reputat qđ ei ꝑcat
⁊ indignũ eſſe ꝙ ſine punitione tranſeat. ideo ſequitur.
Et indignatio. Sed quantũ ad inoꝛdinatã ꝓlationem

ſic ē clamor. Eſa. 5. Expectaui vt faceret iudiciū: ⁊ ecce iniquitas ⁊ iuſticia ⁊ ecce clamor. Ideo dicit. Et clamor Similiter ⁊ blaſphemia vel cōtra deū vel cōtra ſanctos Leuit. 24. Quicunq; blaſphemauerit nomen domini morte moriat̄. Ideo dicit. Et blaſphemia Et addit. Tollatur a vobis cū omni malicia ſcʒ operis. 1. Pet. 2. Deponentes omnē maliciā ⁊ omnē dolum ⁊ ſimulationem. ¶ Deinde cum dicit. Eſtote autē. ꝛc. ponit pertinentia ad nouitatē contrariam paſſionibꝰ p̄miſſis: contra amaritudinē benignitatē. Unde dicit. Eſtote aūt inuicē benigni qꝛ benignus ē ſpiritus ſapientie. ꝛc. Unde dicit. Miſericordes. Luc. 6. Eſtote ergo miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors ē. Contra indignationē cōdonationē. Unde dicit. Donantes inuicē. Col. 3. Donantes vobiſmetipſis ſi quis aduerſus aliquē habet querelam ſicut deus donauit vobis. Ro. 8. Qui etiam ꝓprio filio ſuo nō pepercit. Et panlopoſt ſequit̄. Quō non etiā cuʒ illo nobis omnia donauit.

## Capitulū quintū.

Eſtote ergo imitatores dei ſicut filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectione ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos: et tradidit ſemetipm̄ ꝓ nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatis.

Poſita exhortatione ad benignitatē ⁊ miſericordiā que ſunt effectus charitatis: hic oſtendit eis exemplū. Circa qđ duo facit. Primo inducit eos ad imitationē exemplaris. ſ. dei. Secūdo oſtendit in quo debent ipm̄ imitari. ibi. Et ambulate ꝛc. Dicit ergo. Dixi ꝙ debetis donare inuicē ſicut ⁊ deus in xp̄o donauit vobis ergo eſtote imitatores dei: qꝛ hoc neceſſariū eſt licet difficile ſit. Eccl. 2. Quid ē inꝙ homo vt poſſit ſequi regē factoreʒ ſuū? Nunꝙ tamē perficiet̄ natura humana niſi in cōiunctione ad deū. Unde Iob. 23. Ueſtigia eius ſecutꝰ ē pes meus: ergo imitandus ē quō habemus poſſibilitatē: qꝛ ad filiū ꝑtinet patrem imitari. Et ideo ſubdit. Sicut filij patrē ſcʒ per creationē. Deutero. 32. Nonne ipſe ē pater tuus qui poſſedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Et addit. Chariſſimi quos ſcʒ elegit ad ꝑticipationem ſuiipſius. ¶ Sequitur. Et ambulate. ꝛc. Ubi primo ponit imitandi moduʒ qꝛ in charitate. Scđo oſtendit imenſe charitatis ſignuʒ ibi. Et tradidit ꝛc. Q. ergo ſimus filij chariſſimi hoc facit charitas dei. Ro. 8. Nō eni accepiſtis ſpūm ſeruitutis iterū in timore ſed accepiſtis ſpūm adoptionis filiorū in quo clamamꝰ abba pater. Ipſe eñi ſpūs teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei. Debemꝰ ergo ipm̄ in dilectione imitari. Et dicit ambulate. i. ſemꝑ ꝓficite. Geñ. 15. Ambula corā me ⁊ eſto ꝑfectus. Et hoc in dilectione qꝛ dilectio ē tale bonū in quo debet hō proficere: ⁊ tale debitū qđ debet homo ſemꝑ ſoluere. Ro. 13. Nemini quicquā debeatis niſi inuiceʒ diligatis. Uel in dilectione q̄ ē via ſequēdi deū magis de ꝓpinquo. prime Cor. 13. Adhuc excellentiorē viā vobis demonſtro. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū ꝛc. Col. 3. Sup oīa hec charitatē habētes ꝛc. Et hoc exemplo xp̄i. Uñ ſubdit. Sicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Jo. 13. Cū dilexiſſet ſuos q̄ erant in mundo in finē dilexit eos. ¶ Et qꝛ ſm̄ gregoriū ꝓbatio dilectionis exhibitio eſt operis. ideo ſubdit. Et tradidit ſemetipm̄ ꝓ nobis. Apo. 1. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is. Gal. 2. In fide viuo filij dei qui dilexit me ⁊ tradidit in mortem ſemetipm̄ ꝓ me. Eſa. 53. Tradidit in mortē animā ſuam. ꝛc. ¶ Hec aūt mors fuit nobis vtilis ⁊ neceſſaria: ideo ſubdit. Oblationē ⁊ hoſtiam ꝛc. Loquit̄ autē hic apl's more veteris legis ī qua vt dicit̄ Leuit. 4. quādo quis peccauerat offerri debebat ꝓ eo hoſtia ⁊ oblatio que dicit̄ ꝓ peccato. Item qñ quis agebat gratias deo vl' aliq̄d cōſequi volebat oportebat offerri hoſtiā pacificam. vt dicit̄ Leuit. 3. Que q̄dem erat in oblationē ſuauiſſimi odoris dño. vt dicitur ibidem. Hec autē facta ſunt per xp̄m: qꝛ vt a pctīs mundaremur ⁊ gloriā cōſequeremur tradidit ſemetipm̄ pro nobis in oblationē per ea que in vita geſſit. Eſa. 53. Oblatus ē qꝛ ipſe voluit ꝛc. Et hoſtiā pro peccato. ⁊ hoc in odorē ſuauitatis. Alludit auteʒ huic qđ dicit̄ Leuit. 3. Sed certe ille odor nō erat tunc deo acceptus ſm̄ ſe ſed ſm̄ ſuā ſignificationē inquantū ſignificabat oblationem odoriferam corporis xp̄i filij dei. Geñ. 2. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Cañ. 1. Trahe me poſt te curremus in odorē vnguentoꝝ tuoꝝ. Sic aūt debemꝰ nos ſacrificare deo ſpūaliter. ps. Sacrificiū deo ſpūs. ꝛc.

## Lectio ſecunda.

Fornicatio aūt ⁊ oīs imundicia aut auaricia nec nominet̄ in vobis ſicut decet ſctōs: aut turpitudo: aut ſtultiloquiū: aut ſcurrilitas que ad rē nō ꝑtinet ſed magis gratiarū actio.

Supra poſita monitiōe apl's vt depoſita vetuſtate epheſij nouitatē aſſumerent ꝓhibendo vitia ſpūalia: hic prohibet eiſdem vitia etiā carnalia. Diuidit̄ autē in duas. Primo eñi prohibet vetuſtatē vitiorū carnaliū. Secundo inducit ad nouitatē ibi. Uidete itaq; frēs ꝛc. Prima iterū diuidit̄ in tres. Primo excludit vetuſtatē vitioruʒ Scđo ꝓponit penā eoꝝ. ibi. Hoc aūt ſcitote. ꝛc. Tertio excludit fallaciā ibi. Nemo vos ſeducat ꝛc. Pria iterū in duas. Priō excludit quedā vitia p̄ncipalia. Secūdo excludit quedam adiuncta ibi. Aut turpitudo ꝛc. Excludit autē tria vitia. ſ. luxuriā naturalē que ē cum nō ſua. Unde dicit. Fornicatio ꝛc. Oſee. 4. Spūs eñi fornicationū decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationeʒ. Sic faciebat iob. 31. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec cogitarē de virgine Dicit̄ autē fornicatio a fornice. i. arcu triūphali iuxta quos erant lupanaria. Prouerb. 20. Et omnis imundicia ꝛc. i. omnis pollutio contra naturā ſcʒ que nō ordinat̄ ad generationē. Gal. 5. Manifeſta ſunt opa carnis q̄ ſunt fornicatio imūdicia luxuria ꝛc. Tertio excludit auariciā. Sʒ quare hoc? Nunq̄d ē idē cū pctīs carnalibꝰ. Rñdeo dicendū ē ꝙ nō nec totaliter diuiſa ſʒ mediū inter ſpūalia ⁊ carnalia pctā qđ pʒ ſic. In pctō ſūt duo. ſ. obiectū pcti ⁊ delectatio in obiecto. Quedā ergo ſūt pctā quoꝝ obiectū ⁊ delectatio ē ſpūalis ſic ira. Naʒ vindicta q̄ ē obiectū ire ⁊ delectatio eiꝰ ē q̄d ſpūale: ⁊ ſilr inanis glīa. Quedā vero ſūt oīo carnalia ⁊ obiectū ⁊ delectatio ſicut gula ⁊ luxuria: ſʒ auaricia tenet medium qꝛ eiꝰ obiectū ē carnale ſcʒ pecunia ſʒ delectatio ē ſpūalis: qꝛ aīo quieſcit q̄s in pecunia ⁊ iō cōnumerat̄ auaricia cū pctīs carnalibꝰ rōne obiecti: cū ſpūalibꝰ vero rōne delectatiōis. Heb. vlt̄. Sint mores ſine auaricia. Uel dicendū ē ꝙ auaricia opponit̄ iuſticie: vñ ponit̄ ꝓ ſpē luxurie q̄ ē adulteriū qđ ē iniuſtus vſus mulieris alteriꝰ: ſic auaricia iniuſtꝰ vſus pecunie. Sʒ ſupra dixit Qui furabat̄ ꝛc. hic aūt dicit ꝙ nec noiet̄ ꝛc. qꝛ in pugna ſpūali vitia carnalia priō occurrūt vīcēda qꝛ fruſtra pugnat q̄s ꝯtra īt̄riſeca niſi p̄mo vīcat extriſeca ſcʒ carnalia: ꝯtra q̄ ſꝑ remanet bellū. Et iō dic̄. Nec noiet̄ ī vobis ſic̄ decʒ ſctōs ſ. abſtinere a factis a cogitationibꝰ ⁊ a dictis. Eſa. 41. Perdā babylonis nomē ⁊ reliq̄as ⁊ ꝓgeniē ⁊ germen.

Eccl.41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet
ſanctos. 2e. corinth.6. In omnibus exhibeamꝰ noſmet
ipſos ſicut dei miniſtros ⁊c. ¶ Sequiť. Aut turpitudo.
⁊c. Ibi ponit quedã vitia adiuncta. Circa quod duo fa-
cit. Primo adiũcta vitia excludit. Secũdo ad contraria
eoꝝ inducit. ibi. Sed magis gratiarũactio ⁊c. Tria er-
go vitia excludit ſcꝫ turpitudinẽ que eſt in tactibus tur-
pibus ⁊ amplexibus ⁊ oſculis libidinoſis. Prouerb.6.
Qui aũt adulter eſt ꝓpter cordis inopiã perdet animã
ſuã ⁊ turpitudinẽ ⁊ ignominiã congregat ſibi. Itẽ ſtul-
tiloquiũ. id eſt verba ꝓuocantia ad malũ. Eccl.9. Col-
loquiũ illius quaſi ignis exardeſcit. ſcꝫ male mulieris.
Et ſcurrilitatẽ. id eſt verbũ ioculatoriũ per quod aliqui
volũt inde placere alijs. Mat.12. De omni verbo ocio-
ſo quod locuti fuerint homines reddent rationẽ de eo in
die iudicij. Et hec omĩa ſunt mortalia inquantũ ad mor-
talia peccata ordinanť. qꝛ aliquid etiam ſi bonũ ſit ex ge-
nere inquantũ ad mortale ordinať eſt mortale. ¶ Dein-
de inducit ad cõtraria ſcꝫ gratiarũactiones. Unde dicit
Sed magis gratiarũactio. Eſa.51. Gaudiũ ⁊ leticia in-
ueniet in ea gratiarũactio ⁊ vox laudis.

## Lectio tertia.

**H**oc enim ſcitote intelligẽtes: ꝙ om-
nis fornicator. aut immundus. aut
auarus quod eſt ydolorum ſeruitꝰ
nõ habet hereditatẽ in regno xpi ⁊ dei. Ne-
mo vos ſeducat inanibus verbis. propter
hoc enim venit ira dei in filios diffidentie.
Nolite ergo effici participes eorum.

Supra ꝓhibuit aplꝰs peccata carnalia: hic cõminatur
penam damnatiõis que peccatoribus infligiť. Circa qđ
duo facit. Primo eñi de hoc eos certificat. Secundo ſi-
gillatim peccata recitat ibi. Q omnis fornicator ⁊c. Di-
cit ergo hoc ſcitote intelligẽtes. id eſt actualiter nõ ſolũ
habitualiter ꝓ certo habete. 1e. Ioh.3o. Hec ſcripſi vo-
bis vt ſciatis ⁊c. Et quid? ꝙ omnis fornicator aut immũ-
dus aut auarus: quod eſt ydoloꝝ ſeruitus nõ habet he-
reditatẽ in regno xpi ⁊ dei. Nota ꝙ vocat hic auaritiaꝫ
ydolatriã quoniã ydolatria eſt quãdo honor ſoli deo de-
bitus impendiť creature. Nunc autẽ deo dupliciter ho-
nor debeť. ſcꝫ vt in eo finem noſtrũ cõſtituamus ⁊ vt in
eo fiduciã noſtrã finaliter ponamꝰ. ergo qui hoc in crea-
turis ponit reus eſt ydolatrie. hoc autẽ facit auarus qui
finem ſuũ in re creata ponit et etiã totam ſuam fiduciaꝫ.
Oſee.8. Argentũ ſuũ ⁊ aurum ſuũ fecerũt ſibi ydola vt
interirent. Et hoc quia vt diciť Prouerb.11. Qui con-
fidit in diuitijs ſuis corruet. Sed cũ in alijs peccatis po-
nat homo finem ſuũ in creatura cui amore inheret qua-
re etiã in illis non diciť peccator ydolatrare? Reſpõdeo
Ydolatrare eſt aliquid exterius indebite colere. Nũc au-
tem in alijs peccatis poniť finis in interioribus quaſi in
ꝓpria exaltatione. Sed qui ponit finẽ in diuitijs ponit
in eis finem vt in re exteriori ſicut ydolatria. Sed nun-
quid auari honorẽ deo debitũ exhibentes creature: rea-
liter ſunt ydolatre ⁊ per ſe. Dico ꝙ non: quia in morali-
bus actus ſeu opera iudicanť ex fine. Ille ergo per ſe eſt
ydolatra qui intendit per ſe cultum exhibere creature.
Hoc aũt non intendit auarus per ſe ſed per accidẽs hoc
facit inquantũ ſuperflue ⁊ inordinate diligit. Et quid de
tali. Non habebit hereditatẽ. quippe quia filij et here-
des vt diciť Rom.8. Nunc autẽ tales nõ ſunt filij qui
ſic carnales ſunt. ergo hereditatẽ non habẽt. quia vt di-
cit. 1e. corinth.15. Caro ⁊ ſanguis regnũ dei nõ poſſide-
bũt. id eſt deũ qui dicit Ezech.44. Ego hereditas eoꝝ

¶ Sed poſſet queri ſi hereditas iſta eſt ipe deus cuꝫ ſit
idiuiſibilis ⁊ impartibilis. quare dicit in regno xpi ⁊ dei
diuiſiue ac ſi hereditas iſta ſit diuiſibilis. Reſpondeo.
Hereditas noſtra cõſiſtit in fruitione dei. nũc autẽ deus
aliter ſe fruiť ⁊ nos eo. quia deus ſeipo perfecte fruiť. qꝛ
ſeipm perfecte cognoſcit. ⁊ totaliter diligit quantuꝫ co-
gnoſcibilis ⁊ diligibilis eſt. non autẽ ſic nos. quia licet
ipm perfecte cognoſcamus in patria ⁊ per cõſequens di-
ligamus quia qui aliquid ſimplex attingit ipm totuꝫ co-
gnoſcit: ⁊ ſi nõ totaliter. ſicut lux ſolis ſi eſſet punctalis
humanus oculus ipam totam apprehẽderet non totali-
ter. oculus vero aquile ipm totaliter cõprehẽderet. Sic
⁊ ſi deũ perfecte cognoſcimus in patria ⁊ perfecte dilig-
mus: ſed ipm totaliter non cõprehendimus. ideo videť
ibi eſſe quedã imperfectio ⁊ particularitas. Et ideo dicit
Xpi ⁊ dei coniũctim. quaſi partẽ cum parte ponendo. id
eſt quia per xpm ⁊ non per aliũ habeť hereditas. ¶ De-
inde cum dicit. Nemo vos ſeducat. hic excludit fallati-
as ſeductoꝝ. Et circa hoc duo facit. Primo eniꝫ ponit
ammonitionẽ. Secũdo ſubiũgit ipſius rationẽ ibi. Era-
tis eñi aliquãdo tenebre ⁊c. Prima iterũ in duas: quia
primo monet eos vt non ſeducanť verbis eis credendo.
Secũdo vt non cõmunicent eis mala faciẽdo ibi. Et no-
lite cõmunicare ⁊c. Prima adhuc in duas. quia primo
remouet ſeductiões. Secũdo oſtendit ſeductionis ſignũ
ibi. Propter hoc eñi venit ira dei ⁊c. Notandũ eſt ergo
ꝙ in vitijs carnalibus ſolũ docuit cauere ſeductionẽ. qꝛ
a principio vt hoĩes poſſent libere frui ꝯcupiſcentijs co-
gitauerũt inuenire rões ꝙ fornicatiões ⁊ hmõi venerea
nõ eſſent peccata. Et ideo dicit inanibus verbis: qꝛ ſine
ratiõe ſunt talia verba que dicunt ꝙ huiuſmõi non ſint
peccata nec excludãt a regno dei ⁊ xpi. Col.2o. Videte
ne quis vos ſeducat per prophetiã ⁊ inanẽ fallatiaꝫ. Et
ꝙ tales ſint ſeductores ⁊ talia verba ſeducẽtia oſtendit.
quia niſi peccata carnalia eſſent peccata nõ punirenť a
deo. quia cũ deus ſit iuſtus nõ infligit penam ſine culpa.
Nunc talia autẽ puniũtur a deo. ergo peccata ſunt. Mi-
norẽ probat cũ dicit: Propter hec enim venit ira dei ſcꝫ
ꝓpter peccata carnalia in filios diffidentie: vt patuit in
diluuio. Geñ.6. Item in ſodomitis. Geñ.19. Item tri-
bus beniamin fere tota ꝯſumpta fuit ꝓpter hec. Iudicũ
20. Dicit autẽ filios diffidentie. quia ſicut peccãtes dif-
fidunt de vita eterna. quia qui ſic faciens ſperaret vitam
eternã magis eſſet preſumptio ꝗ ſpes que eſt certa expe-
ctatio future beatitudinis ex meritis ⁊c. Unde ſupra.4
Qui deſperantes ſemetipſos tradiderũt impudicitie in
operationẽ immũdicie omnis in auaritia. Sap.7. Nul-
lum ꝓratũ ſit quod nõ pertranſeat luxuria noſtra ⁊c. Et
ſequiť in fine capituli. Quia tales nõ ſperauerũt merce-
dem iuſticie ⁊c. Dicit ergo ꝙ in filios diffidentie. id eſt
qui nõ confidunt de gaudijs eternis venit ira dei. ſcilicꝫ
propter peccata vel diffidẽtie. id eſt de quibus nõ eſt cõ-
fidendum quantũ eſt ex parte meritoꝝ. Et ideo cõcludit
Nolite effici participes eoꝝ cõmunicando. ſcꝫ eis in ta-
libus operibus. 2e. corinth.6o. Que eniꝫ participatio
iuſticie cũ iniquitate. aut que ſocietas lucis ad tenebras
aut que cõmunicatio xpi ad belial. aut que pars fidelis
cum infideli ⁊c.

## Lectio quarta.

**E**ratis eniꝫ aliquando tenebre: nũc
autem lux in domino. Ut filij lucis
ambulate. Fructus enim lucis eſt
in omni bonitate ⁊ iuſticia ⁊ veritate. Pro-
bantes quid ſit beneplacitũ deo. Et nolite

**cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarum magis autem redarguite.**

Supra ꝓhibuit apoſtolus peccata carnalia cõminando penam ⁊ remouẽdo fallaciam: hic aſſignat rationẽ ſumptam ex eoꝝ conditione. ⁊ duo facit. Proponit eñi primo eoꝝ conditionẽ. Secũdo ex eis duas cõcluſiones inducit. ibi. Et filij lucis ſitis ꝛc. Ponit autẽ duas conditiones. Primo preteritã. Secũdo conditionẽ preſentẽ ibi. Nunc autẽ lux ꝛc. Dicit ergo eratis aliquãdo tenebre. id eſt excecati ignorãtia ⁊ errore. ſupra quarto. Tenebris obſcuratũ habentes intellectũ. ps. Neſcierũt neq; intellexerũt in tenebris ambulãt. Item tenebroſi per peccatũ. Prouerb. 4°. Via impioꝝ tenebroſa neſciũt vbi corruant. Sed notandũ eſt ꝙ indeterminate non dicit tenebroſi: ſed tenebre. quia ſicut quilibet videt̃ eſſe id quod principaliter eſt in eo ſicut tota ciuitas videt̃ eſſe rex ⁊ quod rex facit ciuitas dicit̃ facere. ita quãdo peccatũ regnat in homine. tũc totus homo dicit̃ peccatuz ⁊ tenebre. ¶ Sequit̃. Nunc autem lux ꝛc. Ubi ponit conditionẽ preſentẽ. quaſi dicat. Nunc autẽ habetis lucem fidei. Philip. 2°. Inter quos lucetis ſicut luminaria in mũdo. Math. 5. Vos eſtis lux mũdi. Sed contra dicitur de iohãne baptiſta. Non erat ille lux. quomõ ergo fideles alij lux dicunt̃. Reſpondeo. Non dicunt̃ lux per eſſentiã ſed per participationẽ. ¶ Deinde cum dicit Et filij lucis ambulate ꝛc. concludit duas cõcluſiones. Dixerat enim ꝙ tenebre fuerũt. ⁊ ꝙ nunc ſunt lux. Et ideo primo cõcludit vt ſe conformẽt ei quod nũc ſunt. Secũdo vt vitent ea que prius fuerũt ibi. Et nolite cõmunicare. Prima in duas. Primo ponit ammonitionẽ. Secũdo eam exponit ibi. Fructus enim lucis ꝛc. Dicit ergo. quia nũc lux eſtis faciatis opera lucis. ergo vt filij lucis ambulate. Job. 12. Ambulate dum lucem habetis ꝛc. ¶ Hoc autẽ exponit cũ dicit. Fructus enim ꝛc. Ambulat autẽ quis vt filius lucis dupliciter. Primo quantũ ad ſubſtantiã vel genus operis. Secũdo quantũ ad modum vel intentionẽ facientis. Primo ergo ponit opera que oportet facere. Secũdo qua debent fieri intentione ibi. Probãtes ꝛc. Dicit ergo. dixi vt ambuletis vt filij lucis. fructus autẽ lucis eſt. id eſt opera fructifera ⁊ clara. Eccl. 24°. Flores mei fructus honoris ꝛc. Et hoc in omni bonitate ꝛc. Ubi aduertenduz eſt ꝙ omnis actus virtutis ad tria reducit̃. Nam oportet ꝙ agens ordinetur in ſe ⁊ ad proximũ ⁊ ad deũ. In ſe vt ſit bonus in ſeipſo. ⁊ ꝓpter hoc dicit. In omni bonitate. ps. Bonitatẽ ⁊ diſciplinã ⁊ ſcientiã doce me ꝛc. Item ad proximũ per iuſticiã. Ideo dicit. In iuſticia. ps. Feci iudiciũ ⁊ iuſticiam ꝛc. Ad deũ per cognitionẽ ⁊ confeſſionẽ veritatis Et ideo dicit. Et veritate. Zacha. 8°. Veritatẽ tantum ⁊ pacem diligite. Vel aliter vt bonitas referat̃ ad cor. iuſticia ad opus. veritas ad os. Supra. 4°. ⁊ Zacha. 8°. Loquimini veritatẽ vnuſquiſq; cũ proximo ſuo. ¶ Deinde cum dicit. Probantes ꝛc. oſtendit qua intentione debeant operari. quia nõ ex abrupto. ſed ꝓbantes id eſt ratiõe diſcernentes. Opus ſuũ probet vnuſquiſq; vt dicitur Gal. 6. Et hoc quid ſit beneplacitũ deo. id eſt vt intendatis facere quod placet deo. Rom. 12°. Probetis que ſit volũtas dei bona ⁊ beneplacẽs ⁊ perfecta. ¶ Deinde cum dicit. Et nolite cõmunicare ꝛc. hortat̃ eos ne redeant ad ſtatũ quem reliquerũt. quia vt dicitur Gal. 2°. Si eñi que deſtruxi hec iterum reedifico. preuaricatorem me cõſtituo. 2ª. petri. 2°. Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ ⁊ ſus lota in volutabro luti. Diuidit̃ autem iſta pars in duas. Primo ponit monitionẽ. Secundo aſſignat rationẽ. ibi. Que autẽ in occulto ꝛc. Prima iterũ in duas. Primo monet eos ne malefaciant. Secũdo vt mala reprehendãt. ibi. Magis autẽ redarguite ꝛc. Dicit ergo. Probantes quid beneplacitũ eſt deo et nolite cõmunicare operibus infructuoſis tenebrarũ. id eſt operibꝰ carnalibus ducẽtibus ad tenebras perpetuas. que quidẽ ſunt infructuoſa. quia nõ habent niſi momentaneã delectationẽ citiſſime tranſeuntẽ. Rom. 6°. Quem ergo fructũ habuiſtis tũc in quibus nũc erubeſcitis. Jude. 2°. Arbores autũnales infructuoſe bis mortue eradicate fluctus feri maris deſpumãtes ſuas confuſiones ꝛc. Item tenebroſa ꝓpter turpitudinẽ quia cõmunicãt in eis cũ brutis. Job. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens: nõ me videbit oculus ⁊ operiet vultum ſuũ. perfodit in tenebris domos ꝛc. Iſtis ergo nolite cõmunicare imitando coadiuuãdo conſentiẽdo. Eccl. 13°. Que cõmunicatio homini ſancto ad carnẽ? Sed certe hoc nõ ſufficit niſi etiã eos reprehendatis. quia vt dicit Auguſt. Aliquãdo deus punit cõmunicantes inſontes quia aliqui boni nõ reprehendũt malos. Eccl. 17. Mãdauit autẽ vnicuiq; de ꝓximo ſuo. Et ideo dicit magis autẽ redarguite. 2ª. thymo. 4°. Argue. obſecra. increpa ꝛc. Sed nũquid ſemper peccamus ſi non reprehẽdimus? Auguſti. Quod eñi non reprehẽdis ex timore caritatis: ne ſcʒ peior efficiat̃. et ſcandalizatus affligat bonos. nõ peccas. Si autẽ ex timore cupiditatis. ne ſcʒ indignet̃ ⁊ perdas beneficia tua ſic peccas.

## Lectio quinta.

**Que autem in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt ⁊ dicere. Omnia autẽ que arguũtur a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̃us.**

Supra poſuit apoſtolus monitiões: hic aſſignat rationes earũ. Duas autẽ monitiões poſuit. Prima vt non cõmunicarent operibus tenebraꝝ. Secũda vt redarguerent peccatores. Scdm̃ hoc ergo duo facit. Primo ponit rationẽ prime monitiõis. Secũdo rationẽ ſecunde. ibi. Omnia enim que arguũtur ꝛc. Dicit ergo. Bene dixi: nolite cõmunicare. imo debetis ⁊ tales increpare et redarguere. Quare? Quia que in occulto fiunt ab ipſis turpe eſt ⁊ dicere. hoc autẽ eſt de vitijs carnalibꝰ in quibus eſt turpitudo magna. quia minimũ eſt ibi de bonis rationis cum huiuſmodi actus cõmunis ſint nobis ⁊ brutis. ¶ Sequit̃. Omnia que arguũtur ꝛc. hic ponit apoſtolus rationẽ ſecũde monitiõis. ⁊ facit duo Primo eñi ponit rationẽ. Secũdo aſſignat confirmationẽ ibi. Propter quod dicit ꝛc. Quantũ ergo ad primũ vult ꝓbare ꝙ eos deceat delinquentes arguere. et hoc probat ſic. Quicquid oſtendit̃ malũ eſſe redarguit̃. omnis enim redargutio manifeſtatio quedã eſt. Sed omnis manifeſtatio fit per lumen vos autẽ eſtis lux. ergo decet vos arguere ⁊ eos manifeſtare. Ponit autẽ huius ratiõis maiorem ibi. Omnia autẽ que arguũtur ꝛc. Minorẽ autẽ ponit ibi. Omne quod ꝛc. Ideo decʒ eos arguere. quia vt dicit̃. 1ª. corinth. 2°. Spiritualis iudicat omnia et ipſe a nemine iudicat̃. Unde glo. ſic exponit. Omnia ſcʒ peccata que arguũtur a lumine. id eſt a bonis ⁊ ſanctis hominibus qui ſunt filij lucis manifeſtant̃ ſcʒ per confeſſionem. Prouerb. 28. Qui autẽ cõfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiã conſequet̃. Omne autẽ ſcʒ maluʒ qḋ manifeſtat̃ per confeſſionẽ lumen eſt. id eſt in lumĩe vertit̃. Deinde cõfirmat hoc per auctoritatẽ dicens: Propter quod ſurge ꝛc. Gloſa ſic exponit. Propter hoc ꝙ

fit lumen. dicit ſcilicȝ ſpiritusſanctus. O tu qui dormis ſurge ⁊c. Sed hec non eſt cõſuetudo pauli. Et ideo dicẽdum eſt ꝙ apl'us introducit figurã poſitam. Eſaie. 60°. Surge illuminare hieruſalẽ ⁊c. dicens: Propter quod dicit ſcilicȝ ſcriptura. Surge a negligentia boni operis. tu ſcȝ qui dormis. Prouer. 6. Vſquequo piger dormies. ps. Nunqd qui dormit nõ adijciet vt reſurgat. Item exurge a mortuis. id eſt ab operibus mortuis ſeu mortificantib⁹ Heb. 9. Emũdabit conſcientiã noſtrã ab operib⁹ mortuis ⁊c. Eſa. 26. Viuẽt mortui tui interfecti mei reſurgẽt. Exurge ergo ⁊ illuminabit te xp̃us. ps. Dominus illuminatio mea ⁊c. Idem. Illumina oculos meos ne vnq̃ obdormiã in morte. Sed nũquid poſſumus per nos reſurgere a peccato. quia dicit: Surge ⁊ illumiabit te xp̃s. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ ad iuſtificationẽ impij duo requirũtur. ſcȝ liberũ arbitriũ cooperans ad ſurgendũ ⁊ ipa gratia. Et certe hoc ipm habet liberũ arbitriũ a gratia preueniẽte. ⁊ poſtea meritorie operari a gratia ſubſequente. Unde dicit Treno. vlt. Conuerte nos deus ⁊ conuertemur.

## Lectio ſexta.

Videte itaq̃ fratres quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipiẽtes: ſed vt ſapientes: redimentes tempus quoniã dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes ſed intelligentes que ſit voluntas dei.

Supra ꝓhibuit fallatiarũ carnaliũ vetuſtatẽ: hic hortatur ad contrariã nouitatẽ. Et primo hortat̃ ad nouitatẽ contrariã fallacie. Secũdo ad nouitatẽ contrariã luxurie ibi. Et nolite inebriari ⁊c. Prima in tres. Primo inducit ad cautelã contrariã fallacie. Secũdo oſtendit nouitatẽ cautele ibi. Redimentes tempus ⁊c. Tercio docet modũ cautele ibi. Propterea nolite fieri ⁊c. Dicit ergo itaq̃ ſcȝ ex premiſſis videte quomõ caute ambuletis. Cautio eſt quedã conditio prudentie per quã aliquis vitat impedimẽta agendoꝝ ⁊ hanc cautelã debent omnes habere. Prouerb. 4°. Oculi tui videãt recta ⁊ palpebre tue precedãt greſſus tuos. Hoc autẽ pertinet ad ſapientes. ⁊ ideo dicit. Non quaſi inſipiẽtes. qui ſcȝ neſciunt vitare impedimẽta. ps. Turbati ſunt omnes inſipientes corde. ſed vt ſapiẽtes. Eccl'. 2. Sapientis oculi in capite eius ſtultus in tenebris ambulat. Quidã dicũt ſi non caſte tamen caute. Sed ſic nõ accipit apoſtolus. ſed dicit caute. ac ſi diceret. cauete ab omnibus cõtrarijs caſtitati. Neceſſitatẽ autẽ huius cautele oſtendit cũ dicit. Redimẽtes tempus ⁊c. quod poteſt exponi dupliciter. Redunit eñi aliquis quãdoq̃ rem ſuaȝ dando enxenia vel aliquid ꝓ ea. ſicut dicit̃ aliquis redimere vexationẽ ſuam dando enxenia vel pecuniã vel quãdo dimittit in iure ſuo. Dicit ergo. Totũ tempus hoc eſt tempus calũnie. et ideo redimentes tempus quoniã dies mali ſunt. Ex quo peccauit adam ex tũc ſemper parate ſunt inſidie impellẽtes ad peccatũ. Non ſic autẽ in ſtatu innocentie in quo nõ oportebat hominẽ ab aliquo licito abſtinere. quia in eius volũtate non erat impellẽs aliquid ad peccatũ. Modo autẽ oportet nos tempus redimere quoniã dies mali ſunt. id eſt debemus maliciã dierũ vitare. diẽ malũ precauere vt dicit̃ Eccl'. 7. Et etiã a quibuſdã licitis abſtinere. 1ᶜ. corinth. 10. Omnia mihi licent. ſed nõ omnia edificãt. In hũc autem modũ dicit̃ aliquis vexationẽ ſuaȝ redimere quia dimittit aliquid de iure ſuo perire. Uel aliter. Redimẽtes tempus ⁊c. Contingit quãdoq̃ ꝙ aliquis per magnũ tempus vite viuit in peccato ⁊ hoc eſt tempus perditũ. Sed quomõ redimet cum homo nõ ſufficiat ad debita perſoluenda. Reſpondeo. Dicenduȝ eſt ꝙ tanto magis debet vacare operibus bonis quãto prius inſtetit malis. 1ᶜ. petri. 4. Sufficit eñi preteritũ tempus ad voluntatẽ gentiũ conſumandã his qui ambulauerũt in luxurijs. vinolentijs. deſiderijs ⁊c. ſed prima expoſitio eſt melior. ¶ Deinde cũ dicit. Propterea nolite fieri ⁊c. docet modũ cautele dicens. ꝓpterea ſcȝ vt poſſitis tempus redimere nolite fieri imprudẽtes. ¶ Nota ꝙ differẽtia eſt ĩter ſapientiã ⁊ prudentiã. Prudentia eñi eſt quedã ſapientia ſed nõ vniuerſalis ſapientia. Prouer. 10. Sapiẽtia eſt id eſt prudentia. Sapiẽs eñi ſimpliciter dicit̃ qui habet de omnibus ordinare. ſapiens auteȝ ſm quid dicit̃ qui habet ordinare de his de quibus eſt ſapiẽs. 1ᶜ. corinth. 3°. Ut ſapiens architect⁹ fundamentũ poſui. quia ſapiẽtis eſt ordinare. vt dicit̃. 1. methaphiſice. Omnis autẽ ordinator reſpicit finẽ. Ille ergo ſimpliciter eſt ſapiens qui cognoſcit finem vel qui agit ꝓpter fineȝ vniuerſalẽ ſcȝ deũ. Deutro. 4. Hec eſt eñi ſapientia veſtra ⁊c. Sapientia eñi eſt diuinarũ reruȝ cognitio. vt dicit Aug. 4. de trinita. Prudẽtia vero eſt particularis rei ꝓuidẽtia. quãdo ſcȝ quis ordinat facta ſua. Et ideo ſapiẽtia eſt viro prudentia. ꝓpter hoc ergo dicit: Nolite fieri imprudẽtes ſed intelligentes ⁊c. ſicut ratio ſpeculatiua ordinat de agendis ⁊ iudicat. oportet autẽ concluſiões habere ⁊ iudicare per principia ⁊ ſimiliter in operabilibus. Iſtud autẽ primũ principiũ per qđ debemus iudicare oĩa ⁊ regulare, eſt voluntas dei. Et ideo intellectus in moralibus ⁊ diuinis debet habere ꝓ principio voluntatẽ dei. quia ſi hãc habeat ꝓ principio fit prudẽs intellectus. Deutro. 32. Utinã ſaperent ⁊ intelligerẽt ⁊c. hoc autẽ docuit dominus. Math. 6°. Fiat voluntas tua.

## Lectio ſeptima.

Et nolite inebriari vino: in quo eſt luxuria. ſed impleamini ſpiritusſancto. loquẽtes vobiſmetipis in pſalmis. hymnis. ⁊ canticis ſpiritalibus. cantantes ⁊ pſallentes in cordibus veſtris domino. gratias agentes ſemper pro omnib⁹ in nomine dñi noſtri ieſu xp̃i deo et patri. Subiecti inuicem in timore xp̃i.

Supra induxit ad nouitatẽ cõtra vetuſtatẽ fallacie: hic hoc idem facit contra vetuſtatẽ vitioꝝ carnaliũ. Uel dicamus ꝙ prius reprehendit peccata carnalia quantum ad luxuriã. hic quantũ ad gulã. Duo autẽ facit. Primo eñi prohibet vetuſtatẽ. Secũdo inducit ſtatim ad nouitatẽ ibi Sed impleami ⁊c. Dicit ergo: dixi ꝙ fornicatio ⁊ omnis immũdicia nõ nominet̃ in vobis. ſed ad hoc cauendũ debetis a vino ſuperfluo abſtinere. quia cibus et potus ſuperflu⁹ eſt cauſa luxurie et precipue vinũ quod calefacit ⁊ mouet ſpũs. Prouerb. 20. Luxurioſa res vinũ ⁊ tumultuoſa ebrietas Heſter. 1. Cũ eſſ3 rex hylarior ⁊ poſt nimiam potationẽ incaluiſſet mero ⁊c. Oſee. 4. Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas aufferũt cor. Unde hiero. Quẽ zodoma non vicit. vina vicerũt loth. Nolite ergo ⁊c. ſed impleamini ſpiritusſancto. Inter omnia que multos ſpiritus generãt eſt vinũ. vnde generat animoſitatẽ ⁊ facit hoĩes per talenta loqui. vt dicit̃. 2. Eſdre. 3°. Et ideo cõuenienter docet eos cõtra hoc repleri ſpiritusſancto qui generat feruorẽ deuotiõis. Ro. 12. Spiritu feruentes. Item gaudiũ ⁊ leticiã ſpiritualẽ. Ro. 14. Iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiũ in ſpiritusſancto. Item facit audacter loqui. Actu. 2. Repleti ſunt oẽs ſpiritusſancto ⁊ ceperũt

loqui ꝛc. Et ideo qui eos loquẽtes audiebãt credebant
eos ebrios. Sed nunquid habemus ſpiritũſanctũ in no⸗
ſtra poteſtate? Reſpondeo ⁊ dico ꝙ habere ſpiritũſan⸗
ctũ eſt dupliciter vel receptiue ⁊ ſic nõ eſt in noſtra pote
ſtate eũ recipere ſed ex dono dei eum recipimus. Ro.5
Caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝛc. Vel etiaꝫ
diſpoſitiue ⁊ ſic nõ ſumus ſufficientes eũ recipere. id eſt
nos diſponere ſine gratia dei. 2ᵉ.corinth.3°. Non ſumꝰ
ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſed
ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt Vel aliquis dicit̃ recipere ſpi
ritũſanctũ nõ tamen plenus eſſe ſpirituſancto quãdo ſcꝫ
habet gratiã ſpirituſſancti quantũ ad aliquã ⁊ nõ quan
tum ad omnẽ hominis operationẽ. Tunc autẽ dicit̃ ple
nus ſpirituſancto quãdo eo vtitur generaliter. Modus
autẽ repletiõis eſt in dilectione dei ⁊ ꝓximi. Et ideo cũ
dicit loquentes ꝛc. Primo tangit modum repletiõis ex
parte dei. Secũdo ex parte proximi ibi. Subiecti inui⸗
cem ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ponit̃ ſpiritualis
meditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio ibi. Cantantes
ꝛc. Tercio gratiarũactio ibi Gratias agẽtes ꝛc. Prima
in duas. quia primo ponit modũ meditatiõis. Secũdo
materiã eius. ibi. In pſalmis ꝛc. Dicit ergo loquentes
vobis ꝛc. Eſt autẽ duplex locutio. Una exterior homĩs
ad hominẽ. Alia interior hoĩs ad ſeip̃m. Talis autẽ de
bet eſſe compũctiua. Job.10°. Loquar in amaritudine
anime mee. Item debet fieri in ſecreto. Mat.6. Tu au
teꝫ cũ oraueris intra cubiculũ tuũ ⁊ clauſo hoſtio ora pa
trem tuũ. Et ſap. 8. Intrans in domũ meã conquieſcaꝫ
cũ illa. ¶ Materiã vero meditatiõis tangit cũ dicit. In
pſalmis ꝛc. Pſallere eſt vti pſalterio. Et ſic in pſalmis
id eſt bonis operatiõibus. p̃s. Sumite pſalmũ ⁊ date tym
panũ pſalteriũ iocundũ ꝛc. Et hymnis. id eſt laudibus
diuinis p̃s. Hymnus oĩbus ſanctis eius ꝛc. Et canticis
ſpiritualibus. ſcꝫ de ſpe eternoꝝ. Ro.12. Spe gauden⸗
tes. p̃s. In decacordo pſalterio cum cantico in cythara.
p̃s. Cantate dño canticũ nouũ ꝛc. Meditemur ergo de
recta operatiõe quid faciendũ: de diuina laudatiõe quid
imitandũ: de celeſti iocundatiõe quid ⁊ quomõ ſeruien⸗
dum. Sic ergo effectus ſpirituſſancti primo eſt ſacra me
ditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio. quia ex frequenti
meditatiõe ignis caritatis in corde accendit̃. p̃s. Conca
luit cor meũ ĩtra me ⁊ ĩ meditatiõe mea exardeſcet ignis
ꝛc. Et hinc generat̃ leticia ſpiritualis in corde. Et ideo
dicit. Cantãtes ⁊ pſallentes. id eſt vt affectus veſtri affi
ciant̃ gaudio ſpirituali ad operãda bona. 1ᵉ.corinth.14
Pſallã ſpiritu: pſallã ⁊ mente. Col.3. In omni ſapien⸗
tia docentes ⁊ commonentes voſmetip̃os in pſalmis et
hymnis ⁊ canticis ſpiritalibus in gratia cãtantes ⁊ pſal
lentes in cordibus veſtris dño. Ex hoc error hereticoꝝ
confundit̃ dicentiũ ꝙ vanũ eſt cantare dño cantica voca
lia ſed ſpiritualia tantũ. Naꝫ in laudibus eccleſie eſt ali
quid per ſe cõſiderandũ. ⁊ hoc eſt quod ap̃lus dicit. In
cordibus. Aliquid vero ꝓpter aliud. ⁊ hoc ꝓpter duo.
ſcꝫ ꝓpter nos vt mens noſtra incitet̃ ad deuotionẽ inte⸗
riorẽ. ſed ſi ex hoc aliquis cõmoueat̃ ad diſſolutionẽ vel
gloriã inanẽ hoc eſt cõtra intentionẽ eccleſie. Item pro⸗
pter alios quia per hoc rudes efficiũtur deuotiores. 4.
Regũ.3. Cũq̧ caneret pſaltes facta eſt ſuper eũ manus
dñi. Tertius effectus eſt gratiarũactio. qꝛ ex hoc ꝙ ali⸗
quis ſic affectus eſt ad deum recognoſcit ſe oĩa habere a
deo. Quanto eñ aliquis magis afficit̃ ad deũ ⁊ ip̃m co
gnoſcit tanto videt eũ maiorẽ. ⁊ ſe minorẽ. ymmo prope
nihil in cõparatione ad deũ. Job.42. Oculus meus vi
det te: idcirco me reprehendo ꝛc. Et ideo dicit. Gratias
agentes ꝓ omnibus ſcꝫ donis. vel proſperis vel aduer⸗
ſis. p̃s. Benedicã dominũ in oñi tempore ꝛc. quia hec
etiã ſunt nobis in via. Jacobi.1. Oñe gaudiũ exiſtima
te ꝛc. Actu.5. Ibant apoſtoli gaudẽtes ꝛc. 1ᵉ.theſ.5.
In omnibus gratias agite. Sed hoc in noĩe domini no
ſtri ieſu xp̃i: quia oĩa bona proueniũt per eum. Roñ.5
Pacẽ habemus ad deũ per dñm noſtrũ ieſum xp̃m per
quẽ ⁊ acceſſuꝫ ꝛc. Sed addit deo inquantũ actor noſter
eſt per creationẽ. ⁊ patri quantũ miſit nobis xp̃m ꝑ quẽ
regenerauit nos. Et ſic gratias deo quantũ ad bona na
ture patri quantũ ad bona gratie. Sed quantũ ad proxi
mũ ponit modũ repletionis dicens: Subiecti inuiceꝫ in
timore xp̃i. i. non ꝓpter timorẽ humanũ ſed xp̃i.

## Lectio octaua.

Mulieres viris ſuis ſubdite ſint: ſi⸗
cut domino: quoniam vir caput eſt
mulieris: ſicut xp̃us caput eſt eccle
ſie: ip̃e ſaluator corporis eius. Sed ſicut ec
cleſia ſubiecta eſt xp̃o: ita et mulieres viris
ſuis in oĩbus. viri diligite vxores veſtras
ſicut ⁊ xp̃us dilexit eccleſiam ⁊ ſeip̃m tradi
dit pro ea vt illam ſanctificaret: mundans
eã lauacro aque in verbo vite vt exhiberet
ip̃e ſibi glorioſam eccleſiam non habentem
maculam aut rugam aut aliquid huiuſmo⸗
di: ſed vt ſit ſancta ⁊ immaculata. ita ⁊ viri
debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua

Supra apoſtolus poſuit precepta generalia ad omnes:
hic ponit ea que pertinẽt ad ſpeciales quaſdã perſonas
⁊ ſtatus. Et quia ſm̃ philoſophũ in politicis. Domꝰ ha
bet tres cõnexiones ſine quibus nõ eſt perfecta. ſcꝫ viri
⁊ mulieris. patris ⁊ filij. dñi ⁊ ſerui. ideo hec tria profe⸗
quẽs inſtruit. Primo mulierẽ ⁊ virũ. Secũdo patreꝫ et
filium. cap.6°. ibi. Filij obedite ꝛc. Tercio ſeruos ⁊ do
minos ibi. Serui obedite ꝛc. Prima in duas. Primo
eñ monet mulieres de ſubiectiõe. Secũdo viros de di⸗
lectiõe ibi. Viri diligite ꝛc. Prima in duas. Primo po
nit ammonitionẽ. Secũdo eius rationẽ ibi. Quoniã vir
caput eſt ꝛc. Dicit ergo mulieres viris ſuis ſubdite ſint.
quia certe mulier ſi primatũ habeat cõtraria eſt viro ſuo
vt dicit̃ Eccl.25. Et ideo ſpẽaliter monet eas de ſubie⸗
ctione. Et hoc ſicut dño: quia proportio viri ad vxorem
quoddãmodo eſt ſicut ſerui ad dominũ inquantũ debet
regi mãdato domini. ſed differẽtia eſt in hoc ꝙ dominꝰ
vtit̃ ſeruis ſuis quo ad id quod eſt ſibi vtile. ſed vir vti⸗
tur vxore ⁊ liberis ad vtilitatẽ communẽ. Et ideo dicit.
Sicut dño. Non ꝙ vere ſit dñs ſed ſicut dominus. 1ᵉ.
petri.3. Mulieres ſubdite ſint viris ſuis ꝛc. ¶ Deinde
ſubdit rationẽ ſuam. Circa quod tria facit. Primo eam
ꝓponit. Secũdo exemplũ inducit. ibi. Sicut xp̃us ꝛc.
Tercio ex exemplo intentũ concludit ibi. Sed ſicut ꝛc.
Ratio autẽ hec eſt: quoniã vir eſt caput mulieris: in ca⸗
pite autẽ viget ſenſus viſus. Eccl.2. Sapiẽtis oculi in
capite eius. Et ideo vir debet gubernare mulierẽ vt ca⸗
put eius. 1ᵉ.corinthio.11°. Caput quidem mulieris vir.
¶ Deinde ponit exemplũ cũ dicit. Sicut xp̃us caput eſt
eccleſie. ſupra p̃mo. Ip̃m dedit caput ſupra omnẽ eccle
ſiã que eſt corpus ip̃ius. Et hoc non ad vtilitatẽ ſuã ſed
eccleſie. quia ip̃e eſt ſaluator corporis eius. Act.4. Nõ
eſt eñ aliud nomen ſub celo datũ hominibꝰ in quo oporteat
teat nos ſaluos fieri. Eſa.12°. Ecce deus ſaluator meus
ꝛc. ¶ Ex hoc autẽ cõcludit intentionẽ cũ dicit. Sed ſi⸗
cut ꝛc. Quaſi dicat. Non eſt ꝯueniens ꝙ membꝛũ repu
gnet ip̃i capiti in aliquo. nũc autem ſicut xp̃us caput eſt

eccleſie: ſuo mõ ita vir eſt caput mulieris. Nõ debet ergo
mulier inobediens eſſe viro. ſed vt eccleſia ſubiecta eſt
xp̃o. p̃s. Nonne deo ſubiecta erit aĩa mea ⁊c. Ita ⁊ mu
lieres viris ſuis. Geneſ. 3°. Sub viri poteſtate eris. Et
hoc in oĩbus ſcʒ que non ſunt cõtra deũ. quia dicit Act.
5. Obedire oportet deo magis ꝙ̃ hominibus. ¶ Dein-
de cũ dicit. Viri diligite vxores veſtras ⁊c. monet viros
ad dilectionẽ vxoꝝ. Et primo facit hoc. Scd̃o aſſignat
rationẽ huius ibi. Sicut xp̃us ⁊c. Dicit ergo. Viri dili-
gite vxores veſtras. quia certe ex amore quem habet vir
ad vxorẽ magis caſte viuit et pacifice vterqꝫ ſe habet. ſi
autẽ vir aliã diligit ꝙ̃ ſuam: ſe ⁊ ſuã diſcrimini exponit.
Col. 3°. Viri diligite vxores veſtras ⁊ nolite amari eſſe
ad illas. Tangit autẽ rationẽ huius triplicẽ. Primã ſu
mit ex exemplo xp̃i cum dicit. Sicut ⁊ xp̃us ⁊c. Secun-
dam ex parte viri ibi. Qui ſuã vxorem diligit ⁊c. Ter-
tiã ex p̃te mãdati diuini ibi. Propter hoc relinquet ⁊c.
Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit exemplũ dilectio
nis xp̃i. Secũdo ſignũ ibi. Et tradidit ⁊c. Tercio cõclu
dit intentũ ibi. Ita ⁊ viri ⁊c. Dicit ergo. Sicut et xp̃us
dilexit eccleſiã. ſupra eodẽ. Eſtote imitatores dei ſicut fi
lij cariſſimi ⁊c. Signũ autẽ dilectiõis xp̃i ad eccleſiam
oſtendit quia tradidit ſemetipſm̃ pro ea. Gal. 2. Dilexit
me ⁊ tradidit ſemetipſm̃ pro me ⁊c. Eſa. 53. Tradidit in
mortẽ animã ſuam ⁊c. Sed ad quid vt ſanctificaret eaʒ?
Heb. vlti. Ieſus vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ popu
lum ⁊c. Ioh. 17. Sanctifica eos in veritate. Iſte eſt effe
ctus mortis. Effectus autẽ ſanctificatiõis eſt mundatio
eius a maculis peccatoꝝ. Ideo ſubdit dicens: Mũdans
eam lauacro aque. qđ quidẽ lauacrũ hʒ virtutẽ a paſſio-
ne xp̃i. Rom̃. 6. Quicũqꝫ baptizati ſum⁹ in xp̃o ieſu. in
morte ipſius baptizati ſumus. cõſepulti eñ ſumus cum
illo in mortẽ per baptiſmũ. Ezechiel. 36. Effundã ſuper
vos aquã mundã ⁊c. Zach. 13. Erit fons patens domui
dauid ⁊c. Et hoc in verbo vite. Qđ adueniẽs aq̃ dat ei
virtutẽ abſoluendi. Math. vlti. Euntes ergo docete om
nes gẽtes baptizãtes eos in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus-
ſancti. Finis autẽ ſanctificatiõs eſt puritas eccleſie. Iõ
dicit. Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiã ⁊c. Quaſi di-
cat apoſtolus indecẽs eſt ꝙ̃ imaculatus ſponſus ſponſã
duceret maculatã. Et ideo ſibi exhibet eam imaculataʒ:
hic per gratiã ſed in futuro per gloriã. Vnde dicit. Glo
rioſam ſcʒ per claritatẽ anime ⁊ corporis. Phil. 3°. Re-
formabit corpus hũilitatis noſtre ⁊c. Et ideo addit. Nõ
habentẽ maculam. p̃s. Ambulans in via imaculata ⁊c.
p̃s. Beati imaculati in via ⁊c. Neqꝫ rugã. id eſt ſine de-
fectu paſſibilitatis. quia vt dicit Apoc. 7. Non eſurient
neqꝫ ſitient amplius. Aut aliquid hm̃oĩ. Sed vt ſit ſan-
cta per cõfirmationẽ gratie ⁊ imaculata ab omni immũ-
dicia. Et hec omnia intelligi poſſunt de exhibitiõe que
erit in futuro per gloriã. Si autẽ de exhibitiõe per fideʒ
tũc diceret vt exhiberet ſibi ſcʒ per fidem eccleſiã glorio
ſam. quia gloria magna eſt ſequi dominũ vt dicit Eccl.
23. Non habentẽ maculã ſcʒ criminis mortalis. Macu
lata es in iniquitate tua. Iere. 2°. Neqꝫ rugã. id eſt du-
plicitatẽ intentionis quam nõ habent qui recte cõiũcti
ſunt xp̃o ⁊ eccleſie. Iob. 16. Ruge mee teſtimoniũ dicũt
contra me ⁊c. Sed magis ſanctã per intentionẽ ⁊ imma
culatã per omnimodã puritatẽ. Et hoc tercio concludit
intentuʒ dicens: Ita ⁊ viri debent diligere vxores ſuas
vt corpora ſua.

## Lectio nona.

Qui ſuam vxorem diligit ſeipſm̃ di-
ligit. Nemo enim vnq̃ꝫ carnem ſuã
odio habuit ſed nutrit ⁊ fouet eam
ſicut ⁊ xp̃s eccleſiam. quia membra ſumus
corporis eius de carne eius ⁊ de oſſibus eius
Supra induxit viros ad dilectionẽ vxorum ex parte xp̃i
vel exemplo dilectiõis quam habet xp̃s ad eccleſiã: hic
oſtendit idem ex parte ipſiuſmet viri. Et facit duo. Pri-
mo ponit rationẽ. Secũdo confirmat eam per exemplũ.
ibi. Sicut ⁊ xp̃us ⁊c. Ratio eſt talis. Vir ⁊ mulier ſunt
quoddãmodo vnũ. vnde ſicut caro ſubdit anime ita mu
lier viro. ſed nullus vnq̃ꝫ habuit carnẽ ſuam odio. ergo
nec vxorẽ. Dicit ergo. Qui ſuã vxorẽ diligit ſeipſm̃ dili-
git. Math. 19. Itaqꝫ nõ ſunt duo ſed vna caro. Et ideo
ſicut peccaret contra naturã qui ſeipſm̃ odio haberet: ita
qui vxorẽ. Eccl. 25°. In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui
meo que ſunt ꝓbata corã deo ⁊ hominibus. cõcordia fra
trum. amor proximoꝝ. ⁊ vir ⁊ mulier bene ſibi ꝯſentien
tes. Q autẽ ſic debeant diligere probat dicens: Quia
nemo carnẽ ſuam vnq̃ꝫ odio habuit. qđ patet per effectũ
quia ꝓbatio dilectiõis exhibitio eſt operis. Nam id qđ
pro viribus cõſeruamus diligimus. ſed quilibet nutrit
⁊ fouet carnẽ ſuam propter conſeruationẽ. 1ª. tymoth.
vlti. Habentes autẽ alimẽta ⁊ quibus tegamur ⁊c. Sed
contra. Luce. 14. Qui nõ odit vxorem ⁊c. nõ poteſt me
us eſſe diſcipulus. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ̃ vt apo-
ſtolus dicit: ſic homo vxorẽ debet diligere ſicut ſe. ſe au
tem debet homo diligere infra deũ. ſic ergo vxorẽ debet
diligere ſcʒ infra deuʒ. Dicit autẽ qui non odit vxorem
nõ quia precipiat eam odire quod eſſet peccatũ mortale
precipere: ſed precipit eam ita vt ſe diligere. nũc aũt mi
nor dilectio eſt quaſi quoddã odiũ reſpectu eius quod ſũ
me ⁊ plus diligit. ſcʒ reſpectu dei. ita nemo carnem ſuã
odit ⁊c. Sed cõtra. Qui diligit aliquẽ non vult nec ap
petit ab eo ſeparari. ſed ſancti volunt a carne ſeparari.
Rom̃. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpo
re mortis huius? Phil. 1. Deſideriũ habẽs diſſolui ⁊c.
Preterea nullus affligit quod diligit: ſed ſancti affligũt
carnẽ ſuam in hoc mũdo. 1ª. corinth. 9. Caſtigo corpus
meũ ⁊c. Preterea quidã occidunt ſe ſicut auditũ eſt fre-
quẽter. Item de iuda. Reſpondeo. Caro poteſt cõſide-
rari in ſe ⁊ ſic nõ habet odio: ſed naturaliter quilibet ap
petit eam eſſe ⁊ fouet eam vt ſit. Vel poteſt cõſiderari ca
ro inquantũ eſt alicui⁹ impeditiua quod volumus. ⁊ ſic
odio quoddãmodo habet per accidens. Nam omne qđ
volumus aut eſt bonũ aut malum. ſi bonũ vel eſt vt finis
vltimus ſcʒ vita eterna: a qua impedimur per carnẽ. 2ª.
corinth. 5. Quãdiu ſum⁹ in hoc corpore peregrinamur
a domino. Et quia naturaliter appetimus finẽ noſtrũ et
bene eſſe nec hoc poſſumus quãdiu in hac carne ſumus
ideo vellemus eã abijcere. non ſicut malũ odio hñtũ: ſed
ſicut bonũ minus dilectũ impediens maius bonũ. Et ſic
exponende ſunt auctoritates ſupra inducte. Infelix ⁊c.
Item deſideriũ habens ⁊c. vel conſimiles. Vel illud qđ
volumus eſt bonũ non vt finis ſed diſponens ad finem ſi
cut ſunt habitus virtutũ. hoc autem bonuʒ impedit per
carnis laſciuiã. Et ideo ſancti affligũt ⁊ macerant carnẽ
ſuam vt ſubdat ſpiritui ad repreſſionẽ concupiſcentiarũ
quia caro ꝯcupiſcit impediens acquiſitionẽ virtutũ nos
diſponentiũ ad bonũ vltimũ. Et ideo qui ſic affligit car-
nem ſuam vt ſubdat ſpiritui non odit eam ſed procurat
bonũ eius quia bonũ eius eſt ꝙ̃ ſubijciat ſpiritui. ſicut
bonũ hominis eſt ꝙ̃ ſubijciat deo. p̃s. Mihi autẽ adhe
rere deo bonũ eſt. Et ſic intelligit. Caſtigo corpus meũ
⁊c. ⁊ ꝯſimiles. vnde hoc nõ oportebat fieri in ſtatu inno
cẽtie quãdiu homo ſubditus fuit deo ⁊ caro totaliter ſub
dita fuit ſpiritui. in qua quidẽ mutua ſubiectõe conſiſte
bat bonũ originalis iuſticie. Sed aliquando illud quod
volumus eſt maluʒ. ⁊ ideo ſicut boni carnẽ affligunt vel

deponere volunt inquantū impeditiua eſt boni quod ap
petūt: ita mali inquantū caro eſt impeditiua mali quod
appetunt eam occidūt ⁊ ſe ſuſpendūt ſicut iudas. ¶ De
inde oſtēdit ꝙ virū oportet vxorē diligere. ⁊ hoc per exē
plū. Unde dicit. Sicut ⁊ xp̄s eccleſiā ſcʒ dilexit ſicut ali
q̄d ſui quia mēbra ſumus corpis. ſupra. 4. Sumus enīʒ
inuicē membra. Dicit autē de carne eius propter eandē
participationē nature. Luce. vlti. Spiritus autē carnē
⁊ oſſa non habet ⁊c. Uel dicit de carne myſtice quantuʒ
ad debiles qui ſunt carnei. ⁊ de oſſibus eius quantū ad
fortes qui ſunt oſſei.

## Lectio decima.

Propter hoc relinquet homo patrē
et matrem ſuam ⁊ adherebit vxori
ſue: ⁊ erunt duo in carne vna. Sa
cramentum hoc magnū eſt. Ego autē dico
in xp̄o ⁊ in eccleſia: Uerūtamē ⁊ vos ſingu
li vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſeipſuʒ di
ligat: vxor autē timeat virū ſuum.

Supra exhortatꝰ eſt apoſtolus epheſios ad amorē vxo
rū dupliciter ſcʒ exemplo dilectiōis xp̄i ad eccleſiā. item
ex amore hominis ad ſeipm̄: hic tercio hortatᷓ eos per au
ctoritatē ſcripture. Et circa hoc tria facit. Primo aucto
ritatē inducit. Secūdo eam myſtice exponit ibi. Sacra
mentū hoc ⁊c. Tercio adaptat eam ſcd̄m litteralē ſenſū
ad propoſitū ſuū. ibi. Uerūtamen ⁊ vos ⁊c. Auctoritas
hec dicitᷓ. Geñ. 2°. Dicta ab adam vidente vxorē ſcʒ de
coſta ſua formatā. Sed ꝯtra dicitᷓ Mat. 19. ꝙ deus hoc
dixit. Reſpondeo. Adam vt a deo inſpiratus hoc dixit:
deus autē vt adam inſpirans ⁊ docens. Nos autēʒ hoc
idem dicimus ⁊ multa alia que dicit dominꝰ ſpiritu dei
docente. Unde dicitᷓ. Mathei. 10. Non enim vos eſtis
qui loquimini ⁊c. ¶ Notandū hic eſt ꝙ in predicta au
ctoritate triplex ꝯiunctio viri ad mulierē deſignatᷓ. Pri
ma per affectū dilectionis qꝛ eſt tantus affectus vtriuſq;
vt patres relinquāt. 2. Eſdre. 9. Diligit homo vxorem
ſuam magis q̄ꝫ patrem ⁊ multi dementes facti ſunt pro
pter vxores ſuas ⁊c. ibi multa. Hoc autem naturale eſt
quia appetitus naturalis eſt cōcors debite actiōi. Con
ſtat autē ꝙ omnibus agentibus ſuperioribus ineſt ap
petitus vt propinēt ⁊ cōicent inferioribus. Et ideo amor
naturalis ineſt eis verſus inferiora. Et quia homo reſpe
ctu patris ⁊ matris eſt inferior non ſuperior. ideo ad vxo
rem cuius eſt ſuperior ⁊ ad filios naturaliter plus affici
tur q̄ꝫ ad parentes. ⁊ etiam quia vxor ſibi coniūgitur ad
actum generatiōis. ¶ Secunda coniūctio eſt per cōuer
ſationē. Unde dicit. Et adherebit vxori ſue ⁊c. Eccľ. 25
In tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo ⁊c. ¶ Tercia eſt
per carnalē coniunctionē ibi. Et erunt duo in carne vna
id eſt in carnali opere. In qualibet enim generatione eſt
virtus actiua ⁊ paſſiua. ſed in plantis vtraq; eſt in eodē.
In perfectis autē diſtinguūtur. Et ideo in actu genera
tionis ita ſe habēt maſculus ⁊ femina in animalibus ſi
cut in plantis toto corpore. ¶ Conſequēter exponit eaʒ
myſtice ⁊ dicit ſacramentū hoc magnū eſt. id eſt ſacre rei
ſignū. ſcilicet coniūctionis xp̄i ⁊ eccleſie. Sapientie. 6°.
Non abſcondā a vobis ſacramentū dei. ¶ Notandū eſt
hic ꝙ quattuor ſacramenta dicuntᷓ magna. ſcilicet bapti
ſmus ratiōe effectus quia delet culpam ⁊ aperit ianuam
paradiſi. Confirmatio ratiōe miniſterij. quia ſolū a pon
tificibus ⁊ non ab alijs confertᷓ. Euchariſtia ratiōe con
tinentie quia totum xp̄m continet. Item matrimoniū ra
tione ſignificatiōis quia ſignificat coniūctionem xp̄i ⁊ ec
cleſie. Et ideo ſi myſtice exponatᷓ debet ſic exponi litte
ra precedens. propter hoc relinquet homo patreʒ ⁊ ma
trem ſcilicet in ſempiternuʒ. Reliquit inquā patrem in
quantū eſt miſſus in mundū ⁊ incarnatus. Joh. 16. Exi
ui a patre ⁊ veni in mundū ⁊c. Et matrē ſcilicʒ ſynago
gam. Jere. 12. Reliqui domū meam ⁊ dimiſi heredita
tem meā ⁊c. Et adherebit vxori ſue eccleſie. Math. vl
timo. Ecce vobiſcū ſum omnibus diebus ⁊c. ¶ Conſe
quenter argumentatᷓ ſcd̄m ſenſum litteraleʒ exponendo
predictū exemplum. Quedam enīʒ ſunt in ſacra ſcriptu
ra veteris teſtamenti: que tantum dicūtur de xp̄o ſicut il
lud. p̄s. Foderunt manus meas ⁊c. et illud Eſaie. 7°.
Ecce virgo concipiet ⁊c. Quedam vero de xp̄o et alijs
exponi poſſunt. ſed de xp̄o pricipaliter. de alijs vero in
figura xp̄i ſicut predictū exemplum. Et ideo primo expo
nendum eſt de xp̄o ⁊ poſtea de alijs. Et ideo dicit. Ue
rumtamen ⁊ vos ſinguli vnuſquiſq; vxorē ſuam diligat
Quaſi dicat. De xp̄o dicitur principaliter tamē implen
dum eſt in alijs ⁊ ſi figuraliter in figura xp̄i. Dicit auteʒ
Sicut ſemetipm̄: quia ſicut vnuſquiſq; ſe diligit in ordi
ne ad deum: ita debet vxorē diligere non inquantū tra
hit ad peccatū. Luce. 14°. Si quis venit ad me ⁊ non
odit patrem ⁊ matrē ⁊ vxorem ſuaʒ ⁊c. ¶ Sequitᷓ. Non
poteſt meus eſſe diſcipulus. Sed quid de vxore? vxor
autē virum timeat. ſcʒ timore ⁊ reuerentie ⁊ ſubiectiōis
quia debet ei eſſe ſubiecta.

## Capitulum ſextum.

Filij obedite parentibus veſtris
in domino. Hoc enim iuſtum eſt
Honora patrem tuum ⁊ matrem
tuam quod eſt mandatuʒ primū
in promiſſione vt bene ſit tibi ⁊ ſis longeuꝰ
ſuper terram. Et vos patres nolite ad ira
cundiam prouocare filios veſtros: ſed edu
cate illos in diſciplina ⁊ correctione dn̄i.

Supra monuit virum ⁊ vxorem que eſt vna connexio fa
milie: hic monet patrem ⁊ filios que eſt ſecūda connexio
domus Et primo facit monitionē quomodo filij ſe debe
ant habere ad parentes. Secundo quomodo econuerſo
patres ad filios ibi. Nolite ⁊c. Prima in duas. Primo
proponit monitionē. Secundo oſtendit rationem. ibi.
Hoc enim eſt iuſtū ⁊c. Dicit ergo. Filij obedite ⁊c. No
tandum eſt hic ꝙ patres debent naturaliter inſtruere fi
lios moribus: filij autem inſtruentibus parentibus na
turaliter debent eis obedire. Coľ. 3°. Filij obedite ſcili
cet patribus per omnia. hoc eſt enim beneplacitū domi
no ⁊c. Dicit autem in domino: quia non eſt obediēduʒ
parentibus nec alicui in his que ſunt contra deū. Actu.
5°. Obedire oportet deo magis q̄ꝫ hominibus. Et per
hoc ſoluitur auctoritas modo allegata. Luce. 14°. Si
quis venit ad me ⁊ non odit patrem ⁊c. quia hoc intelli
gitur inquantū ſunt contra deum. Rationē autem aſſi
gnat ex duobus ſcilicet ex iuſticia ⁊ vtilitate. ꝙ auteʒ ſit
iuſtum patet ac probatur. quia lex diuina nihil mandat
niſi iuſtum. p̄s. Juſticie domini ⁊c. Sed hoc mādat lex
diuina. Exodi. 20°. ⁊ Deutrono. 5°. Honora patrem
tuum ⁊ matrem tuam ⁊c. Eccľ. 3°. Qui timet deum ho
norat patrem ⁊c. Honor autem importat exhibitionem
reuerentie his qui ſupra nos ſunt. Sed quia parentes
habemus ſupra nos vtitur nomine honoris. Dicit er
go. Hoc enim iuſtum eſt. Honora patrem tuum et ma

trem ⁊c. Eccleſ. 3°. Qui honorat patrem ſuum vita vi-
uet longiore. Item qui obedit patri refrigerabit matrē.
Et hoc intelligit tripliciter ꝙ filij debēt parentes hono-
rare. qꝛ debent eis reuerentiam ſicut maiorib⁹: obedien-
tiam ſicut inſtructorib⁹: ſuſtentamenta ſicut nutrientib⁹
cum fortes erant. ¶ Deinde aſſignat dignitatē huius ꝑ
cepti dicens. Quod eſt mandatū ꝑmū. Contra. imo mā
datum primū eſt ꝙ eſt colendus vnus deus. Reſpōdeo
Mandata continent in duabus tabulis. Prima conti-
net ea que ordinant ad deum. Secunda ea que ad proxi
mū. ⁊ in hac ſecunda ꝑmum mandatū eſt de honore pa-
rentum. Et hoc duplici de cauſa. Primo qꝛ in illa ſecū-
da tabula nullum eſt ꝑceptū affirmatiuū niſi iſtud. qꝛ na
turale eſt nobis vt parentibus ſeruiamus. non aūt ſic ali
is proximis. ideo nullum aliud affirmatiuū. Sed natu-
ra dictat vt nō inferat homo ꝓximis nocumentū. ⁊ ideo
ꝓhibet. quia ergo primū plus et ꝑus habet de debito:
ideo primū. Secundo qꝛ deus honorandus eſt ſicut ꝑn-
cipium noſtri eſſe. ⁊ quia parentes ſunt etiam ꝑncipium
noſtri eſſe. quia vt dicit ſexto ethicorum. Tria habemuſ
a parentib⁹: ſcʒ eſſe: viuere: ⁊ diſciplinā. ideo cōueniēs
eſt vt poſt mandata ordinata ad deum ꝑmum eſſet ordi-
natum ad parentes. Uel ꝑmum quo ad ꝓmiſſionē: quia
iſti ſoli addit ꝓmiſſio. Et huius eſt duplex ratio. Una ē
qꝛ homines in alijs que agunt querunt vtilitatē ꝓpriā.
⁊ qꝛ a parentibus iam ſenibus nullam expectant vtilita
tem niſi a deo ꝓuenientem. Secunda ratio eſt ne aliq̄s
credat ꝙ honoratio parentū nō ſit meritoria. qꝛ natura-
lis eſt. ideo addit vt ſis longeuus ſuper terram. In vete
ri autē teſtamento promittebant ꝓmiſſiones tempora-
les: quia populus ille paruul⁹ erat, ideo gratioſe inſtru
endus ſub pedagogo ſicut paruulus. Tamē in illis par-
uis munuſculis populum illum paruū docentibus figu-
rabant magna bona ſcʒ ſpiritualia. Et iō poteſt hoc re-
ferri ſm ſenſum litteralem ad bona temporalia. Et ſic di-
cit in ꝓmiſſione vt bene ſit tibi id eſt vt bonis promiſſis
abundes. Nam qui gratus eſt in minoribus beneficijs:
meret maiora recipere: maxima autē beneficia habemuſ
a parentibus ſcʒ eſſe nutrimentū ⁊ diſciplinā. Quādo
ergo quis gratus eſt his: ſit dignus vt maiora recipiat:
Et ideo dicit. Ut bene ſit tibi. qꝛ vt dicit. 1. Ti. 4. Pie
tas ad oīa vtilis eſt ꝓmiſſionē habens vite que nunc eſt
⁊ future. Et ideo addit: Ut ſis longeuus ſuper terrā: q̄ſi
ſupra grad⁹ vite quā habes a parētib⁹. ꝓuer. 3. Lōgitu
do dierū in dextera ei⁹ ⁊ ī ſiniſtra illi⁹ diuitie ⁊ glīa. Sʒ
contra. Multi deuoti parentibus cito moriunt. Et ideo
ſciendū ꝙ hec temporalia nō ſunt bona abſolute: niſi in-
quātū ordinata ad ſpūalia. ⁊ iō intantū hoī bona inq̄tuʒ
ꝑ ea iuuat ad ſpūalia. Uñ fortuna non eſt dicenda bona
ſi eſt impediens a virtute. Et ideo longitudo vite intan-
tum eſt bona inq̄tum ad ſeruitia dei ē ordinata. Et ideo
q̄ñq̄ʒ ſubtrahit ne impediat Sap̄. 4. Raptus eſt ne ma
licia mutaret intellectum eius. Uel poteſt referri ad ſen
ſum ſpiritualē vt ſis logeuus in terra viuentiū. pſ̄. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter
nomen tuum domine viuificabis me. ¶ Conſequenter
inſtructis filijs inſtruunt parentes. Circa quod duo fa-
cit. Primo ponit vnum ꝓhibitiuū. Secundo aliud in-
ductiuum ibi. Sed educate eos ⁊c. Dicit ergo. Et vos
patres nolite ꝓuocare filios veſtros ad iracundiam: nō
ꝙ in omnibus aſſentiatis voluntati eorum. Ubi notan-
dum eſt ꝙ alius eſt ꝑncipatus patris ad filium ⁊ domini
ad ſeruū. qꝛ dñs vtit ſeruo ſuo ad vtilitatē ꝓpriā. ſʒ pa-
ter vtitur filio ad vtilitatē filij. Et ideo eſt neceſſe ꝙ pa-
tres inſtruant filios ꝓpter vtilitatē ſuam non tamen ni-
mis arcendo aut ſubijciendo. Et ideo dicit Col. 3. Pa-
tres nolite ad indignatiōʒ ꝓuocare filios veſtros vt ſcʒ
nō puſillo animo fiant. qꝛ talis ꝓuocatio nō animat ad
bonum. Quomodo ergo ſubdit. Sed educate illos in
diſciplina ſcʒ verborūʒ et correctione ſcilicet verboꝝ id
eſt corripite eos et educate vt ſeruiant domino. Uel in
diſciplina eos ad bonuʒ inducendo. et correccione a ma
lis retrahendo.

## Lectio ſecunda.

Erui obedite dominis carnalib⁹
cū timore ⁊ tremore ī ſimplicitate
cordis vr̄i ſicut xp̄o: nō ad oculuʒ
ſeruientes: quaſi hominibus placentes: ſed
vt ſerui chriſti facientes voluntateʒ dei ex
animo cum bona voluntate ſeruiētes ſicut
domino ⁊ non hominibus: ſcientes quoniā
vnuſquiſq̄ʒ quodcūq̄ʒ fecerit bonuʒ: hoc re-
cipiet a domino ſiue ſeruus ſiue liber. Et
vos domini eadem facite illis remittentes
minas: ſcientes quia ⁊ illorum ⁊ veſter do-
minus eſt in celis. ⁊ perſonarū acceptio nō
eſt apud deum.

Inſtructis duabus connexionibus ſcilicet viri ⁊ mulie-
ris patris et filij: hic inſtruit connexionem ſerui ad do-
minum. Et circa hoc facit duo. Primo inſtruit ſeruum.
Secundo dominum ibi. Et vos domini. ⁊c. Iterum pri
ma in tres. Primo enim ponit monitionem. Secundo
exponit eam ibi. Non ad oculum ſeruientes ⁊c. Tertio
oſtendit retributionem ibi. Scientes quoniā vnuſquiſ-
q̄ʒ ⁊c. Iterum prima in tres. Quia primo monet ad obe
dientiam. Secundo ad reuerentiam. Tertio ad cordis
ſimplicitatem. Secūda ibi. Cum omni timore ⁊c. Ter-
tia ibi. In ſimplicitate ⁊c. Monet eñi eos ad obediētiaʒ
ex imperio domini. Unde dicit. Serui obedite domi-
nis carnalibus. Monet eos ad reuerentiā dicens. Cum
omni timore. Malach. 1. Si ego dominus vbi eſt timor
meus? Item cum tremore exterius. pſ̄. Seruite domi-
no in timore. ⁊c. Item in ſimplicitate. Sap̄. 1. In ſimpli-
citate cordis veſtri ⁊c. Luc. 12. Fidelis ſeruus ⁊c. Iob
1. Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob. ⁊c. Et pau
lopoſt. Uir ſimplex ⁊c. Sic enim ſeruiendum eſt chriſto
Unde dicit. Sicut chriſto. Sap̄. 1. In ſimplicitate cor-
dis querite illum. 1. paral. 29. Domine deus in ſimpli-
citate cordis mei letus obtuli vniuerſa. Dicit etiaʒ. Si-
cut chriſto. quia a domino chriſto eſt ꝙ domin⁹ aliquid
poſſit. Ro. 13. Qui poteſtati reſiſtit: dei ordinationi re-
ſiſtit. Et ideo ſeruiendum eſt eis ſicut chriſto. in his que
non ſunt contra fidem nec contra ipſum. Exponit autē
In ſimplicitate. ⁊ primo remouet quod ſimplicitati con-
trariatur. Secundo docet modum conuenientē ibi. Fa-
cientes voluntatem dei ⁊c. Contrarium autem ſimplici
tatis eſt ꝙ ſeruus habeat oculum ad dominum ⁊ non ad
complacentiam domini. Talis enim ſeruus non habet
ſimplicitatem ⁊ rectam intentionem. Et ideo hoc prohi-
bet dicens: Non ad oculum ſeruientes ſcilicet domino
propter lucrum temporale tantum quaſi hominibus pla
centes id eſt complacere volētes. Gal. 1. Si adhuc ho
minibus placerē: chriſti ſeruus non eſſem. Sed vt ſerui
chriſti. Coloſſeñ. 3. Domino chriſto ſeruite. Et quomo
do? Facientes voluntatem dei. ſcilicet implendo man-

data eius opere. pſ. Facientes verbum illius ſicut xp̄us Jo. 6. Deſcendi de celo. non vt facerē volūtatē meā: ſed voluntatem eius q̄ miſit me. Hec eſt em̄ volūtas eius q̄ miſit me ſcʒ vt obediam hominibus ꝓpter deuʒ Et ideo dicit. Sicut ſerui xp̄i. ⁊ ſicut ſeruientes dn̄o non hominibus ſcʒ nō ꝓpter ſe ſed ꝓpter dominū. Quō? Ex aīo. Col. 3. Quodcūqȝ facitis ex animo operamini ſicut dn̄o ⁊ nō hominibus. Item cum bona voluntate ⁊ recta intētione Col. 4. Stetis ꝑfecti ⁊ pleni in om̄i volūtate dei. ¶ Deinde ſubiūgit remunerationē dicens. Scientes ꝙ a domino ⁊c. 1. Jo. 5. Scripſi vobis vt ſciatis ⁊c. Om̄ vnuſquiſqȝ ſiue ſeruus ſiue liber ſine ꝑſonarum acceptione. Non em̄ eſt ꝑſonarum acceptio apud deum Gal. 3. Non eſt ſeruus neqȝ liber: non eſt maſculus neqȝ femina oēs em̄ vos vnū eſtis ī xp̄o ieſu. Act. 10. In veritate cōperi quoniā non eſt perſonaꝝ acceptor deus. ſed in om̄i gente qui timent deum ⁊ operatur iuſticiam ⁊c. Ecc. 9. Quodcūqȝ poteſt facere man⁹ tua inſtanter operare ⁊c ¶ Percipiet a dn̄o ꝓ remuneratiōe. Col. 3. Sciētes ꝙ a domino accipient retributionēʒ hereditatis. ¶ Deinde cum dicit. Et vos dn̄i. ⁊c. inſtruit domnios ⁊ facit duo. Primo ponit monitionē. Secūdo ſubdit rōem ibi. Scientes qꝛ et illorum ⁊c. Dicit ergo. Et vos domini eadeʒ faciatis. eadem ſcʒ idemptitate ꝓportionis. vt ſicut illi ex animo ⁊ bona volūtate: ita ⁊ vos faciatis Ecc. 33. Si eſt tibi aliquis ſeruus fidelis: ſit tibi ſicut anima tua. Remittentes minas non ſoluʒ verba vel flagella. Et quare Rationē ſubdit dicēs. Scientes qꝛ ⁊ illoꝝ ⁊ veſter dominus eſt in celis. Nam idē dn̄s omniū. Ro. 10. Quaſi dicat. conſerui eſtis. ⁊ ideo debetis vos bene habere ad eos Math. 18. Oportuit ⁊ te miſereri ꝯſerui tui. Non eſt perſonaꝝ acceptio apud deum. Ro. 2. Idem dicitur Luc. 20. Nō accipis ꝑſonā hoīm Act. 10. idem.

## Lectio tertia.

De cetero fratres ꝯfortamini in domino ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. qm̄ nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinem: ſed aduerſus principes ⁊ poteſtates. aduerſus mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitie in celeſtibus.

Supra poſuit ap̄lus multa p̄cepta generalia ⁊ ſpecialia ad deſtruendā vetuſtatem peccati ⁊ induendā nouitatē gratie: hic oñdit qua virtute debent vti ad precepta hec implenda: qꝛ fiducia auxilij diuini. Circa qḋ duo facit. Primo ponit monitionē. Secundo in ſpeciali explicat eam ibi. Quia non eſt nobis colluctatio ⁊c. Prima in duas: qꝛ p̄mo oſtendit de quo debemus cōfidere ſicut de interiori. Secundo oſtendit de quo debemus confidere ſicut de exteriori ibi. Induite vos ⁊c. Illud autē interi⁹ de q̄ debemus cōfidere eſt auxiliū diuinū. Et ideo dicit. De cetero fratres confortamini Jere. 17. Benedict⁹ vir qui cōfidit in domino ⁊ erit domin⁹ fiducia eius ⁊c. Duplici autē ratione confidit quis de aliquo. Vna eſt qꝛ ad eū ꝑtinet ſua defenſio. Alia eſt qꝛ potens eſt ⁊ parat⁹ eſt euʒ defendere. Et hec duo ſunt in deo reſpectu creature ſue. qꝛ cura eſt deo de vobis vt dicit̄. 1. Pe. vltio. Om̄em ſollicitudinē vr̄am ꝓiicientes in eū. qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Itē ipſe potēs ē ⁊ prompt⁹ auxiliari. Et iō dicit. De cetero fratres ⁊c. Quaſi dicat. Poſtq̄ vos inſtruxi confortamini non in vobis ſed in domino qui curam habet de vobis. pſ. Mihi autē adherere deo bonū eſt ⁊c. Eſa. 35. Dicite puſillanimes confortamini ⁊c. Jere. 20. Domin⁹ mecuʒ eſt tanq̄ bellator fortis. idcirco qui me perſequuntur cadent ⁊c. Et in potentia ⁊c. Luc. 1. Qui potens eſt. Et licet in deo virtus ⁊ potētia ſint idem. tn̄ qꝛ virtus eſt vltimū de potentia ⁊ quaſi perfectio potentie. ideo dicit. In potentia virtutis eius id eſt in potētia virtuoſa Phil. 4. Omnia poſſum in eo qui me confortat Job. 17. Pone me iuxta te ⁊ cuiuſuis man⁹ pugnet contra me. Sed poſſet dici. ſi deus poteſt ⁊ vult debem⁹ eſſe ſecuri. Ideo reſpondens dicit ꝙ nō: immo debet quilibet facere qḋ in ſe eſt. qꝛ ſi inermis iret ad bellum quantūcūqȝ rex protegeret eum eſſet in periculo. Et ideo dicit Induite vos armaturā dei id ē dona ⁊ virtutes. Ro. 13. Abiiciamus ergo opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis ⁊c. Col. 3. Induite vos ergo ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera miſericordie benignitatē: humilitatē: modeſtiam ⁊c. qꝛ ꝑ virtutes homo ꝓtegit̄ contra vitia. Sʒ contra: qꝛ domin⁹ eſt rex ita potens ꝙ nullus poteſt euʒ impugnare. Reſpondeo. verū eſt ꝑ violentiam: ſed ꝑ inſidias ⁊ fallaciam impugnat eum diabolus in membris ſuis non in ſe. qꝛ vt dicit̄ Ecc. 11. Multe ſunt inſidie doloſi ⁊c. Et ideo ſubdit. Vt poſſitis ſtare contra inſidias diaboli. 1. Pe. 5. Sobrij eſtote ⁊ vigilate ⁊c. pſ. Inſidiatur in abſcondito quaſi leo ⁊c. ¶ Conſequēter cum dicit. Quia nō eſt nobis colluctatio ⁊c. explicat in ſpeciali monitionem. Et p̄mo de inſidijs inimicoꝝ. Secundo de armatura ſumenda ibi. Preterea accipite ⁊c. Tertio de fiducia xp̄i habenda ibi. Per oēm orationeʒ. ⁊c. Deſcribit autē inſidias: qꝛ quando aliq̄s hoſtis iminet ſi ſit debilis: ſtultus: ⁊ huiuſmodi non eſt multum cauenduʒ nec timendū de eo. Sed quādo eſt potens: nequā: ⁊ callidus tunc eſt timēdus. Hec tria ſunt in diabolo. Prio qꝛ nō eſt debilis. Et ꝓpter hoc dicit ꝙ nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē ⁊c. Per carnē ⁊ ſanguinem intelligunt̄ duo vitia carnis. 1. corin. 15. Caro ⁊ ſanguis regnum dei non poſſidebunt. Et homines carnales. Gal. 1. Continuo nō acquieui carni ⁊ ſanguini id eſt hominibus carnalib⁹. Dicit ergo. Non eſt nobis colluctatio ⁊c. qḋ videt̄ eſſe falſuʒ qualitercūqȝ accipiat̄: qꝛ vt dicit̄ Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſp̄m ⁊c. pſ. Multi qui ꝑſequunt̄ me. Reſpondeo dupliciter. Prio vt dicamus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus ⁊c. ſupple tm̄ q̄n etiā aduerſus diabolū. Vel qꝛ actio q̄ inſtrumēto attribuit̄ eſt p̄ncipalit̄ agētis. Et ſic accipit̄ illḋ. Ro. 9. Non eſt volentis neqȝ currentis: ſed miſerentis dei. Quaſi dicat. ꝙ vultis aliq̄d vel facitis a vobis nō ē. ſʒ aliunde ſcʒ a deo. ſic hic. Non eſt nobis colluctatio. ⁊c. id eſt ꝙ nos impugnent ſcʒ caro et ſanguis hoc non eſt eorum principaliter: ſed a ſuperiore mouente ſcʒ a diabolo. ¶ Conſequēter deſcribit̄ a potentia: qꝛ aduerſus p̄ncipes et poteſtates tenebraꝝ haꝝ Jo. 14. Venit em̄ p̄nceps hui⁹ mūdi ⁊c. Dicit̄ aūt p̄nceps mūdi nō creatiōe: ſed imitatione mūdanoꝝ. Jo. 1. Et mūdus eū nō cognouit id ē p̄ncipes mūdani. Vel dicit̄ p̄nceps q̄ſi p̄matū capiens. Vn̄ p̄ncipes q̄ſi p̄mi duces ad aliq̄d. pſ. Principes cōiuncti pſallentib⁹ Gen̄. 23. Princeps dei es apd̄ nos. Ad poteſtatem autē ꝑtinet iuſticiam exercere. Inq̄tum ergo aliq̄ demones inducunt aliquos ad rebellandum deo dicunt̄ p̄ncipes. inquantū vero habent poteſtatem puniendi illos qui eis ſubiiciunt̄ dicunt̄ poteſtates Luc. 22. Hec eſt hora veſtra ⁊ poteſtas tenebrarum ⁊c. Sʒ cū ex ordinib⁹ om̄ibus ceciderint aliq̄ quare mētionem facit ap̄lus de illis duobus ordinib⁹ denominans demones. Reſpondeo. In nominibus ordinuʒ ſunt tria. In quibuſdam em̄ importatur ordo ad deuʒ. in quibuſ

dam vero poteſtas. in quibuſdā vero dei miniſterinʒ. in nominib⁹ em̄ cherubin ⁊ ſeraphin ⁊ thronoꝝ importāt conuerſio ad deum. Demones autē auerſi ſunt a deo. et ideo eis non competūt hec nomina. Item quedā noīa important ordinē ad miniſteriū dei ſicut angeli ⁊ archāgeli. ⁊ iſta etiā noīa non competunt demonibus niſi cuʒ adiuncto ſcʒ ſathane. Tertio etiam qꝛ virtutes et dñationes important ordinē ad ſeruitiū dei. ideo eis non cōueniunt hec nomina. ſed tm̄ iſta duo q̄ cōmunia ſunt bonis ⁊ malis ſcʒ ꝑncipatus ⁊ poteſtates. Sunt ergo ⁊ potentes ⁊ magni. ideo habent magnū exercitū contra quē habemus pugnare aduerſus mundi rectores tenebrarū harum ſcʒ peccatorū. ſupra. 5. Eratis em̄ aliquādo tenebre ⁊c. qꝛ quicq̄d eſt tenebroſum totuʒ eſt de ordine iſtorum ⁊ ſubiectū eis. Gloſa. Mali homīes ſunt equi: diaboli equites. ergo occidamus ⁊ equos poſſideam⁹ Jo. 1. Et tenebre eum non cōprehenderunt. ¶ Sunt etiā aſtuti: qꝛ contra ſpūalia nequitie id eſt cōtra ſpūales neq̄tias. emphatice loquendo ꝑ qḋ intelligit̄ plenitudo nequitie Dicit autē ſpūalia nequitie qꝛ quanto eſt altior ſm̄ naturam tanto quādo conuertit̄ ad malum eſt peior ⁊ nequior. Unde phūs dicit q̄ homo malus eſt peſſim⁹ animalium. Et ideo dicit. ſpūalia nequitie. qꝛ ſpūales ⁊ neq̄ſſimi ſunt. Et dicit in celeſtibus duplici de cauſa. Uel vt oñdat virtutē ⁊ auantagiū quā tangit ſuꝑandi nos. qꝛ nos in t̄ra: ipſi aūt ī alto ſcʒ ī aere iſto caliginoſo. ⁊ iō habent partem meliorē Luc. 8. Uolucres celi comederunt illud. Uel dicit in celeſtibus. qꝛ ꝓ celeſtibus eſt iſta pugna ⁊ hoc debet animare nos ad pugnā.

## Lectio quarta.

**P**ropterea accipite armaturaʒ dei vt poſſitis reſiſtere in die malo: ⁊ in omnibus perfecte ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate: ⁊ induti loricam iuſticie ⁊ calciati pedes in p̄parationem euangelij pacis. In omnib⁹ ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: ⁊ galeam ſalutis aſſumite: ⁊ gladium ſpūs quod eſt verbum dei.

Supra expoſuit aplus qḋ dictū ē d̄ inſidijs diaboli: hic monet nos de armatura ſumēda. Et circa hoc facit duo Primo concludit ex premiſſis armature neceſſititatem. Secūdo armoꝝ diuerſitatē deſcribit ibi. State ergo ⁊c̄ Dicit ergo. habetis hoſtes malos nequiſſimos ⁊ potentes ⁊ ꝓ re ardua pugnantes. qꝛ ꝓ celeſtibus: propterea accipite armaturā dei id eſt armemini ſpūalibus armis. 2. corin. 10. Arma militie nr̄e nō ſunt carnalia: ſʒ potentia deo ad deſtructionē munitionū ⁊c. Et hoc vt poſſitis reſiſtere. 1. Pe. 5. Cui reſiſtite fortes in fide. ⁊c. Jac. 4. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vob. Quātomagiſ em̄ ei cedit tanto plus inſeq̄t. ¶ In die malo. Et hoc ꝓpt̄ mala q̄ in die fiunt. ſupra. 5. Redimentes tēpus qm̄ dies mali ſunt. Ecc̄. 7. Diem malam precaue ⁊c. Item accipite non ſolum ad reſiſtendū: ſed etiam ad ꝑficiendū. Et in omnibus ꝑfecti ſtate id eſt in aduerſis ⁊ proſperis imobiliter ſtate. Jac. 1. Sitis ꝑfecti in nullo deficiētes. De hoc. 1. Pe. 1. Perfecti ſperate in eam que offert̄ vobis gratiam ⁊c. Sed nunq̄d oēs debent perfecti eſſe. Reſpondeo. duplex eſt ꝑfectio. Una ſufficientie quā habet hō ſm̄ q̄ eſt neceſſariū ad ſalutē ſicut illḋ. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. quaſi dicat. Ut nihil ſit in corde tuo quod ſit contra deuʒ. Et hoc eſt de neceſſitate ſalutis. Jac. 1. Ut ſitis ꝑfecti ⁊ integri in nullo deficientes ⁊c. Alia eſt perfectio totalis abundātie q̄ eſt ꝑfectio patrie que eſt conſūmata gloria in hoc q̄ ꝑfectus totalit̄ inhereat deo. Matth. 22. In reſurrectione neq̧ nubent neq̧ nubent̄: ſed ſunt ſicut angeli dei in celo. Et de hac loq̄bat̄ aplus Phil. 3. Nō q̄ iam acceperim aut q̄ iam ꝑfectus ſim. Et paulopoſt. Fratres ego non arbitror me comprehendiſſe. Alia eſt media ſcʒ cōſilij qua homo nititur ſe abſtrahere ab his ⁊ ire ad illas. ¶ Deinde cū dicit. State ergo ⁊c. Deſcribit diuerſitatē armoꝝ. Eſt aūt triplex genus ſpūalium armoꝝ ad ſimilitudinē corporalium. quorum quedam ſunt ſimilia indumento ad tegendum. quedā vero ad ꝓtegenduʒ: ⁊ quedā ad impugnādum. Indumēto autē tria ſunt neceſſaria. Primo q̄ cingatur. Et quātū ad hoc dicit. State ergo ſuccincti lumbos veſtros ⁊c. Sed prius induit ſe homo q̄ ſe cingat. Apoſtolus autē accipit hec ſm̄ ordinē armature ſpūalis In bello autē ſpūali prius eſt neceſſe cōcupiſcentias carnis reſtringere ſicut vicin⁹ hoſtis eſt ꝑus vincend⁹. hoc autē fit ꝑ reſtrictionem lumborū in quib⁹ viget luxuria qḋ fit ꝑ temperantiā que gule ⁊ luxurie contrariat̄ Luc. 12. Sint lumbi veſtri precincti ⁊c. Job. 38. Accinge ſicut vir lumbos tuos. ⁊c. Sed in veritate id ē in rectitudine intentionis non ſimulate. Alia lr̄a habet in charitate. 1. cori. vltimo. Oīa veſtra in charitate fiant. Secundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex auteʒ inuenit̄ armatura contra eas: ſcʒ iuſticia ⁊ abrenūciatio rerum temporaliū. Et ideo ꝑmo p̄cepit vt eas non iniuſte vſurpem⁹ qḋ facit iuſticia. Et ideo dicit. Induite loricam iuſticie ſcʒ ꝑ quam homo abſtinet a rebus alienis Dicit̄ autē iuſticia lorica: qꝛ ſicut lorica tegit mēbra: ita iuſticia virtutes oēs. Sap. 5. Induet ꝓ thorace iuſticiam ⁊ accipiet ꝓ galea iudicium certū. Item vt rerum temporalium curam ſuꝑfluā deponam⁹. qꝛ dum his nimis intendim⁹ nō habem⁹ pedes paratos ad diuina negocia ⁊ myſteria annūcianda. Et ꝓpter hoc dicit. Calciati pedes id eſt affect⁹ diſpoſiti in p̄paratione euāgelij pacis. In ſignuʒ hui⁹ miſit aplos dñs. Marci. 6. calciatos ſandalijs q̄ habent ſubtus ſoleas ꝑ quod ſignificat̄ eleuatio mentis a terrenis ⁊ apperti ſunt ſuperius: ꝑ qḋ ſignificat̄ promptitudo ad diuinā ſapientiā. Dicit auteʒ pacis. qꝛ ꝑ euangeliuʒ pax nobis annūciat̄. Matth. 10. In quācūq̧ domū intraueritis dicite pax huic domui. Item ſecundo ſunt arma ad ꝓtegendū. Duo autē in nobis ſunt ꝓtegenda que ſunt principia vite. ſcʒ pectus in quo eſt cor. ⁊ caput in quo eſt cerebruʒ. Pro pectore aūt eſt ſcutum. Et ideo dicit. In omnib⁹ ſumentes ſcutū fidei. qꝛ ſicut ſcutū ſupponit̄ omib⁹ armis: ita fides omībus alijs virtutib⁹. Alia ſunt em̄ arma virtutū moraliū ſcʒ temꝑantie id eſt ſuccinctio lumboꝝ ⁊ iuſticie id ē induitio lorice. ſed hoc genus armoꝝ ſcʒ ſcutum eſt virtutis theologice ſcʒ fidei. qꝛ ſicut ꝑ ſcutū repellūt̄ tela: ita ꝑ fidem oīa contraria ⁊ habet̄ victoria. Heb. 11. Sancti ꝑ fidem vicerūt regna. Sed ꝑ virtutes morales vincim⁹ poteſtates terrenas. Et ideo ait. In q̄ poſſitis oīa tela ignea nequiſſimi extinguere. ſcʒ diaboli: cuius tela ſunt quedā īmiſſiones ꝑ angelos malos. Ignea ſunt qꝛ adurētia prauis ꝯcupiſcētijs. pſ. Supcecidit ignis ⁊c̄. Hec aūt ꝑ fidem extinguunt̄ q̄ tēptationes p̄ntes ⁊ tranſitorias extinguit ꝑ bona ſpūalia et̄na que ꝓmittit ſacra ſcriptura. Unde dominus Math. 4. diabolo temptanti proijciebat ⁊ opponebat auctoritates ſacre ſcripture. Et ſic debem⁹ facere: ſi temptat de gula ſm̄ illud Deut. 8. Non in ſolo pane viuit homo. Uel illud. Nō eſt regnū dei eſca ⁊ potus. Ro. 14. Si de luxuria Nō mechaberiſ

Si de furto. Non furtum facies. ꝛ ſic de alijs. Dicit aũt
ſcutum fidei. q: ſicut ꝓtegit totum pectus: ita fides de-
bet eſſe in pectore. Spes autē dicit galea. q: ſicut galea
eſt in capite: ita caput virtutũ moraliũ eſt finis. ꝛ de hoc
eſt ſpes ſcꝫ de fine. Et ideo dicit. Et galeaꝫ ſalutis aſſu-
mite. ¶ Item tertio ſunt arma ad pugnandũ. q: non ſo-
lum ſufficit ſe defendere: ſed etiam aduerſariũ impugna-
re. Hoc autē ſicut fit ꝑ gladium corporaliter: ita ꝑ ver-
bum dei qḋ ē ſpũſſancti ſpũaliter. Et ꝓpt̃ hoc dicit. Et
gladium ſpũs quod eſt verbuꝫ dei ſcꝫ aſſumite Heb. 4.
Uiuꝰ ē ſmo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilioꝛ oĩ gladio an-
cipiti ꝑtingēs vſqꝫ ad diuiſionē aīe ꝛ ſpũs. Et predica-
tio dicitur gladius ſpũs: q: non penetrat vſqꝫ ad ſpiritũ
niſi ducat a ſpũſancto. Matth. 10. Non enim vos eſtis
qui loquimini. ſed ſpiritus patris veſtri qui loquit̃ in vo-
bis. Sic ergo habemus arma quibꝰ defendamur a car-
nalibus hoſtibus ſcꝫ a gula ꝛ luxuria qḋ fit ꝑ temperan-
tiam ibi. State ergo ſuccincti lumbos veſtros ꝛc. Item
quibus vincamꝰ cupiditates terrenas ſcꝫ arma iuſticie:
que abſtinere nos faciunt ab illicitis ibi. Induti loricaꝫ
iuſticie. Et puritatem affectus ſeu paupertatē q̃ nos re-
trahit etiam a licitis ibi. Calciati pedes ꝛc. Item habe-
mus arma quibus ꝓtegamur ab erroribꝰ ſcꝫ arma fidei
ibi. In omnibꝰ ſumentes ſcutũ fidei. Et etiam ab hoſti-
bus generiſ humani ibi. Quo ſcꝫ ſcuto fidei poſſitis oīa
tela nequiſſimi ignea extinguere. Item habemus arma
quibus in bonis ſpũalibus confirmamur ſcꝫ arma ſpei.
ibi. Et galeā ſalutis aſſumite. Galea ponit̃ ī capite ſicut
ſpes in fine. Nunc autē caput virtutũ moraliũ eſt ipſe fi-
nis de quo eſt ſpes. Unde nihil eſt aliud galeaꝫ ſalutis
aſſumere q̃ ſpem de vltimo fine habere. Item habemꝰ
arma ad impugnandũ ipſos demones ſcꝫ gladium ſpũs
qḋ eſt verbum dei qḋ fit frequenter in ſermonibꝰ in qui-
bus verbũ dei penetrans corda peccatoꝝ expellit cōge-
riem peccatoꝝ ꝛ demonum.

## Lectio quinta.

PEr omnē orationē et obſecrationeꝫ
orantes omni tempore in ſpiritu ꝛ
in ipſo vigilantes in oĩ inſtantia
ꝛ obſecratione ꝓ omnibus ſanctis ꝛ ꝓ me:
vt detur mihi ſermo in apertione oris mei
cum fiducia notum facere myſteriũ euange-
lij ꝓ quo legatione fungoꝛ in catena iſta. ita
vt in ipſo audeam ꝓut oportet me loqui.
Ut autē ꝛ vos ſciatis que circa me ſunt q̇d
agam: oĩa vobis nota faciet tychicus cha-
riſſimꝰ frater ꝛ fidelis miniſter in dño: quē
miſi ad vos in hoc ipſuꝫ vt cognoſcatis que
circa nos ſunt ꝛ conſolentur corda veſtra.
Pax fratribus ꝛ charitas cũ fide a deo pr̄e
noſtro ꝛ domino ieſu chriſto. Gratia cũ om-
nibus qui diligunt dñm nr̄m ieſum xp̄m in
incorruptione Amen.

Supra poſuit ap̄l's que dixerat de inſidijs ꝛ armatu-
ris: hic exponit illud de cōfirmatione ꝛ confortatione in
potentia dei ꝛ hoc fit ꝑ orationē dei ſuꝑ auxilio diuino.
Facit autē tria primo monet eos ad orandum ꝓ ſeipſis.
Secundo ꝓ alijs. Tertio ꝓ ipſomet ap̄lo. ¶ Circa pri-
mum ponit ſeptem cōditiones orationis. Primo ꝙ de-
bet eſſe perfecta. Unde dicit. Omnē orationē qḋ fit cuꝫ
in omnibus recurrit quis ad orationē vel orat ꝓ oĩ bo-
no. Secũdo ꝙ ſit humilis nō preſumptuoſa. pš. Reſpe-
xit in orationē humiliũ ꝛc. Qḋ fit qñ homo non putat ſe
exaudiri ꝓpter merita ſua ſcꝫ ꝓpter miſericordiā diuinā
Et ideo dicit. Obſecrationē ſed ꝑ ſacre rei acceptioneꝫ.
Phil̄. 4. In omni oratione ꝛ obſecratione cũ gratiaruꝫ
actione petitiones veſtre innoteſcant apud deũ. Tertio
ꝙ ſit continua ibi. Oĩ tempore. 1. theſſal̄. 5. Sine in-
termiſſione orate. in omnibꝰ gratias agite. pš. Benedi-
cam dominũ in omni tempore ſcꝫ ſtatuto. Quarto ꝙ ſit
deuota. q: in ſpiritu. 1. corin. 14. Pſallā ſpũ pſallam et
mente id eſt non vt vagus. Quinto ꝙ ſit vigilans ibi.
Uigilantes. 1. Pe. 4. Eſtote prudētes ꝛ vigilate in o-
rationibus. Sexto ꝙ ſit inſtans ibi. In oĩ inſtãtia Ro.
12. Orationi inſtantes. ꝛc. Septimo caritatiua vt ſcꝫ fi-
at ꝓ omnibus alijs ſanctis. 1. Ti. 2. Obſecro eĩ primũ
omniũ fieri obſecrationes orationes poſtulationes gra-
tiarum actiones ꝓ oĩbꝰ hoĩbꝰ ꝛc. ¶ Deinde vltimo
ꝓ ſe. Et ꝓ me inquit. Ubi tria petit ꝓ ſe que cuilibet p̄-
dicatori ſunt neceſſaria ſcꝫ ꝙ os aperiat: ꝛ ad predicãdũ
ſe preparet q̃tum in ſe eſt: vt detur ſibi gratia. Et vt hec
tria ſibi dent̃ petit vt oret̃ ꝓ ſe dicēs: Ut det̃ mihi ſermo
in ap̄tione oris mei. Non eĩ potero loq̇ niſi qḋ dederit
mihi dñs. dicebat ille balaā Numeri. 22. Un dominus
Matth. 10. Non eĩ vos eſtis q̇ loquimini: ſed ſpũs ꝛc.
Unde dicit̃ ibidē. Dabit̃ eĩ vobis in illa hora q̇d loq̇-
mini. Hoc aũt dictũ p̄mo ponit hic ap̄l's vt det̃ inq̇t mi-
hi ſermo in apertione oris mei. Col̄. vlti. Orãtes ſimul
ꝛ ꝓ nobis vt deus aperiat nobis hoſtiũ ſermonis. Et ad
q̇d paule? Rñdet. vt ſcꝫ poſſim cum fiducia notũ facere
euangelij myſteriũ ꝓ q̇ legatione fungoꝛ in catena. Et
hoc eſt ſecundũ qḋ petit. q: nō ſolũ eſt neceſſariũ p̄dica-
tori vt det̃ ei ſermo in ap̄tione oris ſeu ſciã. ſꝫ vt ſmo-
nem ſibi datũ p̄dicet audacter ꝛ cum fiducia. Et hoc eſt
qḋ dicit. Cũ fiducia ꝛc. Et ſic p̄dicabãt ap̄li de q̇bꝰ act.
4. Qꝛ loq̇bant̃ cum fiducia verbũ dei. Comendat auteꝫ
ap̄l's officiũ p̄dicationis ab excellētia ꝛ altitudine. Un
dicit. Myſteriũ euangelij. Scḋo oſtendit ꝙ ꝓ ipō libē-
ter ſuſtinuit tribulatiōꝫ ꝛ ignominiā. Unde dicit. Pro
quo legatione fungoꝛ in catena. De his duobus ſimul
Col̄. vltimo. Ut deus aperiat nobis hoſtiũ ſermonis ad
loquendũ myſteriũ xp̄i. ꝓpter quod ꝛ vinctus ſum. Et
quia vt dicit̃ Ecc̄. 20. Ex ore fatui reprobat̃ ꝑabola. nō
eĩ dicit eam tempore ſuo. ideo ap̄l's non ſolũ petit ꝙ
det̃ ſibi ſermo ſeu p̄dicandi ſcientia: ſꝫ et gratia loquēdi
cũ fiducia vt ſcꝫ non deſiſteret ab incepto ꝓ catenis qui-
bus catenatus erat ab incepto ꝛ cōmiſſo ſibi officio fidu-
cialiter ꝛ fideliter ꝓſequendo. ſed tertio petit vt det̃ ſibi
temporis ſeu modi congruentia. quia tempus loquendi
ꝛ tempus tacēdi vt dicit̃ Ecc̄. 3. Et ideo dicit. Ut in ipō
audeam ꝓut oportet me loqui ꝛ certe in omnibꝰ modus
ꝛ qualitas facit gratum. Et hoc idem petebat apoſtolꝰ
Col̄. vltimo. Ut manifeſtem illud ita vt oportet me loq̇.
quia vt dicit̃ prouer. 15. Sermo oportunus optimus.
¶ In fine aũt huius ep̄l'e ap̄l's ſtatum ſuũ ephesijs ma-
nifeſtat cũ dicit. Ut aũt vos ſciatis ꝛc. Ubi p̄io facit qḋ
dictũ ē. Scḋo eos more ſolito ſalutat ibi. Pax fribꝰ ꝛc̄
In p̄ia ꝑte tria fac̄. Pr̄io ponit̃ ſtatus ſui manifeſtatio
ibi. Ut aũt vos ſciatiſ ꝛc. Scḋo diſcip̄li nũciantis multi-
plex cōmēdatio ibi. Tithicus frater meꝰ chariſſimꝰ ꝛ fi-
delis ꝛc. Tertio oſtēdit finē ꝓ quo eis manifeſtat ſtatũ
ſuuꝫ: q: eſt ipſoꝝ conſolatio ibi. Et conſolet̃ corda veſtra
Dicit ergo vt aũt vos ſciatis q̇ circa me ſunt. quid agā.
oĩa nota vobis faciet ꝛc. Quaſi dicat ap̄l's. Pro my-
ſterio euangelij ꝓ quo catenatus ſum volo ꝙ ſciatis ꝙ
catena ꝛ omnes tribulatiōes et oĩa ſupplicia q̇ in cre-

dito officio inferunt non me angunt: nec cor mutant nec ꝑuertunt interius: nec attingūt. ſed certe ſic ago de iſtis ꝙ oīa circa me ſunt non intra. Et qꝛ nō poſſum ire ad āñunciandū vobis vtpote catenatus. omnia nota faciet vobis Tichicus frater meus chariſſimus et fidelis miniſter in dño. Et ideo ſecure credatis ei de oīb⁹ Luc. 12. Quiſputas eſt fidelis ſeru⁹ et prudēs ꝛc. Et iſte certe eſt talis quez miſi ad vos in hocipſum vt cognoſcatis que circa nos ſunt. Et hec eſt diſcipuli cōmendatio. Et ad quid? Ut conſolet̄ corda veſtra. ¶ Deinde cum dicit Pax fratribus ꝛc. ponit apl̄us conſuetā ſalutationē. Et aduertendū eſt ꝙ licet gratia precedat pacem et charitatem mutuā hominū ad ſeinuicē et ad deum quo ad collationem. qꝛ non eſt pax impijs dicit dñs. tñ quo ad executionem et gratie et veritatis et charitatis cōſeruationem pax precedit ſuo modo. Et ideo ꝑmo optat eis pacem ad ſeinuicem et charitatē ad deum dicens. Pax fratribus et charitas cū fide. Et qꝛ licz pax et charitas multum faciāt ad gratie conſeruationē: tamē qꝛ ſemꝑ ſupponunt ipſaz gratiā ſine qua haberi nō poſſunt. ideo optat eis grām. Unde dicit. Gratia vobis cuz oīb⁹ q̄ diligūt dñm noſtrū ieſum chriſtum. Amen.

¶ Explicit mirabilis lectura glorioſiſſimi doctoris ſancti Thome de aquino ordinis predicatorum ſuꝑ epl̄a ſanctiſſimi apl̄i Pauli ad Epheſios.

## ¶ Incipit deuotiſſima explanatio eiuſdez angelici doctoris ſancti Thome aquinatis ordinis fratrū predicatoꝝ ſuper epl̄a eiuſdē ſanctiſſimi apl̄i Pauli ad Philippenſes.

### ¶ Prologus

IUſtorū ſemita quaſi lux ſplendens ꝛc. Prouer. 4. In hac auctoritate deſcribit̄ vita ſanctoꝝ ex tribus. Ex eoruz artitudine ibi. Semita. qꝛ Matth. 7. Arta eſt via ꝛc. Job. 28. Semitam ignorauit auis ꝛc. Ex claritate ibi. Lux ſplendens. Eph. 5. Eratis aliquā̄do tenebre ꝛc. Juſti eñ ſunt lucentes ⁊ ideo eorum via eſt lucida. Ex ꝑfectu qꝛ ſemꝑ creſcit. 1. Pe. 2. In eo creſcatis ꝛc. Et hoc vſqꝫ ad ꝑfectuz diem ſcꝫ glorie. 1. corin. 13. Cum venerit qḋ perfectum eſt euacuabitur ꝛc. E conuerſo malorum via lata obſcura tenebroſa ⁊ deficiens. Unde prouer. 4. ſubdit̄. Uia impiorum tenebroſa ꝛc. Et Matth. 7. Lata porta ⁊ ſpacioſa via q̄ ducit ad perditionem ꝛc. Ex his verbis trahi pōt materia hui⁹ epl̄e. Erant eñ in xp̄i recta ſemita tribulationes multas ꝓ xp̄o ſuſtinentes. Item illuminati ꝑ fidem. Infra. 2. Inter q̄s lucetis ꝛc. Item ꝓficiebant vt patet ꝑ totā epl̄am. Item cōueniēter poſt epl̄az ad epheſios in q̄ fit inſtructio qualit̄ ſeruāda ſit eccleſiaſtica vnitas. hi ꝓponunt̄ in exemplū ſeruāde eccleſiaſtice vnitatis q̄ optime eam ſeruauerunt.

### Capitulū primū.

PAulus ⁊ Timotheus ſerui ieſu chriſti oīibus ſanctis in xp̄o ieſu qui ſunt philippis cum epiſcopis ⁊ diaconibus. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ domino ieſu chriſto. Gratias ago deo meo in omni memoria veſtri ſemꝑ in cunctis orationibus meis ꝓ omnibus vobis in gaudio deprecationē faciens ſuꝑ cōmunicatione veſtra in euangelio chriſti a prima die vſqꝫ nunc: confidens hocipſum qui cepit in vobis opus bonum: ꝑficiet vſqꝫ in diem chriſti ieſu. Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire ꝓ omnibus vobis eo ꝙ habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defenſione ⁊ cōfirmatione euangelij ſocios gaudij mei oēs vos eſſe.

Diuidit̄ autē hec epl̄a in ſalutationē ⁊ epiſtolarē narrationē. Secunda ibi. Gratias ago ꝛc. Circa primū tria facit. Quia primo deſcribunt̄ ꝑſone ſalutantes. Secūdo perſone ſalutate ibi. Omnibus ſanctis ꝛc. Tertio bona optata ibi. Gratia vobis ꝛc. Circa primuz ꝑmo ponunt̄ perſone ſalutantes. Secundo eorū conditio ibi. Serui. ꝛc. Circa primū ꝑmo ponit̄ ꝑſona ꝑncipalis cum dicit: Paulus. Et interpretat̄ paulus quaſi modic⁹. In quo notat̄ eius humilitas Eſa. 60. Minimus erit in mille et paruus in gentem fortiſſimā. Secūdo ibi. Timotheus. ponit̄ perſona adiuncta: qꝛ fuerat eorū predicator. infra. 2. Neminem enim habeo tam vnanimē qui ſincera affectione ꝓ vobis ſollicitus ſit. ¶ Deinde cum dicit: Serui. ꝛc. ponit̄ conditio eorū. 2. corin. 4. Non eñ noſmetipſos predicam⁹: ſꝫ ieſum xp̄m dñm nr̄m. nos aūt ſeruos veſtros ꝑ ieſum ꝛc. Sed contra Jo. 15. Jam non dicam vos ſeruos ꝛc. Reſpondeo duplex eſt ſeruit⁹ ſm̄ duplicem timorē. Timor eñ pene cauſat malam ſeruitutē. et de hac intelligit̄ dictū illud ꝑmiſſuz Jo. 15. Timor vo caſt⁹ cauſat ſeruitutē reuerētie. et de hac loquit̄ apl̄s hic. Perſone ſalutate ſunt oēs de eccl̄ia philipenſi id ē minores. Uñ dicit. Oīb⁹ ſcīs q̄ ſunt philippis. q̄ eſt ciuitas quā philipp⁹ condidit. Et dicit ſanctis. et hoc ꝓpt̄ baptiſmū Ro. 6. Quicūqꝫ baptizati ſum⁹ in xp̄o in ipſi⁹ morte baptizati ſumus ꝛc. Maiores aūt tangit dicens. Cū epiſcopis ꝛc. ¶ Queſtio eſt quare minores ꝑponit̄ maioribus. qꝛ prius eſt populus ꝙ prelatus. Ezech. 34. Nonne greges paſcunt̄ a paſtoribus? Greges eñ paſcēdi ſunt a paſtoribus non econuerſo. Item cur intermittit preſbyteros. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ comprehendunt̄ cum epiſcopis: qꝛ in vna ciuitate non ſunt plures epiſcopi. Unde dicēs in plurali dat intelligere etiā preſbyteros. Et tamē eſt alius ordo: qꝛ ex ipſo euangelio hoc legit̄ ꝙ poſt deſignationē duodecim apoſtoloruz quoꝝ perſonas gerūt epiſcopi deſignauit ſeptuagintaduos diſcipulos quorū locum ſacerdotes tenent. Dionyſius etiam diſtinguit epiſcopos ⁊ ſacerdotes. ſed in principio licet ordines fuerint diſtincti: nō tamē nomina ordinum. ¶ Deinde ponit bona optata ibi. Gratia ꝛc. Et ſunt duo que includunt oīa. Primū eſt gratia dei remittens peccata. Ephe. 2. Gratia ſaluati eſtis ꝛc. Altimū eſt pax hominis. pſ̄. Qui poſuit fines tuos pacē ꝛc. Et ꝑ conſequēs optat bona media. ⁊ hoc a deo pr̄e Jac. 1. Omne datū optimū: ⁊ oē donū perfectū deſurſuz ē deſcendens a pr̄e luminū ꝛc. Itē ꝑ meritū humilitatis xp̄i. Et iō addit. Et dño ieſu xp̄o. Jo. 1. Gr̄a ⁊ veritas ꝑ ieſuz xp̄m facta ē. Eph. 2. Ipſe eī ē pax nr̄a ꝛc. ¶ Cōſequent̄ ponit epl̄arez narrationē. Et circa hoc duo facit. Primo quia agit gratias de preteritis. Secūdo hortat̄ ad profectum in futurum ibi. Scire autem vos volo ꝛc.

Circa pͥmum pͥmo premittit gratiaꝝ actionē ꝓ eis. Se-
cundo materiā eius ibi. Super cōmunicatione ⁊c. Gra-
tias aūt agit adiuncto gaudio ⁊ deprecatione. Et iō hec
tria tangens dicit. Gratias deo noſtro. Gratias agere ē
recognoſcere gratiam ſibi factam. 1. theſſal. vltimo. In
omnibꝰ gratias agite. ⁊c. ¶ In omni memoria: qꝛ in eis
nihil occurrit aplō qđ non eſſet dignum gratiarū actio-
ne. Et hoc eſt valde magnū. ꝓuer. 10. Memoria iuſti
cū laudibus ⁊c. ¶ Pro omnibꝰ Eſa. 60. Populus aūt
tuus omnes iuſti in ꝑpetuū ⁊c. Agit ergo gratias ꝓ eo-
rum bono. orationem ⁊ deprecationem ꝓ cuſtodia. totū
tū ꝓ gaudio. 1. Reg. 12. Abſit aūt a me hoc peccatuꝫ in
dn̄o vt ceſſem orare ꝓ vobis. ¶ Deinde cum dicit. Su-
per cōmunicatiōe ⁊c. tangit de materia triū predictoꝝ.
Et pͥmo ponit materiā gratiarūactionis. Secundo gau
dij de futuris ibi. Cōfidens ⁊c. Tertio deprecatiōis ibi.
Teſtis ⁊c. Dicit ergo. Sup cōmunicatione ſcꝫ qua cō-
municaſtis doctrine euangelij credendo ⁊ opere implē-
do. Hec eſt enī vera cōmunicatio Heb. vltimo. Benefi-
centie autē ⁊ cōmunionis nolite obliuiſci ⁊c. ¶ A pͥma
die. ⁊c. Ecc̄. 27. Homo ſanctus in ſapiētia manet ſicut
ſol ⁊c. Et hocipſum confidens de vobis gaudeo: qꝛ qui
cepit ⁊c. Jere. 17. Maledictus homo qui confidit in ho
mine. ⁊ ponit carnem brachium ſuū. Benedictus vir q̄
confidit in dn̄o ⁊ erit dn̄s fiducia eius. ⁊ hoc in virtute
dei. Et ideo dicit. Cepit ⁊c. Jo. 15. Sine me nihil pote-
ſtis facere. Qđ eſt contra pelagianos qui dicunt princi-
pium boni operis eſſe ex nobis: ſꝫ conſumationē ex deo.
Sed hoc non eſt verum. qꝛ principiū boni operis in no-
bis eſt cogitare de bono. ⁊ hocipſuꝫ eſt a deo. 2. corin. 3.
Non qꝛ ſufficientes ſimus cogitare aliq̄d a nobis quaſi
ex nobis ⁊c. ¶ In diem xp̄i ieſu quo remunerabit ſingu
los. 2. Ti. vltimo. In reliquo repoſita eſt mihi corona
iuſticie quā reddet mihi dn̄s ⁊c. 1. corin. 1. Confirmabit
vos vſq₃ in finem ſine crimine ⁊c. ¶ Ratio gaudij ponit
cum dicit. Sicut eſt mihi ⁊c. qꝛ ſcꝫ iuſtum eſt qꝛ congau
detis mihi de bonis meis. Eo qꝛ habeaꝫ vos ⁊c. Quaſi
dicat. habeo de vobis hanc conſcientiaꝫ tales vos eſſe.
ideo gaudeo vt ſcꝫ gaudeatis de his de quibꝰ ⁊ ego. qđ
eſt in vinculis meis. qꝛ tunc ꝓ xp̄o fuit ligatus de q̄ gau
debat Jac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cū
in varias temptationes incideritis: ſcientes ⁊c. Act. 5.
Ibant apl̄i gaudentes a cōſpectu concilij. quoniā digni
habiti ſunt ꝓ nomine ieſu contumeliā pati ⁊c. ¶ Et in
defenſione ⁊ confirmatione euangelij ſcꝫ audacter predi
cando contra tirannos ⁊ hereticos. Et qꝛ ꝯfirmabat euā-
geluim in cordibus fideliuꝫ Act. 18. Perambulans ex
ordine galatiam regionem ⁊ frigiam: confirmans om̄es
diſcipulos. Vel aliter ſm glo. In corde id eſt deſiderio
vt ſocij ſitis ſempiterni gaudij. Jo. 16. Gaudium veſtrū
nemo tollet a vobis. Et hoc non poteſt abſtrahi a corde
meo. qꝛ etiam in vinculis exiſtens: ⁊ intentus confirma-
tioni ⁊ defenſioni euangelij ſollicitudo de vobis non re-
cedit de corde meo.

## Capitulum primū.

Teſtis enim mihi eſt deus quō
cupiam omnes vos eſſe in vi-
ſceribꝰ ieſu chriſti. Et hoc oro
vt charitas veſtra magꝭ ac ma
gis abundet in omni ſcientia ⁊ in omni ſen
ſu: vt ꝓbetis potiora: vt ſitis ſinceres ⁊ ſine
offenſa. in diem chriſti: repleti fructu iuſti-
cie ꝑ ieſum chriſtum in gloriam ⁊ laudē dei

Scire autem vos volo fratres qꝛ que circa
me ſunt: magis ad profectū venerunt euan
gelij: ita vt vincula mea manifeſta fierēt in
chriſto in omni pretorio ⁊ in ceteris omni-
bus: vt plures e fratribus in domino confi
dentes in vinculis meis abundantiꝰ aude-
rent ſine timore verbum dei loqui. Quidā
quidem ⁊ ꝓpter inuidiam ⁊ contentioneꝫ.
quidam autē ⁊ ꝓpter bonam voluntatem
chriſtum predicant. Quidam ex charitate
ſcientes quoniā in defenſione euangelij po
ſitus ſum. Quidā autē ex contentione chri
ſtum ānunciant nō ſincere: exiſtimātes ꝑſ-
ſuram ſe ſuſcitare vinculis meis.

Poſita materia gaudij de ſpe futura: hic oſtendit ſup q̄
deprecationeꝫ ꝓ eis facit. Et pͥmo premittit ſuū deſide
rium qđ oſtendit om̄ino feruens. Secundo materiā de-
precationis ibi. Et hoc oro ⁊c. Et qꝛ cordis deſiderium
ſoli deo eſt manifeſtum: ideo inuocat deum teſtem qꝛ ꝓ
eis deprecet̄ cum deſiderio. Job. 16. Ecce in celo teſtis
meus eſt ſcꝫ deus ⁊c. Quomō cupiam vos ſcꝫ ego exi-
ſtens in viſceribus ieſu xp̄i. Vel quō cupiam vos eſſe in
eis. quaſi dicat. Cupiam veſtram ſalutē ⁊ participatio-
nem viſceroſe charitatis chriſti Luc. 1. Per viſcera mi
ſericordie dei ⁊c. q̄ſi dicat. qꝛ ad ꝓfūda ⁊ intima cordis
virtꝰ amoris ꝑtingit. Vel cupiam vt ſitis in viſceribus
ieſu chriſti vt ipſum intime diligatis vt ⁊ diligamini ab
eo. in hoc enī vita hominis conſiſtit. ¶ Deinde cum di-
cit. Et hoc oro ⁊c. ponit deprecationē ⁊ tria bona optat
Primo quantū ad interiorē charitatis augmentū. Affe
ctus enī interior ꝑficit̄ ꝑ charitatē. ⁊ ideo non habenti
charitatē optandū eſt vt habeat. habēti vero vt ꝑficiat̄.
Vn̄ dicit vt charitas ⁊c. Pro augmento aūt charitatis
orandus eſt deus. qꝛ ſolus deus hoc in nobis operat̄. 2.
corin. 9. Potens eſt autē deus omnē gratiam abunda-
re facere in vobis vt in omnibus ſemꝑ omnē ſufficien-
tiam habentes abundetis in omne opus bonum ⁊c. Et
hoc neceſſariū vt petamus ⁊ nos. qꝛ Matth. 5. Niſi abū
dauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ nō in-
trabitis in regnum celorum ⁊c. ¶ Secundo quantū ad
intellectum. Unde dicit. In ſcientia. Sed nunquid ex
charitate ꝓuenit ſcientia? Sic. qꝛ dicit̄. 1. Jo. 2. Et vos
vnctionem quā accepiſtis ab eo manet in vobis. et non
neceſſe habetis vt aliquis doceat vos. ſed ſic vnctio do-
cet vos de omnibꝰ ⁊c. Item charitas eſt ſpūs de quo di
citur Jo. 16. Cum venerit ille ſpūs veritatis docebit vos
omnē ⁊c. Cuius ratio eſt qꝛ qui habet habitū ſi rectus ē
habitus: ſequit̄ inde rectum iudiciū de his que ꝑtinent
ad illum habitum: ſi vero corruptus falſum. Sicut circa
venerea temꝑatus habet bonū iudiciū. intemꝑatus nō:
ſed falſum. Om̄ia autē que a nobis fiunt ſunt informan
da charitate. ⁊ ideo habens charitatē habet rectum iu-
dicium: ⁊ quantū ad cognoſcibilia. Et ſic dicit: In ſciē-
tia qua ſcꝫ agnoſcat veritateꝫ ⁊ inhereat circa ea que ſunt
fidei. Hec eſt ſcientia ſanctoꝝ. de q̄ dicit̄ ſap. 10. Et quā-
tum ad operabilia ⁊ ſic dicit. In omni ſenſu. Qui ē vis
cognoſcitiua circa exteriora obiecta. Et ꝓpriū eius ē vt
ſtatim iudicet de ꝓprio ſenſibili recte. Et ideo hoc nomē
tranſlatum eſt ad interius iudiciū rationis. Unde ſenſa
ti dicunt̄ habere rectum iudiciū circa agibilia. Sap. 1.
Sentite de dn̄o in bonitate ⁊c. Sap. 6. Cogitare ḡ de
illa ſenſus eſt cōſumatus ⁊c. Sed hic ſenſus debet eſſe

non tantū conſideratiuus ſed etiam diſcretiuus inter bonum ⁊ malum ⁊ inter bonū ⁊ melius. Unde ſubdit. Ut ꝛc. ¶ Nota ꝙ charitas ꝑficit ſenſum vt ꝓbet bona: ſed ꝑfecta chritas vt ꝓbet meliora. 1. Corin. 12. Emulamini meliora cariſmata. et infra ca. 14. Sectamini charitatem ꝛc. Et ideo dicit. potiora. ¶ Tertio q̃tum ad effectum. Et ꝑmo ponit imunitatem a malo. Secundo perfectionē in bono. Primū in hoc qd̕ dicit. Et ſitis ſinceres. Eſt eñ duplex peccatum vitandū. ſcʒ interioris corruptionis qua homo corrumpit̃ in ſe. ⁊ hoc excludit̃ per ſinceritatē. 1. Corin. 5. In azimis ſinceritatis ꝛc. Aliud eſt in ꝓximo ſcʒ offenſa. Et ideo dicit. Sine offenſa. 1. Corin. 4. Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentib᷒ et eccleſie dei ſicut ⁊ ego ꝛc. Et. 2. Corin. 6. Nemini dantes vllam offenſionē ꝛc. In diem chriſti ieſu id eſt ſemꝑ xp̄o et Matth. 24. Qui ꝑſeuerau erit vſq; in finem hic ſaluus erit. Quantū ad gratiam dicit. Repleti fructu iuſticie vt oꝑa iuſticie quidā fruct᷒ ſunt. Ro. 6. Habetis fructum veſtrum in ſancificatione ꝛc. Uel fructu iuſticie id eſt ꝑmio iuſticie ſcʒ corona. 2. Ti. 4. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie ꝛc. Sap. 4. Bonorū eñ laborum glorioſus ē fructus ꝛc. Et hoc habet̃ ꝑ xp̄m qꝛ omnia que facimus ſunt bona ꝑ ipſum. Jo. 15. Sine me nihil poteſtis facere ꝛc. Et hec faciēda ſunt hoc fine ſcʒ in laudem dei. qꝛ ex operibus ſanctorū deus clarificat̃ vñ alij ꝓrumpunt in laudem dei. pſ̄. Laudate dñm in ſanctis eius ꝛc. Jere. 33. Erit mihi in nomen ⁊ in gaudiū et in laudem ⁊ in exultationē cunctis gentib᷒ terre que audierint omnia bona. ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Scire aūt ꝛc. admonet ad futura. Et ꝑmo ponit exempla exequenda ⁊ vitanda. Secundo concludit moralem monitionē in quarto capitulo ibi. Itaq; fratres mei chariſſimi ꝛc. Circa primū duo facit. qꝛ primo oſtendit que ſunt imitāda. Secūdo que ſunt vitanda tertio cap°. ibi. Decetero ꝛc. Item ꝑma diuidit̃ in duas. qꝛ ꝑmo inducit ſe eis imitandū. Secundo alios: ſecūdo cap. ibi. Si qua ergo ꝛc. Item ꝑma in tres. qꝛ ꝑmo ponit in exemplū ꝓfectuʒ ſuum. Secundo gaudium qd̕ habet ex ꝓfectu ibi. Quid eñ ꝛc. Tertio fructum ex ꝓfectu ſuo ibi. Scio enim ꝛc. Itē ꝑma in duas. Prio ꝑmittit ꝓfectū. Secūdo modū ibi. Ita vt vincula mea ꝛc. Dicit ergo. Monui vos ad ꝓfectum et vt formā habeatis ꝓfectum meū ſcire vos volo et que circa me ſunt exterius. qꝛ tribulationes et ſi exterius eſſent non imutabant interius: ſed magis ad profectum venerunt. qꝛ ex eis fides predicata magis ꝓfecit. 2. Corin. 1. Siue tribulamur ꝓ veſtra exhortatione ⁊ ſalute. ſiue conſolamur ꝓ veſtra conſolatione ꝛc. Et oſtendit ꝓfectū Primo quantū ad ſe. Secundo q̃tum ad alios ibi. Ut plures ꝛc. Quantū ad ſe quidē manifeſtū fuerat ꝙ talia ꝓ xp̄o pateret̃ conſtanter: ita vt vincula qd̕ ē glorioſum ꝓ chriſto. 1. Pe. 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur aut alienoꝝ appetitor: ſi auteʒ vt chriſtianus non erubeſcat ꝛc. In omni pretorio ſicut in curia ceſaris ꝛc. Ex parte vero alioruʒ fides creſcebat in cōmuni. Uñ dicit. Ut plures ꝛc. 1. Machab. 6. De elephantibus. Ecc. 10. Scd̄m iudiceʒ populi ſic ⁊ miniſtri eius ꝛc. Prouer. 28. Juſtus quaſi leo confidens abſq; terrore erit ꝛc. Ex parte tñ aliorum eſt diuerſitas: qꝛ quidā bene loquebant̃: quidā male. ⁊ qui bene: quidā ex generali charitate: et quidā ex ſpeciali amore ad apl̄um. Et q̃ male quidā ex generali malicia: quidā ex ſpeciali odio ad apl̄um. Sed vt mihi videt̃ apoſtolus duplicem oſtendit cauſam ꝓpter quā quidam ꝑdicabant: Primo ꝓpt̃ inuidiam. Et ideo apoſtol᷒ eorum prauā intentionē oſtēdit dicens: Quidā quideʒ ⁊ ꝓpter inuidiam ꝛc. Jac. 3. Ubi zelus ⁊ contentio ibi inconſtantia et oēe opus prauum. 1. Corin. 3. Cum ſit inter vos zelus ⁊ cōtentio nōne carnales eſtis ꝛc. Secundo ꝓpter amorem chriſti et euangelij. Unde dicit. Quidā ꝓpter bonā ꝛc. pſ̄. Benigne fac in bona voluntate ꝛc. Sed apl̄us addit dicēs Quidam vero ex charitate ſcʒ que facit bonaʒ voluntatem ꝛc. quia vt ſupplerent defectum mei docentis predicauerunt. ¶ Deinde apl̄us exponit qd̕ dixerat dicens ꝙ quidā non ſcd̄m ſanam intentionem: ſed ex contentione. Corrupta eorum contentio dupliciter patuit. Uno modo vt publice predicando turbationē facerent in populo gentili contra apoſtolum ſupra illam quaʒ habuit. Alio modo quia credebant ꝙ paulus audiens eos vſurpare officium ſibi cōmiſſum turbaretur. ⁊ ex hoc adderet̃ afflictio afflicto.

## Lectio ſecunda.

Quid eñ: Dum omni modo ſiue ꝑ occaſionē ſiue ꝑ veritateʒ chriſtus annūciet̃. ⁊ in hoc gaudeo: ſed et gaudebo. Scio eñ quia hoc mihi ꝓueniet ad ſalutem. ꝑ veſtram orationem ⁊ ſubminiſtrationē ſpiritus ieſu chriſti ſcd̄m expectationem ⁊ ſpem meaʒ qꝛ in nullo confundar: ſed in omni fiducia ſicut ſemper ⁊ nunc magnificabit̃ chriſtus in corpore meo ſiue ꝑ vitam ſiue per mortē. Mihi enim viuere chriſtus eſt ⁊ mori lucrum. Q; ſi viuere in carne: hic mihi fructus operis eſt ⁊ quid eligā ignoro. coartor autē e duobus deſiderium habens diſſolui et eſſe cum chriſto. multo magis melius ꝑmanere autē in carne neceſſarium ꝓpter vos.

Supra ap apoſtolus deſcripſit profectū ex ipſo ſubſecutum: hic agit de gaudio concepto ex hoc ꝓfectu. Et ponitur ꝑmo materia gaudij. Secundo ipſum gaudiū ibi Et in hoc gaudeo ꝛc. Contingit autē quandoq; ꝙ aliqd̕ gaudium ꝓuenit ex bona cauſa. et hoc directe et per ſe ⁊ qñq; ex mala cauſa. ⁊ hoc indirecte et ꝑ accidēs. Qñ eñ eſt ex bona cauſa gaudēdū eſt de effectu et de cauſa ſicut de elemoſyna facta ꝓpter deum. Sʒ qñ eſt ex cauſa mala tunc eſt gaudendū de effectu: ſed de cauſa non. Et ſic de redemptione ꝑ xp̄m que fuit ex ſcelere iude et iudeorum. Ita contingit in eccleſia vbi ꝓuenit vtilitas: qñq; ꝑ bonos predicatores q̃ ad bonam intentionē. qñq; per malos quo ad malā. ⁊ de vtroq; gaudendū ē ſicut dictū eſt. Et ideo dicit. Quid eñ ꝛc. Per occaſionē annūciat xp̄m qui non intendit hoc principaliter. ſed ꝓpter aliud puta lucrū vel gloriā Prouer. 18. Occaſiones querit q̃ recedere vult ab amico. Per veritatē autē qñ ex recta intentione Eſa. 38. Obſecro dñe memento queſo quō ambulauerim coram te in veritate ⁊ corde perfecto ꝛc. Sed hoc fit vtroq; modo ad vtilitatem eccleſie. ideo dicit. Si xp̄s annūciet̃ ꝛc. qꝛ ſi aliud annūciaret ꝙ xp̄m tunc multum intereſſet qd̕ ſit qñ falſa doctrina docet̃. Augu. Paſtor q̃ ꝓpter veritatem ānuuciat eſt amādus. mercenarius q̃ ꝓpter lucrū eſt tolerandus: qui falſa expellendus. ¶ Deinde ponit gaudiū conſequens dicens. In hoc ſcʒ ꝙ vincula mea manifeſta ſunt ꝓpter xp̄m et ꝙ xp̄s annūciatur gaudeo in preſenti. Jo. 14. Si diligeretis me gauderetis vtiq; ꝛc. Et gaudebo in futurū Eſa. 51. Gaudium et leticiam obtinebunt ꝛc. ¶ Deinde cum dicit.

Scio enī ⁊c. ponit fructum ex ꝑfectu ſuo ꝓuenientem Et p̄mo ponit ipſum fructū. Secūdo mouet quandā dubitationem ibi. Quod ſi viuere ⁊c. Item p̄mo ꝓponit fructum. Secundo auxiliū ipſum ꝯſequēdi ibi Per veſtrā orationē ⁊c. Tertio aſſignat materiam fructus ibi. Sed non in om̄i ⁊c. Dicit ergo. Gaudeo de his: ⁊ hoc ꝓpter fructum ꝓuenientē ex eis in ſalutē eternā Eſa. 45. Saluatus eſt iſrael in dn̄o ſalute eterna ⁊c. Et hoc ideo. q̄a qn̄ nos aliq̄ bona facim⁹ coopando ſaluti alioꝝ redundat in ſalutē noſtrā. Si enī vt dicit Matth. 18. Qui ſcādalizauerit vnum ex his puſillis ⁊c. quāta gloria dign⁹ eſt q̄ ſalutem multoꝝ ꝓcurat. Auxiliuꝫ autē eſt triplex: ſcꝫ ex pte alioꝝ mutua oratio. Unde dicit. Per veſtras orationes ſcꝫ ex quibus ſpero adiuuari a deo. Jac. vltiō Orate ꝓ inuicem vt ſaluemini ⁊c. Ex parte dei de q̄ habemus ſpem ſalutis. Eſa. 26. A facie tua dn̄e cōcepim⁹ et q̄ſi pturiuim⁹ et peperim⁹ ſpm̄. Et ideo dicit. Et ſubminiſtrationē ſpūs ieſu xp̄i Ro. 8. Spūs adiuuat infirmitatē noſtraꝫ. Et loquit̄ ſimilitudinarie. qn̄ enī aliquis eſt debilis indiget releuāte vt ſuſtentet̄ ⁊ hoc eſt ſubminiſtrare Et nos debiles ſumus ideo indigem⁹ ſubminiſtratione ſpūs Jo. 14. Et ſuggeret vobis om̄ia ⁊c. ſcꝫ q̄ſi vobis ſubminiſtrādo. Item ex parte noſtra eſt ſpes in deo. q: ꝓuer. 11. Qui confidit in diuitijs corruet. Oportet ḡ ꝙ ſpes noſtra ſit in deo ⁊c. pſ. Qui confidūt in domino ſicut mons ſyon ⁊c. Et ideo dicit. Scd̄m expectationem ⁊ ſpem meam. Sed nonne ſpes eſt expectatio future beatitudinis? Dicendū eſt ꝙ ſpes eſt motus appetitus in bonum arduū. Et hoc qn̄ quis ſperat adipiſci per ſe. ſic ſpes eſt ſine expectatione. quādo autē ꝑ alium tūc eſt ſpes cum expectatione. ⁊ ſic nos expectam⁹ ſpem habentes aliquid conſequi ꝑ alium. pſ. Expectās expectaui dominū ⁊c. Ro. 8. Spe ſalui facti ſumus. Sed dicit ſcio ⁊ poſtea ſpero ⁊ expecto. Nunq̄d certa eſt hec ſpes? Reſpondet apl̄us dicens. Ita. q: in nullo confundar. 1. Machab. 2. Om̄es qui ſperant in illo non infirmantur Ro. 5. Spes autē non confundit. Ecc̄. 2. Nullus ſperauit in domino et confuſus eſt ⁊c. Hui⁹ p̄mo rationē aſſignat. Secundo exponit eam. Ratio hec ſumit̄ ex hoc ꝙ ipſe totaliter ordinat̄ ad ſeruitiū xp̄i. Quaſi dicat. Ideo hec mihi ꝓuenient in ſalutem: q: totaliter ſum ad ſeruitium xp̄i. Et p̄mo ponit fiduciaꝫ. Secundo ꝑſeuerantiā. Tertio certitudinē intentionis. Dicit ergo. Sed in om̄i fiducia ⁊c. Quaſi dicat. Multi ꝑſequūt̄ me: ſed ego cōfido in deum Eſa. 12. Fiducialiter agam ⁊ nō timebo ⁊c̄ pſ. Fiducialiter agam in eo. Sicut ſemꝑ id ē a p̄ncipio conuerſionis. Act. 9. Quō in damaſco fiducialiter egerit ⁊c. Ita ⁊ nunc Job. 27. Juſtificationē meā quā cepi tenere non deſeram. ⁊c. Tertio oſtendit ꝙ ſit eius recta intentio. q: magnificabit̄ ⁊c. chriſtus cum ſit verus de⁹ non poteſt in ſeipſo magnificari vel minorari: ſed in nobis id eſt in cognitione aliorum. tunc ergo quis magnificat chriſtū qn̄ eius cognitionem dilatat Ecc̄. 43. Quis magnificabit eum ſicuti eſt a p̄ncipio. Et hoc ⁊ verbo ⁊ facto quādo magnitudo diuini effectus oſtendit magnitudinem eius. Et inter effectus mirabiles iuſtificatio ē. Hec q̄diu eſt in corde hominis latens non magnificat̄ ꝑ eam xp̄s niſi quantū ad cor illius: non q̄tum ad alios: ſꝫ qn̄cūq̄ prorumpit in exteriora ꝑ actus corporales apparentes: tunc magnificat̄. Et ideo ait. In cōpore meo. In corꝑe noſtro xp̄s dupliciter magnificat̄. Uno modo inquantū corpus noſtruꝫ deputam⁹ ad obſequiū eius. miniſteria eius corporaliter exequendo. 1. Corin. 6. Glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro ⁊c. Alio mō corpus noſtrum exponendo ꝓ xp̄o. 1. Corin. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam ⁊c. Sꝫ p̄mus modus ſit ꝑ vitam. Secundus vero ꝑ mortem. Ideo dicit. Siue ꝑ vitam q: viuendo operat̄. ſiue ꝑ mortem. Ro. 14. Siue viuimus ſiue morimur dn̄i ſumus ⁊c. Quod etiam intelligi poteſt de morte ſpūali Col. 3. Mortificate mēbra vr̄a que ſunt ſuꝑ terram ⁊c. ¶ Deinde exponit quō mortificabitur ꝑ vitam ⁊ ꝑ mortē dicens. Mihi viuere ⁊c. Uita enī importat motionē quandā. Illa enī viuere dicuntur que ex ſe mouent̄. Et inde eſt ꝙ illud videt̄ eſſe radicaliter vita homis qđ eſt p̄ncipiū motus in eo. Hoc autē eſt illud cui affectus vnitur ſicut fini. q: ex hoc mouetur homo ad om̄ia. Unde aliqui dicunt illud ex quo mouet̄ ad operandū vitam ſuaꝫ: vt venatores venationē. et amici amicū. Sic ergo xp̄us eſt vita noſtra: quoniā totū p̄ncipiū vite noſtre ⁊ operationis eſt xp̄s. Et ideo dicit apoſtolus. Mihi viuere ⁊c. q: ſolus xp̄s mouebat eum. Et mori lucrum: hic apoſtol⁹ ꝓprie loquitur. Quilibet enī ſibi ad lucrum reputat qn̄ vitam quā habet imperfectam poteſt perficere. Sic infirmus ad lucrum reputat ſanam vitam. Uita noſtra chriſt⁹ eſt Col. 3. Uita veſtra abſcōdita eſt cum xp̄o in deo ⁊c. ſed hic eſt imperfecta. 2. cor. 5. Quādiu ſumus in corpore peregrinamur a dn̄o ⁊c. Et ideo qn̄ morimur corpore ꝑficit̄ nobis vita noſtra ſcꝫ xp̄s cui tunc preſentes ſum⁹. pſ. Cum dederit dilectis ſuis ſomnū. ⁊c. 2. Ti. 4. Ego enī iam delibor ⁊ temp⁹ mee reſolutionis inſtat ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Quod ſi viuere ⁊c. ponit dubitationē quandā circa q̄ ea dicta ſunt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit dubitationē. Secūdo ſoluit eam ibi. Et hoc confidens ⁊c. Itē p̄ma in duas q: p̄mo ꝓponit dubitationē. Secundo ꝓponit ratiōes ad vtrāq̄ partē ibi. Coartor autē ⁊c. Dicit ergo. Si viuere in carne hic mihi eſt fructus ⁊c. verum eſt ꝙ in corpore meo dum viuo magnificat̄ xp̄s. Ergo viuere meum in carne id eſt vita mea in carne eſt huiuſmodi fructus. Inde predicat effectum de cauſa id eſt ſi vita affert mihi hunc fructum vt xp̄s magnificet̄ vita in carne eſt bona ⁊ fructuoſa Ro. 6. Habetis fructū veſtrū in ſanctificatiōꝫ ⁊c̄. Si ḡ ita eſt ignoro q̄d eligam vtrū mori vel viuere. Ro. 8. Nam q̄d oremus ſicut oportet neſcim⁹ ⁊c̄. Sap. 9. Cogitationes enim mortaliū timide ⁊ incerte ꝓuidētie noſtre ⁊c. Sꝫ quare dubitas? Quia coartor ⁊c. Primo ponit rationem ad partē vnam. Secundo ad aliam. In hoīe enī duplex eſt motus: nature ſcꝫ et gratie. Nature ad non moriendū. 2. corin. 5. Nolum⁹ expoliari ſed ſuꝑueſtiri ⁊c. Jo. vltimo. Et alius ducet te q̄ tu non vis ⁊c. Et gr̄e quā ſuggerit charitas q̄ mouet ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi. Hic affectus ad dilectioneꝫ dei mouet vt ſimus cum xp̄o. Et ideo dicit. Deſideriū habens diſſolui non ſimpliciter: ſed eſſe cum xp̄o. 2. corin. 5. Audemus aūt ⁊ bonam voluntatē habem⁹ magis ꝑegrinari a corpore et preſentes eſſe ad dn̄m ⁊c. In quo notat̄ falſitas opinionis grecorum ꝙ anime ſanctoꝝ poſt morteꝫ non ſtatim ſunt cum xp̄o. Et hoc ideo opto: q: eſt multo melius eſſe cum xp̄o. pſ. Quid enī mihi eſt in celo ⁊c. Defecit caro mea ⁊ cor meum ſcꝫ ad habendū bonum. pſ. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ milia ⁊c. Dilectio autē ꝓximi mouet ad ꝓfectū ꝓximi. ⁊ ideo dicit: Permanere autē ⁊c. id eſt neceſſaria eſt vita mea ꝓpter vtilitatem veſtram. 2. corin. 5. Siue mente excedimus deo. ſiue ſobrij ſumus vobis ⁊c. Uel aliter. Coartor ⁊c. id eſt ex duplici parte inſurgit deſiderium diſſolui ⁊c̄. melius ⁊c̄. Sententia non mutat̄. Sed hoc non videt̄ dubitabile ⁊ in peiorem parteꝫ declinare. Primū enī deſideriū excitat in nobis dilectio dei: Secundū dilectio proximi. Maius eſt deſiderium primū. Reſpondeo. dicendū duplex eſt dilectio dei: ſcꝫ dilectio concupiſcentie qua vult frui deo ⁊ delectari in ipſo. ⁊ hoc eſt bonū bonis. Item

eſt dilectio amicitie: qꝛ homo preponit honorem dei etiā huic delectationi qua fruit̃ deo. Et hec eſt ꝑfecta charitas. Unde Ro. 8. Neqꝫ mors neqꝫ vita neqꝫ angeli. ꝛc. Et ſubdit nono capi°. Optabam ego anathema fieri ꝓ fratribus meis ꝛc. Et hoc vt oſtendat ſe eſſe prefectioris charitatis quaſi ſit paratus ꝓpter amorē dei ⁊ gloriā carere delectatione viſionis dei. ⁊ ideo hoc elegit tanq̃ magis perfectum.

## Lectio tertia.

Et hoc confidens ſcio qꝛ manebo ⁊ permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum ⁊ gaudium fidei: vt gratulatio veſtra abundet in chriſto ieſu in me. ꝑ meum aduentum iterū ad vos. Tantum digne euangelio chriſti conuerſamini: vt ſiue cū venero ⁊ videro vos ſiue abſens audiā de vobis. quia ſtatis in vno ſpiritu vnanimes collaborantes fidei euangelij ⁊ in nullo terreamini ab aduerſarijs que eſt illis cauſa perditiōis. vobis aūt ſalutis. Et hoc a deo. Quia vobis donatū eſt ꝓ chriſto non ſolum vt in eum credatis: ſed vt etiam ꝓ illo patiamini: idem certamen habentes quale ⁊ vidiſtis in me ⁊ nūc audiſtis de me

Poſita dubitatione et rōnibus hincinde: hic ſoluit dubitationē. Et ṗmo quaſi eligens vnam partē prenūciat poſt futurū aduentum ſuū ad eos quantū ad ſe. Secūdo oſtendit quid requirat̃ ex parte eorū ibi. Tantū digne ꝛc. Item ṗma in tres: qꝛ ṗmo ṗmittit futurum aduentū. Secundo oſtendit fructū. Tertio illum fructū exponit. Dicit ergo. Uiuere in carne neceſſariū eſt ꝓpter vos. et hoc qꝛ mea vita eſt fructuoſa vobis. ideo ſcio hoc ſcꝫ qꝛ ꝑmanebo: ſed hoc quaſi confidens de deo. ꝓuer. 18. Juſtus q̃ſi leo confidens abſqꝫ terrore erit ꝛc. ¶ Manebo ⁊ ꝑmanebo id eſt viuam et diu viuā. Sed contra ſtatim ē occiſus a nerone. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ ep̄la eſt facta vel ſcripta ṗmo anno incarceratiōis qḋ fuit ṗmo anno neronis. Unde poſtea vixit ſeptem annis. ¶ Omib⁹ vobis id eſt ad vtilitatē omniū veſtrū. 1. Corin. 10. Non querens quid mihi vtile eſt. ſed qḋ multis vt ſalui fiant. Et hoc ad ꝓfectum veſtrū id eſt vt ꝑ meam exhortationem ꝓficiatis in fide ⁊ gaudeatis de mea vita quā auditis. ſꝫ magis gauderetis ſi eſſem preſens Ro. 1. Deſidero videre vos. ꝛc. ¶ Deinde exponit qḋ dixerat dicens. Ut gratulatio veſtra ꝛc. id eſt ſi detur vt iterum veniam ad vos: eſt vt gaudiū abundās ſim vobis Eph. 3. Ei aūt qui potens eſt oīa facere ſupabundanter q̃ petim⁹ aut intelligimus ꝛc. Et hoc in xp̄o ieſu: qꝛ hocipſum ꝙ gaudebāt de eo erat ꝓpter xp̄m. Philem. Fruar te in domino ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Tantum digne ꝛc. oſtendit quid requirat̃ ex parte eoꝝ. Et circa hoc tria facit. quia ṗmo facit hoc. Secundo manifeſtat vtilitatem inde conſequentē. Tertio explicat. Dicit ergo ꝙ tm̄ ex parte eorum requirit̃ ꝙ in euangelio chriſti digne conuerſentur ſcꝫ ſm̄ ꝙ doctrine tali congruit. 1. theſſal̃. 2. Teſtificati ſumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in ſuum regnū ⁊ gloriā ꝛc. Col̃. 1. Ambuletis digne deo ꝛc. ¶ Ut cum venero ad vos et videro vos aut abſens audiam de vobis bona. Et hoc gaudiū eſt mihi. 3. Jo. 1. Maiorum horum non habeo gratiam q̃ vt audiā filios meos in veritate ambulare ꝛc. Et nūc in ſpeciali expetit ab eis: Primo vnitatem. Secundo conſtantiam ibi. Et in nullo ꝛc. Eſt autē ſanctis neceſſaria vnitas triplex. ſcilꝫ amoris. Unde dicit: Audiā de vobis ꝙ ſcꝫ ſtatis in vno ſpiritu qḋ eſt per amorē Eph. 4. Solliciti ſeruare vnitatem ſpūs in vinculo pacis Et. 1. Corin. 6. Qui autē adheret domino vnus ſpūs eſt. Item concordie. Unde dicit. Unanimes id eſt vnam voluntatem et animū habentes Act̃. 4. Multitudinis credentium erat cor vnū ⁊ anima vna ꝛc. pſ̄. Qui inhabitare facit vnius moris in domo ꝛc. Item cooperationis. Unde dicit: Collaborantes ꝛc̃. vt ſcꝫ vnus adiuuet aliū. Ad hoc facit quod dicit̃. 1. Reg. 25. Cōgregat⁹ eſt iſrael vniuerſus et planxerunt eum ſcꝫ ſamuelē ꝓuer. 18. Frater qui iuuat̃ a fratre quaſi ciuitas firma. ¶ Secundo expetit conſtantiam ibi. Et in nullo ꝛc. Et ṗmo inducit ad fortitudinē. Secūdo ponit rationē. Dicit ergo. Et in nullo ꝛc. quia nihil poſſunt niſi quantū deus ꝑmittit. Luc. 21. Capillus de capite veſtro non peribit pſ̄. Foliū eius non defluet ꝛc. Eſa. 51. Quis tu vt timeas ab hoīe mortali ⁊ a filio hominis qui quaſi fenum ita areſcet. Ratio autē eſt triplex Prima ſumit̃ a fructu tribulationis. Secunda ex dono duplici dei. Tertia ab actore. Dicit ergo. Nō terreamini: quia eſt vobis fructus: q̃ ſcꝫ perſecutio in illis ſcꝫ ꝑſequentibus eſt cauſa perditionis. ſed vobis eſt cauſa ſalutis Ma. 16. Qui voluerit aīam ſuam ſaluā facere ꝑdet eam ꝛc. Jo. 12. Qui amat animā ſuam perdet eā Oſee 12. Perditio tua ex te iſrael tantūmō ex me auxiliū tuū ꝛc. Et hoc a deo a quo pro munere donatum eſt vobis ꝙ ſuſtineatis tribulatiōes patiēter. ¶ Ut in eū credatiſ. Ephe. 2. Gratia eius eſtis ſaluati. Et hoc quantū ad fidem quod eſt magnū et primū donum. ¶ Et etiā vt ꝓ illo patiamini qḋ eſt magnū donū vt curam xp̄i agatis q̃ſi atlethe eius Act̃. 5. Ibant ap̄li ꝛc. Sic ergo vtile eſt et honorificum: et ideo agatis fortiter. Tertio ex exemplo qꝛ ita tractat eoſdē ſicut nos qui ſumus ṗmitie fideliū: Et ideo dicit. Idem certamē habentes quale vidiſtis in me ſcꝫ apud vos qn̄ nudus fui verberat⁹ philippis ꝓpt̃ phitoniſſam liberatā. Act̃. 16. Et nunc audiſtis de me q̄ ſum in vinculis.

## Capitulū ſecundū.

Si qua ergo conſolatio in chriſto: ſi quod ſolaciū charitatis: ſi qua ſocietas ſpirtus. ſi qua viſcera miſerationis: implete gaudiū meum. vt idem ſapiatis: eandē charitatem habētes. vnanimes idipſum ſentientes. Nihil ꝑ contentionē neqꝫ ꝑ inanem gloriam. ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes. non que ſua ſunt ſinguli conſiderantes: ſꝫ ea que aliorū.

Supra prebuit ſe in exemplū patientie et ſanctitatis: hic ad idem adducit exempla aliorum. Et ṗmo ponit exemplum chriſti. Secundo exempla ſuoꝝ diſcipuloꝝ quos ad eorū confirmationē mittere ꝓmittit ibi. Spero autē in dn̄o ꝛc. Circa primū tria facit. qꝛ ṗmo ṗmittit exhortationem. Secundo inducit exemplū ibi. Hoc eīm ſentite ꝛc. Tertio concludit ꝓpoſitum ex exemplo chriſti ibi Itaqꝫ chariſſimi mei ꝛc. Circa primū ṗmo ē cōſiderādū crimē q̄ eos inducit Sc̄do ad quid inducit ibi. Implete gaudiū ꝛc. Utit̃ aūt circa ṗmū q̄druplici medio. Primo ex deuotione ad ipſum xp̄m. Sc̄do ex charitate ꝓximi. Tertio ex ſpēali ſocietate. Quarto ex miſeratiōe. Dicit

ergo. Si qua cõſolatio ꝛc. Hec quattuor media que hic conſequenter ponunt̃ om̃ia referunt̃ ad hoc qđ ſubdit. Implete ꝛc. Et eſt ſenſus. Quaſi dicat. Conſolari volo in vobis. Si qua ergo conſolatio id eſt ſi quã conſolationem mihi afferre vultis in xp̃o implete gaudiũ meum. Eſa.61. Ut ponerẽ fortitudinẽ lugentibus ſyon ꝛc. 2.corin.1. Conſolat̃ nos in om̃i tribulatione vt et ipſi poſſimus conſolari ꝛc. ¶ Ex parte vero charitatis fraterne dicit. Si qđ ſolacium charitatis ſcꝫ eſt implete gaudiuꝫ meũ Gal.5. Fructus autẽ ſpũs eſt charitas gaudiũ pax ꝛc. pſ. Ecce ꝙ̃ bonuꝫ ꝛc. ¶ Item ex ſocietate. et hec eſt inter homĩes qui cõmunicant in rebus ſicut ſocij in bellicis armis: ita boni ſpũales q̃ ſibi cõmunicãt in ſpũalib⁹ bonis. Et ideo dicit. Si qua ſocietas ſpũs ſcꝫ ẽ mihi ad vos: implete gaudiũ meũ. quaſi dicat. Exhibui ego vobis multã conſolationẽ veſtram. Si ergo ſocij mei eſtis exhibete ideꝫ ⁊ vos mihi. Eph.4. Solliciti ſeruare vnitatem ſpũs in vinculo pacis ꝛc. ꝓuer.18. Uir amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit ꝙ̃ frater. ¶ Item ex miſeratione cũ dicit. Si qua viſcera miſerationis. Col.3. Induite vos ſicut electi dei ſancti ⁊ dilecti viſcera miſericordie ꝛc. ¶ Deinde ponit ea ad que inducit. et p̃mo in generali dicens. Implete ꝛc. quaſi dicat. Gaudeo in vobis ꝓpter bona que vidi et audiui de vobis. ſꝫ quãdo hec ꝓficient tunc gaudium meũ creſcet et tandẽ ꝓficiet. Unde illđ implete ꝓficiẽdo in bonũ. Secũdo in ſpeciali monet ad mutuã charitatẽ. cui⁹ vnitas in duob⁹ ↄſiſtit. ſcꝫ interius in affectu et exterius in effectu. 1.Jo.3. Non diligamus verbo neq̃ lingua: ſed opere et veritate. ꝛc. Pria deſignat̃ i obiecto charitatis cũ dicit. Idẽ ſapite. Sapientia eñi eſt cognitio altiſſimaꝝ cauſaꝝ. qr eius eſt iudicare qđ nullus poteſt ſine cauſa altiſſima. Et ideo ſapientia eſt cognitio de diuinis. Idem ergo ſapite ꝛc. q̃ſi dicat. Idem ſapiatis circa ea que ſunt fidei Ro.15. Deus autẽ patientie et ſolacij det vobis idipſum ſapere in alterutrũ ſm̃ ieſum chriſtũ: vt vno ore honorificetis deũ Sed hoc fit ꝑ charitatem eandẽ Col.3. Suꝑ om̃ia charitatem habentes qđ eſt vinculũ perfectionis. Itẽ ꝙ̃tuꝫ ad effectum ſunt duo neceſſaria. ſcꝫ conſenſus duoruꝫ in idem ex parte affectus et iudiciũ rõnis concors in eodẽ. Quantũ ad p̃mum dicit. Unanimes ſcꝫ in agendis pſ. Qui inhabitare facit vni⁹ moris in domo. Ro.15. Uno ore honorificetis deum. Quantũ ad ſecundũ dicit. Idipſum ſentientes. Nõ ita differt ab hoc qđ dicit. Idem ſapite. ſicut hoc qđ dicit. Unanimes in charitate. Secundo monet ad humilitatẽ circa quã p̃mo excludit ↄtraria humilitati. Secundo monet ad eam. Contraria autẽ humilitati ſunt que oriunt̃ ex ſuꝑbia: Hec autẽ ſunt ꝓprie exterior cõtentio. qr humiles ſibi cedunt. ꝓuer.13. Intẽ ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt ꝛc. Jac.3. Ubi zelus ⁊ contẽtio ibi incõſtantia et om̃e opus prauũ. Aliud eſt inanis gloria. Suꝑbus eñi inordinate appetit ſuã excellentiaꝫ etiam in opinione aliorum Gal.6. Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicẽ ꝓuocantes inuicem inuidentes, ꝛc. Jo.8. Ego aũt nõ quero gloriã meã ꝛc. Sed in humilitate ſuꝑiores inuicem arbitrantes. Sicut eñi ꝑtinet ad ſuꝑbiam ꝙ homo ſe extollat ſupra ſe: ita ad humilitatem ꝙ hõ ſe ſubijciat ſm̃ ſuam menſurã. Sed quõ ſuperior poterit hoc implere? Aut eñi nõ cognoſcit ſe eſſe ſuperiorẽ et virtutẽ ſuam. et ſic non eſt virtuoſus: qr nõ eſt prudens. Aut ſcit. et ſic non põt alium exiſtimare ſuperiorem ſe. Reſpondeo. dicendũ eſt ꝙ nullus eſt ſic bon⁹ quin ſit alicuius defectus. et nullus eſt ſic mal⁹ quin habeat aliqđ boni. Unde non oportet ꝙ eum preponat ſibi ſimpliciter. ſed ꝙ̃tum ad hoc ꝙ dicat in mẽte ſua. Forte in me ẽ aliquis defectus. qui nõ eſt in illo. Et hoc oſtendit Auguſtinus in libro de virginitate quõ virgo preferat ſibi coniugatã: qr forte feruẽtior. Sed detur ꝙ ꝙ̃tuꝫ ad om̃ia ſit ille bonus ⁊ ille malus. nihilominus tu et ille geritis duplicẽ perſonam ſcꝫ tui ⁊ xp̃i. Si ergo illum nõ preponas rõne ſue perſone. preponas rõne imaginis diuine Ro.12. Honore inuicem ꝑuenientes. ¶ Tertio monet ad mutuã ſollicitudinẽ dicens. Non que ſua ꝛc. 1.corin.12. Pro ſe inuicẽ ſollicita ſunt mẽbra ꝛc. 1.cor.13. Charitas non querit q̃ ſua ſunt.

## Lectio ſecunda

Hoc ſentite in vobis qđ et in chriſto ieſu. Qui cũ in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalem deo: ſed ſemetipſuꝫ exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinẽ hominum factus ⁊ habitu inuentus vt homo humiliauit ſemetipſuꝫ factus obediẽs vſq̃ ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis.

Poſtꝙ̃ aplus poſuit exhortationẽ ſuam: hic hortat̃ ad virtutem humilitatis exemplo chriſti. Et p̃mo inducit ad imitandũ xp̃i exemplũ. Scđo ponit eius exemplũ ibi Qui cum in forma ꝛc. Dicit ergo. Sitis humiles vt dixi. ideo hoc ſentite id eſt experimẽto tenete quod fuit in xp̃o ieſu. ¶ Notandum ꝙ quinq̃ modis debemus hoc ſentire ſcꝫ quinq̃ ſenſibus. p̃mo videre eius claritatẽ vt ei cõformemur illuminati Eſa.33. Regem in decore ſuo videbũt ꝛc. 2.cori.3. Nos autẽ om̃es reuelata facie gloriam dei ſpeculantes ꝛc. Secũdo audire eius ſapientiaꝫ vt beatificemur. 3.Reg.10. Beati viri tui ⁊ beati ſerui tui hi qui ſtant coram te ⁊ audiũt ſapientiam tuã ꝛc. pſ. In auditu auris obediuit mihi ꝛc. Tertio odorare gra vt ad eũ curram⁹. ꝛc. Cañ.1. Trahe me poſt te curremꝰ in odorem vnguentoꝝ tuoruꝫ ꝛc. Quarto guſtare dulcedinem eius pietatis vt in deo ſemꝑ ſim⁹. pſ. Guſtate ⁊ videte quoniã ſuauis eſt dñs ꝛc. Quinto tangere ei⁹ virtutem vt ſaluemur Matth.9. Si tetigero tm̃ fimbriam veſtimenti eius ſalua ero ꝛc. Et ſic ſentire quaſi tangendo ꝑ operis imitationẽ. ¶ Deinde cũ dicit. Qui cuꝫ in forma ꝛc. ꝓponit exemplũ xp̃i. Et p̃mo premittit chriſti maieſtatem. Secũdo ponit eius humilitatẽ ibi. Semetipſum ꝛc. Tertio exaltationẽ ibi. Propter quod ꝛc. Et p̃mo maieſtatẽ xp̃i p̃mittit vt magis humilitas commendet̃. Et duo ꝓponit ꝑtinentia ad xp̃i dignitateꝫ ſcꝫ diuine nature veritatẽ. Secundo equalitatẽ ibi. Nõ rapinam ꝛc. Dicit ergo q̃ ſcꝫ xp̃s cum in forma ꝛc. Unumquodq̃ eñi dicit̃ ĩ natura generis vel ſpeciei ꝑ ſuã formã Unde forma dicit̃ natura rei. Et ſic eſſe in forma dei eſt eſſe in natura dei. ꝑ qđ intelligit̃ ꝙ ſit verus de⁹. 1.Jo. vltimo. Ut ſimus in vero filio eius ieſu chriſto. Sed nõ eſt intelligendũ ꝙ aliud ſit forma dei: ⁊ aliud ipſe deus qr in ſimplicibus ⁊ inmaterialibus idem eſt forma ⁊ id cuius eſt. ⁊ maxime in deo. Sꝫ quare potius dicit in forma ꝙ̃ in natura. Quia hoc competit nominibus ꝓprijs filij tripliciter. Dicit̃ eñi et filius ⁊ verbũ et imago. Filius eñi eſt qui generat̃: ⁊ finis generatiõis eſt forma. Et ideo vt oſtendat̃ ꝑfectus dei fili⁹ dicit ĩ forma. quaſi habens perfecte formã patris. Similiter verbũ non eſt ꝑfectum niſi qñ ducit in cognitionẽ nature rei. Et ſic verbum dei in forma dei dicit̃. qr habet totam naturã pr̃is Similiter nec imago dicit̃ ꝑfecta niſi habeat formã cui⁹ eſt imago. Heb.1. Cum ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie. eius ꝛc. Sꝫ nunqđ habet eam ꝑfecte? Sic. quia non rapinam ꝛc. Quod poſſet dupliciter intelligi. Uno

modo ſic quia non rapinam ꝛc. quia hoc eſſet rapīa ſi re-
feratur ad hūanitatem. ſꝫ nō loquit̄ de hoc. ſꝫ ſi dicat̄ de
hūanitate hoc ē hereticū. qꝛ Io. 5. Equalē deo ſe faciēs
ergo arbitrabat̄ ſe equalem deo. Repugnat etiā ratio-
ni: qꝛ natura dei non eſt receptibilis in materiā. Q̄ autē
aliq̄s exiſtens in natura aliqua magis vel minꝰ ꝑticipet
eam eſt ex materia. ſed ibi non eſt. ergo dicendum eſt ꝙ
arbitratus eſt non eſſe rapinam ſcꝫ ſe eſſe equalem deo.
qꝛ eſt in forma dei: ⁊ cognoſcit bene naturā ſuā: et quia
cognoſcit hoc Io. 5. Equalem ſe deo facit: ſed hoc non
fuit rapina. ſicut quādo diabolus ⁊ homo volebāt ei eq̄-
ri Eſa. 14. Ero ſimilis altiſſimo ꝛc. Et Gen. 3. Eritis ſi-
cut dij ꝛc. Et qꝛ hec fuit rapina. ideo ꝓ hac xp̄s venit ſa-
tiſfacere. pſ. Que non rapui tunc exoluebā ꝛc. ¶ Dein-
de cum dicit. Sed ſemetipſum ꝛc. humilitatē xp̄i cōmē-
dat. Primo q̄tum ad myſteriū incarnationis. Secūdo
q̄tuꝫ ad myſteriū paſſionis ibi. Humiliauit ſe ꝛc. Circa
primū p̄mo ponit humilitatē. Secundo eius modū ⁊ for-
mam. Dicit ergo. Sed ſemetipſum ꝛc. Sed qꝛ erat ple-
nus diuinitate. nūq̄d ergo euacuauit ſe diuinitate? Nō.
quia qđ erat ꝑmanſit: ⁊ quod non erat aſſumpſit. Sed
hoc eſt intelligendū ſm aſſumptionē eius qđ nō habuit.
ſed non ſm aſſumptionē eius qđ habuit. Sicut em̄ de-
ſcendit de celo non ꝙ deſineret eſſe in celo. ſed qꝛ ince-
pit eſſe nouo mō in terris: ſic etiam ſe exinaniuit: nō de-
ponendo naturam diuinā: ſed aſſumendo naturā huma-
nam. Pulchre autē dicit exinaniuit. Inane em̄ opponi-
tur pleno. Natura autē diuina ſatis plena eſt. qꝛ ibi eſt
om̄is bonitatis perfectio. Exo. 33. Oſtendam tibi omne
bonum. Natura autē humana et aīa non ſunt plena: ſed
in potētia ad plenitudinē: qꝛ eſt facta quaſi tabula raſa.
Eſt ergo natura humana inanis. Dicit ergo. Exinani-
uit. qꝛ naturam humanā aſſumpſit. Tangit ergo primo
nature humane aſſumptionē dicens: Formā ſerui acci-
piens. Homo em̄ ex ſua creatione eſt ſeruus dei. et natu-
ra humana eſt forma ſerui. pſ. Scitote quoniā dn̄s ipſe
eſt deus ꝛc. Eſa. 42. Ecce ſeruus meus ꝛc. pſ. Tu dn̄e
ſuſceptor meus es ꝛc. Cur dicit̄ conuenientiꝰ formā ſer-
ui q̄ ſeruum? Quia ſeruus eſt nomen ypoſtaſis vel ſup-
poſiti quod non eſt aſſumptū: ſed natura. qđ enim ſuſci-
pitur diſtinguit̄ a ſuſcipiente. Nō ergo filius dei aſſum-
pſit hominē: qꝛ daret̄ intelligi ꝙ homo eſſet aliud a filio
dei: cum tn̄ filius dei factus ſit homo. Accepit ergo natu-
ram in perſona ſua vt eſſet idem in perſona filius dei ⁊ fi-
lius hominis. Secundo tangit nature conformitatē di-
cens. In ſiſitudinē hoīm factus ſcꝫ ſm ſpecieꝫ. Heb. 2.
Debuit ꝑ om̄ia fratribus aſſimilari. ꝛc. Et ſi dicas ꝙ in
dn̄o ieſu xp̄o non conuenit ſpeciem accipere. verum eſt q̄
reſultet ex diuinitate ⁊ humanitate. q̄ſi diuinitas ⁊ hu-
manitas conueniſſent in vnam naturam cōmunē. Unde
ſequeret̄ ꝙ diuina natura (vt ita loquꝛ) mutaret̄. Ter-
tio nature humane conditiones ponit dicens: Et habi-
tu inuentus vt homo: qꝛ defectus om̄es ⁊ ꝓprietates cō-
tinentes ſpeciem preter peccatū ſuſcepit. Et ideo habitu
inuētus vt homo ſcꝫ in exteriori cōuerſatione. qꝛ eſurijt
vt homo. fatigatꝰ fuit: ⁊ huiſmodi. Heb. 4. Temptatū
ꝑ om̄ia ꝓ ſimilitudine abſq̄ peccato. Baruch. 3. Poſt
hec in terris viſus eſt: ⁊ cum hominibꝰ conuerſatus eſt.
ꝛc. Et ſic habitum poſſumꝰ referre ad exteriores habitu-
dines. Uel habitu qꝛ ipſam humanitatē accepit q̄ſi ha-
bitum. Eſt autē habitus quadruplex. Unus mutat ha-
bentē ⁊ ipſe non mutat̄. vt ſtultus ꝑ ſapientiā. Aliꝰ mu-
tatur ⁊ mutat vt cibus. Alius qui nec mutat nec mutat̄:
vt anulus adueniēs digito. Alius q̄ mutat̄ et nō mutat
vt veſtimentuꝫ. Et ꝑ hanc ſiſitudinē natura humana in
chriſto dicit̄ habitus. qꝛ ſic aduenit diuine ꝑſone ꝙ non
mutauit ipſam. ſed mutata eſt in melius: qꝛ impleta eſt
gratia ⁊ veritate. Io. 1. Uidimus gloriam eius: gloriā
quaſi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis ꝛc. Di-
cit ergo. In ſimilitudine hominū factus. ita tamen ꝙ nō
mutat̄: qꝛ habitu inuentꝰ eſt vt homo. Sꝫ aduertendū
eſt ꝙ ex hoc verbo habitu ꝛc. aliqui errauerunt. Unde
tangitur triplex opinio. 6. diſtin. 3. ſententiarū. Prima
eſt ꝙ humanitas xp̄i aduenit ei accidentaliter. quod eſt
falſum: qꝛ ſuppoſitum diuine nature factū eſt ſuppoſituꝫ
humane nature. ⁊ ideo accidentaliter non aduenit ei:
ſed ſubſtantialiter. non ꝙ diuinitas naturaliter ſed ſub-
ſtantialiter predicet̄ de ipſo. Et ꝑ hoc etiam excluditur
error fotini qui dixit ꝙ xp̄s eſſet purus homo: nō de vir-
gine. qꝛ dicit̄ cum in forma dei eſſet. Ergo prius in for-
ma dei erat q̄ acciperet formā ſerui ex qua eſt minor pa-
tre: qꝛ nō rapinā ꝛc. Uincit̄ ergo ꝙ ꝑ formā ſerui meruit
Itē excludit̄ error arrij q̄ dixit ꝙ eſſet minor pr̄e: qꝛ non
rapinā ꝛc. Itē Neſtorij. qui dixit ꝙ vnio eſſet intelligen-
da ſm inhabitationē in q̄tū. ſ. deꝰ inhitauit hoīeꝫ ⁊ aliꝰ
ē filꝰ hoīs. ⁊ alius filius dei. Sꝫ rabanus dicit ꝙ ap̄lus
incarnationē nominat exinanitionē. Conſtat autē ꝙ pa-
ter inhabitat ⁊ ſp̄uſſanctus. ergo ⁊ ipſi ſunt exinaniti qđ
eſt falſum. Item dicit ſemetipſum exinaniuit. ergo ideꝫ
eſt qui exinanitus eſt ⁊ exinaniēs. Sed huiuſmodi eſt fi-
lius dei. qꝛ ipſe ſemetipſum exinaniuit. ergo eſt vnio in
perſona. Item Euthicetis qui dixit ꝙ ex duabus natu-
ris reſultat etiam vna natura. Ergo non accepit formaꝫ
ſerui: ſed quandā aliam. quod eſt contra hoc. Iteꝫ valē-
tini qui dixit ꝙ attulit corpus de celo. Itē apollinaris q̄
dixit ꝙ non habuit animā. Sic em̄ non eſſet in ſimilitu-
dinē hominū factus. ¶ Deinde cum dicit. Humiliauit
ſemetipſum ꝛc. cōmendat humilitatem xp̄i quo ad my-
ſterium paſſionis eius. Et p̄mo oſtendit humilitatē xp̄i.
Secundo modū ibi. Factus obediēs ꝛc. Eſt ergo homo
ſed valde magnus qꝛ idem eſt deus ⁊ homo. ⁊ tamē hu-
miliauit ſe Ecc. 3. Quanto magnꝰ es humilia te in om̄i-
bus Matth. 11. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis
corde ꝛc. ¶ Modus humiliationis eſt ſignum humilita-
tis et obedientie. qꝛ ꝓpriū ſupborū ē ſequi ꝓpriam vo-
luntatem. qꝛ ſuperbus querit altitudinē. Ad rem auteꝫ
altam pertinet ꝙ non regulet̄ alio. ſed ipſa alia regulet.
Et ideo obedientia contrariat̄ ſuperbie. Unde volens
oſtendere ꝑfectionem humilitatis et paſſionis xp̄i dicit:
ꝙ factus eſt obediens. qꝛ ſi fuiſſet paſſus non ex obediē-
tia: non fuiſſet ita cōmendabilis. qꝛ obedientia dat meri-
tum paſſionibꝰ noſtris. Sed quomō factus eſt obediēs?
Non voluntate diuina: quia ipſe eſt regula. ſed volunta-
te humana que regulata eſt in omnibus ſm voluntatem
paternam. Matth. 26. Uerūtamen non ſicut ego volo:
ſed ſicut tu. Et conuenienter introducit in paſſione obedi-
entiam. qꝛ p̄ma preuaricatio eſt facta ꝑ inobedientiam.
Ro. 5. Sicut em̄ ꝑ inobedientiam vnius hominis pec-
catores conſtituti ſunt multi: ita et per obedientiā vniuſ
hominis iuſti conſtituunt̄ multi ꝛc. ꝓuer. 21. Uir obedi-
ens loquet̄ victorias. Sed ꝙ magna ⁊ cōmendabilis ſit
obedientia patet. qꝛ tunc eſt obedientia magna quando
ſequit̄ imperium alterius contra motū ꝓprium. Motus
autē volūtatis humane ad duo tendit. ad vitam et ad ho-
norem. ſed xp̄us non recuſauit mortem. 1. Pe. 3. Chri-
ſtus ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt ꝛc. Item non
fugit ignominiam. Unde dicit. Mortem autem crucis:
q̄ ē ignominioſiſſima. Sap. 2. Morte turpiſſima cōdem-
nemus eum. ꝛc. Sic ergo nec refugit mortem nec genus
mortis.

Lectio tertia

Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomē quod eſt ſuꝑ omne nomen: vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtium. terreſtrium: ⁊ infernoꝝ. ⁊ omnis lingua confiteaꝫ. quia dominus ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. Itaqꝫ chariſſimi mei ſicut ſemꝑ obediſtis non in preſentia mei tantum: ſed multomagis nunc in abſentia mea cuꝫ metu ⁊ tremore veſtram ſalutem operamini. Deus ē eñ qui operaꝫ in vobis ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona voluntate.

Supra cōmendauit xp̄i humilitatē: hic cōmendat eius premiū qd̄ ē exaltatio ⁊ gloria. Luc. 14. et. 18. Oīs q̄ ſe exaltat humiliabiꝫ ⁊ q̄ ſe humuliat exaltabiꝫ. Job. 22. Qui humiliat⁹ fuerit erit ī glā. ⁊c. Nota triplicē exaltationē xp̄i q̄tū ad gloriā reſurgētis ibi. Propꝫ qd̄ ⁊c. Q̄tū ad notificationē ſue diuinitatis ibi. Et donauit ⁊c: et q̄tum ad reuerentiā totius creature ibi. Ut innomie ⁊c. Dicit ergo. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum ſcꝫ vt de morte reſurgeret. Item de mortalitate ad īmortalitatem. Ro. 6. Chriſt⁹ reſurgens ex mortuis iam nō moritur: mors illi vltra non dominabiꝫ ⁊c. pſ̄. Dextera dn̄i exaltauit me non moriar ſed viuam ⁊c̄. Item exaltauit eum in dextris ſuis conſtituendo. Eph. 1. Conſtituēs illum ad dexterā ſuam in celeſtibus ſupra omnē ꝑncipatum ⁊ poteſtatem ⁊ virtutem ⁊ dn̄ationem et oīe nomē ⁊c. Sꝫ verū eſt ꝙ alij exaltanꝫ in gloria ⁊ in īmortalitate. ſed iſte plus quia dedit ei nomen ⁊c. Nomē autē imponiꝫ ad ſignificandū rem aliquā. ⁊ tanto nomē eſt alti⁹ quanto res ſignificata per illud eſt altior. ⁊ ideo nomen diuinitatis ē alti⁹. pſ̄. Domine dn̄s noſter ⁊c. Ergo hoc nomē vt de⁹ diceret ⁊ eſſet dedit iſti ſcꝫ xp̄o pater tan̄ꝙ vero deo. Sed fotinus dicit ꝙ hoc poniꝫ hic ſicut premiū humilitatis xp̄i. et dicit ꝙ non eſt verus deus. ſꝫ ꝙ ſit ſibi data quedā eminentia creature ⁊ ſimilitudo diuinitatis qd̄ non eſt verū. qꝛ dictum eſt ſupra. Cum in forma dei eſſet ⁊c. Dicendū ergo eſt ꝙ in xp̄o eſt duplex natura et vnum ſuppoſitū. Hec eñ perſona deus eſt ⁊ homo. et ideo poteſt hoc dupliciter exponi. Uno modo vt donauerit ei hoc nomen pater inquantū eſt filius dei. et hoc ab eterno ꝑ generationē eternam que donatio nihil eſt alud ꝙ̄ eterna eius generatio. Jo. 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipſo ⁊c. Alio modo de xp̄o homine. ⁊ ſic pater dedit illi homini nomen vt deus eſſet: nō ꝑ naturā. qꝛ alia eſt natura dei: et alia hoīs. ſed vt eſſet deus per grāꝫ non adptionis ſed vnionis: vt ſimul eſſet deus ⁊ homo. Ro. 1. Predeſtinat⁹ eſt filius dei in virtute ⁊c. ille ſcꝫ q̄ factus eſt ex ſemine dauid ſꝫm carnem. Et hec eſt expoſitio auguſtini ſꝫm intentionē apl̄i. Simile habet Act. 2. Certiſſime ſciat omnis domus ⁊c. Prima aūt eſt ambroſij. Sed queris q̄tum ad vtrāqꝫ expoſitionē humiliauit ⁊c. Propter hoc ⁊c. premiū non ꝑcedit meritū. Nō ergo eterna generatio ⁊ incarnatio eſt premiū paſſionis xp̄i. qꝛ precedūt. Sed dicendū eſt ꝙ in ſacra ſcꝑtura dicitꝫ aliq̄d fieri qn̄ īnoteſcit. Donauit ergo id ē fecit manifeſtum mundo ꝙ hoc nomē haberet. Hoc eñ manifeſtatū eſt in reſurrectione: qꝛ añ nō erat ſic nota diuitas xp̄i. Et huic cōcordat textus ſequens. quaſi nō donauerit qd̄ nō haberet. ſed vt hoc oēs venerenꝫ. Et poniꝫ duplex veneratio ſcꝫ in ſubiectione operis ⁊ in confeſſione oris ibi. Et omis lingua ⁊c. Dicit ergo. Et dedit illi nomē qd̄ ē ſuꝑ omne nomen. etiam ſꝫm ꝙ homo. Ideo ſubdit. Ut in nomine ieſu quod eſt nomen hoīs oīe genu flectaꝫ. Phil. 2. et Eſa. 45. Mihi curuabiꝫ oīe genu. ⁊c. Sed hic errauit origenes. qꝛ cuꝫ audiuit ꝙ oīe genu flectaꝫ quod eſt reuerentiā exhibere credidit futurū quandoqꝫ ꝙ omnis creatura rationalis ſiue angeli ſiue hoīes ſiue demones ſubijcerent xp̄o ſubiectione charitatis. Sed contra hoc ē illud Matth. 25. Ite maledicti in ignē eternū ⁊c. Sed dicendum eſt ꝙ eſt duplex ſubiectio. Una volūtaria ⁊ alia inuolūtaria. Et eſt futurū ꝙ oēs angeli ſancti xp̄o ſubijciant volūtarie. ⁊ ideo dicit oīe genu flectatur. Et poniꝫ ſignū ꝓ ſignato. pſ̄. Adorate eum omnes angeli eius. Item ꝙ hoīes. pſ̄. Oīes gentes q̄ſcūqꝫ feciſti venient ⁊ adorabūt coram te domine: glorificabūt nomē tuū ⁊c. Et ꝙ demōes licet īuolūtarie. Jac. 2. Demones credunt ⁊ contremiſcunt ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Et oīs lingua confiteaꝫ ⁊c. Poniꝫ exhibitio reuerentie in confeſſione oris. Omnis lingua ſcꝫ celeſtiuꝫ terreſtrium ⁊ infernoꝝ. Non de confeſſione laudis diciꝫ hoc reſpectu infernorum: ſed de coacta que fit ꝑ recognitionem dei. Eſa. 40. Uidebit omnis caro pariter ꝙ os domini locutum eſt ⁊c. pſ̄. Confiteanꝫ nomini tuo quoniā terribile ⁊ ſanctuꝫ eſt ⁊c. Et hoc qꝛ dn̄s ieſus chriſt⁹ ⁊c. Iſte ſcꝫ homo in gloria ⁊c. Nō dicit in ſimili: qꝛ in eadē. Jo. 5. Omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. ¶ Et notandum eſt ꝙ in ꝑncipio dicit. Qui cum in forma ⁊c. Hic dicit In gloria. qꝛ futurum erat ꝙ illud qd̄ ab eterno habuit omnib⁹ īnoteſceret. vt Jo. 17. Clarifica me tu pater apud temetipſum claritate quā habui pri⁹ ꝙ̄ mūd⁹ fieret apd̄ te. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Itaqꝫ fratres ⁊c. Concludiꝫ exhortatio. Et circa hoc tria facit. qꝛ primo hortaꝫ ad bene agendum. Secundo oſtendit quō debent agere ibi. Omnia autē ⁊c. Tertio quo fructu ibi Ut ſitis ⁊c. Item ꝑma in tres. Quia ꝑmo cōmemorat ꝑteritam obedientiā. Secūdo oñdit q̄d agere debeant ibi Non in preſentia ⁊c. Tertio dat fiduciā adimplendi ibi Deus eñ ⁊c. Dicit ergo. Itaqꝫ ex quo xp̄s ſic ſe humiliauit ⁊ ꝓpter hoc eſt exaltatus. debetis ſcire ꝙ ſi humiliamini exaltabimini. ⁊ hoc debetis facere qꝛ ſemꝑ obediſtis. Et facit mentionem de obedientia cōmendando bona eorum. ⁊ hoc ideo: qꝛ ꝑ obedientiam intelligiꝫ omis virtus: qꝛ ex hoc eſt homo iuſtus ꝙ mandata dei cuſtodit. Ro. 6. Serui eſtis eius cui obediſtis ſiue peccati ad mortem ſiue obeditionis ad iuſticiam ⁊c. Item oīe bonum quantumcūqꝫ bonum eſt ꝑ ſe per obedientiam reddiꝫ melius. Puer. 21. Uir obediens loquetur victorias. Item qꝛ obedientia inter alias eſt maxima. Nam offerre de rebus exterioribus eſt magnū: ſed maius ſi de corpore. ſed maximū ſi de anima ⁊ volūtate tua quod fit ꝑ obedientiam. 1. Reg. 15. Melior eſt obedientia ꝙ̄ victime ⁊ auſcultare magis ꝙ̄ offerre adipem arietuꝫ ⁊c. Sed ſi ſic feciſtis hortor vt ſic faciatis decetero. ¶ Deinde cum dicit. Non in preſentia ⁊c. oſtendit quid agere debeant. Et ꝑmo monet vt agant fideliter. qꝛ ſeruus infidelis nō ſeruit niſi qn̄ dn̄s videt. qꝛ ñ curat niſi placere: ſꝫ fidelis ſemꝑ bene operaꝫ. ⁊ ideo dicit. Nō in preſentia mea tm̄ quia ſic videꝫ ꝙ non faciatis ex inſtinctu bone voluntatis. Ephe. 6. Nō ad oculū ſeruientes quaſi hominibus placentes. ſed vt ſerui chriſti facientes voluntatem dei. ⁊ animo cum bona voluntate ſeruientes domino ⁊ non hominibus ⁊c̄. Secundo vt humiliter ibi. Cum metu ⁊ tremore. Sugb⁹ eñ non timet ſed humilis. 1. corin. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat ⁊c. Prouer. 28. Beatus homo qui ſemꝑ eſt pauidus. pſ̄. Seruite dn̄o in timore: ⁊ exultate ei cum tremore. Tertio ſalubriter

ibi. Ueſtram ſalutē operamini. Math. 10. ⁊ 24. Qui perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit. ¶ Deinde cum dicit. Deus eſt enim ⁊c. Confirmat fiduciā ⁊ excludit quattuoꝛ falſas exiſtimatiōes. Unam hominū credētiū ꝙ homo per liberū arbitriū poſſit ſaluari abſq; diuino auxilio. Contra hoc dicit. Deus ⁊c. Joh. 14. Pater in me manens ipſe facit opera ⁊c. ⁊. 15°. Sine me nihil poteſtis facere. Alij omnino negāt liberum arbitriū. dicentes ꝙ homo neceſſitatur a fato vel a prouidentia diuina. Et hoc excludit cum dicit. In vobis. quia interius per inſtinctum mouet voluntatem ad bene operandum. Eſaie. 26. Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. Tercia pelagianoꝝ ſicut ⁊ primi dicentiū electiones in nobis ſed proſecutiones operum in deo: quia velle eſt a nobis ſed perficere eſt a deo. Et hoc excludit dicens: Et velle ⁊ perficere. Romañ. 9°. Non eſt volentis. ſcz velle ſine auxilio dei. nec currentis ſcilicet currere. ſed miſerentis eſt dei. Quarta ꝙ deus facit omne bonum in nobis et hoc per merita noſtra. Hoc excludit cum dicit. Pro bona voluntate. ſcilicet ſua non pro meritis noſtris: quia ante gratiam dei nihil boni meriti eſt in nobis. ps. Benigne fac domine in bona voluntate tua ⁊c.

## Lectio quarta.

Omnia autem facite ſine murmurationibus et heſitationibus: vt ſitis ſine querela ⁊ ſimplices filij dei ſine reprehenſione in medio nationis praue ⁊ peruerſe: inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo: verbum vite continētes ad gloriam meam in die xp̄i. qꝛ nō inuacuū cucurri: neq; inuacuū laboraui Sed ⁊ ſi emuloꝛ ſupra ſacrificiū ⁊ obſequiū fidei vr̄e gaudeo ⁊ ꝯgratuloꝛ oībus vobis Idipm autē ⁊ vos gaudete ⁊ cōgratulamini mihi. Spero autē in dn̄o ieſu tymotheū me cito mittere ad vos: vt ego bono animo ſim cognitis que circa vos ſunt. Neminem em̄ habeo tam vnanimē qui ſincera affectione pro vobis ſollicitus ſit. Oēs em̄ que ſua ſunt querūt: non que ieſu xp̄i. Experimentū autē eius cognoſcite: qm̄ ſicut patri: filius mecū ſeruiuit in euangelio. Hūc igit ſpero me mittere ad vos. moꝝ vt videro q̄ circa me ſunt. Cōfido aūt in dn̄o. qm̄ ⁊ ipſe veniam ad vos cito. Neceſſariū autē exiſtimaui epaphroditū fratrē ⁊ cooperatoꝛē ⁊ cōmilitonē meū: veſtrū autē apoſtolū: ⁊ miniſtrū neceſſitatis mee mittere ad vos. qm̄ quidez oēs vos deſiderabat: ⁊ meſtus erat propterea ꝙ audieratis illū infirmatū. Naz ⁊ infirmatus eſt vſq; ad mortē ſed deus miſertus eſt eius. Non ſolū aūt eius verū etiā ⁊ mei. ne triſticiā ſuper triſticiā haberē. Feſtinantius ergo miſi illū: vt viſo illo iterum gaudeatis. ⁊ ego ſine triſticia ſim. Excipite itaq; illuz cū omni gaudio in dn̄o et eiuſmodi cum honoꝛe habetote: quoniā ꝑpter opus xp̄i vſq; ad mortē acceſſit. tradens animaz ſuam: vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obſequiū.

Supra aplus induxit ad faciendū opa ſalutis: hic docet eos modū faciendi. Et primo docet ipm modū. Secūdo aſſignat rationē eius ibi. Ut ſitis ⁊c. Docet autē duplicem modum faciendi: vt ſcilicet ſine murmure ⁊ ſine dubitatione. Opera enim virtutum ſunt difficillima. ⁊ nihil habet locū murmuratio. 1°. corinth. 10. Neq; murmurauerit ſicut quidā eoꝝ murmurauerūt et perierūt ab exterminatore. Et ne dubitetis an fiant. Jaco. 1. Qui enim heſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento mouet ⁊ circumfert ⁊c. Ponit autē huius rationē. ⁊ primo ex parte eoꝝ. Secūdo ex parte apl'i ibi. Ad gloriā ⁊c. Circa primū ponit triplex ratio. Prima in cōparatiōe ad fideles cū dicit. Ut ſitis ſine querela. Luce. 1. Incedētes in oībus mādatis ⁊ iuſtificatiōibus dn̄i ſine querela ⁊c. Sine peccato aūt nullus eſſe poteſt ſed bene ſine querela. Unde ad hoc monet. Secūdo in cōparatiōe ad deuz ibi. Simplices ⁊c. Filius em̄ eſt ſimilis patri. Deus autē ſimplex eſt. vnde ſimplices ſimus ſicut filij dei. qđ eſt qn̄ intentio eſt ad vnū. Jaco. 1. Uir duplex aīo inconſtans eſt in oībus vijs ſuis ⁊c. Math. 10. Eſtote prudētes ſicut ſerpētes ⁊ ſimplices ſicut colūbe. Tercio in cōparatiōe ad infideles ibi. Sine reprehēſione ⁊c. i. vt bn̄ ſe habeāt ad infideles: vt ſcz ſint ſine offenſiōe in medio natiōis praue quantū ad mala opera. ⁊ peruerſe quantū ad infidelitatē. Et hoc eſt qn̄ nō poteſt infamari ab eis. 1°. tymoth. 5. Nullā occaſionē date aduerſario maledicti gratia ⁊c. Et huius ratio ponit. ibi. Inter quos ⁊c. Quia qualitercūq; mundus variet luminaria celi clara manēt. Math. 5°. Uos eſtis lux mūdi ⁊c. Lucens non quantū ad eſſentiā qꝛ ſic tantū deus lux eſt. Jo. 1. Et vita erat lux hominū ⁊c. At vero ſancti nō ſic. Jo. 1. Non erat ille lux ⁊c. Sed ſunt lux inquantū habēt aliquid lucis illius qui erat lux hominū. ſcz verbi dei irradiantis nobis. Et ideo dicit verbū vite cōtinentes. ſcz verbū xp̄i Jo. 6. Dn̄e ad quē ibimus? verba vite eterne habes ⁊c. ps. Lucerna pedibus meis verbū tuū ⁊c. ¶ Deinde ponit rationē ex parte apl'i ibi. Ad gloriā meā. Scdo manifeſtat rationē: qꝛ ſubditi debēt bene agere etiam vt cedat in gloriā prelatoꝝ. Eoꝛuz enim eſt gloria qn̄ ſubditi ſunt bn̄ inſtructi. Prouer. 10. Filius ſapiēs letificat patrē ⁊c. 1. theſ. 2. Uos em̄ eſtis gloria noſtra ⁊c. Et hoc in diē xp̄i. qn̄ ſcz adducet ſecū fideles Et hoc ꝑpter duo eſt ad gloriā. ſcz ꝑpter laborē in p̄dicatōe. ꝑpter paſſionē mortis quā ſuſtinuit. Et iō dicit. Qꝛ nō inuacuū cucurri nec inuacuū laboraui. Curſuz dicit p̄dicationē ꝑpter agilitatē. qꝛ a ierl'm vſq; ad hyſpaniā Itez laboꝛes ꝑpter cōtradictiōes ⁊ penas quas pertulit. ⁊ hoc nō inuanū. immo in multū fructū. 1°. coꝛ. 15°. Gratia eius in me vacua nō fuit. Item ꝑpter paſſionē ibi. Sed ⁊ ſi immoloꝛ. Conuertēs enim aliquos quaſi de illis quos cōuertit offert ſacrificiū deo. Sed quādoq; offerentes a tyrannis occiſi ſunt ſupra ſacrificiū ſicut habet Luce. 13. Et ideo dicit. Offero deo ſacrificiū de vobis. ſed ſi contingat ꝙ ⁊ ego ſupra hoc īmoler. id eſt occaſione ſacrificij cōuerſionis veſtre occidar gaudeo ꝑpter me. Jac. 1. Omne gaudiū exiſtimate fratres mei cum in temptationes varias incideritis ⁊c. Et congratuloꝛ vobis ꝙ habetis fidem etiā cum periculo perſone mee cui et in hoc congratulamini. Et ideo dicit. Idipm gaudete ⁊ cōgratulamini mihi. Roma. 12°. Gaudere cum gaudētibus. ¶ Deinde cū dicit. Spero aūt ⁊c. ꝓponit in exemplū di

ſcipulos ſuos. ⁊ prīo tymotheū. Scđo epaphroditū ibi.
Neceſſariū autē ꝛc. Circa primū primo premittit miſſio
nē tymothei. Scđo cōmendat eū ibi. Neminē ꝛc. Ter
tio innuit tempus miſſionis ibi. Hunc igit̄ ꝛc. Dicit er
go. Spero ꝛc. Notandū eſt ꝙ aplūs ſic habuit fiduciā
in deo ꝙ etiā minima attribuebat deo. 2ᵉ. coꝛ. 3. Nō ꝙ
ſufficiētes ſimus cogitare aliq̄d a nobis quaſi ex nobis.
ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Littera eſt plana. ¶ De
inde cōmendat eū ⁊ primo ex charitate ad eos. Scđo ex
deuotiōe ad aplm̄ ibi. Experimentū ꝛc. Et ſic facit bonꝰ
mediatoꝛ. qꝛ illos diligit hūc venerat. Itē primo ponit
cōmendationē. Scđo exponit. ibi. Omnes em̄ que ꝛc.
Dicit ergo. Mitto ꝛc. Quia neminē ꝛc. ſcʒ in profectū
vr̄m. p̄s. Qui ihabitare facit vniꝰ moris in domo Qui
ſollicitus ſit. Ro. 12. Qui preeſt in ſollicitudine. Sin
cera affectiōe. qꝛ ſolū ꝓpter deū. 2ᵉ. coꝛ. 1. Ex ſinceritā
te ſicut ex deo coꝛā deo in xp̄o loquimur. Ratio aūt qua
re. Neminē ꝛc. qꝛ oēs que ꝛc. i. nō que ad ſalutē ꝓximo
rū ⁊ ad honoꝛē dei querūt. ſed que ad lucrū ⁊ gloꝛiā que
rūt ⁊ que ſua ſunt. Sed nūquid lucas ⁊ epaphroditꝰ et
alij qui erāt cū aplo querebāt que ſua ſunt? Reſpōdeo.
Dicendū eſt ꝙ in ſocietate apli plures erāt qui hoc que
rebāt qui ⁊ deſeruerūt eū. 2. tymoth. 4. Demas em̄ me
dereliquit diligēs ſeculū ⁊ abijt theſſalonicā. creſcēs in
galatiā. tytus in dalmaciā. lucas eſt mecū ſolus. Sed
cōſuetudo eſt ꝙ aliqñ ſcriptura loquit̄ de nōnullis ſicut
de oībus. Iere. 6. A minoꝛi quippe vſq̄ ad maioꝛē oēs
auaricie ſtudent. ⁊ a ꝓpheta vſq̄ ad ſacerdotē cūcti fa
ciūt dolū ꝛc. Et ideo eſt diſtributio accomoda ¶ Et qūo
ſe habet ad me qꝛ per experimentū ꝛc. Quaſi eſſet ſpēa
lis filius. 1ᵉ. coꝛ. 4. Ideo miſi ad vos tymotheū qui eſt
filius meus chariſſimus ⁊ fidelis in dn̄o ꝛc. Hunc ergo
ſic ſollicitū pro vobis ſic mihi carū ſpero ꝛc. Sed quare
nō ſtatim? Eſt ſciendū ꝙ aliter eſt de xp̄o ⁊ de alijs ſan
ctis. In xp̄o em̄ eſt plenitudo gratiaꝝ. vnde habuit ſem
per noticiā oīm. nō ſic alij ſancti. Unde aplūs preuide
bat aliqua de futuris circa ſe: aliq̄ ignoꝛabat. Et ſic non
reuelatū erat ſibi an deberet liberari de vinculis. ⁊ ideo
dicit. Mox ꝛc. qꝛ ſi det̄ facultas perſonaliter veniā. Et
ideo cōfido ꝛc. Sed liberatꝰ a vinculis nō fuit p̄s. Qm̄
tu illuminas lucernā meā dn̄e: deus meus illumīa tene
bras meas. Semꝑ em̄ aliquid tenebroſuʒ eſt in ſanctis.
¶ Deinde cū dicit. Neceſſariū ꝛc. ꝓponit in exemplum
aliū ſuuʒ diſcipulū. ſcʒ epaphroditū. Et primo deſcribit
ipm̄. Scđo oſtendit qūo ſuſcipiat̄. ibi. Excipite ꝛc. Cir
ca primū duo facit. qꝛ primo cōmendat eū. Scđo oſten
dit cauſam miſſionis ibi. Quoniā quidē ꝛc. Tercio eaʒ
exponit ibi. Naʒ ⁊ infirmatus eſt ꝛc. Dicit ergo. Neceſ
ſariū ꝛc. Nominat aūt eum fratrē ꝓpter fidē. Mat. 23.
Omnes vos fratres eſtis ꝛc. Cooperatoꝛē ſcʒ in laboꝛe
predicatiōis. Prouer. 18. Frater qui iuuat̄ a fratre qua
ſi ciuitas foꝛtis ꝛc. Et cōmilitonē ꝛc. qꝛ ſimul paſſi ē tribu
lationē. 2. tymoth. 2. Laboꝛa ſicut bonus miles xp̄i ie
ſu ꝛc. Apoſtolū. i. doctoꝛē. Hic fuit epūs philippenſiū
⁊ miſſus ab eis vt ſeruiret aplo. ⁊ ideo dicit. Miniſtruʒ
neceſſitatis mee. Infra. 4ᵒ. Repletus ſum acceptis ab
epaphrodito quē miſiſtis in odoꝛē ſuauitatis hoſtiā ac
ceptā placentē deo ꝛc. Sed quare? ad ſatiſfaciendū deſi
derio quo deſiderio ſperabat videre vos. Ro. 1. Deſide
ro em̄ vos ꝛc. Item ad ſubueniendū ſue triſticie: qꝛ tri
ſtis erat de veſtra triſticia qui audiuiſtis eū infirmari Et
exponit cām que eſt infirmitas ſua vſq̄ ad moꝛtē ſm̄ iu
diciū medicoꝝ. nō aūt ſm̄ ꝓuidentiā diuinā. ſed ad ho
noꝛē dei. Ioh. 11. Infirmitas hec nō eſt ad moꝛtē: ſed ꝓ
gloꝛia dei ꝛc. ſed deus miſertus eſt eius. p̄s. Miſerere
mei deus qm̄ infirmus ſum ꝛc. Et nō ſolū ꝛc. qꝛ triſticiā
tempoꝛalē ⁊ naturalē habui de afflictiōibus ſuis ſicut ⁊
xp̄s. ¶ Conſequēter cōcludit miſſionē ⁊ patet littera. et
oſtendit qūo recipiat̄. ⁊ ſcđo huius cāʒ. Recipiēdus eſt
honoꝛifice in dn̄o cuius eſt miniſter. Gal. 4ᵒ. Sicut an
gelū dei excepiſtis me ſicut xp̄m ieſuʒ. 1. thymo. 5. Qui
bene preſunt pb̄ri duplici honoꝛe digni habeant̄ maxie
qui laboꝛāt in verbo ⁊ doctrīa ꝛc. Et hoc ꝓpter ꝛc. i. ꝓ
pter deū ⁊ ſalutē fideliū vſq̄ ad moꝛtē Ioh. 15. Maioꝛē
charitatē nemo habet vt aīam ſuā ponat quis ꝓ amicis
ſuis ꝛc. ¶ Tradēs. Io. 10. Bonus paſtoꝛ animā ſuā po
nit ꝓ ouibus ſuis ꝛc. Et hoc vt impleret quod vos perſo
naliter non potuiſtis circa meū obſequiū.

## Capitulum tertium.

De cetero fratres mei gaudete in
domino. eadē vobis ſcriber e mi
hi quideʒ non pigrum vobis au
tem neceſſariū. Uidete canes: vi
dete malos operarios. videte conciſionem
Nos eniʒ ſumus circumciſio qui ſpiritu ſer
uimus deo ⁊ gloꝛiamur in xp̄o ieſu ⁊ non in
carne fiduciam habentes: quanq̄ ⁊ ego ha
beo cōfidentiam in carne. Si quis alius vi
detur confidere in carne ego magis circūci
ſus octauo die ex genere iſrael: de tribu be
niamin. hebreus ex hebreis. ſcđm legē pha
riſeus. ſcđm emulationem perſequēs eccle
ſiam dei ſcđm iuſticiam que in lege eſt con
uerſatus ſine querela. Sed que mihi fue
rūt lucra: hec arbitratus ſum propter xp̄m
detrimenta Uerumtamen exiſtimo omnia
detrimētum eſſe propter eminentem ſcien
tiam ieſu xp̄i domini mei propter queʒ om
nia detrimentum feci ⁊ arbitroꝛ vt ſtercoꝛa
vt xp̄m lucrifaciā vt ⁊ inueniar in illo.

Propoſuit exempla que ſequi deberēt: hic oſtendit quo
rū exempla debēt vitare. Et circa hoc tria facit. qꝛ prīo
premittit quos vitare debēt. Scđo exemplū vitandi per
ꝯuerſationē ſanctoꝝ ibi. Nos em̄ ꝛc. Tercio inducit ad
vitandū eos quos illi reputabāt imitabiles ibi. Imitato
res mei ꝛc. Itē prima pars diuidit̄ in tres particulas.
qꝛ primo premittit fineʒ huius doctrine. Scđo ſcriben
di neceſſitatē ibi. Eadem vobis ꝛc. Tercio neceſſitatis
rationē ibi. Uidete ꝛc. Intentio āmonitiōis eſt remoue
re fideles gētes a legalibꝰ ad que quidaʒ eos inducebāt
Et ideo dicit. O fratres. ſcʒ per fidē. de cetero. i. poſtq̄
vos monui vt. ſ. Gaudete in dn̄o tm̄ non in legalibꝰ ob
ſeruātijs. Abac. 3. Ego aūt in dn̄o gaudebo ⁊ exultabo
in deo ieſu meo ꝛc. Et hoc qꝛ eadē que dixi in p̄ntia non
eſt mihi pigrū vobis ſcribere in abſentia. Uerba em̄ de
facili tranſeūt ſed ſcripta manēt. Ecc. 38. Sapientiā ſcri
be in tp̄e vacuitatꝭ ꝛc. Iude. 1. Oēm ſollicitudinē faciēs
ſcribēdi vobis de cōi veſtra ſalute neceſſe habui ſcribe
re vobis ꝛc. Ro. 15. Audacius ſcripſi vobis frēs ex pte
tanq̄ in memoꝛiā vos reducēs ꝛc. Et cā hꝰ neceſſitatis
eſt qꝛ inſtāt ſeductoꝛes ⁊ ideo opoꝛtet inſtātius veritatē
ſcribere. Un̄ dicit. Uidete. i. obſuate ꝛc. Et tria de his
dicit. ſcʒ ſeuiciā coꝛdis irrationabilē. Un̄ dicit. Canes.
Glo. Natura canis eſt vt ſtatim ex ira latret: nō ex ratio
ne ſed ex cōſuetudine. Sic ⁊ illi. Eſa. 56. Canes impu
dentiſſimi neſcierūt ſaturitatē. ipſi paſtoꝛes neſciuerunt
intelligentiā ꝛc. Apoc. vlti. Foris canes ꝛc. Scđo per

uerſe doctrine ſeminationē ibi. Malos operarios. qꝛ in
fideliter in vinea dñi laborant: nec bonū ſemen in agro
mittūt. Mat. 13. Inimicus homo hoc fecit ⁊c. 2. thy. 2.
Cura teipm ꝓbabilē exhibere deo ⁊c. Tercio diſſenſio
nis ibi. Conciſionē. Et hoc verbo vtit in eoꝝ ſugillatio
nē. Predicant eñ circumciſionē que nō poteſt ſtare cū
gratia xpi. Gal. 5. Si circūcidimini xps nihil vobis ꝓ
derit. Unde alludens vocabulo dicit. Conciſionē quaſi
nō circūciſionē ſed conciſionē habeant. ¶ Deinde cū di
cit. Nos aūt ⁊c. oſtendit quomō vitiūt a ſanctis. Et pri
mo quomō ab oībus. Secūdo quō ab ipſo ibi. Qua ꝓ
pter ⁊c. Dicit ergo. Ego dico ꝙ illi ſunt ꝯciſio ſed nos
vera circūciſio. Qui ſpiritu ⁊c. Eſt aūt duplex circūciſio
ſcꝫ corporalis ⁊ ſpūalis. Ro. 2. Non eñ qui in manife
ſto iudeus eſt: neqꝫ que in manifeſto in carne eſt circūci
ſio. ſed qui in abſcondito iudeus eſt. et circūciſio cordis
in ſpiritu non littera ⁊c. Circūciſio eñ carnis eſt que eſt
de ſupfluo carnis. ſed circūciſio ſpiritus per quā ſpiritus
ſanctus abſcindit ſupfluas interiores ꝯcupiſcētias. Et
ideo dicit. Nos ſumus ⁊c. i. qui interius circūcidit nos
deo. Ro. 2°. Teſtis enīꝫ eſt mihi deus cui ſeruio in ſpū
meo in euāgelio filij eius ⁊c. 1ᵉ. coꝛ. 14. Pſallā ſpiritu
pſallā ⁊ mente. orabo ſpiritu orabo ⁊ mēte ⁊c. Data eſt
aūt circūciſio vt oſtendit Rom̄. 4. Ut ſignū fidei abrae
oſtenderet. vt ſcꝫ eius fides oſtenderet vera que fuit fi
des de futuro ſemine. Gal. 3. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſio
nes ⁊c. Eſt ergo circūciſio ſignū fidei abrae de xpo. Ille
ergo circūcidit qui interius per ſpiritū ſanctū renouat in
xpo qui eſt veritas circūciſionis. Col. 2°. Circūciſi eſtis
circūciſione nō manufacta in expoliatiōe corpis carnis.
ſed in circūciſione xpi ⁊c. Et non habētes fiduciā in car
ne. id eſt in carnali circūciſione qꝛ dicit Jo. 6. Spiritus
eſt qui viuificat caro aūt nō ꝓdeſt quicꝙ. Sumit aūt ca
ro aliqñ in nobis ꝓ carnali ꝯcupiſcentia. qñqꝫ pro car
nis cura. qñqꝫ pro carnis abſtinētia. ⁊ vtrūqꝫ debemus
circūcidere nec in eis gloriari. ¶ Deinde cū dicit. Quā
ꝙ ego ⁊c. ponit exemplū propriū. ⁊ primo premittit emi
nentiā ſuāꝫ quā habebat in ſtatu legali. Secūdo oſtēdit
quomō eam ꝯtempſit ibi. Sed que ⁊c. Primū ꝓponit
primo in generali. Scđo explicat per partes ibi. Circū
ciſus ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ primo oſtendit fidu
ciā quā habuit in legalibus dicēs: Non debemus habe
re fiduciā in legalibus quanꝙ habeā. id eſt poſſeꝫ habe
re ſi vellē quia in quo quis audet in inſipiētia dico: audeo
⁊ ego ⁊c. vt dicit. 2ᵉ. corinth. 11. Et hoc etiā excellētius
quia ego magis. 2ᵉ. coꝛ. 11. Ut minus ſapiēs dico plus
ego ⁊c. Et hoc totū facit vt efficatius deſtruat obſeruati
ones legales. Multi eñ contempnūt que neſciūt. ⁊ hoc
nō valet. Sed tūc qñ aliqs habet, ⁊ ꝯtempnit ⁊ nō glo
riat in eis. Sic ſi aplꝰ nō habuiſſet locū in ſtatu legaliū
poterat dici ꝙ ideo ad ſtatū euāgelij venit. Et ideo oſtē
dit per hoc eminentiā ſuā in ſtatu illo. Et primo quantū
ad genus. Scđo quantū ad ꝯuerſationē ibi. Scđm legē
⁊c. Quantū ad primū tripliciter. quantū ad generis ſa
cramentū. quia circūciſus octaua die. Gen̄. 17. Ut ſit ſi
gnū federis inter me ⁊ vos ⁊c. Et dicit octaua die. quia
hec erat differētia inter ꝓſelitos ⁊ eos qui erāt de gene
re abrae qꝛ illi nō octaua die ſed iam adulti qñ ꝯuertebā
tur. ſed iſti ſm legem octauo die. Gen̄. 17. Infans octo
dierūꝫ circūcidet ex vobis ⁊c. Sic ergo nō vt proſelitus
ſed vt vere iſraelita fuit. Scđo quantū ad ipm genus. ⁊
primo quantū ad gentē cum dicit. Ex genere iſrael. Ex
abraā enim due gentes deſcenderūt. Una per yſaac. et
alia per yſmael. De primo due. Una per eſau. ⁊ alia per
iacob. Sed alie due ſcꝫ eſau ⁊ yſmaelite nō ſunt ꝯſecu
te hereditatē. ſed ſolus iacob qui ⁊ iſrael. Ideo dicit Ex
genere iſrael. 2ᵉ. corinth. 11. Iſraelite ſunt ⁊ ego. Item
quantū ad tribū qꝛ in tribu iſrael erant quidā de ancillis
ſcꝫ de bala ⁊ zelfa. quidā de liberis. ſcꝫ lya ⁊ rachel. Et
inter iſtos quidā ſemper erāt in cultu dei. ſcꝫ leui. iuda.
⁊ beniamin. Alie tempe ieroboā conuerſe ſunt ad ydo
la. Et ideo tribus beniamin priuilegiata erat: qꝛ in fide
⁊ dilectiōe vxoris ⁊ in ea templū. Deutro. 33. Beniamī
amātiſſimus dñi habitabit ꝯfidenter in eo. quaſi in tha
lamo tota die morabit ⁊ inter humeros illius requieſcet
⁊c. Gen̄. 49. Beniamī lupus rapax mane comedet pre
dam ⁊ veſpere diuidet ſpolia. Quo figurabat paulus ꝙ
fuit qñqꝫ ꝯtra ecclesiā. Tercio quantū ad nomen ⁊ lin
guā cum dicit. Hebreus. Aliqui dicūt ꝙ hebreus dicit
ab abraā. ⁊ hoc dicit Aug. ſed poſtea retractat. Sed di
cit ab heber. de quo Gen̄. 11. Et aūt non ab abraā patet
qꝛ etiā abraā dicit hebreus Gen̄. 14. Nūciauit abrae he
breo. Dicit glo. ſuper Gen̄. 11. ꝙ tpe heber diuiſum eſt
labiū gentiū oīm. ⁊ illa lingua remāſit in familia heber
⁊ in cultu vnius dei. et inter oēs hebreos. natus eſt etiā
ex parētibus hebreis ⁊ ideo dicit. Ex hebreis. ¶ Dein
de oſtendit ſuā eminentiā quo ad ꝯuerſationē. Et pri
mo quantū ad ſectā cum dicit. Scđm legem phariſeus.
Apud iudeos ſiquidē erant tres ſecte. ſcꝫ phariſeoꝝ. ſa
duceoꝝ. ⁊ eſſeoꝝ. Sed phariſei magis ad veritatē acce
debāt. qꝛ ſaducei negabāt reſurrectionē neqꝫ angelos.
neqꝫ ſpiritus. phariſei aūt vtrūqꝫ ꝯfitent. vt dicit Act.
23°. Et ideo in hoc ꝯmendabilioꝛ eſt ſecta phariſeoꝝ.
Quomō autē phariſeus fuerit dicit Act. 26. Quoniā
ſm certiſſimā ſectā noſtre religionis vixi phariſeus ⁊c.
Secūdo quantū ad emulationē quā habuerūt iudei: li
cet nō ſcđm ſcientiā in perſequēdo xpianos. Ideo dicit
Perſequēs ecclesiā dei. Gal. 1°. Qui perſequebat nos
aliqñ. nunc aūt euangelizat fidē quā aliqñ expugnabat
Et act. 26. Et ego quidē exiſtimauerā me aduerſus no
men ieſu nazareni debere multa ꝯtraria agere qđ ⁊ feci
hieroſolymis. Et multos ſanctoꝝ ego in carceribus in
cluſi ⁊c. 1ᵉ. coꝛ. 15. Non ſum dignus vocari aplus quo
niā perſecutus ſum ecclesiā dei. Tercio quantū ad inno
centiā ꝯuerſatiōis. Ideo dicit. Scđm iuſticiā ⁊c. Hec
iuſticia ꝯſiſtit in exterioribus. ſed iuſticia fidei eſt cordis
Act. 15. Fide purificās corda eoꝝ. Nam quantū ad iu
ſticiā exteriorē aplus innocenter vixit. Et ideo dicit. Si
ne querela. Non aūt ait ſine peccato. qꝛ querela eſt pec
catū ſcandali ꝓximoꝝ in his que ſunt exteriora. Luce.
1°. Incedentes in oībus mandatis ⁊ iuſtificatiōibus do
mini ſine querela ⁊c. Et ideo nō eſt contrariū qđ dicitur
Ephe. 2. In quibus ⁊ nos ambulauimus qꝛ verā iuſti
ciā fidei que facit hominē purū nō habuit ſed ſolū legis.
¶ Deinde cū dicit. Sed que mihi ⁊c. oſtendit ꝯtemptū
ſue eminētie in legalibus. ⁊ primo oſtendit ꝓpter quid
legalia ꝯtempſit in generali Secūdo in ſpēali ibi. Verū
tñ ⁊c. Dicit ergo Hec que fuerūt ⁊c. i. reputabā magna
ſcꝫ ꝙ phariſeus ⁊c. Hec ſū arbitratus ꝓpter xpm mihi
detrimēta. id eſt reputo ꝙ ſunt mihi in detrimentū. Le
gales eñ obſeruantie que tpe legis erant efficaces poſt
xpm facte ſunt noxie. Et ideo dicit detrimenta. Et finis
huiꝰ eſt xpus. Et ideo dicit. Propter xpm. Et exponit
quia primo ꝓpter chriſtū cognoſcendū. Secūdo ꝓpter
xpm adipiſcendū. Quantū ad primū dicit. Verūtamen
exiſtimo omnia detrimenta eſſe verū eſt ſi eis inniteret.
Et hoc quod aliquādo feci reputo mihi detrimentuꝫ. et
hoc ꝓpter deſideriū recte ſcientie xpi dñi mei. 1ᵉ. corin.
2. Nihil reputaui me ſcire niſi ieſum xpm ⁊ hunc cruci
fixū ⁊c. Et hoc ꝓpter eminentē ſcientiā ⁊c. quia hec ſu
perat omnes alias ſcientias. Nihil eñ melius poteſt ſci
ri ꝙ verbū dei in quo ſunt oēs theſauri ſapientie ⁊ ſcie

ſte abſconditi. Col. 2. Quantũ ad ſecundũ dicit. Propter quẽ omnia ⁊c. Et primo oſtendit ꝙ ꝓpter xp̄m adipiſcendũ contempſit legalia. Secũdo oſtendit ꝙ poſſit xp̄m adipiſci ibi. Non habes ⁊c. Dicit ergo. Omnia detrimẽta facio habendo me ad ea ſicut ad detrimentũ ⁊ vilia. ⁊ hoc vt xp̄m lucrifacerẽ. id eſt adipiſcar ip̄m ⁊ iũgar ei per charitatem.

## Lectio ſecunda.

Non habens meam iuſticiaʒ que ex lege eſt: ſed illaʒ que ex fide eſt xp̄i ieſu: que ex deo eſt iuſticia in fide ad cognoſcendum illum: et virtutẽ reſurrectiõis eius ⁊ ſocietatem paſſionis illius: cõfiguratus morti eius. ſi quo modo occurrã ad reſurrectionem que eſt ex mortuis: non ꝙ iam acceperim: aut iaʒ perfectus ſim. Sequor autem ſi quo modo comprehendaʒ in quo et comprehenſus ſum a xp̄o ieſu. Fratres ego me non arbitror comprehendiſſe. Unuʒ autem: que quidem retro ſunt obliuiſcens. ad ea vero que ſunt priora extendens meip̄m ad deſtinatum. perſequor ad brauiũ ſuperne vocationis dei in xp̄o ieſu.

Oſtendit ſupra ſe preterita lucra cõtemnere ꝓpter xp̄m ⁊ oſtendit ꝙ intendebat xp̄m cognoſcere ⁊ ip̄m lucrari: ⁊ hoc intendit hic ſpecialiter exponere. Et primo quomodo deſiderat xp̄m lucrari ⁊ inueniri in eo per iuſticiã. Secũdo per paſſionis tolerantiã ibi. Configuratus ⁊c. Circa primũ: primo oſtendit que ſit iuſticia quã dereliquit. Secũdo que ſit quã querit ibi. Sed illam ⁊c. Sciendũ eſt autẽ ꝙ iuſticia quandoqȝ ſumit̃ vt eſt ſpecialis virtus per quã homo ponit rectitudinẽ in his que ſunt ad cõmuneʒ conuictũ ⁊ ſm̃ ꝙ eſt in his directiua. Nam temperãtia eſt circa interiores paſſiones. Juſticia auteʒ eſt ad alteruʒ. Alio modo iuſticia dicit̃ virtus generalis ſm̃ ꝙ homo ſeruat legẽ ꝓpter bonũ cõmune. ⁊ hoc modo frequẽter in ſcriptura ſacra ponit̃ pro obſeruantia diuine legis. p̄s. Feci iudiciũ ⁊ iuſticiã ⁊c. id eſt legẽ quã ſeruabat ex amore quaſi motus ex ſe. Et ſic eſt virtus. Non autẽ ſi alio modo. id eſt ex aliqua exteriori cauſa ſcʒ vel ꝓpter lucra vel ꝓpter penas ⁊ ſi obſeruatio ei diſpliceat. Et ſm̃ hoc eſt duplex modus iuſticie. Unus eſt iuſticie moralis. Alius eſt iuſticie legalis per quã legẽ nõ ex amore ſed timore ſeruat. Et ideo dicit. Non habens meã iuſticiã que ex lege eſt. quia vt dicit Aug. Breuis differẽtia legis ⁊ euangelij eſt amor ⁊ timor. Rom. 8°. Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore. ſed accepiſtis ſpiritũ adoptiõis ⁊c. Sed ſi tua eſt qũo eſt ex lege? Reſpondet. imo eſt mea quia humana virtute abſqȝ habitu gratie interioris iuſtificãtis facio talia opera. ſed ex lege eſt ſicut a docẽte. Uel mea eſt ꝙ preſumo per me eam ſeruare. Ro. 10. Moyſes eñ ſcripſit qm̃ iuſticiam que ex lege eſt qui fecerit hõ viuet in ea. De hac iuſticia quã querit tria dicit. ſ. modũ adipiſcẽdi. actorẽ ⁊ fructũ. Modus eſt qꝛ nõ adipiſcit̃ niſi ex fide xp̄i. Ro. 5. Juſtificati igit̃ ex fide pacẽ habeamus ad deũ per dñm noſtrũ ieſuʒ xp̄m ⁊c. Ro. 3°. Juſticia aũt dei per fidẽ ieſu xp̄i in oẽs ⁊ ſuper oẽs qui credũt in eũ. Actor aũt eſt deus ⁊ nõ homo. Ro. 8. Deus q̄ iuſtificat. Ro. 4. Credẽti aũt in eũ qui iuſtificat impiũ reputat̃ fides eius ad iuſticiã ſm̃ ꝓpoſitũ gratie dei. Et idõ dicit. Que ex deo eſt ⁊c. Act. 5. Et ſp̄us ſanctus quẽ dedit deus oĩbus ⁊c. Fructꝰ eſt cognitio eius ⁊ virtus reſurrectiõis eius ⁊ ſocietas ſanctoꝝ eius. Et de hmõi duplici cognitiõe poteſt dupliciter agi. Uno mõ ex cognitõe vie ⁊ ſic oportet tria cognoſcere de eo. Primo eius perſonã ſcʒ ꝙ eſt verus deus ⁊ verus homo. Et ideo dicit: ad cognoſcendũ illũ. Jo. 14. Tanto tp̄e vobiſcuʒ ſum ⁊ nõ cognouiſtis me ⁊c. Scd̃o gloriã reſurrectiõis eius. Unde dicit. Et virtutẽ reſurrectiõis eius. i. reſurrectionẽ virtuoſaʒ factã ꝓpria virtute. Tercio qualr̃ eũ imitent̃ ibi. Et ſocietatẽ. ſcʒ vt ei ſociemur in paſſione. 1. petri. 2. Xp̄s paſſus eſt ꝓ nobis vobis relinquetis exemplũ vt ſequamĩ veſtigia eius ⁊c. Scd̃o de cognitiõe experimentali: ⁊ incipit a poſteriori qd̃ eſt vltimũ in executiõe ⁊ primũ in intentiõe. Primũ eſt agnitio dei per eſſentiã ad quã ducit fides. Jere. 31°. Oẽs cognoſcẽt me a minimo eoꝝ vſqȝ ad maximũ dicit dñs ⁊c. Et ideo dicit. Ad cognoſcendũ illũ. Scd̃o qꝛ nõ ſolũ aĩa glorificat̃ ſed ex hoc etiã corpus erit glioſuʒ. Jdõ dicit. Et virtutẽ reſurrectiõis eius. ſ. ex qua reſurgemꝰ. 1. coꝛ. 15. Si xp̄s nõ reſurrexit vana eſt fides noſtra ⁊c. Tercio ſocietatẽ qꝛ per experientiã habebimus quãtuʒ valeat ſocietas paſſionis eius. 1ᵉ. coꝛ. 1. Fidelis aũt deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatẽ filij eius ieſu xp̄i dñi noſtri. ¶ Deinde cũ dicit. Configuratꝰ ⁊c. oſtendit qũo velit lucrari ⁊ inueniri in eo per tolerantiã paſſionis. Et primo ponit tolerantiã. Scd̃o fructũ ibi. Si qũo ⁊c. Dicit ergo. Jnueniar nõ ſolũ habens iuſticiã ſed cõfiguratus morti eius vt patiar propter iuſticiã ⁊ veritatẽ ſicut xp̄s. Gal. vlti. Ego eñ ſtigmata dñi ieſu in corpe meo porto. Fructus vero eſt ſi qũo ⁊c. Ex paſſionibꝰ eñ hic toleratis hõ peruenit ad gloriã. Ro. 6. Si eñ cõplantati facti ſumus ſilitudini mortis eius: ſimul ⁊ reſurrectionis erimus ⁊c. 2. thy. 2°. Si cõmortui ſumus ⁊ cõuiuemus. ſi ſuſtinemus ⁊ conregnabimꝰ. Ro. 8. Si tñ ꝯpatimur vt ⁊ glificemur ⁊c. ¶ Et dicit ſi qũo ꝓpter difficultatẽ arduitatẽ ⁊ laborẽ. Mat. 7. Arta eſt via que ducit ad vitã. ⁊ pauci ſunt qui inueniũt eam ⁊c. Amos. 4. Prepara te in occurſũ dei tui iſrael ⁊c. xp̄s eñ ſurrexit per potentiã ꝓpriam homo aũt non ꝓpria poteſtate ſed gratia dei. Ro. 8. Qui ſuſcitauit ieſum xp̄m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpa veſtra ꝓpter ĩhabitantẽ ſpiritũ eius in vobis. Uel põt intelligi de occurſu ſanctorũ qñ occurrent xp̄o deſcendenti de celo ad iudiciũ. ¶ Deinde cũ dicit. Non ꝙ iã ⁊c. oſtendit qũo differt̃ ſuũ deſideriũ. Et primo oſtẽdit qd̃ de ſe ſentit. Scd̃o hortat̃ alios vt ideʒ de ſe ſentiãt ibi. Quicũqȝ eñ perfecti ⁊c. Iterũ prima in duas. qꝛ primo oſtendit qũo deficit a perfectione intenta. Scd̃o hoc exponit ibi. Fratres ego me ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo oſtendit ſe nõ perueniſſe ad ꝑfectionẽ. Scd̃o ꝙ ad eã tendit ibi. Sequor aũt ⁊c. Tendens in aliud duo intẽdit ſcʒ adipiſci queſitũ ⁊ frui illo. Fruſtra eñ quereret ſi non eo frueret̃ ⁊ inhereret. Et ideo dicit. Non ꝙ iã acceperim ſcʒ gloriã quã quero. Sap. 5. Accipiẽt regnũ decoris ⁊ dyadema ſp̄ei de manu dei ſui. Aut iam ꝑfectus ſim. 1ᵉ. coꝛ. 13. Cuʒ venerit qd̃ perfectũ eſt euacuabit̃ qd̃ ex parte eſt ⁊c. Sed cõtra. Eſtote perfecti. Mat. 5. ⁊ Gẽñ. 17. Eſto perfectus. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ duplex eſt perfectio. ſcʒ patrie ⁊ vie. Perfectio nanqȝ hominis cõſiſtit in hoc ꝙ adhereat deo per charitatẽ. qꝛ vnũquodqȝ eſt perfectũ ſcd̃m modũ quo adheret ſue perfectioni. Anima autẽ poteſt adherere deo dupliciter perfecte. Uno modo: vt totam actionẽ referat in deũ actualiter ⁊ cognoſcat vt cognoſcibilis eſt. Et hec eſt patrie. Sed inheſio vie eſt duplex. Una de neceſſitate ſalutis ad quã omnes tenent̃. ſcʒ vt in nullo coꝛ ſuũ quis applicet ad id quod eſt cõtra deuʒ: ſed habitualiter referat totaʒ vitam in eũ. Et iſto modo dicit dñs. Math. 22. Diliges dominũ deum tuũ ⁊c. Et

deutro.6. Alia eſt ſupererogatiōis. quando quis vltra
comunē ſtatum inheret deo: qḋ fit remouendo cor a tem
poralibus. ⁊ ſic magis appropinquat ad patriā. qꝛ quan
to deficit cupiditas tāto plus creſcit charitas. Quod er
go hic dicit̄ intelligit̄ de perfectione patrie. ¶ Deinde
cū dicit. Sequor autē ⁊c. oſtendit conatū ad eam dicēs:
Sequor ſcꝫ xp̄m. Joh.8. Qui ſequit̄ me nō ambulat in
tenebris ⁊c. Joh.10. Oues mee vocē meam audiūt ⁊ ſe
quūtur. Et hoc ſi quo modo cōprehendā. 1e. corinth.9.
Sic currite vt cōprehendatis. Sed cōtra quia deus eſt
incōprehenſibilis. quia Jere.31. dicit. Si menſurari po
tuerit celi deſurſum ⁊ inueſtigari fundamēta terre deor
ſum ⁊c. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ cōprehendere eſt in
cludere ſicut domus cōprehendit nos. Item attingere ⁊
tenere. Primo ergo modo eſt incōprehenſibilis qꝛ non
poteſt includi in intellectu creato cū ſit ſimpliciſſimus.
quia nō perfecte vides eum nec amas ſicut eſt viſibilis ⁊
amabilis. ſicut qui neſcit demonſtrationē neſcit demon
ſtratiue ſed operatiue. Deus autē perfecte ſeip̄m cogno
ſcit vt cognoſcibilis eſt. Cuius ratio eſt. quia res cogno
ſcit̄ ſcd̄m modū ſui eſſe ⁊ veritatis. deus aūt lux eſt ⁊ ve
ritas infinita, ſed noſtrū lumen eſt finitū. Et ideo dicit.
Sequor ſi quo modo cōprehendā ſcꝫ attingendo Cant.
vlti. Tenui eū nec dimittā ⁊c. ¶ In quo ⁊ cōprehenſus
ſum ⁊c. Quod tripliciter intelligit̄. Nam tota gloria eſt
in dicta dei cōprehenſione vt ſcꝫ deus ſit preſens anime
noſtre. Sed nō omnes habent equalē beatitudinē. quia
quidā clarius vident ſicut etiā quidā ardentius amabūt.
⁊ plus gaudebūt. Unde quilibet habebit certā menſurā
⁊ hoc ex p̄deſtinatiōe diuina. Et ideo dicit. In quo ⁊ cō
prehenſus ſum. Quaſi dicat in tali menſura intendo cō
prehendere ſcd̄m ꝙ mihi diſpoſitū eſt a xp̄o. Uel ſequor
vt comprehendā ſicut cōprehenſus ſum. Quaſi dicat.
Ut videā eum ſicut ip̄e me videt. 1e. Joh.3°. Uidebimꝰ
eum ſicuti eſt. id eſt nō per ſimilitudinē ſed per eſſentiā.
Uel cōprehendā videndo xp̄m glorioſum. In quo com
prehenſus ſum. id eſt in illa gloria qua apparuit quādo
conuerſus ſum. ¶ Deinde cū dicit. Fratres ego ⁊c. ex
ponit que dixerat ⁊ primo de defectu perfectiōis. Secū
do de ſequela ibi. Unuꝫ autem ⁊c. Dicit ergo. Ego ⁊c.
Quaſi dicat nō ſum ſic ſuperbus ꝙ attribuā mihi quod
nō habeo ſed ſequor ⁊c. Qḋ tripliciter legit̄. Uno mo
do ſic. vnū arbitror ſcꝫ ꝙ que retro ſunt ⁊c. Uel nō arbi
tror me cōprehendiſſe. ſed ꝓſequor vnū ſcꝫ ad deſtinatū
⁊c. Uel non arbitror me cōprehendiſſe. illud ſupra. p̄s.
Unā petij ⁊c. Et tūc oſtendit quid deſeruit. quia vel tē
poralia lucra. vel temporalia bona. vel merita preterita
quia nō debet homo cōputare deo merita preterita. Se
cūdo oſtendit ad quid tendit. ſcꝫ ad ea vero ⁊c. id eſt vel
que pertinent ad fidem xp̄i. vel maiora merita vel cele
ſtia. p̄s. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit ⁊c. Et dicit.
Extendens. Qui enim aliquid vult capere extendit ſe
quantū poteſt. Sed debet cor extendere ſe per deſideriū
Sap̄.6. Concupiſcētia ſapientie ducit ad regnū perpe
tuū ⁊c. Sed ad quid tendit? Ad deſtinatū brauiū quod
eſt premiū ſolius currentis. 1e. corinth.9. Omnes qui
dem currūt ſed vnus accipit brauiū. Dico autem ad hoc
brauiū deſtinatū mihi a deo quod eſt ſuperne vocatiōis
dei. Rom.8. Quos predeſtinauit hos ⁊ vocauit ⁊c. Et
hoc in xp̄o ieſu. id eſt per fidem xp̄i.

## Lectio tertia.

Quicunqꝫ ergo perfecti ſumus hoc
ſentiamus ⁊ ſi quid aliter ſapitis ⁊
hoc vobis deus reuelabit. Uerum
tamen ad quod peruenimus vt idem ſapia
mus ⁊ in eadē permaneamus regula. Imi
tatores mei eſtote fratres: et obſeruate eos
qui ita ambulant ſicut habetis formam no
ſtram. Multi enim ambulant quos ſepe di
cebam vobis. nūc autem ⁊ flens dico inimi
cos crucis xp̄i: quorum finis interitus. quo
rum deus venter eſt et gloria in confuſione
ipſorum qui terrena ſapiunt. Noſtra autem
conuerſatio in celis eſt. Unde etiam ſalua
torem expectamus dominū noſtrum ieſum
xp̄m qui reformabit corpus humilitatis no
ſtre configuratū corpori claritatis ſue ſcd̄m
operationez virtutis ſue: qua etiam poſſit
ſubijcere ſibi omnia.

Supra ꝓpoſuit quomodo ab vltima perfectiōe deficie
bat: nūc hortat̄ alios ad idem ſentiendū. Et primo poni
tur exhortatio. Secūdo quid ab eis neceſſario exigatur.
ibi. Uerūtamen ad qḋ peruenimus ⁊c. Dicit ergo quicū
qꝫ ⁊c. ſcꝫ quod ego ſentio ſcꝫ ꝙ nō ſum perfectus. Quo
modo ergo: ſi perfecti ſumus ſentimus quaſi non perfe
cti? Reſpondeo. Dicendū ꝙ perfecti perfectiōe vie ſed
non perfecti perfectiōe comp̄henſionis. quādo ſcꝫ tota
intentio fert̄ actu in deū. In via vero habitualiter ꝙ ſcꝫ
nihil contra deū faciamus. Et dicit. Quicūqꝫ. qꝛ quāto
quis eſt perfectior tanto imperfectum magis cognoſcit.
Job. vlti. Auditu auris audiui te. nūc autēꝫ oculus me
us videt te. Idcirco ip̄e me reprehēdo ⁊ ago penitentiaꝫ
in fauilla ⁊ cinere ⁊c. Heb.5. Perfectoꝝ eſt ſolidus ci
bus eoꝝ qui ꝓ cōſuetudine exercitatos habēt ſenſus ad
diſcretionē boni ⁊ mali. ¶ Et ſi quid aliter ⁊c. In glo.
quattuor modis dicit̄. ⁊ primo ponūt̄ duo ſenſus magis
litterales. Unus talis. dico ꝙ vos ſentiatis qḋ ego ſcꝫ
vos eſſe imperfectos. tamen ſi quid aliter. id eſt melius
de vobis ſapitis ꝙ̄ ego de me hoc ip̄m eſt vobis per reue
lationē diuinā donatū. Et quādo altius eſt vobis reue
latū aliquid qḋ non mihi cōtradico ſed cedo veſtre reue
lationi: verūtamen nolo ꝙ propter hanc reuelationē ab
vnitate eccleſie diſcedatis. ſed teneamꝰ ex vnitate illud
ad quod peruenimus vt idē ſapiamus ⁊c. que vnitas ec
cleſie cōſiſtit in vnitate veritatis fidei ⁊ rectitudinis bo
ne operatiōis. Et vtraqꝫ ſeruanda eſt. 2e. corinth. vlti.
Perfecti eſtote exhortamini: ideꝫ ſapite ⁊c. ¶ Et in ea
dem regula bone vite ⁊ operatiōis. Gal. vlti. Quicūqꝫ
hanc regulā ſecuti fuerint pax ſuper illos ⁊ miſericordia
⁊c. Uel aliter. dico etiā ſi vos ꝓpter ignorantiā vel infir
mitatē aliter ſapitis ꝙ̄ veritas habet ſi humiliter cōfite
amini nec proterue defendatis. Math.11. Abſcondiſti
hec a ſapiētibus ⁊ prudentibus ⁊ reuelaſti ea paruulis.
⁊c. Uel aliter dico ꝙ idem ſentiamus. ſcꝫ nondū cōpre
hendiſſe. ſed ſi quid aliter nūc ſapitis ꝙ̄ ſapiendū ſit in
futuro quia nūc videmus in ſpeculo: tunc autē facie ad
faciē deus reuelabit in futuro. p̄s. Reuelabit condenſa
⁊c. Uel aliter. Ut ſapitis hic obſcure ⁊ in futuro manife
ſte deus indicabit. quia fides ex deo eſt. verūtamen ⁊c.
nō mutat̄. ¶ Deinde cū dicit. Imitatores ⁊c. inducit ad
ſui ⁊ alioꝝ imitationē vt caueant malos. Et primo ꝓpo
nit intentionē. Secūdo rationē ibi. Multi enim ⁊c. Di
cit ergo quia hec reputo vt ſtercora ⁊c. In hoc imitato
res ⁊c. Johan.10°. Uocem eius audient. Quaſi dicat.
Ego ſum paſtor vos oues mee per imitationē. 1e. corin
thio.4°. ⁊.11. Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i ⁊c.
Et obſeruate, id eſt diligenter cōſiderate qui ita ambu

lant ſicut ego. Et vos ſcire poteſtis ex regula ⁊ doctrina mea. 1ᵉ. thymo. 4. Exemplū eſto fideliū in verbo. in cōuerſatiōe. in charitate. in fide. in caſtitate. 1ᵉ. petri. 5º. Forma facti gregis ⁊ ex animo. ¶ Deinde cū dicit. Multi ⁊c. Ponit ratio monitiōis. ⁊ primo ex parte vitandorum. Secūdo ex parte imitandoꝝ ibi. Noſtra autē conuerſatio ⁊c. Ne aūt hec videat ex odio dicere premittit ſuam affectionē. Secūdo oſtendit quales ſunt vitandi. ibi. Inimicos ⁊c. Dicit ergo. Dico ꝙ imitandi indigēt obſeruatiōe. quia quidam aliter incedūt. ſcʒ de malo in peius. p̃s. In tenebris ambulant ⁊c. Quos ⁊c. vobiſcū preſens. nūc autē ⁊ flens pre cōpaſſione. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lacrimarū ⁊ plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Et huius rationē oſtendit dicens: Inimicos ⁊c. Quos deſcribit Primo ex opere. Secūdo ex intentiōe ibi. Quoꝝ deus ⁊c. Item circa primū. Primo proponit opus. Secūdo euentū operis oſtendit ibi. Quoꝝ finis ⁊c. Opus eorū eſt exercitiū inimicitie contra crucem xp̃i. ſcʒ dicentiū ꝙ nullus poteſt ſaluari ſine legalibus in quo euacuāt virtutē crucis xp̃i. Gal'. 2. Si enim ex lege iuſticia, ergo xp̃s gratis. id eſt ſine vtilitate mortuus eſt. 1ᵉ. corinthio. 1º. Verbū enim crucis pereūtibus quidem ſtulticia eſt: his autē qui ſalui fiunt: id eſt nobis virtus dei eſt. Et quid eueniet? Certe nobis vita per crucē xp̃i. illis autē contrariū quia incurrent mortē. Unde dicit. Quorū finis interitus ſcʒ mortis eterne. Job. 18. Lapidē caliginis ⁊ vmbrā mortis diuidit ⁊c. ¶ Deinde deſcribit eos quātum ad intentionē. Et primo manifeſtat eoꝝ intentionē. Secūdo oſtendit intentionis euentū. ibi. Et gloria ⁊c. Dicit ergo. Quoꝝ deus ⁊c. Quaſi dicat. Ideo hoc diſſemināt ſcʒ legalia eſſe obſeruanda ꝓpter lucrū ⁊ gloriā ꝓpriam vt ſatiſfaciāt ventri. Rom̄. vlti. Domino nō ſeruiūt ſed ſuo ventri. Et per dulces ſermōes ⁊ benedictiones ſeducūt corda innocentiū. Eccl'. 6. Om̄is labor hominis in ore eius. ſed anima illius nō implebit. Et dicit deus: quia propriū dei eſt vt ſit principiū primū et finis vltimus. Unde qui ꝓ fine habet aliquid illud eſt deus ſuus. Item querūt gloriā ſuam. cōtra illud Job. 8. Ego gloriā meam nō quero. eſt qui querat ⁊ iudicet ⁊c. Sed euentus eoꝝ erit in cōfuſione. Oſee. 4º. Gloriā eoꝝ in ignominiā cōmutabo. Et hoc eoꝝ qui terrena ſapiūt. id eſt quibus terrena placent ⁊ ea querūt. Et hij confundētur quia ſtatus eoꝝ tranſit. Rom̄. 8. Si ſcd̄m carnē vixeritis moriemini ⁊c. Glo. Quoꝝ deus ⁊c. Dei ꝓpriū eſt iuſtificare. qui ergo in cibis iuſtificationē ponebāt: dicebant deū ventrem. Item eſt in cōfuſione. quia in cōfuſibilibꝰ ſcʒ in circūciſione pudendoꝝ occiſione brutoꝝ. ¶ Conſequēter oſtendit quales ſunt imitandi. ibi. Noſtra autē conuerſatio ⁊c. Et primo deſcribit in eis celeſtem cōuerſationē. Secūdo expectationē ibi. Unde ſaluatorē ⁊c. Tercio vtilitatē ibi. Qui reformabit corpus humil'. ⁊c. Dicit ergo. Illi terrena ſapiūt: ſed non eſt ſic de nobis quia noſtra cōuerſatio perficit per contemplationē. 2ᵉ. corinth. 4º. Non cōtemplantibus nobis que vident: ſed que non vident ⁊c. Item per affectionē: quia ſola celeſtia diligimus. Item per operationē in qua eſt celeſtis rep̄ſentatio. 1ᵉ. corinth. 15º. Sicut portauimus ymaginē terreni: portemus ⁊ ymaginem celeſtis. Sed quare eſt ibi ꝯuerſatio? q: inde expectamus optimū auxiliū. p̃s. Leuaui oculos meos in mōtes ⁊c. Math. 6. Ubi eſt thezaurus tuus ibi eſt ⁊ cor tuū ⁊c. Unde dicit. Unde expectamus ſaluatorē noſtrū. Eſa. 30. Beati omnes qui expectāt eum. Luce. 12. Similes hominibꝰ expectantibus dominū ſuū quando reuertat a nuptijs ⁊c. Tria autē facit iſte aduentus. Primo cōmunē reſurrectionē. Ideo dicit. Reformabit corpus humilitatis. id eſt abiectiōis quia eſt mortalitati ſubiectū. Job. 25. Homo putredo ⁊ filius hominis vermis. 1ᵉ. corinth. 15. Seminat in corruptiōe ſurget in incorruptiōe. ſeminat in ignobilitate ſurget in gloria. ſeīnat in infirmitate ſurget in virtute. Hoc corpus ſic abiectuʒ reformabit. id eſt ad formā propriā reducet. Rom̄. 8º. Qui ſuſcitauit ieſum xp̃m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpora noſtra ⁊c. Item ſanctoꝝ imitationē. Ideo dicit. Configuratū corpori claritatis ſue. Corpus ſiquidē xp̃i eſt glorificatū per gloriā diuinitatis ſue. ⁊ hoc meruit per ſuam paſſionē. quicūq; ergo participat virtutē diuinitatis per gratiā et paſſionem xp̃i imitat: gloriabit. Apoc. 3º. Qui vicerit dabo ei ſedere mecū in throno meo ſicut et ego vici ⁊ ſedi cū patre meo in throno eius ⁊c. 1ᵉ. Job. 3º. Similes ei erimus. Mathei. 13º. Tunc iuſti fulgebūt ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Et hoc facit ſcd̄m operationē diuinitatis ſue. id eſt per virtutē in ip̃o per quā poſſit ſibi ſubijcere omnia. Omnes enim xp̃o ſubijcient. quidā quantū ad ſalutē. quidam quantū ad penā. In primis exercebit miſericordiā. In ſecundis iuſticiā. p̃s. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius ⁊c. 1ᵉ. corinth. 15º. Pater ſubiecit omnia filio. Job. 5. Quecūq; pater facit ⁊ filius ſimiliter facit.

## ¶ Capitulum quartum.

Itaq; fratres mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſſimi: gaudium meum ⁊ corona mea. ſic ſtate in domino chariſſimi. Euchodiam rogo: et ſynthicen deprecor idip̃m ſapere in domino. Etiam rogo ⁊ te germane compar. adiuua illas que mecum laborauerūt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis: quoꝝ nomina ſunt in libro vite. Gaudete in domino ſemper: iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit oībus hoībus. Dominus eīm prope eſt. Nihil ſolliciti ſitis ſed in omni oratione ⁊ obſecratione cuʒ graciarūactione petitiones veſtre innoteſcant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra ⁊ intelligentias veſtras in xp̃o ieſu. Decetero fratres quecunq; ſunt vera. quecunq; pudica. quecunq; iuſta. quecunq; ſancta. quecunq; amabilia. quecunq; bone fame. ſi qua virtꝰ ſi qua laus. diſcipline hec cogitate que ⁊ didiciſtis ⁊ accepiſtis ⁊ audiſtis ⁊ vidiſtis in me. Hec agite ⁊ deus pacis erit vobiſcum.

Supra ꝓpoſuit eis exempla ſequēda: hic per ammonitionē moralē oſtendit qualiter ſe debeāt habere. Et primo oſtendit qualiter ſe habeant in futurū. Secūdo commendat eos de preterito ibi. Gauiſus ſum autē ⁊c. Circa primū duo facit. Primo monet ad perſiſtendū in iam habito Secūdo ad ꝓficiendū in melius ibi. Gaudete in dño ſemper ⁊c. Iterū prima diuidit in duas partes. Et primo inducit ad perſeuerandū in generali. Secūdo ponit ſpeciales modos ad ſingulares perſonas ibi. Euchodiā rogo ⁊c. Circa primū. primo cōmemorat ad eos ſuū affectū. Scd̄o ponit monitionē ibi. Sic ſtate ⁊c. Affectū

Ro prius aliqui reſurgent et ſic non erit omnium reſurrectio ſimul quod eſt contra illud. 1. cor. 15. In momento in ictu oculi in nouiſſima tuba ⁊c. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ duplex eſt hic opinio. quidam eñ dicunt ꝙ reſurrectio non erit ſimul. ſed primo mortui venient cū chriſto Et tunc in aduentu chriſti viui rapientur in nubibus et in illo raptu morientur et reſurgent. Et ideo quod dicit eſſe in momento. intelligitur quia in modico tempore fiet. Et ſi dicatur ꝙ erit in inſtanti. tunc non eſt hoc referendum ad totam reſurrectionē omniū. ſed ad reſurrectionem ſingularium. q: ſingulus reſurget in inſtanti. Alij vero dicunt ꝙ omnes ſimul et in inſtanti reſurgent. Q ergo dicit reſurgent primi. denotat ordinē dignitatis nō temporis. Sed videtur hoc difficile. quia de viuis multi erunt probati in perſecutione antixpi. qui dignitate p̄cellent multos prius defunctos. Et ideo videtur aliter eſſe dicendū ꝙ omnes morientur et omnes reſurgent. ⁊ ꝙ ſimul. Nec apoſtolus dicit hic ꝙ illi prius reſurgent ꝗ iſti. ſed ꝙ illi prius reſurgent ꝗ iſti occurrant Apoſtolus ergo non ponit ordinem reſurrectiōis ad reſurrectionem. ſed ordinem ad raptū vel ad occurrentia. Nā primo veniente domino morientur qui inuenientur viui: et tunc ſtatim cū illis qui prius mortui fuerāt reſurgentes rapientur in nubibus ⁊c. vt apoſtolus hic dicit. Eſt aūt hec inter bonos ⁊ malos differentia. quia mali remanebunt in terra quā dilexerunt. boni rapientur ad chriſtū quem queſierunt Matth. 24. Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur et aquile. In reſurrectione etiā ſancti conformabuntur chriſto non ſolū ꝗtum ad gloriā corporis. Philip. 3. ſed etiā quantū ad ſitum: quia chriſtus erit in nube Actuū. 1. Et nubes ſuſcepit eū. Et quēadmodum vidiſtis eum ⁊c. Sic et ſancti a nubibus rapientur. Et quare hoc? Ad oſtendendū eoꝝ deiformitatē. In veteri eñ teſtamēto gloria apparuit per modū nubis. 3. reg. 8. Dominus venit in nebula. Hee nubes erunt preparate virtute diuina ad oſtenſionē glorie ſanctoꝝ. Vel ipſa fulgentia corpora glorioſorum videbuntur malis quedam nubes qui erunt in terra. Matth. 25. Ecce ſponſus venit exite obuiā ei. ¶ Deinde cū dic. Et ſic ſemꝑ ⁊c. Oſtēdit beatitudinē ſanctoꝝ quia ſemꝑ erunt cum domino eo fruentes. Joh. 14. Iterum veniam ⁊ accipiam vos ad meipſum vt vbi ego ſū ⁊ vos ſitis. Hoc ſancti deſiderāt Philip. 1. Deſiderium habens diſſolui ⁊ eſſe cum chriſto. ¶ Deinde cū dicit Itaqꝫ ⁊c. Concludit conſolationē habendam eſſe de mortuis dicens: Ex quo ſancti reſurgunt et nullum detrimentum ꝯſequuntur: ergo de mortuis conſolamini Eſa. 40. Conſolamini cōſolamini popule meus dicit dominus deus veſter.

## Capitulū quintū.

d

De tēporibus aūt ⁊ momētis fratres non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſi eñi diligēter ſcitis q: dies dñi ſicut fur in nocte ita veniet. Cū eñi dixerint pax ⁊ ſecuritas: tūc repentinus eis ſupueniet interitus ſicut dolor in vtero habētis ⁊ nō effugiēt. Vos aūt fr̄es nō eſtis in tenebris vt vos dies ille tāꝗ fur cōprehēdat. Oēs eniꝫ vos filij lucis eſtis ⁊ filij diei. Nō ſumus noctis neqꝫ tenebraꝝ. Igit̄ nō dormiamus ſicut et ceteri: ſꝫ vigilemus ⁊ ſobrij ſimus. Qui enim dormiunt: nocte dormiūt: et q̄ ebrij ſūt. nocte ebrij ſunt. Nos autē q̄ diei ſumus. ſobrij ſumus. induti loricā fidei ⁊ charitatis. et galeā ſpē ſalutis. quoniā nō poſuit nos deus in iraꝫ. ſed in acq̄ſitionē ſalutis ꝑ dñm nr̄m ieſum chriſtuꝫ qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus: ſiue dormiamus ſimul cum illo viuamus. Propter quod conſolamini inuicem ⁊ edificate alterutꝝ ſicut ⁊ facitis.

Supra correxit in eis corrigenda: hic monet eos in futurum. et primo ponit monitionem. Secundo orationē ibi Ipſe autem deus ⁊c. Hec aūt duo ſunt nobis neceſſaria quia bona que facimꝰ ſunt ex libero arbitrio. et ideo indiget hō monitione ⁊ gratia. ⁊ ideo oratione. Circa primū duo facit. quia primo hortat̄ vt preparēt ſe ad futurū iudiciū. Secundo oſtendit preparandi modū ibi Propter quod conſolamini ⁊c. Iterum prima in duas. quia p̄mo oſtendit qualis ſit conditio futuri iudicij. Secūdo qualiter preparent ſe ad illud ibi. Igitur non dormiamus ⁊c. Item prima in duas. q: primo premittit conditionē futuri iudicij. Secundo exponit ibi. Cū eñ ⁊c. Itē primo quietat eoꝝ ſollicitudinē circa ſcientiā futuri aduentus Secūdo oſtēdit quid circa illū ſciāt ibi. Ipſi eñ ⁊c. Dicit ergo Neceſſe erat ꝙ ſcriberē de premiſſis. q: indiguiſtis. Sed de tēporibꝰ ſcꝫ eſtate hyeme vel potiꝰ q̄ tēpa futura ſint nō erat neceſſe. q: q̄dā de his ſūt ſoli diuine ſciētie reſuata. Mat. 24. ⁊ Mar. 13. De die illa vł hora nemo ſcit. neqꝫ angeli in celo: neqꝫ filius niſi pater ⁊c. Act. 1. Non eſt vr̄m noſce tp̄a vł momenta ⁊c. Eccl. 7. Quid neceſſe eſt hōi maiora ſe q̄rere cū ignoret q̄d conducat ſibi in vita numero dierū vite ſue ⁊c. Et ideo hoc non eſt neceſſe ſcribere. q: illō qō ſciendū eſt vos ſcitis. quia ſcꝫ dies dñi in nocte. Sūt aūt oēs dies dñi. pſ. Ordinatione tua pſeuerāt dies. Sed iſte ſpecialit̄ eſt dñi. q: facit in oibꝰ ſuā volūtatē q̄ iplet̄ in bonis q̄ p̄ducunt̄ ad finē p̄ſcitū a deo. ſ. ſalutē. 1. thi. 2. Vult oēs hōies ſaluos fieri ⁊c. In mał q: punient̄ pſ. Cū accepo tēpꝰ ego iuſtitias iudicabo ⁊c. Iſte vēiet ſic̄ fur. i. ex impremeditato. Lu. 12. Si ſciret pr̄familias qua hora fur vēiret ⁊c. 2. Pe. 3. Adueniet dies dñi ſicut fur Apoc. 3. Veniā tibi tanꝗ fur. Quō aūt dies dicit̄ venire in nocte: Sed ſciēdū ꝙ vtrūqꝫ ē. q: in die vēit ꝓpt̄ maīfeſtatiōeꝫ cordiū. 1. cor. 4. Quoadusqꝫ vēiat dñs q̄ ⁊ illūiabit abſcōdita tenebraꝝ ⁊ maīfeſtabit ꝯſilia cordiū. ſꝫ in nocte ꝓpt̄ icertitudinē. Mat. 25. Media nocte clamor factꝰ ē. Ecce ſpōſus venit ⁊c. Incertū eñ ē qua hora erit. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Cū eñ dixerit ⁊c. Expōit q̄ dixerat. ⁊ p̄mo ꝗtū ad malos. Secūdo ꝗtū ad bonos ibi Vos aūt ⁊c. Circa p̄mū duo facit. Primo deſcribit p̄ſūptionē maloꝝ. Secūdo p̄iculū more. Dic̄ ꝙ vēiet ſic̄ fur. q: ex iprouiſo. Cū enim dixerint Pax ꝗtū ad p̄ſentia. i. dū trāq̄lle viuūt ſic decipiunt̄ Sap. 14. In magno viuētes in ſciētie bello tot et tā magna mala pacē appellāt ⁊c. Et ſecuritas ꝗtū ad futura. Lu. 12. Aīa mea mł̄ta habes bona repoſita ī ānos plimos. requieſce: comede: bibe ⁊ eplare ⁊c. Sꝫ ꝯtra Lu. 21. Areſcentibus hominibꝰ p̄ timore ⁊c. Ergo nulla ſecuritas. Solutio ē duplex. Vna que eſt Auguſtini que talis eſt. In tempore illo aliqui erunt boni ⁊ hij affligentur: lugebunt et expectabunt. Et de hoc dicitur. Luce viceſimoprimo. Areſcentibus ex carentia voluptatum: et abundantia malorum et cetera. Sed in malis erit pax et ſecuritas. Alia datur ſolutio in gloſa. ¶ Deinde cum

dicit. Tunc repentinus ⁊ cetera. deſcribit periculum a quattuor. Primo quia ſubitum ibi. Repentinus. Eſa. 30. Subito dum non ſperatur veniet contritio ei⁹. Secundo mortiferum ibi. Interitus. Job. 18. Calcet ſup eum quaſi rex interitus ⁊c. Tertio afflictiuum ibi. Dolor. ps. Ibi dolores vt parturientis ⁊c. Quarto ineuitabile ibi. Non effugient Job. 11. Effugiū peribit ab eis Ab ira dei nunc eſt effugere ad eius miſericordiam: ibi vero nō ē tēp⁹ miſericordie ſed iuſticie. ¶ Deinde cū dic̄ Vos aūt ⁊c. expōit q̄ dixerat q̄ ad bonos ⁊ duo fac: q: p̄mo excipit bonos a ꝯſortio maloꝝ. Scd̄o rōnē aſſignat. ibi. Oēs eniʒ vos ⁊c. Dicit ergo. Non eſtis in tenebris quia illuminati eſtis per xp̄um de illo die ideo vobis nō eſt impreuiſus. Jo. 8. Qui ſequit̄ me nō ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite ⁊c. Et huius ratio ē ibi. Oēs eñ vos ⁊c. Aſtruit enim ꝙ ſunt filij lucis ⁊ diei. Filij autem alicuius rei in ſcriptura dicuntur aliqui propter abundantiam in re illa. Eſa. 5. In cornu filio olei id eſt colle habente multū oleum. Qui ergo participāt multū de die ⁊ luce dicuntur eorum filij. Hec lux eſt fides chriſti. Joh. 8. Ego ſum lux mundi ⁊c. Jo. 12. Credite in lucem vt filij lucis ſitis ⁊c. Item dici. Sicut eni ex luce fit dies: ita ex fide xp̄i fit dies ſcʒ honeſtas bonorū operū. Ro. 13. Nox preceſſit ⁊c. Et ideo non eſtis filij noctis id eſt infidelitatis: neq̄ tenebrarum id eſt peccatorum. Roma. 13. Abijciamus ergo a nobis opera tenebrarū ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Ergo non dormiam⁹ ⁊c. oſtendit qualiter ſe preparent ad illū aduentum: ⁊ p̄mo qualiter per vltionem malorum. Secundo per obſeruātiam bonorum ibi. Induti ⁊c. Circa primū duo facit: q: primo ponit monitionem. Secundo eius rationem ibi. Qui enim dormiunt ⁊c. Dicit igitur. Exquo dies domini ē ſicut fur: Luc. 12. Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̄ ⁊c. Ergo vos quia ſcitis vigiletis: Unde dicit. Ergo non dormiamus ſomno peccati. Ephe. 5. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. ⁊c. Item nec pigritie. Prouerb. 6. Uſq̄quo piger dormis ⁊c. Sed vigilemus per ſollicitudinem. Matt. 24. Uigilate itaq̄ ⁊c. Et ad hoc eſt neceſſariuʒ ꝙ ſobrij ſimus vt ⁊ corpus ⁊ mens ſint ſobria id eſt non occupata voluptatibus ⁊ curis mundi. Luce. 21. Attendite vobis ne forte grauentur corda veſtra crapula ⁊ ebrietate ⁊c. p̄me Pet. 5. Sobrij eſtote ⁊ vigilate ⁊c. Ratio auteʒ huius eſt ⁊ ex temporis cōgruitate quia qui dormiunt vl̄ ebrij ſunt aliquid faciunt in nocte. Sed nos non ſumus ī nocte. Ergo ⁊c. Dicit ergo. Qui enim dormiunt id ē tempus noctis deputant quieti diem vero operationi. ps. Ortus eſt ſol ⁊ congregati ſunt ⁊ in cubilibus ſuis collocabunt̄. Et rurſum. Exibit homo ad opus ſuuʒ ⁊ ad operationem ſuam vſq̄ʒ ad veſperam. Item abſtinent a vino in die propter negocia exercenda ſed de nocte tantuʒ non curant Job. 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Somnus ergo ⁊ ebrietas eſt nocti conueniens: eo ꝙ nocte infidelitatis ⁊ tenebris peccatoruʒ occupati ſūt ebrij per amorem preſentiuʒ nō habentes ſpem futuroꝝ. Ephe. 4. Deſperantes tradiderūt ſe impudicicie in operatione īmundicie omnis in auaricia ⁊c. Nos aūt pertinentes ad diem honeſtatis ⁊ fidei ſimus ſobrij. Ro. 13. Honeſte ambulemus in die ⁊c. ¶ Deinde cuʒ dicit. Induti ⁊c. oſtendit quomodo ſe preparent per bona. Et primo ponit monitionē generalē. Secundo ſpecialem ibi. Propter quod ⁊c. Item prima in duas quia primo ponit ipſam monitionem. Secundo rationē eius ibi. Quoniam non poſuit ⁊c. Sunt autem in homine duo principalia mēbra que conſueuerunt in bellis protegi ſcilicet cor quod eſt principium vite ⁊ caput ſcilicet principium motus exterioris a quo ſunt ſenſus ⁊ aliquo modo neruī. Et protegitur cor lorica: caput galea. Spiritualis vita in nobis eſt chriſtus per quem anima viuit: ⁊ dominus in nobis per fidem habitat Ephe. 3. Habitare chriſtum per fidem ī cordibus veſtris. p̄me Joh. 4. Qui manet ī charitate ī deo manet ⁊ de⁹ in eo ⁊c. Que informat fidē. Et ideo debemus habere fidem ⁊ charitatem. Unde dicit. Loricam fidei ⁊ charitatis q: ꝓtegit vitalia ⁊ galeā ſpei: q̄ ē p̄ncipiū mot⁹ ſp̄ūalis qd̄ ē ex intentiōe finis quā ſperam⁹ aſſequi. ¶ Deinde cum dicit. Qm̄ non poſuit nos ⁊c. oſtendit rōnem quō in nobis operatur. Et primo ex preordinatione diuina. Secundo ex gratia xp̄i. Tertio oſtendit modum conſequende ſalutis. Dicit ergo. Quoniā non poſuit id eſt nō ordinauit. Jo. 15. Poſui vos ſcʒ ſanctos vt eatis ⁊c. Deus in iram id ē ad hoc vt conſequamur eius irā. Sap. p̄mo. Deus mortē nō fecit. Ezech. 18. Nunquid voluntatis mee eſt mors impij dicit domin⁹ deus ⁊c. Sed in acquiſitione id ē vt acquiramus ſalutem Mat. 11. Regnū celorum vim patitur et violenti rapiunt illud ⁊c. p̄me Pe. 2. Uos eſtis genus electum regale ſacerdotium ⁊c. Et hoc per gratiam xp̄i. Ideo dicit. Per dominū noſtrum ⁊c. Act. 4. Non ē aliud nomen ſub celo datū hominibus ī quo oporteat nos ſaluos fieri ⁊c. Saluauit nos moriendo ꝓ nobis. 1. Pe. 3. Mortuus ē iuſtus ꝓ iniuſtis vt offerret nos deo mortificatos quidē carne: viuificatos autem ſpiritu. Et modus perueniendi eſt quia xp̄s docuit nos operando ſalutē noſtram ⁊ hoc moriendo ⁊ reſurgendo Ro. 4. Tradit⁹ eſt propter delicta noſtra ⁊ reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Et ideo dicit. Siue vigilamus ſiue dormiamus ſimul cum illo viuem⁹. Ro. 14. Siue viuim⁹ ſiue morimur domini ſum⁹. ¶ Deinde cū dicit. Propt̄ quod ⁊c. docet nos quō preparemus nos q̄tū ad ſpeciales conditiones perſonaꝝ. Et circa hoc tria facit: q: primo oſtendit quō ſe debeant habere ad equales. Secundo quomodo ſubditi ſe habeant ad prelatū ibi. Rogam⁹ auteʒ ⁊c. Tertio quō prelati ad ſubditos ibi. Rogam⁹ autē ⁊c. Debemus aūt equalibus cōſolationē in aduerſis. Unde dicit. Conſolamini inuicē. Itē edificationem in exemplis. Unde dicit. Et edificate ⁊c. Ro. 14. Que edificationis ſunt inuicē cuſtodiam⁹ ⁊c. ¶ Subditi aūt ad prelatos primo debent beneficiorū recognitionē. Secundo charitatem. Tertio pacē. vnde. Ut noueritis id eſt vt recognoſcatis beneficia eorum. Heb. vlti. Memētote p̄poſitoꝝ veſtrorū ⁊c. Noueritis inq̄ primo ex p̄te eoꝝ: quia maximū laborem ferunt ꝓ vobis: vnde qui laborant inter vos ꝓ bono veſtro. 2. Thy. 2. Labora ſic̄ bonus miles xp̄i ⁊c. Secundo ex parte dei. Et ideo ē habenda reuerentia ad eos ſicut ad deum. Unde dicit. Et preſunt vobis in domino id eſt vice domini. 2. Coꝝ. 2. Ego ſi quid donaui vobis in perſona xp̄i. Tertio ex p̄te veſtra: q: ſūt vobis vtiles. Unde dicit. Et cōmonēt vos ⁊ ideo ſcd̄o debetis eis charitatē abundantius. i. p̄ alijs Quarto pacem ꝓpter opus. Sed cōtra hoc quidā agūt Amos. 5. Odio habuerunt in porta corripientem ⁊c. Eccl. 19. Qui odit correctionem minuetur vita ⁊c. Sed vos habete pacem propter opus correctionis qd̄ ꝓprie ſpectat ad eorum officiū. ps. Dum loquebar illis: impugnabant me gratis.

Lectio ſecunda.

Rogamus aūt vos frēs vt noueritiſ eos qui laborant inter vos et p̄ſunt vobis ī dn̄o et monēt vos vt habeatis illos abundanti⁹ in charitate ꝓpter op⁹

ſtłorum ⁊ pacem habete cū eis. Rogamꝰ au
tē vos frēs. corripite inquietos: cōſolamini
puſillanimes: ſuſcipite infirmos: patientes
eſtote ad omnes. Uidete ne quis malū pro
malo alicui reddat. ſed ſemꝑ qđ bonū eſt ſe
ctamini ĩ inuicē ⁊ in omnes. Semꝑ gaude-
te. ſine intermiſſione orate. in omibus grãs
agite. Hec ē eñ volūtas dei in xp̄o ieſu ĩ om
nibus vobis. Sp̄m nolite extiguere. ꝓphe
tias nolite ſpernere. Oīa aūt ꝓbate. qđ bo-
nū ē tenete. ab omni ſpecie mala abſtinete
vos. Ipſe aūt deꝰ pacis ſanctificet vos ꝑ oīa
vt integer ſpūs veſter ⁊ aīa ⁊ corpus ſine q̃-
rela in aduentu dñi nr̄i ieſu xp̄i ſeruet̃. Fi-
delis ē qui vocauit vos. qui etiā faciet. Fra
tres orate ꝓ nobis. Salutate frēs oēs ĩ oſcu
lo ſancto. Adiuro vos per dominū vt legat̃
epiſtola hec omnibus ſanctis fratribꝰ. Grã
dñi noſtri ieſu chriſti vobiſcuꝫ Amen

Supra oſtendit quō ſubditi debent ſe habere ad p̄latos
hic oſtendit ecōuerſo. Et circa hoc duo facit: qꝛ p̄mo do-
cet quō prelati ad ſacerdotes ſubditos ſe debeāt habere
Secūdo generaliter quō ſe debeāt habere ad omnes ibi
Uidete ne q̇s ⁊c. Sciendū ē autē ꝙ cura prelatorum ad
duo debet tendere. ſcꝫ ad retrahendū alios a peccatis et
ad cuſtodiendū ſeipſos. Quantū ad primū tria ap̄ls dic̃.
¶ Tripliciter eñ ſubditi poſſunt pati defectū. primo in
actu. Scđo in voluntate. Tertio in virtute. In actu aūt
quando ꝓrumpunt in actū peccati. Et tunc ſunt corrigē
di. Et q̄uis de omni peccato: ſp̄ealiter tamē corrigendi
ſunt de peccato inquietudinis. Et ideo dicit. Corripite
inquietos ⁊c. 2. Theſ. 3. Non inquieti fuimꝰ inter vos
⁊c. Eccl. 19. Corripe ꝓmū anteq̄ cōmineris ⁊ da locū
timori ⁊c. In voluntate vero quādo nō aggredit̃ magna
quia deijcit̃ ꝓpter aduerſa ⁊ peccata p̄cedentia. Vñ di-
cit. Conſolamini puſillanimes. Puſillanimis eſt nō ha-
bens animū ad magna timens ne deficiat. Eſa. 35. Dici-
te puſillanimes cōfortamini ⁊ nolite timere ⁊c. Job. 4.
Uacillantes confirmauerūt manus tue ⁊c. In virtute au
tem quando vel ex infirmitate peccant vel debilitantur
in bono actu ⁊ iſti ſunt fouēdi. Unde dicit. Suſcipite. i.
in viſceribꝰ charitatis fouendo infirmos quoꝝ eſt virtꝰ
debilis vel ad reſiſtendū malis vel ad faciendum bona.
Ro. 15. Debemꝰ nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ
ſuſtinere ⁊c. Prelatꝰ autem debet ſe cuſtodire a defectu
cuiuſcunq̄ꝫ modi ⁊ maxime ab impatientia qꝛ ipſe portat
totū pondus multitudinis Numeri. 11. Non poſſū ſolus
ſuſtinere oēm hanc multitudinē qꝛ grauis eſt mihi ⁊c.
Et ideo dicit. Patientes eſtote ad omnes. Prouer. 19.
Doctrina viri ꝑ patientiam noſcit̃. Ps. Bene patientes
erunt vt annunciēt. ¶ Deinde cū dicit. Uidete ne quis
⁊c. oſtendit generaliter quō ſe habeant ad omnes. Et cir
ca hoc duo facit: qꝛ primo oſtendit qualiter omnes in q̄-
buſdā debeāt ſe habere. Scđo quid in omnibꝰ ibi. Oīa
autē. Circa primū tria facit: qꝛ primo oſtendit quō ſe de-
beant habere ad ꝓximū. Secundo quō ſe habeant ĩ his
q̄ ad deū ſūt ibi. Sēꝑ gaudete ⁊c. Tertio quō ſe habeāt
ad eius dona ibi. Spiritū nolite ⁊c. Quantū ad proxi-
mum debent ſe habere vt nō inferant ei mala: ⁊ vt ſtude
ant ei benefacere. Unde dicit. Dixi ſupra in ſpeciali: ſꝫ

nunc in generali dico: ne quis malū ⁊c. Ps. Si reddidi
retribuentibꝰ mihi mala. Sed contra. Multotiēs vindi
cta petit̃ corā iudice. Reſpondeo Sicut actus moralis
ſumit̃ ſm̄ intentionē finis: ſic ad duo pōt eſſe intentio vł
ad malū illius: ita ꝙ quieſcat ibi. Et hoc ē illicitū ⁊ ex li-
uore vindicte. Uel ad bonū correctionis ſeu iuſticie ⁊ cō
ſeruationis reipublice ⁊ ſic nō reddit malū pro malo: ſed
bonū ſcꝫ eiꝰ correctionē. Quantū ad ſecundū dicit. Sed
ſemꝑ qđ bonū ē, ⁊c. Et dicit. Sectamini ⁊ non faciatis.
quia tu ex te debes ſumere occaſionē bene faciendi ad ꝓ
ximum tuū ⁊ nō expectare ꝙ ipſe det tibi occaſionē bene
faciendi ſibi. vnde Ps. Inquire pacē ⁊ perſequere eā ⁊c.
Ro. 12. Noli vinci a malo vt ſcꝫ ſis tractus ab eo ad ma
lefaciendū: ſed vince in bono malū retrahēdo eum ad bo
num. Gal. vlt. Dum tempus habemꝰ operemur bonū ad
omnes ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Semꝑ gaudete ⁊c. oſten
dit quō ſe debeant habere quo ad deū: ad que tria opor-
tet habere. Primo gaudere de ipſo. Unde dicit. Semꝑ
gaudete ſcꝫ de deo: qꝛ quicq̇d malū proueniat eſt incom
parabile bono qđ ē deꝰ. Et iō nullū malū illud interrum
pat: vnde dicit. Semꝑ gaudete. ¶ Scđo orare ꝓ benefi
cijs ſuſcipiendis ibi. Sine intermiſſione orate. Lu. 18.
Oportet ſemꝑ orare ⁊ nūq̄ deficere. Sꝫ quō poteſt hoc
eſſe: Reſpondeo dicendū ē ꝙ hoc pōt eē tripliciter Pri
mo ꝙ ille ſemꝑ orat qui ſtatutas horas nō intermittit.
Simile habet̃. 2. Reg. 9. Tu comedes panē in menſa
mea ſemꝑ. Scđo ſic. Semꝑ id ē continue orate: ſꝫ tunc
oratio ſumit̃ pro effectu orōnis. Eſt eñ oratio interpre-
tatio deſiderij quia quando deſidero aliquid tunc illud
orando peto. Unde ⁊ oratio ē petitio decentiū a deo: et
ideo deſiderium habet vim orōnis. Ps. Deſideriuꝫ pau
perum exaudiuit dñs. Oīa ergo que facimus ex deſide-
rio proueniunt. Ergo orō in bonis que facimꝰ manet in
virtute: quia bona que facimus ex deſiderio bono ꝓue-
niunt. Glo. Non ceſſat orare qui non ceſſat bene facere.
Tertio quo ad cām orōnis ſcꝫ faciendo elemoſynam In
vitis patrū. Ille ſic orat qui elemoſynas dat: qꝛ qui ele-
moſynā accepit orat pro te etiam te dormiente. ¶ Item
tertio orare pro beneficijs ſuſcipiendis ⁊ gratias agere
ꝓ ſuſceptis. Ideo dicit. In omnibꝰ ſcꝫ bonis ⁊ aduerſis
gratias agite. Ro. 8. Diligentibꝰ deū omnia cooperan-
tur in bonū ⁊c. Col. 2. Abundantes in illo in gratiaruꝫ
actione. Phil. 4. Cū grãꝝ actione. Hec eſt eñi volun-
tas ⁊c. p̄me Thy. 2. Qui vult oēs hoīes ſaluos fieri et
ad agnitionē veritatis venire. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Spi
ritū nolite ⁊c. oſtendit quō ſe habeant ad dona dei. Et p̄
mo ꝙ ea nō impediāt. Scđo ꝙ ea nō cōtemnāt ibi Pro
phetias ⁊c. Spiritꝰ autē ſanctꝰ ē pſona diuina incorru-
ptibilis ⁊ eterna: vnde in ſua ſubſtantia extingui nō pōt
ſed tñ đr quis extinguere ſpm̄: vno mō feruorē eiꝰ extin-
guendo vel in ſe vel in alio. Ro. 12. Spū feruentes. Cū
eñ aliq̇s aliq̇d boni ex feruore ſpiritꝰ ſancti vult facere:
vel etiā cuꝫ aliq̇s bonꝰ motꝰ ſurgit ⁊ ipſe impedit: extin-
guit ſpm̄ ſcm̄. Act. 7. Uos ſemꝑ ſpiritui ſctō reſiſtitis.
Alio mō mortaliter peccādo. Spūs eñ ſanctus in ſe ipſe
viuit ſed in nobis viuit qñ facit nos in ſe viuere: ſed qñ
q̇s peccat mortaliter nō viuit in ipſo ſpūs ſanctꝰ. Sap. 1.
Spiritꝰ eñ ſanctꝰ diſcipline effugiet fictuꝫ ⁊c. Tertio
mō occultando. Quaſi dicat. Si donuꝫ ſpūs ſcī habetis
vtimini eo ad vtilitatē ꝓximoꝝ. Eccl. 20. Sapīa abſcō
dita ⁊ theſaurꝰ inuiſus que vtilitas in vtriſq̄ꝫ. Mat. 5.
Nemo accendit lucernā ⁊ pōit eā ſub modio ⁊c. ¶ Pro
phetias nolite ⁊c. Aliqui enim apud iſtos ſpiritu ꝓphe
tie erant pollentes qui ab iſtis reputabantur inſani: p̄i
me Cor. 14. Emulamĩ ſpiritualia magis āt vt ꝓphetetis
Uel prophetias. id eſt diuinā doctrinam. Exponentes

enim diuinā doctrinā dicunt̄ ꝓphete. Quaſi dicat. Nō
ſpernatis verba dei ⁊ p̄dicatiōes. Jere. 20. Factus ē ſer
mo domini mihi in obprobriū ⁊ in deriſuʒ tota die. ¶ De
inde cū dicit. Omnia autē probate ⁊c. oſtendit qualiter
ſe habeant ad oīa ⁊ vnū eſt ꝙ in oībus vtant̄ diſcretione
Ro. 12. Rōabile obſequiū veſtrū ⁊c. Jn hac materia dʒ
eſſe diligēs examīatio: bōi electio: mali abiectio. Quā-
tum ad primū dicit: ꝓphetias nolite ſpernere. tñ omnia
probare ſcʒ que ſunt dubia. Manifeſta enim examinatio-
ne nō indigent. 1. Joh. 4. Omni ſpiritui credere nolite
Job. 12. Nōne auris verba diiudicat. Quantū ad ſecū-
dū dicit. Qđ bonū eſt tenete. Gal. 4. Bonū aūt emula-
mi in bono ſemꝑ ⁊c. Quātū ad tertiū dicit. Ab omī ſpē
mala abſtinete vos ⁊c. Eſa. 7. Ut ſciat reprobare malū
⁊ eligere bonū. Et dicit ſpecie: qꝛ etiaʒ que habent ſili-
tudinē malicie vitare debemꝰ q̄ ſcʒ nō poſſemꝰ ſeruare
corā hominibꝰ abſqꝫ ſcandalo eoꝝ. ¶ Deinde cū dicit.
Jpſe aūt ⁊c. ſubdit oꝛēm: et circa hoc tria facit: qꝛ primo
orat pro eis. Scđo dat ſpem de exauditione. Tertio dat
ſpāles monitiones. Dicit ergo. Jta moneo ſʒ nihil valʒ
niſi deꝰ grām det. Unde ipē deꝰ. Leui. 21. Ego dñs q̄
ſanctifico vos ⁊c. Per oīa id ē vt ſitis totaliter ſancti.
Et hoc vt integer ⁊c. Occaſione em̄ verboꝝ iſtoꝝ dixe-
runt quidā ꝙ in homine aliud ē ſpūs ⁊ aliud aīa: ponen-
tes duas in homine animas Unā que aīat. aliā q̄ ratioci
natur. Et hec ſunt reprobata in eccl'iaſticis dogmatibꝰ.
Unde ſciendū ē ꝙ hec nō differunt ſm eſſentiā ſed ſm
potentiā. Jn anima em̄ noſtra ſunt quedaʒ vires q̄ ſunt
actus corporaliū organoꝝ ſicut ſūt potētie ſenſitiue par-
tis. Alie ſunt que nō ſunt actus taliū organoꝝ ſed ſūt ab
ſtracte ab eis ſicut ſunt potentie intellectiue partis. Et
hec dicunt̄ ſpiritus quaſi imateriales ⁊ ſeparate aliquo
modo a corpore inquantū nō ſunt actus corporis: ⁊ dici
tur hec ſpūs ⁊ mens Ephe. 4. Renouamini ſpū mentis
vr̄e ⁊c. Jnquātū aūt aīat dicit̄ aīa quia hoc eſt ei ꝓpriū
⁊ loquit̄ proprie. Nam ad peccata tria cōcurrunt electio
affectio: ſenſualitas: ⁊ executio corporis. Uult ergo ꝙ ī
nullo horum ſit peccatum. Non dicit in rōne vnde. Ut
ſpiritus id ē mens veſtra ſeruet̄ integer. Jn omni pecca
to rō corrumpit̄ ſm ꝙ oīs malus ē ignorans. Jtē nec in
ſenſualitate. Unde dicit Anima. Jtem nec in corpore: ⁊
ideo dicit. Et corpus. Hoc aūt ſic fit quando ſeruatur im
mune a peccato. Et dicit. Sine querela nō ſine peccato
qđ eſt ſolius xp̄i: ſed eſſe ſine querela eſt etiam aliorum:
qui ⁊ ſi venialia nō tamē cōmittunt grauia de quibꝰ ꝓ-
ximus ſcandalizatur. Luc. p̄mo. Jncedentes in oībus
mandatis ⁊ iuſtificationibꝰ dñi ſine querela. Et addit.
Jn aduentu ⁊c. ſcʒ perdurando vſqꝫ in finē vite. Ul' inte-
ger ſpiritus refert̄ ad donum ſpiritus ſancti. Quaſi di-
cat. Donū ſpiritus ſancti qđ habetis ſit integrum. ¶ De-
inde cum dicit. Fidelis ⁊c. dat ſpem exauditiōis. Qua-
ſi dicat. Ut ego ſpero ⁊ ſic fiet: qꝛ ipē qui nouit faciet. id
eſt cōplebit. Pſ. Fidelis dñs in oībus verbis ſuis ⁊c.
Ro. 8. Quos vocauit hos et iuſtificauit ⁊c. ¶ Ultimo
iniungit familiares monitiones ſcʒ oꝛonem ibi. Orate.
Jtem mutuā pacē ibi. Salutate omnes fratres in oſculo
ſancto nō proditorio ſicut iudas. Mat. 26. Nec libinoſo
vt libinoſa mulier Prouer. 7. ¶ Ut legat̄ ⁊c. Timebat
em̄ ne p̄lati ꝓpter aliqua q̄ erant hic eam occultarent.
Prouer. 11. Qui abſcondit frumenta maledicet̄ ī pp̄lis
⁊c. Ultimo concludit ep̄lam in ſalutatione.

¶ Explicit mirabil' ⁊ deuota expoſitio doctoris āgeli
ci ſanctiſſimi' Thome aquinatis ordinis fratrū p̄dicato-
rū ſuper prima epiſtola incliti apoſtoli ſancti Pauli ad
Theſſalonicenſes prima.

Jncipit profunda ⁊ ſubtilis explanatio eiꝰ
dem ſanctiſſimi doctoris thome de aquino
ordinis fratrū p̄dicatoꝝ ſuꝑ ſcđa ep̄la eiuſ-
deʒ glorioſi ap̄li pauli ad Theſſalonicēſes.

Ongregamini
vt annunciē que ventura ſūt vobis diebꝰ
nouiſſimis ⁊c. Geñ. 49. Hec verba cōpe-
tunt huic ep̄le. Duo em̄ tangunt̄ q̄ ei con
ueniunt: ſcʒ fructꝰ ⁊ eius materia. Uñ dr̄:
Ut annunciē ⁊c. Agit̄ em̄ in ea de his que ventura ſunt
in diebus nouiſſimis: que ſunt tria ſcʒ pericula eccleſie:
tempore antixp̄i. 2. Thy. 3. Jn nouiſſimis diebꝰ inſta-
bunt tēpora periculoſa ⁊c. Jtē malorum ſupplicia. Pſ.
Donec intrē in ſanctuariū dei ⁊c. Uerūtamē ꝓpter do-
los poſuiſti eis: deieciſti eos dū alleuarent̄. Jtē premia
bonoꝝ. Prouer. vlti. Fortitudo ⁊ decor indumentū eiꝰ
Et de his agit̄ in hac ep̄la. Utilitas oſtendit̄: qꝛ congre-
gamini. Sic acquirit̄ ex hac ep̄la congregatio ſcʒ cōcor-
dantium in veritate qꝛ diſcordabāt de iudicio futuro ꝓ-
pter hoc qđ dicit in prima ep̄la. Deinde nos qui viuimꝰ
⁊c. Pſ. Diſperſiones iſrl' congregabit. Jtē voluntatū: qꝛ
cū conſiderant ꝙ quecunqꝫ tēporalia ſunt: in nouiſſimo
mundi peribunt: dat̄ intelligi ꝙ eos congregant ad vnū
querendū ſcʒ celeſte premiū. Eccl'. 30. Congrega coꝛ tuū
in ſanctitate eius. Jtē cogitationū ad vnam ſtabilē veri-
tatem. Eſa. vl. Ego aūt opa eoꝝ ⁊ cogitatiōeſ eoꝝ venio
vt congregem ⁊c. Sic ergo patet fructus ⁊ materia: qꝛ ī
prima muniuit eos contra perſecutiones preteritas: hic
munit eos contra futuras.

Capitulum primū.

Aulus ⁊ Siluanꝰ et Thimothe
us eccl'ie Theſſalonicenſiū ī deo
p̄re nr̄o et dño ieſu xp̄o. Grā vo-
bis et pax a deo patre nr̄o et dño ieſu xp̄o.
Grās agere debemꝰ ſemꝑ ꝓ vobis frēs: ita
vt dignū ē: qm̄ ſupcreſcit fides vr̄a et abun
dat charitas vniuſcuiuſqꝫ veſtrū in inuiceʒ
ita vt et nos ipi in vobis gloriemur in eccle-
ſijs dei pro patientia vr̄a et fide et in omni-
bus perſecutionibꝰ vr̄is et tribulatiōibus
quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicij: vt
digne habeamini ī regno dei ꝓ q̄ et patimi.
Diuiditur hec epiſtola in ſalutationē ⁊ ep̄larē narratio
nem ibi. Grās agere debemus ⁊c. Jtē primo ponuntur
pſone ſalutantes. Secūdo perſone ſalutate. Tertio bo-
na optata. Sūt autē eedē pſone que ⁊ ī prima. Tres āt
perſone ſalutantes ponuntur vt auctoritas ep̄le robuſti-
or appareat. Eccl'. 4. Funiculus triplex difficile rūpitur
⁊c. ¶ Eccleſie theſ. ⁊c. Eccleſia ꝯgregationē dicit q̄ dʒ
eſſe in deo al's eſt mala. De bona dicitur. Pſ. Congrega
te illi ſanctos eius ⁊c. ¶ Jn xp̄o id ē in eius fide. Ro. 5.
Per quem acceſſum habemus per fideʒ in gratiam iſtā
⁊c. ¶ Deinde optat eis bona. Et primo pacem. Jpſa eſt
enim principium omnium ſpiritualium donorum. pri-
me Corinthio. 15. Gratia dei ſum' id quod ſum. ⁊c. Jtē
pacem que eſt finis omniuʒ. Pſ. Qui poſuit fines tuos
pacem ⁊c. et hoc a deo ⁊c. Jaco. primo. Omne datum
optimū ⁊ omne donum perfectum de ſurſū eſt deſcēdēs

a patre luminũ ⁊c. Et domis ⁊c. 2. Pe. pmo. Per quē maxima nobis ⁊ precioſa promiſſa donauit ⁊c. ¶ Gratias agere debemus ⁊c. hec ē eplaris narratio. Et primo inſtruit eos de futuris in nouiſſimis dieb⁹. Secũdo admonet eos familiariter de quibuſdam in tertio cap. ibi. Decetero fratres ⁊c. Item primo monet ſicut dictum ē q̃tũ ad premia bonoꝝ ⁊ penas maloꝝ. Scdo quantũ ad pericula tempore antixpi. ſcdo cap. ibi. Rogamus autē vos ⁊c. Item primo agit gratias de preparatione ad futurũ iudiciũ. Secundo deſcribit ipm iudiciũ ibi. Si tamen iuſtum ⁊c. Itē pmo gratias agit de profectu. Secundo oſtendit fructũ pfect⁹. Tertio ſignũ. Dicit ergo. Gratias agere debem⁹ ⁊c. Nã q: in pma epiſtola cõmēdauit eos de fide charitate ⁊ alijs bonis in quib⁹ abundabant: ideo dicit: gratias agere debem⁹ deo q: bonum qd habetis reputo meum. 2. Joh. Maiorē hoꝝ nõ habeo grãm q̃ vt audiã filios meos in veritate ambulare: ⁊c. Et hoc deo ſine q̃ nihil boni põt fieri. Et hoc dignũ ē q: de magnis bonis agim⁹ gratias. 2. Mach. pmo. De magnis piculis a deo liberati magnifice grãs agimus. Quare: q: ſemp creſcunt bona ſpũalia. Periculoſe tamen cuſtodiunt niſi pficiat in eis homo In donis autē dei ē fides per quã de⁹ habitat in nobis ⁊ in hac proficimus ſm intellectũ. Ephe. 4. Habitare xpm p fidem in cordibus veſtris. Et ſic pficit homo p cognitionē: deuotionē: ⁊ inheſionē. Itē charitas per quã deus ē in nobis ſm affectũ. 1. Jo. 4. Deus charitas ē ⁊ qui manet ĩ charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. Et ideo dicit. Et abundat. Prouer. 15. In abũdanti iuſticia virtus ē maxima ⁊c. 1. Theſ. 4. De charitate aũt fraternitatis nõ neceſſe habuim⁹ ſcribere vobis: ipſi enĩ a deo didiciſtis vt diligatis inuicē ⁊c. Et tunc ponit pfectus cuz dicit. Ita q ego glorior inde apud alios q: veſtra reputo mea. Bonũ eĩ diſcipuloꝝ eſt gloria platorum. Prouer. 10. Fili⁹ ſapiens letificat patrē ⁊c. Prouer. 17. Corona ſenũ filij filioꝝ ⁊c. 2. Coꝝ. 9. Pro quo de vobis glorioꝝ. Et tunc ponit ſignũ pfectus ſcz patientiã que oſtendit maxie in tribulationib⁹. Jac. 1. Beatus vir qui ſuffert tēptatiōēz. ⁊c. In tribulationib⁹ ſunt duo ſeruanda ſcz patiētia ne diſcedat a fide. Jac. pmo. Patiētia opus pfectũ habet Et fides in pſecutionib⁹. pme Coꝝ. 4. Perſecutionez patimur ⁊ ſuſtinem⁹. Unde dicit. In fide in omnib⁹ pſecutionib⁹ veſtris ⁊ tribulationib⁹. Que quidē tribulatiões dicunt a tribulis quibus interius per afflictiões pungimur Geñ. 3. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. ps. Tribulationes cordis mei multiplicate ſũt. Et hec ſancti ſuſtinent pp̄ter duo ſcz pp̄ter terrorem malorum Si enim deus nõ parcit bonis in hoc mundo: quõ parcet malis in futuro. pme. Pe. 4. Si aũt primũ a nobis quis finis eoꝝ qui non credunt dei euangelio ⁊c. Jere. 49. Ecce quibus nõ erat iudiciũ vt biberent calicē. ⁊c. Scdo ad augendũ meritũ. Uñ dicit. Ut digni ⁊c. Nam vt dicit Mat. 11. Regnũ celorũ vim patit ⁊ violenti rapiunt illud. Et Luc. vltimo. Nõne hec oportuit xpm pati ⁊ ita intrare in gloriã ſuã. Ro. 8. Si tamē cõpatimur vt ⁊ cõglorificemur. Unde dicit. Pro quo patimini ⁊c. Tribulatio enĩ que fit pro deo facit dignum regno dei. Mat. 5. Beati qui pſecutionē patiunt ⁊c. pme Pe. 4 Nemo veſtrũ patiatur quaſi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor.

## Lectio ſecunda.

SI tamē iuſtũ ē apud deũ retribuere retributionē his qui vos tribulant et vobis q tribulami requiē nobiſcũ in reuelatiõe dñi ieſu de celo cũ angelis virtutis ei⁹ in flãma ignis dantis vindictã his q̃ nõ nouerũt deũ. ⁊ q̃ nõ obediũt euangelio dñi nr̃i ieſu xpi. Qui penas dabũt in interitu eternas a facie dñi ⁊ a glia virtutis ei⁹ cũ venerit glificarri in ſanctis ſuis ⁊ ammirabilis fieri in oĩbus qui crediderunt: q: creditũ ē teſtimoniũ nr̃m ſup vos ĩ die illo: In quo etiã oram⁹ ſemp p vobis: vt dignetur vos vocatione ſua de⁹. ⁊ impleat omnē volũtatē bonitatis ſue ⁊ opus fidei in virtute. vt clarificet nomē dñi nr̃i ieſu xpi in vobis ⁊ vos in illo. ſcdm gratiam dei noſtri et domini ieſu chriſti.

Supra egit de coꝝ idoneitate ad futurũ iudiciũ: hic agit de forma iudicij. Et pmo ponit iudicium quãtum ad punitionem malorũ ⁊ premia bonorum. Secundo de vtraq parte ſigillatim ibi. in Flamma ⁊c. Itez primo ponit iudicium quantum ad punitionē maloꝝ. Secũdo q̃tum ad premia bonoꝝ ibi. Cũ venerit ⁊c. Quantũ ad pmuz dicit. Suſtinetis in exemplũ ⁊c. ſi tamē pro q: iuſtũ eſt. Unde alia lr̃a habet. Si quidē vel ſi tamē referat in exēplum iuſti iudicij. Quaſi dicat. Juſtũ ē q hec patiamini: vnde dicit. Si tamē ex hoc mereamini. ſed pma littera ⁊ expoſitio ē melior. Juſtũ eſt retribuere. ps. Exaltare qui iudicas terram redde retributionez ſupbis. Eſa. 33. Ue qui pdaris: nõne ⁊ tu pdaberis. ¶ Tribulationē ſcz eterne dãnationis. Ro. 8. Tribulatio an anguſtia ⁊c. ¶ Et vos quidē requiē. Luc. 16. Recepiſti bona in vita tua ⁊ lazarus ſimiliter mala. Nunc aũt hic conſolatur tu vero cruciaris. Apoc. 14. Amodo eĩ iam dicit ſpũs vt requieſcant a laborib⁹ ſuis. ¶ Nobiſcũ: id ē equalem gloriã. Sed nunquid hoc eſt veꝝ. Reſpondeo duplex ē equalitas ſcz abſoluta q̃titatis ⁊ pportionis. Et prima nõ ē equalis q̃tũ ad pticipationē hoĩs ſz equal q̃tũ ad beatitudinē pticipatã q̃ ē de⁹: ſz hõ pticipat ſm magis ⁊ minus: ſcdm q ardenti⁹ vel min⁹ ardenter amat deum Sz ſm ſcdam oĩmoda equalitas erit: q: ita eſt glia petri ad grãz ſibi datã ⁊ meritũ ſuũ ſicut glia lini ad ſuã. Hoc aũt erit in reuelatiõe ⁊c. Jo. 5. Pater oĩe iudiciũ dedit filio ⁊c. Et hoc inquantũ filio hoĩs ptãtē dedit iudiciuz facere: quia ĩ forma hũana oĩbus apparebit. Sz mõ non apparet q: hũanitas ei⁹ latet ĩ glia dei: ſz tũc apparebit Et ideo dicit. In reualatione Eſa. 40. Et reuelabit glia dñi ⁊c. Et hoc cũ miſtris ſuis ſcz angelis ⁊c. Matt. 25. Cũ venerit fili⁹ hoĩs in maieſtate ſua ⁊ oẽs angeli cũ eo ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit In flãma ⁊c. agit de vtraq ſcz punitione maloꝝ ⁊ premiatione bonoꝝ: ſed ĩ punitiõe malorum oſtendit acerbã iuſtã ⁊ diuturnã. Dicit ergo. Dantis vindictam. i. iudicantis puniendo in flãma ignis faciem orbis cõburentis ⁊ inuoluentis reprobos ⁊ detrudentis imppetuũ. ps. Ignis ante ipm pcedet ⁊c. Item erit iuſta pp̄ter duplicē culpã ſcz infidelitatis ⁊ male vite. Quantũ ad primũ dicit. Qui nõ nouerũt. i. noluerũt cognoſcere deũ Job. 21. Sciam viaꝝ tuaꝝ nolumus. 1. Coꝝ. 14. Ignorans ignorabit ⁊c. Quantũ ad ſecundũ dicit. Qui nõ obediunt euangelio ieſu xpi. Roma. 10. Non omnes obediunt euangelio. Inobedientia enim ē tantũ peccatũ q per eam mors venit in mũdum: vt dicit Roma. 5. Item eſt diuturna: quia penas dabunt ⁊c. et poteſt legi dupliciter ſm vnum ſenſum duplex eſt pena ſcz ſenſus ⁊ damni. De pena ſenſus poteſt intelligi ſic: Dabunt id eſt ſuſtinebunt penas eternas nõ finiendas:

⁊ hoc in interitu quia ſemꝑ morient̄. Aliter em̄ ē de penis huius vite ⁊ illis. Nam hic quanto plus acerbiores tanto ſunt breuiores q2 extinguūt: ſed ille ſunt grauiſſime quia ſunt pene mortis ⁊ ſunt interminabiles. Vñ dicitur ꝙ ſemꝑ erunt quaſi in morte. ps. Mors depaſcet eos Eſa. vl. Vermis eoꝝ nō morietur. Pena aūt damni ē duplex: q2 ſepabunt̄ a viſione dei. Unde dicit. A facie dñi ſcz remoti. Job. 13. Non veniet in conſpectu ei9 oīs ypocrita. Alia ē priuatio viſionis glīe ſanctoꝝ. Eſa. vl. Tollat̄ impius ne videat glīam ſanctoꝝ ⁊c. Vel aliter. A facie dñi ⁊c. In hoc oſtendit̄ cā acerbitatis pene ſenſus. Senſus enī alicui9 euacuat̄ vel ꝓpter ſupiorē iudicem vel ꝓpter ſupioris potentiā: ſed hoc non erit q2 hoc iudiciū ꝓcedet a facie dñi. ps. De vultu tuo iudiciū meum prodeat ⁊c. Et ideo dicit. Dabunt penas id eſt ſuſtibunt a facie domini. ¶ Deinde cū dicit. Cū venerit ⁊c. agit de premiatione ſanctoꝝ: et primo ponit premiū Secundo meritū ibi. Qui crediderūt ⁊c. Gloriā ſanctoꝝ cōmendat ⁊ quantū ad eſſentiā ꝑ participationē glorie dei cum dicit. Glorificari ⁊c. et ꝗtum ad eius exceſſum ibi. Et admirabilis. Dicit ergo Cū venerit ⁊c. xp̄s certe glorioſus ē Philip. 2. Oīs lingua cōfiteat̄ q2 dñs ieſus criſtus in gloria ē dei patris ⁊c. ¶ Glorificari in ſanctis ei9 q2 bonū ſui ē cōmunicatiuū: vel glorificari in ſanctis ei9 qui ſunt membra ſua in quib9 habitat ⁊ in quib9 glorificatur quādo ſua gloria ſcz capitꝭ deriuat̄ vſq3 ad ſua mēbra. Eſa. 49. Seru9 meus es tu iſrl: q2 ī te glorificabor ⁊c. Et hoc excedet oēm admirationē. Unde dicit Admirabilis ⁊c. Siquidē admiratio ē ſtupor procedēs ex magna fantaſia. Tanta vero ſanctoꝝ gloria non pōt cadere in opinionē hominū. Et iō dicit Admirabilis. Sap. 5. Mirabunt̄ in ſubitatiōe inſperate ſalutis ⁊c. ¶ Deinde ponit meritū ibi. Qui crediderūt ⁊c. Et ponit p̄mo meritum fidei. Scd̄o ſuffragiū oronis ibi. In quos ⁊c. Dicit ergo Hec erit gloria q2 creditū eſt noſtrū teſtimoniuz ſuꝑ vos qd̄ credidim9 de xp̄o vobis in illo die id eſt propter illum diem: quia bona que agimus ſunt propter illum diem: ſed dicit: ſuper vos id ē hoc teſtimoniū ē ſuper vos id ē ſuꝑ ſenſum humanū. Eccle. 9. Plurima ſupra ſenſum hoīs ⁊c. Fides enī nō habet meritū vbi humana rō prebet experimentum. Niſi em̄ eēt ſupra vos: non eſſet magni meriti credere. Vel dicit ſuper vos: id ē dñatur vobis ſubijcientibus intellectū veſtrum humiliter ad credendū. 2. Coꝛ. 10. In captiuitatē redigentes oēm intellectū in obſequiū xp̄i ⁊c. Sic exponit glo. Vel aliter ⁊ magis ſcd̄m litterā. Dico ꝙ glorificabit̄ xp̄s in vobis qui crediḋiſtis in die iudicij quādo apl̄i iudicabunt et tunc erit teſtimoniū qd̄ ē ſuꝑ vos id ē de ꝓmptitudīe fidei veſtre erit certū id eſt credibile. ¶ Deinde cum dicit. In quo oramus ⁊c. ſubiūgit ſuffragiū orōnis. Et primo ꝓponit qd̄ petit. Scd̄o quo fine ibi. Ut dignet̄ ⁊c. Tertio per qd̄ poſſet aſſequi petitū ibi. Scd̄m grām ⁊c. Petit autē vnū ex parte dei ⁊ duo ex ꝑte nr̄a. Dicit ergo In quo id ē ꝓpter quē diē nos oramus ſemꝑ. Ro. 1. Sine intermiſſione memoriā veſtri facio ſemꝑ in oronibus meis ⁊c. p̄mi Re. 13. Abſit autē hoc pctm̄ a me ī domino vt ceſſem orare pro vobis ⁊c. Sz ad quid? Ut dignetur vos vocatione ſua deus noſter id eſt faciat vos in mundo digne cōuerſari ſue vocationi Ephe. 4. Digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis ⁊c. ¶ Itē ex parte noſtra petit ex ꝑte voluntatis vt plene fruant̄ omni bonitate Unde dicit. Ut impleat oēm volūtatē bonitatis id eſt impleat in vobis voluntatē oīs boni. Phil. 2. Qui operatur in nobis velle ⁊ ꝑficere pro bona voluntate ¶ Item ex ꝑte intellectus vt ꝑfecte credant. ideo dicit. Et opus fidei ⁊c. Ro. 10. Corde em̄ creditur ad iuſticiā: ore autē cōfeſſio fit ad ſalutē ⁊c. Et hoc operemini in virente id ē in conſtantia ⁊ fortitudine vt nullo timore ceſſetis a confeſſione eius. Vel ſic. In quo id ē ꝓpter quez diē oramus vt de9 dignet̄ vobis dare illud ad qd̄ vocauit vos. p̄me Pet. 3. In hoc vocati eſtis vt benedictionem hereditate poſſideatis ⁊c. ¶ Impleat omne bonum qd̄ deſideratis qd̄ ē in vita eterna: quādo habebim9 deū ps. Qui replet in bonis deſideriū tuum. ¶ Itē impleat opus fidei qd̄ erit qñ id qd̄ hic per ſpeculū ⁊ in enigmate videmus: videbim9 tunc facie ad faciē Sed quo fine? Ut clarificet̄ id eſt ad glīam xp̄i ſit ⁊ ꝑ vos tam in p̄ſenti ꝗ in futuro nomē xp̄i glorificet̄ in bonis veſtris Mat. 5 Videant opera veſtra bona ⁊ glorificent p̄rem veſtrum qui in celis ē. Econuerſo de malis dicit Eſa. 52. ⁊ Ro. 2. Nomē dei ꝑ vos blaſphemat̄. Sed per quid poterimus illud conſequi: ſcd̄m grām dei noſtri ꝗ eſt radix omnium bonorum noſtrorum. p̄me Coꝛ. 15. Gratia dei ſū id quod ſum ⁊c.

## Capitulū ſecundū.

Rogamus aūt vos fr̄es ꝑ aduētū dñi nr̄i ieſu xp̄i ⁊ nr̄e cōgregationis in ip̄m: vt nō cito moueamini a vr̄o ſenſu: neq3 terreamini neq3 ꝑ ſp̄ūm neq3 ꝑ ſermonem neq3 ꝑ ep̄l'am tanꝗ ꝑ nos miſſā quaſi inſtet dies dñi. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Qm̄ niſi venerit diſceſſio primū ⁊ reuelat9 fuerit homo pc̄ti fili9 perditionis qui aduerſat̄ ⁊ extollet̄ ſuꝑ omne qd̄ dicit̄ de9 aut qd̄ colit̄: ita vt in tēplo dei ſedeat: oſtendēs ſe tanꝗ ſit de9. Nō retinetis ꝙ cū adhuc eſſem apud vos hec dicebaz vobis.

Superi9 apl̄s oſtendit futura ꝗtū ad penas malorum ⁊ p̄mia bonoꝝ: hic annunciat futura ꝗtū ad pericula eccleſie que erunt tempore antixp̄i. Et p̄mo nunciat veritatez de futuris ꝑiculis. Scd̄o monet vt in veritate ꝑmaneāt ibi. Itaq3 fratres ⁊c. Circa primū duo facit: q2 p̄mo excludit falſitatē. Secundo inſtruit de veritate ibi. Qm̄ niſi ⁊c. Iterum prima in tres: q2 primo ꝯmemorat illud ex quo debent induci. Secundo oſtendit ad quid debēt induci ibi. Ut non cito ⁊c. Tertio remouet illud qd̄ eos mouere poſſet ibi. Neq3 per ſpiritum ⁊c. Inducit autez eos ex trib9 ſcz ꝓprijs precibus ibi. Rogam9 nō p̄cib9 Philem̄. 1. Multā fiduciā habens in xp̄o ieſu impandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatē magis obſecro. Secundo ex aduentu chriſti deſiderabili bonis: licz terribili malis. Amos. 5. Ve deſiderantib9 diē dñi ⁊c. 2. Thymo. 4. Non ſolum autē mihi ſed ⁊ his qui diligunt aduentū eius ⁊c. Apocal'. vltimo. Ueni domine ieſu ⁊c. Tertio ex deſiderio et amore totius cōgregatiōis ſanctorum. In idipſum ſcz vbi chriſtus eſt: quia Mat. 24. Ubi erit corpus ibi congregabuntur ⁊ aquile ⁊c. Vel in idipſum: id eſt in idem quia omnes ſancti loco ⁊ gloria erunt in eodem. ps. Congregate illi ſanctos eius Sed ad quid inducit? Ut non cito moueamini. Eſt autē aliud moueri aliud terreri. Mouet̄ autē ſuo ſenſu ꝗ pretermittit quod tenebat. Quaſi dicat. Non cito dimittatis doctrinā meam Eccl'. 19. Qui cito credit leuis ē corde ⁊c. Terror autem eſt quedam trepidatio cum formidine contrarij. Et ideo dicit. Neq3 terreamini. Job. 15. Sonitus terroris ſemper in auribus eius: Et cum ſit pax illi ſemper inſidias ſuſpicātur, ⁊c. Sapientie. 17.

Cum eī ſit timida nequicia dat teſtimoniū cōdemnatio
ni ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Neqꝫ per ſpm̄ ꝛc. remouet qđ
eos mouere poſſet: pͥmo in ſpeciali Secūdo in generali
ibi. Ne quis ꝛc. Seducit aūt quis per falſam reuelatio-
nem. Unde dicit. Neqꝫ per ſpm̄ id ē ſi quis dicat ſibi re
uelatū per ſpm̄ ſanctū vel a ſpū ſancto qđ ē contra doctri-
nam meā non terreamini pͥme Jo. 4. Nolite oī ſpiritui
credere. Ezech. 13. Ve prophetis inſipientib⁹ q̄ ſequun
tur ſpm̄ ſuum ꝛ nihil vident ꝛc. Aliquādo etiā ſathanaſ
tranſfigurat ſe in angelū lucis: vt dicit. 2. Coꝛ. 11. ꝛ ter-
tij Reg. vlt. Egrediar ꝛ ero ſpiritus mendax in oꝛe oīm
ꝓphetaꝝ eius. Scđo ꝑ rōcinationē vel falſā expoſitōeꝫ
ſcripture: ideo dicit. Neqꝫ per ſermonē. 2. Thy. 2. Ser
mo eoꝝ vt cācer ſerpit. Ephe. 5. Nemo vos ſeducat in-
anibu s verbis. Tertio ꝑ auctoꝛitatē inductā in malo in
tellectu. 2. Pe. vlt. Sicut cariſſimus frater noſter pau
lus ſm̄ datam ſibi ſapiam ſcripſit vobis ſicut in omnib⁹
epl̄is loquens in eis de his in quibus ſunt quedā diffici
lia intellectu que indocti ꝛ inſtabiles depꝛauant ſicut et
ceteras ſcripturas ad ſuam ipoꝝ damnationem. Sed de
quo ſeducebant. Quaſi inſtet dies dn̄i. Et dicit. Per
epiſtolā tanq̄ per nos miſſaꝫ: qꝛ in pꝛima epiſtola niſi be
ne intelligat̄ videt̄ dicere inſtare domini aduentū: vt il-
lud. Deinde nos qui viuimus ꝛc. Deinde cūꝫ dicit Ne
quis ꝛc. facit idem in generali Luc. 21. Videte ne ſedu
camini ꝛc. pͥme Coꝛ. 15. Nolite ſeduci. Nō autem qua
re hec remouet apoſtolus ſcꝫ de aduentu dn̄i eſt qꝛ pꝛela
tus nullo modo debet velle q̄ per mendaciū aliqua bo-
na procuret̄. 1. Coꝛ. 15. Inuenimur aūt ꝛ falſi teſtes ꝛc.
Itē qꝛ res credita erat periculoſa q̄ ſcꝫ inſtaret dies dn̄i.
Pꝛimo qꝛ daret̄ occaſio maioꝛis ſeductionis: qꝛ futuri
erāt poſt tēpoꝛa apoſtoloꝝ aliqui qui dicerent ſe eē xp̄m.
Luce. 21. Multi dicent ego ſum. Et ideo apl̄s noluit. Itē
demon frequenter p̄tendit ſe eē xp̄m: ſicut pꝫ de btō mar
tino. Et iō ne ſeducant̄ noluit. Aug. aūt ponit aliā rōnē
qꝛ imineret periculū fidei: vnde diceret aliquis tarde ve
niet dn̄s ꝛ tūc p̄parabo me ad eū. Alius diceret: veniet
cito: ꝛ ideo nūc me p̄parabo. Alius diceret. Neſcio. Et
hic meli⁹ dicit qꝛ cōcoꝛdat xp̄o. Sed ille plus errat qui
dicit cito qꝛ elapſo termino hoīes deſperarēt ꝛ crederēt
falſa eē que ſcripta ſunt. ¶ Deinde cum dicit. Quoniā
niſi ꝛc. Aſtruit veritatē ꝛ pͥmo oſtendit que vētura ſunt
ad antixp̄i aduentū. Et ſunt duo quoꝛum vnuꝫ precedit
aduentū antixp̄i. Aliud ē ipe aduentus ei⁹: pͥmum ē di-
ſceſſio qđ multipliciter exponit̄ in glo. Et pͥmo a fide qꝛ
futurū erat vt fides a toto mūdo reciperet̄. Mat. 24. Et
p̄dicat̄ hoc euāgeliū regni in vniuerſo oꝛbe. Iſtud ergo
precedit qđ ſm̄ aug. nōdum eſt impletū ꝛ poſt multi di-
ſcedent a fide. 1. Thy. 4. In nouiſſimis tempoꝛibus di
ſcedent quidā a fide ꝛc. Mat. 24. Refrigeſcet charitas
multoꝝ. Vel diſceſſio a romano imperio cui totus mun
dus erat ſubditus. Dicit aūt aug⁹. q̄ hoc figurat̄ danie-
lis. 2. in ſtatua vbi nominant̄ quattuoꝛ regna: ꝛ poſt illa
aduentus xp̄i. Et q̄ hoc erat cōueniens ſignū quia roma
num imperiū firmatū fuit ad hoc q̄ ſub eius p̄tāte predi
caret̄ fides ꝑ totum mundū. Sed quō ē hoc qꝛ iam diu
gentes receſſerunt a romano imperio nec dum venit an-
tixp̄s. Dicendū ē q̄ nōdum ceſſauit ſed ē cōmutatuꝫ de
tempoꝛali in ſpūale: vt dicit leo papa in ſermone de apo-
ſtolis. Et ideo dicenduꝫ ē q̄ diſceſſio a romano imperio
debet intelligi nō ſolū a tempoꝛali ſed a ſpūali ſcꝫ a fide
catholica romane eccl̄ie. Eſt aūt hoc cōueniens ſignum
q̄ ſicut xp̄s venit quādo romanū imperium omnib⁹ dn̄a-
batur: ita ecōuerſo ſignū antixp̄i ē diſceſſio ab eo. Scđo
predicit ſm̄ futurum ſcꝫ antixp̄m. Et pꝛimo quantuꝫ ad
eius culpā ꝛ penā. Scđo q̄tū ad ei⁹ p̄tātem ibi. Cū cui⁹
aduentus ꝛc. Itē primo cōiter ꝛ implicite tangit culpaꝫ
eius ꝛ penā. Scđo explicat vtrunqꝫ ibi. Qui aduerſat̄
ꝛc. Dicit ergo. Diſceſſio primo veniet ꝛ tunc reuelabit̄
ꝛc. Dicit̄ aūt eſſe hō peccati ꝛ filius ꝑditiōis ſm̄ glo. qꝛ
ſicut in xp̄o abundauit plenitudo virtutis: ita in antixp̄o
multitudo oīm peccatoꝝ. Et ſicut xp̄s ē melioꝛ omnibuſ
ſanctis: ſic ille peioꝛ omnib⁹ malis. Et ꝓpter hoc homo
peccati dicit̄ q̄ totaliter erit peccatis dedit⁹. Sed nō di
citur ſic homo peccati quin poſſet eſſe peioꝛ. quia nunq̄
malum coꝛrūpit totū bonū: licet q̄tuꝫ ad actū nō poterit
eſſe peioꝛ: xp̄o aūt nullus hō potuit eē magis bon⁹. Di-
citur aūt filius perditionis. i. deputatus extreme perdi-
tioni. Job. 21. In die perditiōis ſeruabitur malus ꝛ ad
diem furoꝛis ducet̄. Vel perditionis. i. diaboli nō ꝑ na-
turam ſed per ſue malicie cōplementū que in eo cōplebi
tur. Et dicit reuelabitur: qꝛ ſicut oīa bona ꝛ virtutes ſan
ctoꝝ qui p̄ceſſerūt xp̄m fuerunt figura xp̄i: ita in oībus
ꝑſecutionib⁹ eccl̄ie tyranni fuerūt quaſi figura antixp̄i.
ꝛ latuit ibi antixp̄s: ꝛ ita tota illa malicia que latet in eis
reuelabit̄ in tempoꝛe illo. ¶ Deinde cum dicit. Qui ad
uerſatur ꝛc. explicat que dixerat. Et pꝛimo oſtendit quō
ſit homo peccati. Secundo quō filius ꝑditionis ibi. Et
tunc reuelabit̄ ꝛc. Itē primo pꝛenunciat eius futurā cul
pam. Secundo aſſignat eius cām ibi. Et nunc ꝛc. Item
pͥmo deſcribit culpā. Secundo dicit ſe non annunciare
doctrinā nouā ibi. Nonne ꝛc. Itē pꝛimo oſtendit culpaꝫ
Secundo eius ſignū ibi. Ita vt ꝛc. Duplex ē aūt ei⁹ cul-
pa: ſcꝫ cōtrarietas ad deū. Unde dicit. Qui aduerſatur
omnibus ſpiritibus bonis. Job. 15. Cucurrit aduerſus
deū erecto collo ꝛ pingui ceruice armatus ē ꝛc. Sicut ꝛ
membra eius Eſa. 3. Lingua eoꝝ ꝛ adinuentiones eoꝝ
contra dn̄m vt ꝓuocarēt oculos maieſtatis eius ꝛc. Se
cunda eſt quia p̄fert ſe xp̄o. ideo dicit extollit̄ ꝛc. Dicitur
autē deus tripliciter. Pꝛimo naturaliter. Deutero. 6.
Audi iſrl̄ dn̄s de⁹ tu⁹ deus vnus ē. Secūdo opinatiue
p̄s. Oēs dij gentiū demonia. Tertio participatiue. p̄s.
Ego dixi dij eſtis ꝛc. Omnib⁹ aūt his ſe p̄feret antixp̄s:
Dan. 11. Eleuabit̄ ꝛ magnificabit̄ aduerſus oēm deuꝫ et
aduerſus deū deoꝝ loquet̄ magnifica ꝛc. Signū aūt cul
pe ē cum dicit. Ita vt in templo ꝛc. Supbia eī antixp̄i
maioꝛ ē ſupbia oīm p̄cedentiū. Unde ſicut de Cayo ceſa
re legit̄. Q̄ cū in vita iſta adhuc eſſet coli voluit: ſtatuaꝫ
ſuā ponens in quolibet templo. et Ezech. 28. de rege ty
ri dicitur. Dixiſti qꝛ deus ego ſū ꝛc. ita credibile ē q̄ ſic
eis faciet antixp̄s dicēs ſe deū eſſe ꝛ hominē. Et in hui⁹
ſignum ſedebit in tēplo: ſed in quo templo? Nonne ē de
ſtructum a romanis. Et iō dicunt quidā q̄ antixp̄s ē de
tribu dan. cuius tribus inter alias duodecim nō noiat̄.
Apoc. 7. Et iō iudei pͥmo euꝫ recipient ꝛ reedificabunt
tēplum in hierl̄m. et ſic implebit̄ illud Dan. 9. Erit i tē-
plo abhominatio ꝛ ydolum. Mat. 24. Cum vero vide
ritis abhominationē deſolatiōis que dicta ē a daniele ꝓ
pheta ſtantē in loco ſancto: qui legit intelligat. Quidaꝫ
vero dicunt q̄ nunq̄ hierl̄m nec tēplum reedificabitur.
ſed vſqꝫ ad cōſummationem ꝛ finem perſeuerabit deſo-
latio. Et hoc etiā aliqui iudei credunt. ideo exponitur in
tēplo dei. i. in eccl̄ia qꝛ multi de eccl̄ia euꝫ recipient. Vel
ſm̄ Augu. in templo dei ſedeat. id ē principet̄ ꝛ oſtetur
tanq̄ ipe cum ſuis nuncijs ſit templum dei: ſicut chriſt⁹
eſt cum ſuis. ¶ Deinde cum dicit. Nō retinetis ꝛc. oſtē
dit q̄ nihil noui ſcribit. Quaſi dicat. Olim cum eſſem
apud vos dixi hoc. pͥme Joh. 2. Non mandatuꝫ nouuꝫ
ſcribo vobis ſed mādatum vetus qđ habuiſtis ab initio
ꝛc. 2. Coꝛ. 10. Quales fuimus verbo ꝑ epiſtolas abſen
tes: tales ꝛ preſentes in facto ꝛc.

Lectio ſecunda

Et nunc quid detineat ſcitis vt re-
ueletur in ſuo tempore. Nam my-
ſterium iam operatur iniquitatis
tantũ: vt ꝗ tenet nũc teneat donec de medio
fiat. Et nunc reuelabit ille iniquus quẽ do-
minus ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Et
deſtruet illuſtratione aduentus ſui. euʒ cu-
ius eſt aduentus ſcd̃m operationẽ ſathane
in om̃i virtute ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs mendaci-
bus ⁊ in omni ſeductione iniquitatis his ꝗ
pereunt.

Superius aplus prenuncians narrauit aduentũ ⁊ cul-
pam antichriſti: hic oſtendit cauſam dilationis. Et p̃mo
oſtendit eos habere huius ſcientie cauſam. Secũdo cau-
ſam illaʒ obſcure ꝓponit ibi. Nam myſteriũ ⁊c. Dicit ꝗ
dico ꝙ oportet reuelari hoiem peccati. Et quid nunc i d
eſt ꝗ ſit cauſa ꝙ tardet. vos eñi ſcitis quia ego dixi vobis
ita ꝙ ſic ad preſens detinet vt ſuo tempore id eſt cõgruo
tempore reuelet Ecc̃. 8. Omni negocio tempus ⁊ opor-
tunitas eſt. Et ibidem. 3. Om̃ia fecit deus bona in tem-
pore ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Nam myſteriũ ⁊c. cauſam
eius ponit. Et hec littera multipliciter exponit. qꝛ hoc my-
ſterium poteſt eſſe noĩatiui caſus vel accuſatiui. Si pri-
mo modo eſt ſenſus. Dico vt ſuo tempore. qꝛ etiam iam
myſteriũ id eſt figuraliter occultatũ operat in fictis. qui
vident boni: ⁊ tñ ſunt mali. Et hi operant officiuʒ anti-
chriſti. 2. Ti. 3. Habentes ſpeciem pietatis virtutẽ autẽ
eius abnegantes. Sed ſecũdo modo eſt ſenſus. Nã dia-
bolus in cuius ptãte veniet antixp̃s iam incipit operari
occl'te iniq̃tatẽ ſuã ⁊ ꝑ tyrãnos ⁊ ſeductores: qꝛ ꝑſecutio-
nes eccleſie huius temporis ſunt figure illius vltime ꝑ-
ſecutionis ꝯtra om̃es bonos. ⁊ ſunt ſicut imperfecte cõ-
parando ad illam. ¶ Tantũ vt qui tenet ⁊c. Hoc expo-
nitur multipliciter. Uno modo ſm glo. et auguſtinũ. 20
de ciuitate dei qui dicunt ꝙ quidã opinati ſunt Nero-
nem qui p̃mo perſecutus eſt chriſtianos eſſe antichriſtũ
⁊ ꝙ non fuerat occiſus. ſed ſubtractus ⁊ qñqꝫ reſtituen-
dus. Unde aplus hoc euacuans dicit. Tantũ vt qui te-
net nunc romanum imperiũ. teneat donec moriat. Sed
hoc non eſt conueniẽs quia multi anni ſunt ꝙ nero mor-
tuus eſt illo ſcʒ anno quo aplus. ſed melius eſt ꝙ refera-
tur ad neronem prout eſt perſona publica romani impe-
rij donec de medio fiat id eſt tollat romanũ imperiũ de
hoc mundo Eſa. 23. Dominꝰ exercituũ cogitauit hoc vt
detraheret ſuperbiam om̃is glorie. ⁊ ad ignominiã ⁊c.
Uel aliter. Tantũ vt qui tenet id eſt detinet modo aduẽ-
tum antixp̃i ne veniat q̃ſi ſit neceſſariũ ꝙ aliqui veniãt
ad fidẽ ⁊ aliqui recedant. quaſi dicat. Ut diſceſſus ⁊ ac-
⁊c. Quantū vero ad ſecundū dicit. Superabūdauit ⁊c.
Rom. 5. Ubi abūdauit delictū ſuperabūdauit ⁊ gratia
⁊c. Et fecit ibi effectū fidei per dilectionē operantē Gal.
3º. In xp̄o ieſu vt pollicitationē ſpūs accipiamus ꝑ fidē

## Lectio quarta.

Fidelis ſermo ⁊ omni acceptione di
gnus: qꝛ xp̄us ieſus venit in hunc
munduʒ peccatores ſaluos facere:
quoꝝ primus ego ſum. Sed ideo miſericor
diam cōſecutus ſum: vt in me primo oſten
deret xp̄us ieſus omnē patientiā: ad infor
mationē coꝝ qui credituri ſunt illi in vitaʒ
eternaʒ. Regi autē ſeculoꝝ immortali inui
ſibili ſoli deo honor ⁊ gloria in ſecula ſecu
loꝝ amen. Hoc preceptuʒ cōmendo tibi fili
tymothee ſcḋm precedentes in te propheti
as vt milites in illis bonam militiā habēs
fidem et bonam conſcientiā. Quā quidam
repellentes circa fidem naufragauerunt ex
quibus eſt hymeneus ⁊ alexāder quos tra
didi ſathane vt diſcant non blaſphemare.

Supra oſtēdit conditionē ſuā: ⁊ quantū ad peccata ſub
lege ⁊ quantū ad bona tempe gratie: hic oſtendit ratio-
nem hoꝝ beneficioꝝ que ſumit ex diuina miſeratiōe. Et
primo proponit diuinā miſerationē in cōmuni. Secūdo
aptat ad ſe ibi. Quoꝝ primus ⁊c. Tertio ponit gratiaꝝ
actionē ibi. Regi autē ſeculoꝝ ⁊c. Circa primū duo fa-
cit. quia primo cōmendat veritatē proponendā. Secū-
do ꝓponit diuinā miſerationē ibi. Quia xp̄us ieſus ⁊c.
Quantū ad primū. dicit ergo. Fidelis ⁊c. Duo autē ſūt
in ſermone cōmendanda. ſcʒ ꝙ ſit verus ⁊ ꝙ ſit accepta
bilis. Aliqñ eñ ſermo verus eſt dur⁹ ⁊ odia ꝯcitās Gal.
4°. Inimicus factus ſum vobis verū dicens vobis. Sʒ
hic ſermo primo quidē habet veritatē. Unde dicit. Fi-
delis ſermo. Apoca. vlti°. Hec verba fideliſſima ⁊ vera
ſunt. Item acceptabilis eſt. quia de ſalute noſtra. Ideo
dicit. Et oīñ acceptione dignus. Zacha. 1. Et reſpōdit
dn̄s angelo qui loquebat̄ ⁊c. Alia littera habet human⁹
ſermo qꝛ de ſuſceptiōe hoīm. Tyt. 3. Apparuit benigni
tas ⁊ hūanitas ſaluatoris noſtri dei ⁊c. Et hic ſmo eſt ta
lis. quia xp̄s venit ⁊c. Qꝛ in mundū venit exprimit du-
plicē naturā. ſcʒ diuinitatis qua erat anteꝗ̄ in mūdo ap
pareret. Job. 16. Exiui a patre ⁊ veni in mundū ⁊c. Et
humanitatis qua deo qui celū ⁊ terrā implet. Jere. 23°.
Et ideo non cōpetit in aliquo loco eſſe. ſed cōpetit ei ſm
humanā naturā. Joh. 1. In mūdo erat ⁊ mūdus ⁊c. In
ꝓpria venit ⁊c. Sed ad quid venit? Peccatores ſaluos
facere. id eſt ꝓpter ſalutē populoꝝ. Joh. 3. Non eñ mi
ſit deus filiū in mundū vt iudicet mundū: ſed vt mūdus
ſaluet̄ per ip̄m ⁊c. Joh. 12. Non eñ veni vt iudicē mun-
dum. Sed ſi nullus fuiſſet peccator nūquid incarnatus
non fuiſſet? Videt̄ ꝙ non. quia venit peccatores ſaluos
facere. Non ergo fuiſſet neceſſaria incarnatio. Itē glo.
Tolle morbū ⁊ medicine opus nō erit. Reſpondeo. Di-
cendū eſt ꝙ ex verbis ſanctoꝝ ſatis hoc patet. Sed hec
queſtio nō eſt magne auctoritatis. quia deus ordinauit
fienda ſcđm ꝙ res fiende erāt. Et neſcimus quid ordi-
naſſet ſi nō preſciuiſſet peccatū: nihilomin⁹ tamē aucto-
ritates vident̄ expreſſe ſonare ꝙ nō fuiſſet incarnatus ſi
non peccaſſet homo: in quā partem ego magis declino.
¶ Deinde cū dicit. Quoꝝ primus ⁊c. adaptat hoc ad ſe
Primo ꝯfitens ſe peccatorē. Secūdo dicit ſe ſaluatū ibi
Sed miſericordiā ⁊c. Dicit ergo. Quorum primus ⁊c.
Hic dicit hereticus ꝙ aīa ade fuit in paulo: ⁊ trāſiuit de
corpore in corpus. Quaſi dicat. Ego primus peccator:
quia anīa ade eſt anima mea. ſed hoc eſt cōtra apoſtolū.
Rom. 9. Cum nōdum nati eſſent ⁊c. Ergo anīa non eſt
ante corpus. primus ergo nō tempore ſed peccatoꝝ ma
gnitudine. Et hoc dicit ex humilitate. Prouerb. 18°.
Juſtus prior eſt accuſator ſui. Prouer. 30. Stultiſſim⁹
ſuʒ viroꝝ ⁊c. Sed nūquid fuit ap̄ls maximus peccator?
Et videt̄ ꝙ iudas fuit maior. Sed quidā dicūt ꝙ pecca
tū pauli generalius fuit: quia cōtra totam eccleſiā. Sed
hoc nihil eſt quia paulus in incredulitate. ⁊ multi iudei
perſequebant̄ ex malitia. Dicendū eſt ergo ꝙ eſt prim⁹
nō ꝙ inter peccatores maximus qui tūc erant. ſed maxi-
mus inter peccatores ſaluatos. Quaſi dicat. Venit pec
catores ſaluos facere quoꝝ ſcʒ peccatoꝝ ſaluatoꝝ ego ſū
primus. qđ eſt de illis intelligendū qui preceſſerāt apo-
ſtolū. quia prius etiam multi alij ſunt eccleſiā perſecuti.
Et hoc dicit vt oſtenderet ꝙ oīa que deus facit: facit
ad oſtenſionē bonitatis ſue. Prouerb. 16. Uniuerſa ꝓ-
pter ſemetip̄m operatus eſt dn̄s ⁊c. Eccl. 42. Gloria do
mini plenū eſt opus eius. Iteʒ ꝓpter noſtrā vtilitatē. ⁊
ideo dicit. Ideo ſaluauit me primo ꝓpter gloriā ſuam.
Unde primū. vel tempore. vel primū. id eſt potiſſime.
¶ Omnē patientiā. id eſt perfectā. quia ꝓuocatus nō
puniuit. ſed poti⁹ aduerſariū exaltauit. ⁊ ad vtilitatē no
ſtrā. Unde dicit ad exemplū. i. ad informationē ⁊ erudi
tionē. Quaſi dicat. Ut nō diffidant peccātes ad eū acce
dere. 1ᵉ. petri. vlti. Forma facti gregis. ¶ Deinde cū di
cit. Regi ⁊c. ponit gratiarūactiōes. Et circa hoc duo fa
cit. quia primo cōmendat euʒ cui gratias agit. Secūdo
gratias refert ibi. Honor ⁊c. Commēdat autē eū primo
ex poteſtate. Secūdo ex nature ꝓprietate. Quantū ad
primū dicit. Regi. Dominiū ſuū eſt maximū: quia ſolus
dominat̄ ⁊ habet liberaʒ poteſtatē. non ſcđm ſtatuta. vt
politicus. deus autē vnus eſt dn̄s omniū. Et ideo dicit
Deo. Apoc. 1. Rex regū ⁊ domin⁹ dominantiū ⁊c. p̄s.
Quoniā rex oīs terre deus. Item alicuius regis po-
teſtas vt plurumim quinquaginta annis durat. ſed iſte
eſt omniū ſeculorum. p̄s. Regnū tuum regnum omniū
ſeculorum ⁊c. Eccl. 10°. In manu dei poteſtas terre.
Cui etiā conuenit ꝓprietas nature dei. Circa qđ ſcien-
dū eſt ꝙ in rebus prima differētia rerū naturaliū eſt cor-
ruptibile ⁊ incorruptibile. Et incorruptibiliū quedā vi-
ſibilia ⁊ corporalia. vt corpora terreſtria. quedā aūt inui
ſibilia ⁊ ſp̄ūalia: vt angeli. Et hec diuidunt̄ ſm platoni
cos in deos qui per naturā ſupremi ſunt. ⁊ in intellect⁹
qui nō ſūt dij ſed diuini ⁊ in aīas. ſed apud nos eſt vn⁹
ſolus deus. Deutro. 6. Audi iſrael dn̄s deus tuus vn⁹
eſt ⁊c. Dicit ergo primo. Immortali. vt diſtinguat a cor
ruptibilibus. Inuiſibili. vt ad inuiſibilē oſtendat perti-
nere ⁊ vt diſtinguat ab alijs viſibilibus. Dicit ſoli deo.
⁊ nō ſoli immortali vel īuiſibili. qꝛ ſolus eſt deus per na
turā. licet poſſet dici ſolus īmortalis ⁊ ſolus inuiſibilis.
id eſt ſpecialis pre alijs. Infra vlt. Qui ſolus habet im-
mortalitatē. ¶ Deinde cū dicit. Honor ⁊c. agit gratias.
Quaſi dicat. Exhibendus eſt ei honor ex ſubiectiōe to-
tius creature. ⁊ in manifeſtationē excellentiſſime ipſius
bonitatis claritas ⁊ gloria. Apoc. 7. Benedictio ⁊ cla-
ritas ⁊ ſapiētia ⁊ gratiarūactio honor virtus ⁊ fortitudo
deo noſtro ⁊c. In ſecula ſeculoꝝ. Quia ſeculū alioꝝ eſt
modico tempe. Eſa. 40. Omnis caro fenū ⁊ oīs gloria
eius vt flos feni. ¶ Deinde cum dicit. Hoc preceptū ⁊c.
Inſtruit tymotheū permanere in his que dicunt̄. Pri-
mo cōmemorās quid ſit ei cōmiſſum. Secūdo monet ad
debitū vſum. Et tertio docet vtendi modū. Dicit ergo.
Hoc preceptū. vt ſcʒ tu cuſtodias finē legis. id eſt chari-
tatē conſerues ſemp. non autē fabulas iudeoꝝ. cōmen-
do tibi ſicut fidele depoſitū: quia tibi ideo eſt cōmiſſuʒ.
Et q̄uo? Scđm precedētes ⁊c. id eſt quia hoc euangeliū
nō diſcordat a ꝓphetijs quas ante didicerat: quia fuit fi
lius mulieris iudee. 2ᵉ. petri. 1°. Habemus firmiorē ꝓ-
pheticū ſermonē cui bene facitis attendētes quaſi lucer
ne ardenti in caliginoſo loco ⁊c. 1ᵉ. theſ. vlti. Prophe-
tias nolite ſpernere ⁊c. Uel ſcđm precedentes id eſt ſm
ꝙ ego ⁊ alij ſancti de te per ſpiritū ꝓphetie cognouerūt
tradendū eſſe tibi vt in illis milites. ſcʒ ꝓphetijs: bonā
militiā. Militia eſt duplex. quedā ſpiritualis. quedā car
nalis. 2ᵉ. coꝝ. 10. Arma militie noſtre nō ſunt carnalia
ſed potētia deo ⁊c. In bona militia requirunt̄ duo ex ꝑ-
te militis. ſcʒ vt nihil agat cōtrariū diſcipline militaris.
⁊ vt nō marceſcat ocio. 1ᵉ. coꝝ. 9. Omnis qui in agone
cōtendit ab oīb⁹ ſe abſtinet ⁊c. Item ex parte militie
duo requirunt̄. ſcʒ vt expugnet cōtrarios reipublice. et
vt ſubijciat eos qui debent eſſe ſubiecti. Sic ⁊ in militia
ſpirituali eſt. qꝛ ordinat̄ ad deſtruendū omnes extollen-
tes ſe ⁊ ad ſubijciendū omnē intellectū in obſequiū xp̄i.
vt dicitur. 2ᵉ. corinth. 10. Et hec eſt vera militia de qua
dicit. Milites ⁊c. Ubi etiam primo modus vtendi po-
nit. ⁊ ſecūdo eius neceſſitas ibi. Quam quidem ⁊c. Di
cit ergo. Milites ⁊c. Quaſi dicat. Potes quideʒ face-

re bonā militiā. Primo per fidem bonā quā habes. 1ᵉ.
Joh. vlt. Hec eſt victoria que vicit mundū fides ⁊c. Itē
per conſcientiā bonam quia defacili homo recedit ab eo
quod mordet eū. vnde remorſus cōſcientie eſt ſicut qui-
dam ſtimulus qui habentē malā conſcientiā pungit. et
ideo cito a peccatis per bonā conſcientiā ⁊ rectā fideꝫ re
cedit Act. 23. Ego omni cōſcientia bona ꝯuerſatus ſum
ante deū vſqꝫ in hodiernā dieꝫ ⁊c. 2ᵉ. coꝝ. 1°. Gloria no
ſtra hec eſt teſtimoniū conſciētie noſtre ⁊c. ¶ Neceſſitas
bone cōſcientie cōſequenter oſtendit cū dicit. Quā qui
dem ⁊c. vbi primo ponit culpā. Scđo penā. Tertio fru
ctū pene. Culpā ibi. Quā ſcꝫ conſcientiā bonā repellen
tes circa fideꝫ naufragauerūt. Qui eñ contra fidē errat
perdit oīa que habet. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt
placere deo. Item moritᷣ: quia iuſtus meus ex fide viuit.
Abac. 2. ⁊ Ro. 1. Ex quibus eſt alexāder ⁊ hymeneus.
2. tymoth. 4. Alexander erarius multa mala mihi oſtē
dit ⁊c. ¶ Deinde ponit eoꝝ pena cū dicit. Quos tradi-
didi ⁊c. qꝛ excōmunicauit eos. vt fideles vitent eos ne
coinquinēt ipſos. Fuit aūt excōicatio apoſtoli tante vir-
tutis ꝙ excōicati mox corripiebant a dyabolo ⁊ corpo-
raliter vexabant. 1ᵉ. coꝝ. 5°. Congregatis vobis ⁊ meo
ſpiritu in virtute domini ieſu tradere huiuſmōi ſathane
in interitū carnis vt ſpiritus ſaluus ſit ⁊c. Tamen etiaꝫ
modo tradunt ad vexandū ſpiritualiter. qꝛ amittunt ſuf
fragia eccleſie que multū iuuant cōtra dyabolū. Et tra-
didi ſicut deus tradidit in reprobū ſenſuꝫ. Ro. 1. Quaſi
ſubtrahēdo ſuū auxiliū ⁊ cōmunionē eccleſie ⁊ ſuffragia
Et hoc nō ex odio ſed ex charitate ad ꝑfectū eoꝝ. 1ᵉ. co-
rinth. 5. Ut ſpiritus ſaluus fiat. Unde dicit. Ut diſcant
ſaltē per penā non blaſphemare. Diſcit autē quis rece-
dere a peccato tripliciter. qñqꝫ ſcꝫ ex pena qñ corporali-
ter vexat. Itē ex cōfuſione excōmunicatiōis. Iteꝫ ex hoc
ꝙ cū eccleſia tradit aliquē ſathane ruit in peccata māife
ſta. vnde cōfuſus humiliat ⁊ abſtinet etiam ab occultis
que prius nō cognoſcebat ſe habere.

## ¶ Capitulum ſecundū.

O Bſecro igitur primū omniū fieri
obſecrationes. oratiōes. poſtula
tiōes. gratiarūactiones. pro om
nibus hominibus. pro regibus.
⁊ pro omnibus qui in ſublimitate conſtitu
ti ſunt vt quietā ⁊ tranquillā vitam agamꝰ
in omni pietate ⁊ caſtitate. Hoc enim bonū
eſt ⁊ acceptū corā ſaluatore noſtro deo: qui
omnes homines vult ſaluos fieri ⁊ ad agni
tionē veritatis venire. Unus enim deus:
vnus ⁊ mediator dei ⁊ hominū homo xp̄us
ieſus: qui dedit redemptioneꝫ ſemetipſum
pro omnibus.

Supra docuit tymotheū qñō reducat populū ad formā
vere fidei: hic agit de pertinētibus ad cultū fidei. ſcꝫ ora
tiōibus ⁊ obſequijs. ⁊ primo ponit doctrinā oratiōis in
cōmuni. Scđo deſcendit ad determinatas cōditiōes ho
minū ibi Uolo ergo ⁊c. Item primo diſtinguit diuerſos
modos oratiōis. Secūdo oſtendit ꝓ quibus ſit orandū.
ibi. Pro oīnibus ⁊c. Tertio aſſignat rationē ibi. Hoc
eñ bonū ⁊c. Dicit ergo. Quia ita eſt ꝙ xp̄us venit pec
catores ſaluos facere. igit primo omniū obſecro ⁊c. In
quo aperte oſtendit ꝙ inter oīa neceſſaria ad vitā xp̄ia-
nā precipua eſt oratio que valet cōtra pericula tempta-
tiōis ⁊ ad ꝓficiendū in bono. Jacobi. vlti. Multū valet
oratio iuſti aſſidua. Diſtinguit ergo orationē in quattu-
or. ſcꝫ obſecratiōes. oratiōes poſtulatiōies. ⁊ gratiarū-
actiōes. quoꝝ tria pertinēt ad beneficia impetrāda. vlti
mū ad beneficia accepta. In impetrādis autē beneficijs
tria requirunt. Primo vt ſcꝫ impetrans aſſignet cauſaꝫ
quare debeat ei cōcedi. Scđo oportet ꝙ oſtendat cauſā
eſſe rationabilē. Tercio cōcludit petitionē. Et ſicut rhe
tores faciūt ſic ⁊ nos in orando debemus facere. Primo
excogitare cauſam quare ſit cōcedendū. ⁊ hoc nō merita
noſtra. ſed miſeratio diuina. Dañ. 9. Non in iuſtificatio
nibus noſtris ꝓſternimus preces ante faciē tuaꝫ: ſed in
miſeratiōibus tuis multis ⁊c. Et ad hoc eſt obſecratio q̄
eſt atteſtatio per ſacra. ſicut per paſſionē ⁊ crucē tuā libe
ra nos dñe. Hac cauſa excogitata neceſſe eſt ꝙ medite-
mur ꝙ hoc ſacrū eſt cauſa ſalutis. Et ideo requirit ora-
tio que eſt aſcēſus intellectus in deū. p̄s. Ego vero ora
tionē meā ad te dñe ⁊c. Dicit autē oratio quaſi oris ra-
tio. Perſuaſiones eñ rethoꝝ dicunt oratiōes quia per-
ſuadent. ſed aliter ibi. aliter in noſtra ad deū. quia nō in
tendimus ꝙ animū dei flectamus: qui ſemꝑ ad bonū eſt
paratus. ſed vt noſtrū cor ſit in oratione ad deū eleuatū.
Tertio poſtulatio. Jacobi. 1. Poſtulet aūt in fide nihil
heſitans. Item de acceptis donis gratiarūactiones. 1ᵉ.
theſ. vlti. In oībus gratias agite. Phil. 4°. In oī ora
tiōe ⁊ obſecratiōe cum gratiarūactione petitiōes veſtre
innoteſcāt ante deū ⁊c. Unde iſte modus orandi eſt in ec
cleſia dei. Omnipotēs ſempiterne deus. Ecce aſcenſus
mētis qui eſt oratio. Qui dediſti eccleſie tale beneficiū.
Ecce gratiarūactio. Preſta queſumꝰ. Ecce poſtulatio.
Per dñm. Ecce obſecratio. Similiter in miſſa eſt obſe-
cratio vſqꝫ ad conſecrationē corporis ⁊ ſanguis: quia in
eis eſt cōmemoratio ſacroꝝ ex quibus eſt fiducia impe-
trandi. In myſterio cōſecratiōis eſt oratio quia medita-
tio eoꝝ que xp̄us egit. In alijs vero vſqꝫ ad cōmunionē
eſt poſtulatio ꝓ viuis ⁊ mortuis ⁊ ꝓ ſe. In fine autē eſt
gratiarūactio. Uel hec quattuor referunt ad quattuor q̄
nos volumus in oratiōe obtinere. vt obſecratio referat
ad difficilia impetrāda vt ad impioꝝ conuerſionē. Ora-
tio qñ iam cōuerſis imploramus gratiā vt ꝓficiāt. Po
ſtulatio vt premia ꝓ meritis retribuant. Et pro benefici
is iam acceptis eſt gratiarūactio. ¶ Deinde cum dicit.
Pro oīnibus ⁊c. oſtendit ꝓ quibus eſt orandū. Et circa
hoc duo facit. qꝛ primo oſtendit orandū eſſe ꝓ omnibus
Scđo aſſignat fructū oratiōis. ibi. Ut quietā ⁊c. Circa
primū ergo dicit eſſe orandū pro oībus hoībus. Cuius
ratio eſt. qꝛ oratio eſt interpres deſiderij noſtri. Orādo
eñ petimus qđ deſideramꝰ. Charitas aūt requirit ꝙ de
ſideremus bonū oībus ad quos ſe extendit. Jaco. vlti°.
Orate ꝓ inuicē vt ſaluemi ⁊c. Sꝫ ꝓ q̄bus ſpēalr̄: Pro
regibus. Baruch. 1. Orate ꝓ vita nabuchodonoſor re
gis babylonie. ⁊ ꝓ vita balthazar filij eius ⁊c. Et apl̄s
dicit. Ro. 13°. Oīs aīa ptātibus ſublimioribꝰ ſubdita
ſit. 1ᵉ. petri. 3°. Subiecti eſtote oīni humane creature ꝓ
pter deū ſiue regi quaſi precellēti. ſiue ducibus tanq̄ ab
eo miſſis ⁊c. Subiecti quippe oportet ꝙ impendāt do-
minis ſuis de ſuis officijs. vtilitas aūt eſt qꝛ per hoc eti-
am ꝓcuramus bonū noſtrum. In pace enim eoꝝ eſt pax
noſtra. Unde dicit. Ut quietam et tranquillam ⁊c. In
his duobus eſt pax mūdi. Eccleſia ſiquidem habet pa-
cē ꝓpriā in qua non eſt mūdus. quia nō eſt pax impijs.
Sꝫ quedā eſt pax cōis vtriſqꝫ. ⁊ hac idiget eccleſia Jer.
29. Querite pacē ciuitatis ad quā trāſmigrare vos feci
Pax terrena quādoqꝫ perturbat ab interiori. quādoqꝫ
ab exteriori. 2ᵉ. corint. 7°. Foris pugne intus timores.
Quantū ad primū dicit. Ut quietaꝫ. Quantū ad ſcđm
dicit. Et tranquillā vitaꝫ. Et licet pax terrena cōmunis

ſit bonis ⁊ malis. tñ diuerſimode vtriq; illa vtunt̄. Ma
li enim tūc ad duo ea vtebant̄. ſcʒ ad cultū demonū quia
illā proſperitatē falſis dijs attribuebāt. Item ad laſciui
am quia tempe pacis vitia carnalia abundabāt. Sapi.
14. Magno viuētes in ſcientie bello tot ⁊ tā magna ma
la pacem appellāt. Sed ſancti ecōuerſo q: in cultu veri
dei ⁊ in caſtitate. Et ideo dicit. In omī pietate ⁊ caſtita
te. Tyt. 2. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo.
¶ Deinde cū dicit. Hoc enim bonū ⁊c. ponit̄ ratio oratio
nis. Et circa hoc duo facit. q: primo ponit ratiōes. Se
cūdo ꝓbat quoddā ꝓpoſitū ibi. Unus em̄ deus. Itē pri
mo aſſignat rationē ex ſpecie operis. Scōo ex parte dei
ibi. Et acceptū ⁊c. Ponit ergo rationē ex opis ſpecie.
quia qñ aliquid eſt ſm̄ ſe bonū illud debemus facere. ſʒ
ꝓ alijs orare eſt hmōi. q: eſt actus charitatis. Et ideo
dicit. Hoc em̄ bonū eſt. ps. Quoniā bonū eſt in ɔſpectu
ſanctoꝝ tuoꝝ. Item ex parte dei q: eſt acceptū deo. ps.
Tūc acceptabis ſacrificiū ⁊c. Et hoc nō niſi in charitate
fuerit oblatū. Et dicit. Saluatore. q: ſolus deus ſaluat
Eſa. 43. Non eſt abſq; me ſaluator. Et ꝓbat ꝙ ſit acce
ptū ibi. Qui vult ⁊c. 2ᵉ. petri. 3. Nolēs aliquos perire:
ſed oēs ad penitentiā reuerti ⁊c. Sed cōtra. Omīa que
cunq; voluit fecit. Ergo oēs ſaluat. Sed ſi dicis ꝙ nō.
q: homo nō vult. videt̄ inconueniēs ꝙ oīpotens impe
diat̄ per voluntatē non oīpotentis. Reſpondeo. Uelle
ponit̄ quādoq; ꝓ volūtate beneplaciti: quādoq; ꝓ volū
tate ſigni. Pro volūtate ſigni vult ſaluare oēs. q: oībus
ꝓpoſuit ſalutis precepta: ɔſilia: ⁊ remedia. Uel volūta
te beneplaciti. ⁊ ſic quattuor modis. Uno mō vt ſit locu
tio cauſalis ſicut deus dicit̄ aliquid facere. q: facit alios
illud facere. ſicut Ro. 8. Spiritus poſtulat. id eſt poſtu
lare nos facit. Sic ergo deus vult. q: ſcʒ facit ſuos ſan
ctos velle ꝙ oēs ſalui fiant. Hoc em̄ debet eſſe in ſan
ctis quia neſciūt qui ſint predeſtinati ⁊ qui nō. Alio mo
do vt ſit diſtributio accomoda. id eſt oēs qui ſaluabunt̄.
quia nullus ſaluat̄ niſi per voluntatē eius. ſicut in vna
ſchola magiſter docet oēs pueros huius ciuitatis. quia
nullus docet̄ niſi ab eo. Alio modo vt ſit diſtributio pro
generibus ſinguloꝝ: nō pro ſingulis generꝝ. id eſt nullū
genus hominū excipit̄ a ſalute. quia olim tantū iudeis:
ſed modo oībus prebet̄. Et hoc magis facit ad intentio
nē apoſtoli. Alio vero modo ſcōm dam̄. vt intelligat̄ de
volūtate antecedente nō conſequēte. In volūtate enim
dei licet nō ſit prius ⁊ poſterius. dicit̄ tamē volūtas an
tecedens ⁊ cōſequens. Item ſcōm ordinē volitoꝝ ſcōm
ꝙ volūtas poteſt dupliciter cōſiderari. ſcʒ in vniuerſali
vel abſolute ⁊ ſcōm aliquas circūſtantias ⁊ in particula
ri. Et prius eſt abſoluta cōſideratio ⁊ in vniuerſali ꝙ in
particulari ⁊ cōparata. Et ideo volūtas abſoluta eſt qua
ſi antecedēs. ⁊ volūtas alicuiꝰ rei in particulari eſt qua
ſi conſequēs. Exemplū de mercatore qui vult omēs mer
ces ſuas ſaluare abſolute. et hoc voluntate antecedēte.
Sed ſi cōſideret ſalutē non vult oēs merces per cōpara
tionē ad alia ſaluare. ſ. qñ cū ſalute ſequit̄ ſubmerſio na
uis. Et hec volūtas eſt conſequēs. Sic in deo ſalus om
niū hoīm ſm̄ ſe cōſiderata habet rationē vt ſit volibilis.
Et aplus hic ita loquit̄. ⁊ ſic eius volūtas eſt antecedēs
Sed ſi conſideret̄ bonū iuſticie ⁊ ꝙ peccata puniant̄: ſic
nō vult. Et hec eſt volūtas conſequēs. ¶ Et ſubdit. Ad
agnitionē ⁊c. quia ſalus nō eſt niſi per agnitionē verita
tis. Jo. 8. Agnoſcetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos.
¶ Deinde cū dicit. Unus ⁊c. ꝓbat quod dixerat per ra
tionē. ⁊ ſunt tres probatiōes. Una ex parte dei. Alia ex
parte hominis xpi. Tertia ex parte teſtiū xpi. Dicit er
go ꝙ deus velit oēs ⁊c. patet q: vnus eſt deꝰ omniū qui
ſaluat. Ro. 3. An iudeoꝝ deus tantū: an non ⁊ gentiū:
immo ⁊ gentiū quoniā quidē vnus deus ⁊c. ¶ Tūc po
nit̄ ratio ex parte xpi ibi. Unus ⁊ mediator ⁊c. Ubi prio
ꝓbat intentū. Secūdo inducit ſignū ibi. Qui dedit ⁊c.
Dicit ergo homo xp̄us ieſus eſt mediator dei ⁊ hominū
non quorūdam ſed inter deū ⁊ omnes homīes. ⁊ hoc nō
fuiſſet niſi vellet omēs ſaluare. Et poteſt dici ꝙ xp̄s me
diator eſt ſimilis vtriq; extremo. ſcʒ deo ⁊ homini inquā
tū deus ⁊ inquantū homo. quia mediū debet habere ali
q̄d de vtroq; extremoꝝ. Et hec ſunt homo ⁊ deus. Sed
quia mediū eſt diſtinctū ab vtroq; extremoꝝ. ⁊ filius nō
eſt alius deus a patre. ideo melius eſt dicendū ꝙ media
tor eſt ſcōm ꝙ homo. Sic em̄ cōmunicat cū vtroq; extre
morū. In deo em̄ ſunt duo. ſcʒ iuſticia ⁊ īmortalitas. in
hominibus vero eſt iniuſtitia ⁊ mortalitas. Media ergo
ſunt duo. Unū in quo eſt iuſticia ⁊ mortalitas. Aliud in
quo eſt immortalitas ⁊ iniuſticia. ⁊ vtrūq; eſt mediū. ſed
primū mediū conuenit xp̄o. ſecundū vero dyabolo. Et
ideo dyabolus eſt mediū diſiūgēs. quia per iniuſticiā
ſuā diſiungit nos a diuina iuſticia. ſed xp̄us eſt medium
coniūgens. quia eſt iuſtus ⁊ mortalis. ⁊ per ſuā mortem
coniūgit nos dei iuſticie. 1ᵉ. Joh. 2º. Ipſe eſt ꝓpitiatio
ꝓ peccatis noſtris ⁊c. Pro aliquibus efficaciter ſed pro
oībus ſufficienter. quia preciū ſanguinis eius eſt ſuffici
ens ad ſalutē omniū. ſed nō habet efficaciam niſi in ele
ctis ꝓpter impedimentū.

## Lectio ſecunda.

Cuius teſtimoniū temporibus ſuis
confirmatū eſt in quo poſitus ſum
ego predicator ⁊ apoſtolus. Veri
tatem dico non mentior: doctor gentiū in fi
de ⁊ veritate Uolo ergo vos orare in omni
loco: leuantes puras manus ſine ira ⁊ diſce
ptatiōe. Similiter ⁊ mulieres in habitu or
nato cum verecundia et ſobrietate ornātes
ſe: non in tortis crinibus aut auro aut mar
garitis vel veſte precioſa: ſed qđ decet mu
lieres ꝓmittentes pietatē per opera bona.

Supra dixit ꝙ deus vult omnes ſaluos fieri ⁊ probauit
hoc ex parte dei qui eſt vnus omniū: ⁊ ex parte xpi qui
eſt vnus mediator omniū: hic ꝓbat idem ex parte teſti
monij. ⁊ primo inducit alios teſtes. Secūdo ſuū teſtimo
niū ibi. In quo poſitus ſum ⁊c. Dicit ergo. Dedit ſe pro
oībus. Sed nūquid ſubito deo in mentē venit vt qui ele
gerat ſaluare iudeos ſolum: vellet ſaluare totū mundū.
hoc excludens dicit. Cuius teſtimoniū ⁊c. Quaſi dicat
Hec lex nō eſt ſubita ſed antiquitus atteſtata per legē ⁊
per ꝓphetas. Eſa. 44. Uos eſtis teſtes mei. Act. 10.
Huic omēs ꝓphete teſtimoniū perhibēt. ⁊c. ¶ Confir
matū eſt ſcʒ impletiōe ⁊ oſtenſione ſignoꝝ ⁊ predicatio
ne apoſtoloꝝ. Temporibus ſuis ſcʒ quibus predetermīa
tū erat fieri. Eccl̄. 3. Omīa tempus habēt. Uel teſtimo
niū apoſtoloꝝ confirmatū eſt tēpibus determinatis Act.
1º. Eritis mihi teſtes in hieruſalē ⁊ in omni iudea ⁊ ſa
maria ⁊ vſq; ad vltimū terre ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. In
quo poſitus ſum ⁊c. ponit teſtimoniū ſuū. Et primo oſtē
dit ſuū officium. Secundo officij ſui vſum. ibi. Ueritā
tem ⁊c. Dicit ergo. In quo ſcilicet officio teſtificandi po
ſitus ſum. ſcilicet a deo. Johañ. 15. Poſui vos vt eatis
et fructum afferatis et fructus veſter maneat ⁊c. Et pre
dicator. quia ad hoc me poſuit vt predicē. Marci. vlti
mo. Euntes in mundū vniuerſum predicate euangeliū
omni creature ⁊c. Sed in quolibʒ artificio ſunt duo qui

dam miniſterialiter operãtes. quidã qui diſponũt de aliis ſcꝫ architectores. ſed in officio eccleſie diſponẽtes ſũt apoſtoli. ⁊ ideo dicit. Apoſtolus quaſi cũ auctoritate. 1ᵉ corinth. 9. Signaculũ apl'atus mei vos eſtis in dño ⁊c. Uſus autẽ officij eſt predicare veritatẽ. ⁊ hoc eſt officiũ predicatoꝝ vt veritatẽ dicant. Prouer. 8. Ueritatẽ meditabit guttur meũ ⁊c. Epheſ. 4. Loquimini veritatẽ Sed nõ eſt aliqua doctrina que nõ habeat aliquã veritatẽ: ſed in hoc damnat aliqua doctrina quia miſcet veritati falſitatẽ. Et ideo dicit. Ueritatẽ dico nõ mentior. Prouerb. 8. Recti ſunt omnes ſermones mei. Job. 6. Non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ ⁊c. Et hic eſt vſus officij. ſcꝫ veritatẽ ſine mendacio predicare: qui cõpetit meo officio qui ſum doctor gentiũ. Doctor autẽ generat ſcientiã in anima diſcipuli. Scientia autẽ non eſt de falſo. vnde docens falſum nõ eſt doctor. Sed contra Math. 23. Nolite vocari rabbi. Reſpõdeo. Non prohibet miniſteriũ doctrine. ſed ambitionẽ officij. Actuũ. 9. Uas electiõis eſt mihi iſte vt portet nomẽ meũ ⁊c. Eſa. 49. Dedi te in lucem gentiũ ⁊c. Et debeo eas docere in fide ⁊ veritate. qꝛ dꝫ docere fidẽ ⁊ bonos mores. Et dicit in fide. id eſt de his que pertinent ad ſtatum preſentẽ in quo ſcdm fidem viuimus ⁊ in veritate quantũ ad ſtatuꝫ glorie. ¶ Deinde cũ dicit. Uolo aũt ⁊c. deſcendit ad ſpirituales gradꝰ hoim. Et circa hoc duo facit. quia primo monet viros de oratiõe. Scdo mulieres. ibi. Silr ⁊ mulieres ⁊c. Dicit ḡ. Volo ⁊c. Tria exigit a viris in orando. Primo ꝙ oratio ſit aſſidua. Secũdo pura. Tertio quieta. Aſſidua vt in omni tempe ⁊ in oĩ loco. ⁊ dicit. Uolo: quia bonũ eſt ꝙ homo oret. ⁊ ego doctor volo viros orare in omni loco. non in hieruſalẽ tantũ vt iudei. nec in monte gariſim vt ſamaritani. Jo. 4. In omni loco poteſt homo ſpũaliter ⁊ mentaliter orare. Soph. 2°. Adorabũt eum viri de loco ſuo omnes inſule gentiũ ⁊c. Sed quomodo dñs reprehendit phariſeos ſtãtes in angulis. Math. 6. Reſpondeo. Oratio mẽtalis vbiqꝫ poteſt fieri. ſed ſigna oratiõis exterius nõ debẽt fieri in omni loco. quia homo nõ debet ſingularis apparere in exterioribus. ⁊ ꝑpter hoc poteſt haberi inanis gloria. Sed quare nũc ſunt facte eccleſie? Reſpondeo. Non ꝙ locus ſit de neceſſitate oratiõis. ſed ad bene eſſe eius: qꝛ oratio requirit ſolitudinẽ ⁊ quietẽ. ¶ Item pura. Ideo dicit. Leuantes ⁊c. Aug. quod exterius orando agimus: facimus vt affectus noſter interius excitetur. Genuflexiões enĩ ⁊ huiuſmõi non ſunt per ſe accepte deo. ſed quia per hec tanꝙ per humilitatis ſigna homo interius humiliatur. ſicut eleuatio manus ſignificat eleuationẽ cordis. Treñ. 3. Leuemus corda noſtra cũ manibus ad dñm in celo. ¶ Leuantes ⁊c. id eſt orantes cũ deuotiõe cordis Job. 8. Si diluculo cõſurrexeris ad deũ ⁊ omnipotentẽ fueris deprecatus. ſi mũdus ⁊ rectus inceſſeris ſtatĩ euigilabit ad te ⁊ pacatũ reddet habitaculũ iuſticie tue ⁊c. ¶ Item quieta. ⁊ ponit duo. Primo vt ſcꝫ mens ſit ſine ira que animũ inquietat ad inferendũ nocumentũ proximo. a qua oportet liberũ eſſe animũ orantis. Eccl'. 28°. Homo homini ſeruat irã ⁊ a deo querit medelã. Item liber debet eſſe hõ a diſceptatiõe quod poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ſcdm glo. vt nõ diſceptemus cõtra deũ increduli verbis eius ⁊ murmurãdo cõtra eius ordinationẽ. Rom. 9. O homo tu quiſ es vt reſpondeas deo ⁊c. Item cõtra proximũ vt non rũpamus pacem cũ eo. quod fit per diſceptationẽ. Pax enĩ eſt neceſſaria orãti Mat. 18. Si duo ex vobis ꝯſenſerint ſuper terrã de omni re quã petierint fiet illis a patre meo ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Similiter ⁊ mulieres ⁊c. ordinat mulieres. ⁊ primo quantũ ad orationẽ. Scdo quantũ ad doctrinã. ibi. Mulieres in ſilentio ⁊c. Item primo oſtẽdit quid requirat a muliere orante. Secundo exponit que dixerat ibi. Non in tortis ⁊c. Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ omnia que requirũtur ad virum orantem: requirunt ⁊ ad mulieres Et ideo dicit: Similiter et mulieres ⁊c. Quaſi dicat. Omnia ſeruent que dicta ſunt. Sed addit duo. ſcilicet ornamenta ⁊ verecundiam. cuius ratio eſt: quia naturale eſt ꝙ ſicut mulieres ſũt mollioris corporis ꝙ viri: ita ⁊ debilioris ratiõis. Ratiõis autẽ eſt ordinare actus et effectus vniuſcuiuſqꝫ rei. Ornatus vero cõſiſtit in debita ordinatiõe ⁊ diſpoſitione. Sic in interiori decore niſi ſint oĩa ordinata ex diſpoſitiõe per rationẽ non habẽt pulchritudinẽ ſpiritualẽ. Et ideo qꝛ mulieres deficiunt a ratõe requirit ab eis ornatũ. Itẽ verecũdia eſt de turpi actu. ⁊ ideo eſt laudabilis in illis qui facile ſolẽt declinare in actus turpes hmõi ſunt iuuenes ⁊ mulieres. Et iõ hoc in eis laudat non autem ſenes ⁊ perfecti. Eccl. 26. Gratia ſuper gratiã mulier ſancta ⁊ pudorata ⁊c. Item ſobrietatẽ requirit. Quia enĩ in mulieribus ratio eſt debilis. ſobrietas autẽ conſeruat virtutẽ ratiõis. ⁊ ideo in mulieribus maxime reprehendit ebrietas. Unde antiquitus apud romanos eis nõ dabat vinũ. ¶ Non in tortis ⁊c. exponit qđ dixerat. ⁊ primo de ornatu. Scdo de verecũdia ibi. Sed quod decet ⁊c. Circa primũ primo excludit corporalẽ. Secũdo ponit ſpiritualẽ. ibi. Sed qđ decet ⁊c. Circa primũ dicit. Quod dixi de habitu ordinato nõ intelligo de exteriori. qꝛ nõ in tortis crinibꝰ. id eſt nõ ornato capite vel toto corpore. Sed precipue mulieres ornãt caput quod eſt naturale mulieri: vt dicit. 1ᵉ corinth. 11. Et ideo ornamẽta in capite habẽt. In capite vero eſt duplex velamentũ. Unũ eſt naturale. ſcꝫ capilli vt dicit. 1ᵉ. coꝛ. 11. Item artificiale. ⁊ in vtriſqꝫ ſe ornãt quia capillos torquẽt. Unde dicit. Non in tortis. id eſt in criſpatis. Eſaie. 3. Erit ꝓ criſpanti crine caluitiũ. Itẽ artificialia ꝓhibet cũ dicit. Aut auro ⁊ argento. 1ᵉ. petri 3°. Non extrinſecus capillatura. aut circũdatio auri. aut indumenti. aut veſtimentoꝝ cultus ⁊c. Uel nõ in tortis crinibus. ⁊ hoc auro. id eſt nõ habẽtes crines tortos auro: vel margaritis. Quantũ vero ad totũ corpus dicit. vel veſte precioſa. hoc enĩ damnat aplus hic ⁊ Eſaie. 3. Sed nũquid hoc eſt peccatũ? Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ ſcdm aug. duo ſunt cõſideranda in ornatu mulierũ. ſcꝫ ſimplex ornatus ⁊ fucatus. Simplex ornatus. puta in veſte ⁊ auro ⁊ huiuſmõi. quod poteſt fieri cum peccato tribus modis. ſcꝫ ex praua intentiõe vt ſi intẽdant cõmotionẽ concupiſcẽtie oſtentationẽ vel inanẽ gloriam. Prouerb. 7. Preparata ad capiendas aĩas Secũdo ſi fiat preter conſuetudinẽ patrie qđ fit diuerſimode. Aut enĩ excedit modũ cõſuetũ patrie quod ex leuitate animi eſt. aut ſi cõditionẽ ſui ſtatus excedit. Sed ſeruata recta intentiõe. cõſuetudine patrie. ⁊ conditiõe ſtatus non eſt peccatũ. De fucato autẽ ſemper eſt peccatũ. Mulieribꝰ enĩ non permittit ornari niſi ꝑpter viros. ⁊ viri nolunt decipi vt fucate eis appareãt Sit ergo nõ talis ornatus ſed qualis decet mulieres ꝓmittentes pietatẽ. Exteriora enĩ opera homis ſunt quaſi quedã ꝓfeſſio interioris homis. ſicut religioſi aliquãdo habent habitũ et clerici ſimiliter Unde niſi cõcordet exterior cum interiori eſt fictio. Ita etiã de aliis operibus interioribus. Interius enĩ debemus colere pietatẽ. id eſt cultũ dei exterius promittere per bona opera que ꝯcordent pietati. ⁊ ſimiliter habere interius. ſicut oſtendimus exterius Uel dico ꝙ debent ſe ornare nõ exterius: ſed ſcdm ꝙ decet eas. ꝓmittentes. id eſt que ꝓmittere debent pietatem per opera bona. Eccl'. 19. Amictus corporis ⁊ riſus dentiũ ⁊ ingreſſus homis annũciant de illo.

Lectio tertia.

Mulier in ſilentio diſcat cū omni ſubiectiōe. Docere autē mulieri nō ꝑmitto neqꝫ dn̄ari in virū: ſed eſſe in ſilentio. Adā eñ ꝓmus formatꝰ eſt. deinde eua ⁊ adaꝫ nō ē ſeductꝰ: mulier aūt ſeducta in p̄uaricatiōe fuit. Saluabit̄ aūt ꝑ filioꝝ generaaionē ſi ꝑmanſerit in fide ⁊ dilectiōe ⁊ ſanctificatione ⁊ cū ſobrietate.

Superius apoſtolus ordinauit mulieres quo ad orationē: hic ordinat eas q̄tū ad doctrinā. ⁊ primo ponit ſuam ordinationē circa eaꝝ doctrinam. Secundo rationē ordinationis aſſignat ibi. Adam eñ ꝓmus ⁊c. Tertio reſpondet tacite queſtioni ibi Saluabitur autem ⁊c. Item primo oſtendit quid mulieribus conueniat. Secūdo q̄d eis non cōpetat ibi. Docere autē ⁊c. Circa primū tria ponit eis cōpetere ſcꝫ taciturnitatē. diſciplinā ⁊ ſubiectiōeꝫ que tria ex vna ratiōe ꝓcedunt. ſcꝫ ex defectu rōis in eis quibus primo indicit ſilentiū Iac. 3. Si quis in x̄bo nō offendit h̄ ꝑfectus eſt vir. ⁊ 1. coꝝ. 14. Mulieres in eccleſijs taceant. nō eñ ꝑmittit̄ eis loq̄ ⁊c. Secūdo qꝛ verba mulieris ſunt inflammātia Eccl. 9. Colloquiū illius quaſi ignis exardeſcit. Itē vt diſcant. quia eoꝝ qui deficiunt ratione ꝓpriū eſt addiſcere. 1. coꝝ. 14. Si quid volunt diſcere domi viros ſuos interrogent ⁊c. Uiris autē datur ꝙ doceant. Itē ſubiectio qꝛ naturale eſt ꝙ aīa dominet̄ corpori. ⁊ ratio viribus inferioribus. Et ideo ſicut ph̄us docet. Quādocunqꝫ aliqua duo adinuicē ſic ſe habent ſicut anima ad corpus. ⁊ ratio ad ſenſualitatē. naturale dominiū eſt eius qui abundat rōe. ⁊ illud eſt principans. aliud aūt eſt ſubditū quod ſcꝫ deficit ratiōe. Geñ. 2. Sub viri poteſtate eris. Itē excludit ea que eis nō cōpetunt ⁊ ſunt duo ſcꝫ vt non doceant. Sed cōtra ꝓuer. vl. Erudiuit eū mater ſua ⁊c. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ doctrina publica nō cōpetit mulieri. ⁊ ideo dicit. In eccleſia. Alia ē priuata ⁊ hac mater erudiuit filiū. Sed cōtra Iudic. 5. Delbora erudiuit populū iſrl'. Reſpondeo illa eruditio ē per ſpiritū ꝓphecie ⁊ gratia ſp̄ūſancti nō diſcernit inter virū ⁊ mulierē. nec tn̄ publice predicabat ſed inſtinctu ſp̄ūſancti conſilia dabat. Secundo interdicitur eis dominiū in virū Eccl. 25. Mulier ſi primatuꝫ habeat contraria eſt viro ſuo. Et ph̄us dicit ꝙ dominiuꝫ mulierum eſt corruptio familie. ſicut tyranni in regno. Et ſic prohibet duo contra duo que conpetunt eis ſed tertiū repetit ſcꝫ in ſilentio. ¶ Deinde cum dicit Adam eñ ⁊c. Aſſignat rati-onē eius q̄d dixerat. ⁊ ꝓmo ex ordine creationis. Secundo ex ordine culpe ibi. Et adā non eſt ⁊c. Circa primū ſciendū eſt ꝙ in ordine rerū ꝑfectuꝫ ⁊ imꝑfectū diuerſimode ordinant̄. quia in vno ⁊ eodē imꝑfectuꝫ p̄cedit tēpore. ⁊ ꝑfectū p̄cedit natura. qꝛ natura tēdit ad perfectū. ſed in diuerſis ꝑfectum eſt prius tempore ⁊ natura. quia natura ſemper incipit a perfectis. Et hunc ordinē agit hic. qꝛ vir perfectꝰ eſt natura humana mulier vir occaſionatus. Unde ꝓmo formatus eſt adam Geñ. 2. Formauit deus hominē de limo terre ⁊c. Secūdario mulier ſicut q̄dam imꝑfectū a perfecto originatū ſcꝫ de coſta. 1. coꝝ. 11. Nō eñ vir ex muliere: ſed mulier ex viro eſt ⁊c. Et inde eſt ꝙ homo non dicitur factus ꝓpter mulierē ſed ad ſimilitudinē dei. Geñ. 1. Faciamus hominē ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā. Mulier autē ꝓpter virū: ideo vir debet p̄eſſe. Itē ex parte culpe. Ordo eñ generationis ⁊ corruptionis eſt contrariꝰ. qꝛ q̄d ē primū in generatione eſt vltimū in corruptione. Peccatum autē eſt corruptio nature. ⁊ ideo generatio īcepit ꝓmo ab adā: ſed corruptio a muliere. Unde dicit Adā nō eſt ſeductus ſcilicet primo. quia fortior erat: ſed incepit a debiliori vt facilius ſeduceretur fortior. Alludit auteꝫ hic verbis ade Gen. 3. Cū eñ dn̄s reprehēdit adā dixit Mlier quā dediſti mihi d̄dit mihi ⁊c. Et id̄o dic̄ Adaꝫ non eſt ſeductus ſed mulier Seductio aūt duplex eſt. ſcꝫ in vniuerſali ⁊ ꝑticulari eligibili que eſt ignorantia electionis. Quicunqꝫ ergo peccat ſeducitur ignorantia electionis in ꝑticulari eligibili. Mulier autem fuit ſeducta ignorantia in vniuerſali quando ſcilicet credidit q̄d ſerpens dixit. ſed vir non credidit hoc: ſed deceptus fuit in particulari. ſcilicet ꝙ gerendus eſſet mos vxori ⁊ cuꝫ ea comedere deberet ⁊ inexpertus diuine ſeueritatis credidit ꝙ facile ei remitteretur. Sed contra. Ignorantia eſt pena peccati. ergo pena preceſſit culpam. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ non preceſſit. qꝛ ſtatim ad verba ſerpentis fuit elata ꝙ alius eſſet de ea ſollicitus ⁊ ex illa elatione ſeducta eſt. vnde elatio preceſſit. ¶ Deinde cū dicit. Saluabitur autē ⁊c. Reſpondet cuidā tacite queſtioni. quia diceret quis ꝙ ſi mulier non eſt propter viruꝫ ⁊ ex ea eſt initiū peccati. ergo viro eſt nociua. Sed ſi aliquid non eſt propter aliud ſed eſt ei nociuum debet tolli. ergo mulier non debet ſaluari. Dicendū eſt ergo ꝙ duplex eſt ſalus. ſcilicet tēporalis ⁊ hec eſt cōmunis etiam brutis. Alia eſt eterna ⁊ hec eſt propria hominū Eſa. 51. Salus autē mea in ſempiternū erit ⁊c. Utramqꝫ aūt ſalutē mulier non amiſit. Non temporalē. qꝛ ſtatim non priuat̄ ſexu muliebri propter generationem prolis. nec eternā qꝛ ſ̄m animā capax eſt gratie ⁊ glorie. Et ideo q̄tū ad primum dicitur: Saluabit̄ id eſt non extirpabitur. ⁊ hoc ꝑ generationē filioꝝ ad quā eſt a deo ordinata. Quantuꝫ ad ſecundū dic̄. Si ꝑmāſerit ⁊c Sed qꝛ ſi īportat cauſam nūquid que nō ꝑmanſit non ſaluabit̄ cū ap̄ls dicat ꝙ mulier melius facit ſi non nubat. Reſpondeo vno modo poteſt eſſe locutio figuratiua ⁊ ſic per virū rō ſuperior intelligitur. ratio inferior eſt mulier. opera bona ſunt filij inferioris rationis. ⁊ charitas quā per virū concipit ⁊ ꝑ hec ſaluabitur. Alia eſt expoſitio litteralis. vt ly per non dicat cām ſed repugnantiā. Et eſt ſenſus. Mulier ſaluabitur etiā ſi incedat per generationem ſcꝫ ſi nubat ⁊ non ſit virgo. Et tunc ly per dicit augmentationē ſalutis quaſi per generationē filioꝝ ad cultū dei magis ſaluabit̄ Ecc. 7. Filij tibi ſunt erudi illos: ⁊ incurua illos a pueritia illoꝝ ⁊c. De ſalute vero eterna tria pōit. ſcꝫ ꝙ aliq̄d ſit in intellectu. Secūdo ꝙ in affectu. Tertio quo ad exteriorem actū. In intellectu eſt fides per quā intellectus chriſto ſubijcitur. Unde dicit In fide. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo Et quia fides nihil valet ſine dilectione. Ideo ſtatim ſubiunxit dicens: Et dilectione. 1. coꝝ. 13. Si habuero omnē fidē ita vt montes transferam charitatem autē non habuero nihil ſum ⁊c. In exteriori autē ponit duo contra laſciuiā que conſiſtit in duobꝰ ſcilicet in luxuria. Et quantū ad hoc dicit. In ſānctificatione. id eſt in caſtitate. 1. theſ. 4. Hec eſt volūtas dei ſanctificatio veſtra ⁊c. Item in crapula. contra quod dicit. In ſobrietate. Tit. 2. Sobrie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamꝰ in hoc ſeculo et cetera.

Capitulum tertiū.

Fidelis ſermo. Si quis epiſcopatum deſiderat bonū opus deſiderat. Oportꝫ eñ epiſcopū irreprehenſibilē eſſe. vnius vxoris viꝝ ſobriū. ornatū. prudentē. pudicū. hoſpitalē

doctorē. nō vinolentū. nō ꝑcuſſorē ſed modeſtum. nō litigioſum. non cupidū ſed ſue domui bene prepoſitum. filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.

Supra inſtruxit timotheum de pertinentibus ad fidem rectā ⁊ cultū dei: hic agit de inſtructione officiorꝫ eccleſiaſticorum. Et primo ponitur inſtitutio. Secundo ſue inſtitutionis occaſio ſeu neceſſitas ibi. Hec tibi ſcribo ⁊c. Itē primo inſtruit de pertinentibus ad epiſcopū. Secūdo quo ad dyaconos ibi. Dyacones ſimiliter ⁊c. Sꝫ cū ſm dyoniſium tres ſint ordines ſcilicet epiſcoporꝫ qui ꝑficiunt. preſbyterorꝫ qui illumināt. dyaconorꝫ q̄ purgant quare non facit mentionē de preſbyteris? Reſpōdeo dicendum eſt ꝙ preſbyteri intelligunt᷑ cuꝫ epiſcopis nō ꝙ ſit indiſtinctio inter ordines q̄tum ad rē ſed quantuꝫ ad nomina. qꝛ preſbyter idē eſt qꝺ ſenior ⁊ epiſcopꝰ ſuperintendens. Et ideo preſbyteri et epiſcopi q̄tuꝫ ad nomē vocabant᷑ ⁊ epiſcopi ⁊ preſbyteri. Circa hoc ergo primo agit de deſiderio perueniendi ad epiſcopatū. Secundo deſcribit conditionē epī ibi. Oportet aūt ⁊c. Premittit ergo ſue inſtitutionis aſſertionē dicēs. Fidelis ſermo ſcilicet quem dicā vel dixi. Apoc̄. vlti. Hec verba fideliſſima ⁊ vera ſunt. Si quis ⁊c. Ex hoc ſumpſerūt aliqui occaſionē ambitionis epiſcopatus ⁊ prelationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apoſtolus eīm ħ voluit oſtendere quid pertineat ad epm̄. Epiſcopus eſt nomen grecū. ſcopos eīm idē eſt qꝺ intendens. epi. id ē ſupra quaſi ſuperintendens. Duo ergo ſunt conſideranda in epiſcopo. ſcꝫ gradus ſuperior ⁊ actio plebi vtilis. Aliqui eīm proijciunt forte oculū ad ea que circūſtant eū ſcilicet ꝙ qui preeſt honoratur ⁊ ꝙ habet poteſtateꝫ. Et q̄ propter iſta d̄ſiderat epiſcopatū neſcit quid ſit epiſcopꝰ. Et ideo dicit apoſtolus quid ſit epiſcopus: ⁊ quid deſiderat qui epiſcopatū deſiderat. quia bonū opus. Non dicit bonū deſideriū habet ſed bonū opus ſcilicet vtilitatē plebis. Sed nunquid licet ipſum deſiderare? Aug. dicit ꝙ nō. Glo. Locus ſuperior ſine quo regi non poteſt populus. ⁊ ſi teneatur ⁊ adminiſtretur decenter: tamē indecēter appetitur. Et idē dicit. 19. de ciuitate dei. Cuius ratio eſt ꝙ nullus debet appetere aliquid ſupra vires ſuas non ſibi proportionatū al's eſſet ſtultus. Oratius. Ludere qui neſcit cāpeſtribus abſtinet armis Ille ergo bn̄ epiſcopatū deſiderare poſſet cuius opus epiſcopatui eſſꝫ ꝓportionatū. Ad hoc autē nullus eſt idoneus quia prelatus ſm gradū ⁊ conuenientiā debet omnes alios excedere in conuerſatione ⁊ contēplatione ita vt in reſpectu ſui alij ſint grex. Et hanc ydoneitatē de ſe preſumere eſt maxime ſuperbie Aut ergo appetit circūſtantias: ⁊ tunc neſcit quid appetat. quia nō eſt ħ epiſcopatus vl' ipſuꝫ opꝰ et hoc eſt ſuperbie. Et ideo non eſt accipiendū niſi impoſitum. Glo. Si dicis ſtatus epiſcoporꝫ ē ꝑfectior ſtatu religioſorꝫ. hunc autē licet appetere. Reſpondeo Perfectio aliter ſe habet in hoc ⁊ in illo. quia ſtatus epiſcoporum preſupponit perfectionē: ⁊ ideo nullus appetere debet niſi habeat eam. ſed ſtatus religioſorū eſt via: ⁊ ideo non requiritur perfectio iam habita: ſed ꝙ acquirat eaꝫ niſi habeat. ⁊ hoc patet Ioh. vl. vbi dominꝰ ſymoni nō dicit: Si vis perfectus eſſe. paſce ⁊c. Et iuueni dicit. Si vis perfectus eſſe ⁊c. Sic ergo intelligendū eſt in nomīe epiſcopatus bonū opus. 1. Pe. 5. Non vt dominātes in cleris ſed forma facti gregis ⁊c. Quaſi dicat. Si tu epiſcopatū deſideras hoc eſt qꝺ deſideras qꝛ bonum opus. ¶ Sed qualis debeat eſſe epiſcopus oſtendit cū ſubdit Oportet epiſcopum ⁊c. Queꝫ primo inſtruit in generali. Secundo in ſpeciali ibi. Unius vxoris ⁊c. Dicit ergo Dico ꝙ bonū opus deſiderat: ſed ad hoc non omnis eſt ydoneus: ſed oportet ꝙ ſit talis. primo irreprehenſibil'. Unde de Zacharia dicit᷑ Luc̄. 1. ꝙ incedebat in omnibꝰ mandatis ⁊ iuſtificationibus dn̄i ſine querela. Leū. 21. Qui habuerit maculā nō offeret panes deo ſuo nec accedet ad miniſteriū eius. Nec intelligenduꝫ eſt ꝙ omnino ſit ſine peccato. quia dicitur. 1. Iohā. 1. Si dixerimꝰ ⁊c. Nec eſt dicendū ſicut aliqui dixerunt ꝙ quicunq; peccauit mortaliter poſt baptiſmū non eſt ydoneꝰ: qꝛ pauci eſſent tales. ſed irreprehenſibilis id eſt non ſubiectus alicui peccato: vnde ab alijs reprehendi poſſet: qꝛ indecēs eſt ſi reprehenſibilis ſit reprehenſor Mat. 7. Eijce p̄mū trabē ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Unius vxoris ⁊c. Inſtruit eum in ſpeciali ⁊ primo quantū ad ſe. Secundo quantū ad multitudinē ibi. Filios habentē ⁊c. Iteruꝫ prima in duas. quia primo oſtendit quibus virtutibus ornet᷑. Secūdo a quo mens debet eſſe īmunis ibi. Non vinolentū ⁊c. Omnis autē moralis virtus eſt primo circa paſſiones et ſunt duo que faciunt ſanctitatē: ſcilicet caſtitas et ſobrietas. quia per delectationē vel delectabilia carnis: maxime inquietatur anima. Et ideo primo pont quod ꝑtinet ad caſtitatē dicens: Unius vxoris virum. Simile Tit᷑. primo. In hoc autē diſcordia videtur eſſe inter Auguſtinū ⁊ hieronymū. Hieronymus eīm dicit ꝙ hoc intelligitur poſt baptiſmū. quia ſi ante baptiſmū duas habuit vxores vel vnā primo ⁊ aliā poſtea non īpeditur ab ordinatione. quia per baptiſmū omnia delentur. Auguſti. ⁊ Ambroſius contrariū dicunt. quia ſiue ante ſiue poſt ſi duas habuit non ordinat᷑. Et nunq̄d baptiſmus non oīa delet? R̄ndeo ſic. ꝑcā nō irregularitatē q̄ interdū etiaꝫ ſine peccato incurritur ex ſola eccleſiaſtica inſtitutiōe. ſꝫ matrimoniū non eſt peccatum etiā in paganis. Sed que eſt cauſa huius inſtitutionis? Nunquid non magis īpeditur qui multas concubinas habet? Reſpondeo dicendum ꝙ hoc fit non propter incontinentiā tm̄: ſed propt᷑ repreſentationē ſacramenti. quia ſponſus eccleſie ē chriſtus ⁊ vna eſt eccl'ia. Cañ. 5. Una eſt columba mea ⁊c. ¶ Secūdo agit de ſobrietate. Tit᷑. 2. Sobrie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo ⁊c. Hic eīm docet epiſcopuꝫ q̄ dicitur ſuperintendēs vt vigilet. Luce. 1. Paſtores aūt erant ⁊c. Et ebrietas obſtat vigilijs. 1. Pe. vlti. Sobrij eſtote ⁊c. Tertio ordinat rationē dicens. Prudentē. qꝛ hec eſt regitiua omniū virtutū. ⁊ epiſcopꝰ eligitur vt alios regat. Mat. 10. Eſtote prudentes. Mat. 24. Quis putas eſt fidelis ſuus et prudens ⁊c. ¶ Conſequent᷑ ponit virtutes que ordinant actiones exteriores. Primo q̄tum ad ſe. Secundo q̄tum ad alios. Quantū ad ſe dicē ornatū. pudicū. Ornatus eſt quādo bene cōponit᷑ in actibus ⁊ dictis. Ornatus eīm īportat pulchritudinē q̄ conſiſtit in ꝓportione. Unde tunc eſt ornatus quando agit et loquitur vt decet. Eccl'. 44. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes ⁊c. Hoc requirit᷑ in epiſcopo. qꝛ ꝑ exteriora iudicamus de interioribꝰ. Ecc̄. 19. Amictus corporis ⁊ riſus dentiū. ⁊ ingreſſus hominis enunciant de illo. qꝛ prelatus ponit᷑ in aſpectu hoīm oportet ꝙ ſit ornatus. Uñ d̄r de ambroſio ꝙ quoſdā ordinare nolebat. qꝛ diſſolute incedebant. Itē quandoq; cōtingit ꝙ occurrunt alicui aliqua turpia in alijs vel agentibus vl' dicentibus. ⁊ ad hec debet habere pudiciciā vt verecundet᷑ ſi videat vl' audiat. Aug. Impudicus oculꝰ impudici cordis eſt nūcius. Ecc̄. 7. Gratia eīm verecundie illius ſup aurꝫ. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Hoſpitalem ⁊c. agit de epō ī cōparatiōe ad alios. Impōit᷑ aūt epō vt paſcat oues Io. vl. ⁊ 1. Pe. vl. Et duplex eſt elemoſina. ſ. corporalis ⁊ ſpiritualis. Ergo debet in vtraq; paſcere. Quātū ad primū dicit. Hoſpitalē ſcꝫ peregrinorū ⁊ hoſ

ſpitum. Ro. 12. Hoſpitalitatē ſectātes. Heb. vlti. Hoſpi
talitatē nolite obliuiſci ⁊c. Job. 31. Hoſtiū meuꝫ viatori
patuit ⁊c. Quantū ad ſecūdū dicit. Doctorē Eph. 4.
Alios paſtores ⁊ doctores ⁊c. Et hoc eſt officiū ꝓpriuꝫ
prelati. Jere. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meū ⁊ pa
ſcent vos ſcientia ⁊ doctrina ⁊c. ¶ Conſequent̄ cū dicit
Non vinolentū ⁊c. remouet vitia oppoſita. Tria aūt re-
mouet. Unū quod pertinet ad cōcupiſcentiā carnis. Ali
ud ad iram. Aliud ad cupiditatē. Quantū ad primū di-
cit. Non vinolentū. Vinus dicit ⁊ plus ſignificat Eph.
5. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria ⁊c. Quaſi di-
cat non guloſum non luxurioſum. Quantuꝫ ad irā duo
ponit primo quantū ad actū cū dicit. Non percuſſorem.
Decenter prohibet hoc poſt vina. quia ebrij defacili ꝑ-
cutiunt ſcꝫ modeſtū id eſt patientē Phil. 4. Modeſtia
veſtra nota ſit omnib⁹ homib⁹. pſ. Bene patiētes erāt
vt annuncient. Xps paſſus non ꝑcutiebat. Secūdo ꝙ̄-
tum ad verba cū dicit. Non litigioſum. 2. thy. 2. Ser-
uum dei non oportet litigare ⁊c. 1. cor. 11. Si quis videt̄
contentioſus eſſe nos talē cōſuetudinē non habem⁹ ne-
ꝙ eccleſia dei. Et hoc qꝛ epiſcopi ſunt ſucceſſores aploꝝ
quos xps inſtruxit vt pacē annunciarent. Itē in paſſiōe
ſua chriſtus dixit. Pacē meā do vobis. pacē meā relinꝗ
vobis. ¶ Quantū ad res tēporales dicit. Non cupiduꝫ
quia ponitur iudex ⁊ ordinator eccleſie qui ſi ſit cupidus
d̄facili d̄cliat a iuſticia Exo. viceſimo t̄tio Ne accipias
munera que excecant etiā prudentes ⁊ ſubuertunt v̄ba
iuſtoꝝ. ſed heu. Jere. 6. A maiore vſqꝫ ad minorē oēs
auaritie ſtudent ⁊c.

## Lectio ſecunda.

**Si quis aūt domui ſue preeſſe neſcit
quomodo eccleſie dei diligentiā ha
bebit? Non neophitū: ne in ſupbiaꝫ
elatus in iudiciū incidat dyaboli. Oportet
autē ⁊ illū teſtimoniū habere bonuꝫ ab his
qui foris ſunt vt non in opprobriuꝫ incidat
⁊ in laqueū dyaboli. Dyacones ſimiliter pu
dicos. non bilingues. non multo vino dedi
tos. non turpe lucrū ſectantes. habētes my
ſterium fidei in conſciētia pura. Et hi autē
probent̄ primū: ⁊ ſic miniſtrēt nulluꝫ crimē
habentes. Mulieres ſimiliter pudicas. nō
detrahentes. ſobrias. fideles in omnibus.**

Supra oſtēdit apl's qualis debet eſſe eps ſm ſe: hic oſtē
dit qualis debet eſſe in cōparatione ad multitudinē. Et
primo ad multitudinē domeſtice familie. Secundo quo
ad multitudinē eccl'ie ibi Non neophitū ⁊c. Tertio quo
ad multitudinē infideliū ibi. Oportet aūt ⁊c. Itē primo
oſtēdit qualis debet eſſe in comparatione ad familiā do-
meſticā. Secundo rationē huius aſſignat ibi. Si qs au-
tem ⁊c. Item primo oſtendit ꝙ ab epiſcopo requirit̄ gu-
bernatio debita familie. Secundo bona inſtructio fili-
orum ibi. Filios habentē ⁊c. Dicit ergo. Oportet epm
ꝑeſſe domui id ē familie ſue ⁊c. Ut eā bn̄ gubernet. Bo
na aūt gubernatio nō ſolū eſt acquiſitio diuiciaꝝ. quia ea
non ſunt finis yconomice ſed inſtrumēta. ſed finis ei⁹ eſt
recta vita. Eccl'. 44. Pacificātes in domib⁹ ſuis. Spe
cialiter autēꝫ in domeſtica familia precipui ſunt filij. Et
ideo dic̄ de eis ſpecialit̄ Filios ⁊c. id eſt ꝙ ſuis filijs do
minetur nō emollitus ex teneritudine amoris quā quā-
doqꝫ extendit ad filios. Inter alia autē que requirunt̄ in
filijs epiſcoporum quos habuerunt anteꝙ̄ eſſent epi re-
quiritur ꝙ ſint caſti. quia mala coꝝ vita eſſet teſtimoniū
contra parentē et prelatū. Eccl'. 10. Scdm iudicē populi
ſic et miniſtri eius. ⁊ qualis rector ciuitatis: tales et ha-
bitantes in ea Sap. 4. Ex iniquis eñ omnes filij q̄ na-
ſcunt̄ teſtes ſunt nequitie aduerſus parētes in interroga
tione ſua. Secunda ratio eſt. qꝛ ad domū epiſcopi cōcur
rit populus ideo oportet eos eſſe caſtos. Contra illud. 1.
reg. 2. vbi filij bely nō caſti corrūpebant mulieres veniē-
tes ad templū. vnde ⁊ bely a dño eſt punitus. ¶ Deinō
cum dicit. Si quis autē ⁊c. Dicti ſui rationem aſſignat.
Poſſet eñ dici. Quid ad epm ꝙ bene regat familiā cui
īminet cura cōmunis? Et ideo dicit Si quis aūt ⁊c. id ē
proprie familie Luc. 16. Qui fidelis eſt in minimo et in
maiore fidelis ē. Cōtingit tñ frequent̄ ꝙ aliqui nō ſunt
regitiui bene in paruis domeſticis qui tamē bene regūt
in maioribus. Sed dic. neſcit vt hec neſcientia referatur
ad negligentiā. et qui parua negligit defacili magna ne-
gligit. ſed qui nō curat de paruis aliqñ bene ſe habet in
maioribus. ¶ Conſequenter oſtēdit q̄liter ſe habeat ad
multitudinē eccleſie in qua non debet eſſe nouicius in fi-
de ſed antiquus. Unde dicit Non neophicū id eſt nouā
fidē habentē Act. 1. Oportet eligere vnū ex his qui no-
biſcū ⁊c. Idem numeri. 11. Cōgrega mihi. 70. viros de
ſenioribus quos tu noſti ꝙ ſenes ſiñt populi ac magiſtri
et duces ⁊c. Sed ſicut dicitur Sap. 4. Senectus vene-
rabilis eſt non diuturna neqꝫ numero annoꝝ computata
⁊c. Cōtingit eñ quādoqꝫ ꝙ in aliquibus nouis ſupabū-
det gratia et habēt ſimul cū etate moꝝ ſenectutē q̄ diſpē-
ſatiue promouentur ſicut ambroſius diuina inſpiratiōe.
Unde hoc quod dicit hic ad eos pertinet qui non ſolum
etate neophiti. ſed et qui neophiti ſunt pfectiōe. Et hu-
ius eſt ratio ne in ſuperbiā ⁊c. Quando eñ aliqs de no-
uo veniēs ad fidem et ad conditionē aliquā ꝓmouet̄ re-
putat ſe alijs meliorē et valde neceſſariū quaſi niſi ipſe eſ-
ſet non haberent vnde ꝓuideretur eccleſie. Et dicit dya-
boli. quia ipſe cōdemnatus fuit propt̄ peccatū ſuperbie.
¶ Deinde cū dicit. Oportet aūt illū ⁊c. Oſtendit quali-
ter ſe habeat ad multitudinē infideliū. ⁊ ponit documē-
ta. Primo vt ſit bone fame Col'. 4. In ſapientia ambu-
late ad eos qui foris ſunt. 1. Pe. 2. Conuerſationē vr̄aꝫ
inter gentes habētes bonā ⁊c. Et hoc neceſſariū eſt pre-
lato. quia conuerſatio totius cōgregatiōis iudicat̄ ex p̄-
lato. Sed cōtra. 2. cor. 6. Per īfamiā ⁊ bonā famā ⁊c.
Reſpondeo infamia inſurgit quandoqꝫ ex culpa ei⁹ qui
infamatur. ⁊ hanc ꝓhibet hic. quādoqꝫ ex malitia detra-
hentiū. et in hac oportet habere patientiā. ⁊ de hac loq̄-
tur apl's ibi. Sed hic loquit̄ de aſſumendo in epm q̄ ⁊ ſi
ſit bonus ⁊ infamat̄ falſo debet patient̄ ferre. Secūdo aſ-
ſignat rationē. Uñ ſubdit. Ut non in obprobriū ⁊c. Ubi
tangit duplex periculuꝫ ſcilicet ne fiat obprobrioſus ⁊ ꝑ
hoc eius auctoritas minuat̄. ⁊ per cōſequēs auferat̄ au-
dacia corrigendi Mat. 7. Eijce primū trabē ⁊c. Secun-
do ne īcidat ⁊c. quandoqꝫ ſcilicet īpatienter ſuſtinendo
ꝙ infamis concitetur ad odia ⁊ deſperet et huiuſmodi.
Et ꝙ prelatus ſit odioſus laycis: cōtingit ſi negligit cul-
tum diuine laudis. Malac. 2. Irritū feciſtis pactuꝫ leui
dicit dñs exercituū propt̄ qđ dedi vos contēptibiles et
humiles oībus populis. ¶ Deinde cū dicit Dyacōes
⁊c. Oſtendit pertinentia ad dyacones qđ in greco idē ē
qđ miniſtri. In ꝑmitiua eñ eccl'ia ſolum erant tres ordi-
Supra oſtēdit viduas ab eccl'ia eē ſuſtentādas: hic oſtēdit quales ſunt ſuſtentande. Et primo oſtendit qualis ſit eligenda. Secūdo qualis vitanda ibi. Adoleſcentiores. ⁊c. Circa primū tria facit: quia primo oſ̄dit eſſe eligēdā ex tempore. Secundo ex caſtitate. Tertio ex bonoꝝ operum exercitio. Ex tempore quia ſexaginta annoꝝ. Sꝫ de qua electione agit? Ad hoc pōt reſponderi dupliciter. Uno modo ꝙ loquit̄ de electione qua eligit̄ ad p̄ſidendū gubernationi aliaꝝ viduaꝝ que ab eccl'ia nutriebantur que ſic antiqua p̄ficiat̄ vt de cōtinētia eius nullus ſuſpicet̄. Numeri. 4. A triginta annis ⁊ ſupra vſq; ad annos. 50. ⁊c. Sed contra videt̄ qꝛ eccl'ia facit cōtrariū qꝛ abbatiſſe iuniores fiunt. Reſpondeo dicendū ē ꝙ inordinatū ē ꝙ nimis iuuencule fiant: ſed tamē nō ē tāta diligentia eccl'ie in eis que ſūt incluſe vt in eis que ſunt libere. Alio modo ꝙ loquat̄ de electione qua eligitur ad hoc ꝙ ſuſtentet̄ ſtipendijs eccleſie ⁊ talis eligat̄ non minus q̄ annorū ſexaginta: qꝛ iuuenes poſſūt laborare manibus ſicut ⁊ apoſtolus: qui licet poſſet de euangelio viuere tamē laborabat: ſed vetule quieſcūt. ¶ Ex caſtitate etiam eligenda eſt vidua: ideo dicit. Que fuerit vnius viri vxor. Sicut eñi requiritur in epiſcopo ꝙ ſit vir vni⁹ vxoris: ita in vetula ꝙ ſit viri vnius vxor. Glo. hoc dicit propter p̄dictū ſacramentū. Hec glo. ē magiſtralis ⁊ parum valet. Nō enim videt̄ ratio ſumi ex aliquo ſacramēto: quia mulieres nō ſuſcipiunt aliqua ſacramenta miniſtranda. Sed hoc dicit propter firmitatē vt ſcꝫ habeant continuū ꝓpoſitum ſeruāde viduitatꝭ. Sed hieronym⁹ in ep'la ad aggerūtiā al's ad eſiciā aliā rationem aſſignat ſcꝫ ꝙ apud gentiles mos erat ꝙ in ſacris deorum nulla ꝑerat que haberet duos viros. Et ideo apoſtolus voluit vt que alimentis eccleſie nutriebant̄ non minus eēnt caſte. Judith. 15. Eo ꝙ caſtitatē amaueris ⁊ poſt virū tuū alterū neſcieris ⁊c. Luc. 2. Uixit annis ſeptē cum viro ſuo a virginitate ſua ⁊c. Et ideo ē quaſi laudabile ſignuꝫ caſtitatis ꝙ vnius viri fuit vxor. ¶ Deinde cuꝫ dicit. In operibus bonis ⁊c. oſtendit viduā eē eligendam ex exercitatione bonoꝝ operū. ⁊ primo in generali. Secūdo in ſpeciali ibi. Si filios ⁊c. Tertio dat idem intelligere de omnibus bonis operib⁹ ibi. Si omne opus ⁊c. Quātuꝫ ad primū dicit. In operibus bonis ⁊c. Prouer. vltimo Laudent eam in portis opera eius. Et dicit. Teſtimonium habens. Johā. 5. Opera que dedit mihi pater vt ꝑficiā ipa opera que ego facio teſtimoniū perhibēt de me ⁊c. Exteriora enī opera oſtendunt interiorem fidē Ja. 2. Oſtende mihi fidem tuā ſine operibus: ⁊ ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam ⁊c. Sed que opera: primo ad ſuos: ſcdo ad alios. Ad ſuos dicit. Si filios educauit ſcꝫ in timore dei ⁊ caſtitate Eccl'. 7. Filij tibi ſūt erudi illos. Quantum ad alios tangit tria opera pietatis. Primo ad miſericordiā: qꝛ mulieres habentes coꝛ molle ſūt naturaliter miſericordes. Primo ergo docet hoſpitalitatem ibi. Si hoſpitio recepit Ro. 12. Hoſpitalitatē ſectātes. Secundo cū hoc ſimul ponit humilitatē dicens. Si ſanctoꝝ lauit pedes: ſic enim ſunt ſancti recipiendi ꝙ ⁊ honorifice tractandi Luc. 10. Martha autem ſatagebat circa frequēs miniſteriū: ſic xp̄s Joh. 13. Si ergo ego laui pedes veſtros domin⁹ ⁊ magiſter ⁊ vos debetis alter alterius lauare pedes. ⁊c. Glo. auguſtini ſup Jo. Faciunt hoc ſibi inuicē fratres etiā in ipſo opere viſibili ⁊ qd̄ manu nō faciunt corde nō faciunt. Multo aūt melius eſt vt etiā manib⁹ fiat. nec dedignet̄ qd̄ fecit xp̄s facere xp̄ianus. Qui eñi ad pedes fratris inclinat̄ ei ī corde humilitas excitatur vel ſi iam inerat cōfirmat̄ humilitatis affectus. Tertio fortitudinem ⁊ conſtantiā: vt ſcꝫ tribulatis aſſiſtat. Heb. 10. Uinctis cōpaſſi eſtis. ¶ Deinde cuꝫ dicit. In omnibus ⁊c. Concludit in quibus debet eē bona dicens. Si omne opus bonū ſubſecuta eſt id ē ꝓſecuta eſt. Gal'. 6. Dum tempus habem⁹ operemur bonū ad omnes ⁊c. ¶ Deinde cū dicit Adoleſcentiores ⁊c. oſtendit que ſint vitande. Et primo hoc oſtendit. Secundo aſſignat rationem ibi. Cum enim luxuriate ⁊c. Dicit ergo eligantur vidue talis etatis: ſed deuita adoleſcentiores viduas id eſt paſſim non recipias ad ſuſtentationem in eccleſia precipue infames ⁊ diſſolutas: vel deuita eas quantum ad conſortium ⁊ familiaritatem Eccl'. 42. Melior eſt iniquitas viri id eſt ſecurior: ad cōmorandū q̄ mulier benefaciens. Unde ſubditur: ⁊ mulier confundens in obprobrium. Prima expoſitio eſt litteralis. ¶ Deinde cum dicit. Cum enim ⁊c. aſſignatur duplex ratio ex duplici periculo quod īminet. Circa primū duo facit: qꝛ primo ꝓponit primuꝫ. Secundo reſpōdet queſtioni ibi Habentes damnationē ⁊c. Si enim adoleſcētes aſſumātur ad ſuſtentationem eccl'ie ſunt duo cōſequentia: ſcꝫ ꝙ habeant ſufficientiam ⁊ ꝙ nō cogantur manibus operare. Ex vtroq; autē imminet periculum. Ex primo ꝑiculū caſtitatis. Unde dicit. Cuꝫ enī luxuriate fuerint ⁊c. Luxuria quandoq; ſumit̄ pro ſuperfluitate actus venerei. ⁊ ſic eſt vnū de ſeptem vitijs capitalibus: quandoq; vero ſumit̄ pro omni ſuꝑfluitate rerū corporaliū. Et ſic ſumit̄ hic. Quaſi dicat. Cum habuerint ſuꝑabundantiā ꝑ ſuffragiū xp̄i: tunc nubere volunt. Exo. 32. Sedit populus manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerunt ludere. Ualeri⁹ dicit ꝙ a cerere id ē cibo. ⁊ libero patre propinqu⁹ eſt loc⁹ ad venerē. Oſee. 4. Comedent ⁊ nō ſaturabunt̄: fornicati ſunt ⁊ nō ceſſauerunt ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Habētes ⁊c. Reſpondet tacite queſtioni. Poſſet enim aliq̄s dicere. Quid enim mali eſt ſi nubant. Tu eñi dicis. 1. Coꝛ. 7. Mulier nō peccat ſi nubat. Ideo dicit. In hoc habēt damnationē qꝛ primā fidē ſcꝫ caſtitatis quā vouerūt alias enim non fuiſſent aſſumpte ad alimoniā. Unde dicit auguſti'. hic ꝙ ex ſolo ꝓpoſito quis incurrit damnationem Uerum eſt ſi ſit ad determinatum ⁊ cum conſenſu. Ecc. 5. Si quid vouiſti deo ne moreris reddere ⁊c. Luce. 9. Nemo mittēs manū in aratrū ⁊ aſpiciens retro aptus eſt regno dei ⁊c. Ex ſecundo ſcꝫ ꝙ nō laborant tria mala incurrunt. Primū malum eſt ocioſitas Eccl'. 33. Multam maliciā docuit ocioſitas. Ezech. 16. Hec fuit iniquitas ſodome ſororis tue: ſuꝑbia. ſaturitas panis ⁊ abundātia ⁊ ociū ⁊c. Prouer. 12. Qui ſectat̄ ociū ſtultiſſimus ē ⁊c. Ex ocioſitate ſequūtur hec mala. Coꝛ mulieris nō ē firmuꝫ ſicut viri: ⁊ propter hoc ad diuerſa mouet̄. Si ergo nō aſtringatur ad operandum oportet ferri ad diuerſa. Et ideo ē periculum ꝙ mulieres ſint ocioſe: vnde antiq̄ occupabant eas. Itē efficiunt̄ inſtabiles q̄tum ad locuꝫ quia diſcunt circuire domos. Prouer. 7. Nūc foris nūc in plateis nunc iuxta angulos inſidians ⁊c. Jere. 14. Dilexit mouere pedes ſuos ⁊ nō quieuit ⁊ dño non placuit. Quantū ad verba dicit. Uerboſe: ex quo enim nō occupant̄ multum vacant nugis. Prouer. 7. Garrula vaga quietis impatiens ⁊c. Quantum ad coꝛ curioſe: quia ex quo nō occupantur in ſuis: intromittunt ſe de alienis ⁊ ideo loquūtur que non oportet quia omniū facta diiudicant. Eccl'. 9. Colloquium ei⁹ quaſi ignis exardeſcit ⁊c. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Uolo ergo ⁊c. oſtēdit cui operi ſint applicande ſcꝫ vt nubant. Et proponit primo documentum. Secundo aſſignat rōnem ibi. Jam enim ⁊c. Dicit ergo. Uolo iuuenes ſcꝫ viduas nubere ⁊c. Contra p̄me Coꝛ. 7. Bonum eſt eis ſi ſic permaneant ⁊c. Ergo debet melius dicere. Uolo continere. R̄ndeo. Hieronymus dicit ꝙ illud p̄me Coꝛ. 7. volebat ex p̄ncipali intētione ſꝫ vnuſq̄ſq; hꝫ ꝓpriū donū a deo. Et ideo ſubdit.

Melius eſt nubere q̄ vri ꝛc. Et ideo in quo caſu loquit̄ videndū ē: qꝛ in hoc ne primā fidem faciant irritā: ꝛ idō ſubdit meli⁹ ꝛ dic̄ volo nō ex p̄ncipali intentōe filios procreare melius q̄ eos occulte occidere per aborſuꝫ: ſupra 2. Saluabit̄ autē p̄ filiorꝫ generatiōem ſi permanſerit in fide ꝛc. ¶ Itē matreſfamilias ēe: vt ſcꝫ ſint occupate nec verboſe diſcurrant per domos. Et etiā hoc volo vt nullam occaſionē dent aduerſario .i. vel diabolo vel gentili maledicti gratia id ē vt poſſit maledicere eccleſijs dei. In quo ſic cōcludit vitā viduarū vt ſic viuant' vt in nullo alios ꝓuocent ad laſciuiā. p̄me Pe. 2. Sic ē voluntas dei vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudētium hominū ignorantiā ꝛc. Et ē eius hec rō: qꝛ quedaꝫ vouentes caſtitatē cōuerſe ſunt retro votū irritantes Et tales vadunt poſt ſathanā p̄ imitationē qui apoſtatauit de ſocietate angelorꝫ. ¶ Deinde cum dicit. Si quis ergo ꝛc. oſtendit que vidue ſunt nutriende a p̄uatis perſonis: ꝛ primo ponit documentū. Scđo rōnem ibi. Et nō grauet̄ ꝛc. Dicit ergo q̄ que ē vidua vere ſperet in deo: ſed ſi qua habet frēs vel parentes ſuſtentet̄ ab illis. Et ideo dicit. Si quis fidelis ꝛc. quia hoc ē opus pietatis. Et hoc vt eccleſia nō grauet̄. Et hoc neceſſariū ē qꝛ tunc eccleſia nō habuit poſſeſſiones: ſed modo habet poſſeſſiones deputatas ad hoc: prime Theſ. p̄mo. Nocte ꝛ die operantes ne quem veſtrū grauarem⁹ ꝛc.

## Lectio tertia.

Qui bene preſunt p̄ſbyteri duplici honore digni habeant̄: maxime qui laborant in verbo ꝛ doctrina. Dicit enī ſcriptura. Nō infrenabis os boui trituranti. ꝛ dignus ē operari⁹ mercede ſua. Aduerſus p̄ſbyterꝫ accuſationē noli recipere niſi ſub duobus aut trib⁹ teſtib⁹. Peccantes corā omnib⁹ argue: vt ꝛ ceteri timorē habeant. Teſtor corā deo ꝛ xp̄o ieſu ꝛ electis angelis ei⁹: vt hec cuſtodias ſine preiudicio: nihil faciens in alterā partē declinādo Manus cito nemini impoſueris neq̄ cōmunicaueris peccatis alienis. Teip̄m caſtuꝫ cuſtodi. Noli adhuc aquā bibere ſed modico vino vtere ꝓpter ſtomachū tuū ꝛ frequentes tuas infirmitates Quorūdā hominū peccata manifeſta ſunt p̄cedentia ad iudiciū quorundā autē ſequūtur. Similiter ꝛ facta bona manifeſta ſunt: ꝛ que aliter ſe habent abſcondi non poſſunt.

Superius egit de viduis honorandis que ſtipendijs eccleſie ſuſtentabant̄: hic agit de honoratione p̄ſbyterorꝫ ꝛ primo inſtruit thymotheū qualiter ſe habeat ad eos. Secundo oſtendit quō quedā dicta ſunt intelligēda ibi Quorundā hominū ꝛc. Itē primo oſtendit q̄ preſbyteri ſunt honorandi. Secundo confirmat p̄ auctoritatem ibi Dicit enī ſcriptura ꝛc. Circa primū duo facit: quia p̄mo oſtendit q̄ ſunt honorandi. Scđo oſtendit qua rōne debetur eis honor ibi. Maxime qui ꝛc. Dicit ergo. Qui bene ꝛc. Preſbyter idem ē qđ ſenior. ꝛ ſicut ſenes etate cōſueuerūt habere prudentiā. Job. 12. In multo tempore prudentia: ita qui ſumitur ad regimē eccl'ie debet prudens eſſe. Luce. 12. Fidelis ſeru⁹ ꝛ prudens ꝛc. Et idō p̄lati eccl'ie ſcꝫ ep̄i ꝛ ſacerdotes vocant̄ preſbyteri. Et idō dicit. Qui p̄ſunt. Nec hoc tm̄ ſed oportet q̄ bn̄ preſint: ſcꝫ ad dei honorē ꝛ nō ad ꝓpriā cōmoditatē. Ezech. 34. Ve paſtoribus iſrl' qui paſcebant ſemetip̄os. Item prudens vt vnicuiq̄ det tēpore ſuo. p̄me Cor. 4. Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur Iſti duplici digni ſunt honore quorꝫ vn⁹ ē ī miniſtratione neceſſariorꝫ. Thob. 1. Ex his quib⁹ honoratus fuerat a rege habuiſſet decē talenta argenti ꝛc. Prouer. 3. Honora dn̄m de tua ſubſtantia ꝛc. Item alius in exhibitione reuerentie. Eccl'. 4. Preſbytero humilia animaꝫ tuam. Heb. 12. Obedite p̄poſitis veſtris. Prouer. vlt̄. Oēs domeſtici ei⁹ veſtiti ſunt duplicib⁹ ꝛc. Eſa. 16. In terra ſua duplicia poſſidebūt ꝛc. Sed p̄cipue hic honor ē illis exhibendus qui hoc merent̄ ſuo labore ſcꝫ qui laborant in verbo p̄dicatiōis Phil'. 2. Inter quos luceris ſicut luminaria in mundo verbū vite ꝯtinentes ꝛc. Col'. 3. Verbū xp̄i habitet in vobis abundanter in omni ſapientia docentes ꝛc. Item in doctrina id eſt in eruditione Iere. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meum ꝛ paſcent vos ſcientia ꝛ doctrina. Et Ephe. 4. Iungit paſtores ꝛ doctores qꝛ hoc eſt officiū ep̄i. ¶ Deinde cū dicit. Dicit enī ꝛc. ꝓbat per duplicē auctoritatē ꝛ vnam introducit ſm̄ ſenſum myſticum: aliā ſm̄ litteralem ibi. Dignus ē ꝛc. Dicit ergo. Dicit eniꝫ ſcriptura ſcꝫ deutero. 25. Nō alligabis ꝛc. p̄me Cor. 9. probat ap̄ls hoc eē intelligēdū de doctoribus qꝛ deo nō eſt cura de bobus non quin ſubſint diuine ꝓuidentie ſed quia nō ē deo cura qualiter homīes tractent boues qui poſſunt eis vti vt volūt. Vn̄ illa lex nō eſt de bobus: ſed per ſimilitudinē dicit̄. Qua ſi dicat. Homini laboranti in officio nō ꝓhibeas quin viuat de illo officio. Per boues enī intelligunt̄ docentes. Prouer. 14. Vbi plurime ſegetes ibi manifeſta eſt fortitudo bouis. Per meſſes fideles Mat. 9. Meſſis quidē multa ꝛc. Ergo nō ſunt ꝓhibendi p̄dicatores ꝛ doctores quin ſumptus habeant. Alia auctoritas ē. Dign⁹ ē operarius cibo ſuo. Mat. 10. Vel potius in veteri teſtamento ē licet nō ſic ſcripta ſit. Nec cōſueuit ap̄ls de euāgelio adducere auctoritatē niſi cū expoſitione dicentis: ſed ſumitur hec de Leui. 9. Non morabit̄ apud te merces mercēnarij tui vſq̄ mane ꝛc. Sꝫ nunq̄d iſti ſumpt⁹ ſunt merces? Dicit Aug⁹ in glo. q̄ ſic. Non tamē venale ē euangelium vt pro iſtis p̄dicet̄. Merces enī quandoq̄ dicit̄ quod hoī reddit̄ p̄ p̄mio finali: ꝛ ſic abſit q̄ p̄dicatorꝫ merces ſint hmōi ſumptus: quandoq̄ꝫ dicit̄ merces ſolū quo quis fit dignus laborando. Et hoc modo large hic dicit̄ merces. Et ideo dicit Aug⁹. Accipiant ergo ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Aduerſus p̄ſbyterꝫ agit de correctione preſbyteri dicens q̄ p̄ſbyteri qui bene p̄ſunt duplici honore ſunt honorandi ſed mali ſunt corrigendi. Circa qđ tria facit. Primo dicit q̄ faciliter eorꝫ accuſatio nō admittat̄. Secundo q̄ culpabiles ſunt publice corrigendi ibi. Peccātem ꝛc. Tertio q̄ nō damnent̄ temere ibi. Sine p̄iudicio ꝛc. Dicit ergo. Tu maior p̄ſbyter noli aduerſus preſbyterꝫ ꝛc. Duo ſufficiūt ſi boni ſunt: cui⁹ rō eſt in glo. quia nō eſt facile accuſanda tam alti ordinis p̄ſona q̄ ſit vice xp̄i. Sed hoc nō videt̄ ſufficere quia aliorꝫ accuſatō nō niſi ſub duob⁹ vel trib⁹ teſtibus admittit̄. Deutero. 17. In ore duorꝫ ac triū teſtiū p̄ibit qui occidet̄ ꝛc. Vnde notandū q̄ aliud ē accipe accuſationē ꝛ aliud cōdemnare accuſatum. ſecundū nō debet iudex niſi cum teſtib⁹ cōuictus fuerit dānādus: ꝛ hoc in hoībus ſed in ſacerdotē nec debet accuſationem recipere niſi ſit euideng. ¶ Deinde cū dicit. Peccantē ꝛc. oſtendit quō puniat̄ ſi ſibi ꝓbetur ꝛ primo oſtendit q̄ publice corrigat eū. Secundo adiurat eū q̄ obſuet iſta ibi. Teſtor corā ꝛc. Dicit ergo

Peccantes tam preſbyteros ꝙ quoſcunqꝫ coraꝫ omnibꝰ argue. Et quare? Ut ceteri timoreꝫ habeant. Procedit tamen aliter in correctione fraterna. aliter in iudiciaria. quia iudex gerit perſonā publicā: ꝛ ideo debet intendere bonuꝫ cōmune quod leditur per peccatum publicum qa multi ſcandalizantur. Et ideo iudex eccleſiaſticus ſic debꝫ publice punire vt alij edificent. Eccľs. 8. Quia nō cito ꝓfertur contra malos ſententia abſqꝫ vllo timore filij hominū perpetrant mala. ꝓuerb. 19. Peſtilēte flagellato ſtultus ſapientior erit ꝛc. Nota ꝙ dicit Corā omnibus. Sed contra Mat. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eū inter te ꝛ ipſum ſolum ꝛc. Reſpondet Auguſtinus in gloſa. diſtingue tempora ꝛ peccatū. quia aliud eſt occultū aliud publicū Sed primū indiget occulto remedio. id eſt occulte arguendū. ꝛ de hoc loquit dominus. Unde dicit in te. ſcilicet ſolo. qͣſi occulte. Sed apoſtolus loquit de peccato publico quod publica pena indiget. Et hoc ſignificatur in mortuis quos dominꝰ ſuſcitauit Mat. 9. Puellā intra domū per quod occultū peccatum intelligitur. Unde ꝛ tunc eiecit turbā. ſed Lu. 7 Filiū vidue extra portā coram omnibus. per quod oſtenditur publicū peccatū publice puniendū. ¶ Deinde cum dicit. Teſtor ꝛc. Quia iudex eccleſiaſticus maxime gerit in iudicando perſonā dei. ideo per deum atteſtandus eſt ꝙ iuſte iudicet. Sic eñ debet arguere coram omnibus ꝙ non deſpiciat iudiciū dei. Ubi tria oſtendit. Primum eſt auctoritas diuina. quia deus pater auctoritate iudicabit. ideo dicit corā deo. Geñ. 18. Judicas omnem terrā. Itē chriſtus homo ſicut in iudicio cōparens Joh. 5. Poteſtatē dedit ei iudiciū facere. quia filius hominis eſt ꝛc. Et ideo dicit. Et chriſto ieſu Itē angeli ſicut miniſtri. Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua ꝛ omnes angeli cū eo. tunc ſedebit ſuper ſedeꝫ maieſtatis ſue ꝛc. Ideo addit. Corā angelis Job. 10. Inſtauras teſtes tuos contra me ꝛc. ¶ Deinde cum dicit Sine preiudicio ꝛc. Remouet temerariū iudiciū dicens: Sine preiudicio. vt ſcilicet non temere ꝓcedas: ſed cū deliberatione nihil faciens. ſcꝫ declinando in aliquā ptē. Uel ſine preiudicio. id eſt ſine precedenti diſcuſſione. Ecc̄. 33 Sine iudicio nihil facias graue Job. 29. Cauſam quaꝫ neſciebā diligentiſſime inueſtigabā. alˀs non eſſes medius int̄ partes Exod. 23. Non declinabis in iudicio pauperis. ¶ Deinde cum dicit Manus cito ꝛc. Agit de ꝓmotione ꝛ hoc videtur eſſe ratio primi. Sicut eñ nō debet cito punire: ita nec cito ꝓmouere. id eſt ordinare de facili ad ſacros ordines. Supra. 2. Et hij ꝓbentur ꝓmū ꝛc. Numeri. 11. Cōgrega ad me ſeptuaginta viros de ſenioribus iſrael quos tu noſti ꝙ ſenes ſint populi ac magiſtri. Quaſi dicat. Illos quos tibi cōſtat ydoneos eſſe. Et quare? Neqꝫ cōmunicaueris ꝛc. qꝛ ſi inordinate promoueas ꝛ ex hoc contingat peccatū eis vel in plebe. hoc tibi imputabitur. Uel cōmunicat alienis quia non corrigit cum poteſt. Ro. 1. Digni ſunt morte non ſolū qui faciunt ea ſed etiam qui conſentiunt facientibus Eſa. 52. Pollutum noli tangere. ¶ Deinde cū dicit Teipſū ꝛc. Oſtendit quō habeat ſe ad ſeipſum: ꝛ hoc ſatis rationabiliter. quia contingit ꝙ aliquis ita fert ad alios ꝙ ſe negligit. Unde primo hortatur eū ad caſtitateꝫ. Secundo ex hoc reprimit īmoderatā eiꝰ abſtinentiā ibi. Noli adhuc ꝛc. Dicit ergo Tu q̄ alios debes corrigere Teipm̄ caſtum ꝛc. 1. cor. 9. Caſtigo corpus meum ꝛ in ſeruitutem redigo ne cum alijs predicauero ipſe reprobus efficiar. Iſte ſiquidem thimotheus erat nimie abſtinentie ꝛ ad vitandū carnis peccata corpus macerabat. Eccľs. 2. Cogitans in corde meo abſtrahere a vino carnē meā ꝛc. Et quia propter hoc fuit infirmus totaliter. ideo dicit ei Noli adhuc poſtꝙ es infirmus ꝛc. Et quare? Quia Leuit. 2. Quicquid obtuleris ſacrificij ſale ſcꝫ diſcretiōis condies. Ro. 12. Rationabile obſequiū vr̄m ꝛc. Et ideo dicit. Utere vino ſed modico: non ad ebrietatē. Ecc̄. 31. Exultatio aīe ꝛ cordis vinuꝫ moderate potatū ꝛc. Propter ſtomachū tuū ꝛ frequentes infirmitates tuas. ſcilicꝫ que tibi ex abſtinentia ꝓuenerunt. Gloſa Laborandum eñ eſt vt ſi fieri poteſt ceptuꝫ officiū gradatim ꝓmoueat potius ꝙ per inconſiderationē diminuat. Sed notandū eſt ꝙ ſanabat paulꝰ infirmos ꝛ mortuos ſuſcitabat. ꝛ tamen thimotheum curat cōſilio medicine. per quod dat intelligi ꝙ non ad omnes vtebatur miraculis: ſed quando expediebat propter fidē. ¶ Deinde cum dicit. Quorundam ꝛc. Oſtēdit qualiter intelligenda ſunt duo que dixit. ſcilicꝫ ſine preiudicio nihil in condēnationibꝰ fiendum. Item manus cito ꝛc. Et primo primum. Secundo ſecundum. Quantū ad primum dicit. Quorundam ꝛc. Quaſi dicat. Superius dixi ſine preiudicio ꝛc. Tamen debes adhibere cōſiderationē. quia quedā peccata ſunt notoria. ꝛ hec non indigent examinatione. quedā occulta ꝛ hec indigent. Unde in iſtis vere intelligit ſine p̄iudicio non in primis. quia illa precedunt iudiciū. iſta vero ſubſequunt ſcilicet māifeſtatio per diſcuſſionē nō tūc publicandā prouer. 27. Quomodo in aquis reſplēdent vultus ꝓſpicientiū ſic corda hominū manifeſta ſunt prudentibus. ¶ Secundo dicit Manus cito ꝛc. Quod dicit eſſe intelligendū in non manifeſte bonis. quia ſimiliter facta bona quorundā manifeſta ſunt Mat. 5. Uideant opera veſtra bona ꝛ glorificent patrem veſtrum ꝛc. Joh. 3. Qui autē facit veritatem venit ad lucem vt manifeſtentur eius opera ꝛc. ¶ Que aliter ſe habēt. id eſt q̄ non ſunt manifeſta abſcondi non poſſunt. quia Mat. 10 Nihil opertum qđ nō reueletur ꝛ occultum qđ non ſciatur ꝛc. quia vel in futuro vel etiā hic omnis iniq̄tas manifeſtatur. Et in his non eſt facilis impoſitio.

## Capitulum ſextum.

Q[q] Uicunqꝫ ſunt ſub iugo ſerui: dominos ſuos oīñ honore dignos arbitrētur: ne nomē dñi ꝛ doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habent dominos: nō contēnant. quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiāt. quia fideles ſunt ꝛ dilecti. quia beneficij participes ſunt Hec doce ꝛ exhortare. Si quis aliter docet: ꝛ non acquieſcit ſanis ſermonibꝰ dñi noſtri ieſu chriſti: ꝛ ei que ſ̄m pietatem eſt doctrine: ſuperbus nihil ſciens: ſed languens circa queſtiones ꝛ pugnas verboꝝ ex quibus oriuntur inuidie. contentiōes. blaſphemie ſuſpitiones male. conflictationes hominuꝫ mente corruptoruꝫ. ꝛ qui a veritate priuati ſunt: exiſtimantiū queſtū eſſe pietateꝫ. Eſt aūt queſtus magnus pietas cū ſufficientia nihil eñ intulimus in hunc munduꝫ. haud dubium. quia nec auferre quid poſſumus. Habentes aūt alimenta ꝛ quibus tegamur his contenti ſimus.

Supra apľus thimotheū inſtruxit de vſu ciboꝝ ꝛ de pſonis q̄bus eccľia miniſtrabat alimēta: hic agit de alijs p-

ſonis ad populū eccleſie ꝑtinētib⁹. Et primo de ꝑſonis
infimi ſtatus. Secundo de perſonis maioris ſtatus ibi.
Diuitibus ⁊c. Circa primū tria facit. quia ꝓmo ponit in
ſtructionē de ſeruis. Secūdo arguit contrariā aſſertionē
ibi. Si quis habet ⁊c. Tertio monet vt cōtraria vitet et
ſeruet predicta ibi. Cū aūt ⁊c. Itē ꝓma in duas. qꝛ ꝓmo
oſtendit quid ſit tenendū. Secundo docet hoc eſſe docē-
dum ibi. Hec doce ⁊c. Itē primo oſtendit qualit̄ ſe habe
ant ſerui ad dn̄os infideles. Secūdo qualit̄ ſe habeāt ad
fideles ibi. Qui aūt ⁊c. Dicit ergo. Quicūqꝫ ſerui ſunt
ſub iugo ſcꝫ ꝓpt̄ ſeruilē cōditionē que dicitur iugū ſimi
litudinarie. quia ſicut boues continent̄ ſub iugo vt nō li
ceat eis ire quo velint: ita ſerui ſub dn̄o vt non liceat eis
qđ velint facere Gal. 5. Nolite iterꝝ ſub iugo ſeruitutis
ꝯtineri. ¶ Omni honore. id eſt debita reuerentia Eph.
6. Serui obedite dn̄is carnalibus cū omī timore ⁊ tre-
more in ſimplicitate cordis veſtri ſicut xp̄o ⁊c. Cuius rō
eſt ne nomen ⁊c. Si eīm dn̄i īfideles ſeruos ſuos intui
tu fidei rebelles ſentirēt dānarēt nomē xp̄i ⁊ blaſphema
rēt doctrinā nr̄aꝫ Ro. 2. Nomē xp̄i ꝑ vos blaſphemat̄.
Qui ergo īfideles habēt dn̄os ill̄ obediāt. ne nomē dei
⁊c. Sed quō fidelib⁹? Qui aūt ⁊c. Nō ꝯtēnant qđ qn̄qꝫ
contingit qn̄ familiaritas infimis exhibet̄. ſcꝫ ꝙ erigan-
tur in ſupbiā. ꝓuer. 30 Per tria mouet̄ terra ⁊ quartum
nō poteſt ſuſtinere. ꝑ ſeruū cū regnauerit ⁊c. Et hui⁹ ra-
tio eſt ſm̄ pħm. quia homīes in talibus paralogizāt ꝙ ſi
in vno vident ſe equales credūt ꝙ ſint in oībus equales
⁊ nolūt illis in aliquo ſubdi. ſicut in ciuilib⁹. qꝛ ppl̄s nō
eſt ſubiect⁹. credūt ꝙ ſint totalit̄ eq̄les nobilib⁹. Et ſic
poſſet cōtingere ꝙ ſerui vidētes ſe in aliq̄. ſcꝫ fide equa-
les dn̄is reputēt ſe eq̄les ſimplicit̄. Et ideo dicit. Nō cō
temnāt ⁊c. Et ponit tria. Primū eſt fidei donū. Vn̄ dic̄
Quia fideles ſunt. ⁊ hoc valde magnū eſt. qꝛ ꝑ fidem vi
uit iuſtus. Itē ꝑ eā vincit̄ mund⁹. Secūdū eſt dignitas
diuine dilectiōis. ideo dicit Dilecti ſcꝫ excellētius alijs
creaturis. qꝛ adoptant̄ in filios dei. 1. Jo. 3. Videte q̄leꝫ
charitatē dedit nobis de⁹ pat̄: vt filij dei nominemur ⁊ ſi
mus ⁊c. Tertiū eſt beneficiū gr̄atie. ideo dicit. Quia be
neficij ꝑticipes ſunt. ſcꝫ q̄tū ad ſacramētū dn̄i. 1. cor. 10
Panis quē frangim⁹ nōne cōmunicatio corporis dn̄i eſt.
pſ. Particeps ego ſum oīm timentiū te ⁊c. Hec doce. ſ.
neſcientes ⁊ exhortare vt impleāt ſciētes. Tit. 2. Hec lo
quere ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Si quis ⁊c. Excludit cōtra
riā aſſertionē. Et ꝓmo modū falſe doctrine. Secūdo ra-
dicē ibi Supbus ⁊c. Tertio effectū ei⁹ ibi Ex quib⁹ ⁊c.
Si vis ſcire que doctrina ſit erronea. hoc oñdit ex trib⁹.
Primo ſi ſit ꝯtra doctrinā eccl̄iaſticā. Et ideo dicit. Si
qs alit̄ docet ſcꝫ q̄ ego ⁊ alij apl̄i. q̄tū ad primū Gal. 1.
Si q̄s vobis euāgelizauerit pret̄ id qđ accepiſtꝭ anathe
ma ſit. Doctrina eīm aploꝝ ⁊ ꝓphaꝝ dicit̄ canonica. qꝛ ē
quaſi reḡla intellect⁹ nr̄i. Et ideo null⁹ alit̄ debet doce-
re. Deut. 4. Nō addetis ad verbū qđ loquor vob̄ neqꝫ
auffereris ex eo. Apoc. vlti. Si quis appoſuerit ad hec
apponat deus ſup illum plagas ſcriptas in libro iſto ⁊c.
Quantū ad ſecūdū dicit. Et nō acq̄ſcit ⁊c. Nā dn̄s ihs
venit vt teſtimōiū ꝑhibeat veritati. Joh. 18. In hoc na-
tus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundū: vt teſtimoniū ꝑhibeaꝫ
veritati ⁊c. Et ideo miſſus eſt a patre ſicut doctor ⁊ ma-
giſter. 1. Mach. 2. Ipm audite ſemꝑ. ⁊ ipſe erit vob̄ pat̄
⁊c. Et ideo errone⁹ eſt q̄cūqꝫ non acq̄ſcit ſmoīb⁹ ei⁹. 1.
reg. 15. Quaſi peccatū ariolādi eſt repugnare et q̄ſi ſcel⁹
ydolatrie nolle acq̄ſcere. Et dicit ſanis. qꝛ in xp̄i ſmoni
bus nihil eſt corruptionis. nihil falſitatis vl̄ ꝑuerſitatis
qꝛ ſunt ſermones diuine ſapiētie. ꝓuer. 8. Juſti ſunt ſer
mones mei. nō eſt in eis prauū quid: neqꝫ ꝑuerſum. Re-
cti ſunt ītelligētib⁹. et equi īuenientibus ſciētiā. Quā-
tum ad tertiū ꝓuer. 6. Cōſerua fili mi p̄cepta pr̄is tui et
ne dimittas legē matris tue ⁊c. Vn̄ dicit. Et ei q̄ ſcꝫ pie-
tatē eſt doctrine ſcꝫ eccl̄iaſtice. Hec pietas eſt ꝑ cultū dei
Tit. 1. Scōm agnitionē v̄itatis q̄ eſt ſm̄ pietatē. ¶ Ra
dix autē erroris eſt duplex. ſcꝫ ſupbia affectus: ⁊ defect⁹
intellectus. Quantū ad primū dicit Supbus ⁊c. Dicit̄
autē ſupbia radix erroꝝ duplicit̄. Primo qꝛ ſupbi volūt
ſe itromittere de his ad q̄ nō attingūt. et ideo neceſſe eſt
ꝙ errent et deficiant Eſa. 16. Supbia eius et arrogātia
eius et indignatio eius plus q̄ fortitudo ei⁹ ⁊c. Item qꝛ
nolūt itellectū alteri ſubijcere: ſed innitunt̄ ſue prudētie
et ideo nolūt obedire ſcripture ſacre. Cōtra hoc dicitur
ꝓuer. 3. Ne initaris prudētie tue. ꝓuer. 11. Vbi humili-
tas ibi ſapiētia. Itē defect⁹ intellect⁹ Vbi ſciendū eſt ꝙ
ſicut in corpore ſanitas eſt q̄dā equalitas humoꝝ: ita ve-
ritas eſt q̄dā eq̄litas in intellectu. qꝛ veritas eſt adeq̄tio
rei et intellectus. Vn̄ ſicut infirm⁹ qn̄ nō habꝫ equalita-
tē cōplexionis ad modica ꝯria accidētia ledit̄. ſic in ītel
lectu qn̄ hō nō fundat̄ in veritate: nec habet virtutē per
quā poſſit iudicare veritatē a qualibet q̄ſtiōis difficulta-
te incidit in errorē. Vn̄ dicit. Languens circa q̄ſtiones
⁊c. Sap. 9. Homo infirmus ⁊ exigui tp̄is ⁊ minor ad in-
tellectū iudicij ⁊ legū ⁊c. Sicut dicit boecius ita ſe habꝫ
intellectus ad rationē: ſicut circul⁹ ad centrū. Ratio eīm
diſcurrit cōſiderando actus ac defectus: ⁊ habitudinem
vnius rei ad aliā. Et niſi reſoluat vſqꝫ ad intellectū veri
tatis: vana eſt ratio. Vn̄ qn̄ accipit veritatē rei habꝫ eā
quaſi centrū. Quidā aūt diſcurrūt ⁊ nō attingūt. 2. ibi.
3. Semꝑ diſcentes ⁊ nunq̄ ad ſcientiā veritatis ꝑuenie
tes ⁊c. Et ideo dicit circa queſtiones. id eſt nō ꝑuenien-
tes ad ipm centrū. Et dicit queſtiones. qꝛ in aliquib⁹ du
bitatiōnē fac̄ ex parte rei. in aliq̄bus ex ꝑte verboꝝ ⁊ no-
minū. Et ideo dicit queſtiones q̄tū ad primū ſcꝫ de reb⁹
ſupra. 2. Que q̄ſtiones ꝓſtant magis q̄ edificationē dī
que eſt in fide ⁊c. Quantū ad ſecūdū dicit Pugnas ver
boꝝ. ꝓuer. 19. Qui tm̄ verba ſectatur nihil habebit ⁊c.
Ei dicit Pugnas v̄boꝝ. quia de hac queſtiōe fit diſſen
ſio ex verbis tm̄ orta. qꝛ dn̄s dicit Joh. 8. Si filius vos
liberauerit vere liberi eritis ⁊c. ⁊ Mat. 17. Ergo liberi
ſunt filij. Ex quo volebant ꝙ omnes catholici filij dei eſ
ſent ⁊ filij liberi. Sed eſt pugna verboꝝ. qꝛ dn̄s loquit̄
ibi de libertate ſpirituali nō de carnali. ¶ Deinde cū di-
cit Ex quibus ⁊c. Ponit effectū erroris. Et ꝓmo ponit
ipſum effectū. Secundo manifeſtat quedam que dixerat
ibi. Eſt autē queſtus ⁊c. Itē primo oſtēdit que mala ſe-
quant̄ ex falſa doctrina. Secundo in quib⁹ ibi. Hominū
mente ⁊c. Inter mala vero que ponit. quedā ſunt int⁹ in
corde quedā exterius. Interius ſunt inordinati mot⁹ re-
ſpectu boni vel reſpectu mali. Reſpectu boni eſt inuidia
q̄ eſt triſtitia de bono alieno. Vn̄ dicit Inuidie ⁊c. Qđ
poteſt intelligi vl̄ in ꝓpoſito vl̄ vniuerſalit̄. qꝛ cū aliq̄ la
borant nō ad veritatē ſed ſolūmodo ad v̄ba. nō vident ſi
aliquis preualet. Job. 5. Paruulū occidit inuidia. Iteꝫ
in ꝓpoſito. qꝛ ſi ſerui habent̄ vt liberi ⁊ nō ſubditi domi
ni inuidebunt ⁊ dolebunt ſeruos ſibi equari. Ex inuidia
vero homo inſurgit cōtra ꝓximū cui inuidet. Et hoc eſt
contentio. ꝓuer. 20. Honor eſt homini qui ſe ſeparat a
contentionibus ⁊c. Item contra deū. ⁊ hoc eſt blaſphe-
mia. 2. Pe. 2. Que ignorāt blaſphemātes ⁊c. Reſpectū
vero mali eſt ſuſpicio. Vnde dicit. Suſpitiones male ſci
licet dominoꝝ aduerſus chriſtianos quaſi libertatem ad
lucrum finxerimus. Vel ꝙ ſolū tota doctrina xp̄iana eēt
inuenta vt ſerui fierent liberi Ecc̄. 3. Multos ſupplanta
uit ſuſpicio illoꝝ ⁊ in vanitate detinuit ſenſus illorum
⁊c. Et ex iſtis ſequunt̄ cōſiderationes aduerſus fideles.
Gen̄. 13. Facta eſt rixa int̄ paſtores gregū abraāꝫ ⁊ loth

Sed hoc nõ eſt in cordibus omniũ ſed quorũdã. Et põit tres eoꝝ conditiones. quarũ prima pertinet ad defectuȝ luminis naturalis. Secũda ad defectũ cognitiõis. Tercia ad vitiũ inordinate affectionis. Quãtũ ad primũ dicẽ Hominũ mente corruptoꝝ. id eſt ratione etiã naturali q̃ habent ꝑuerſum iudiciũ. pſ̃. Corrupti ſunt ⁊ abhomiãbiles facti ſunt ⁊c. Quantũ ad ſecundũ dicit. Veritate. ſcȝ cognitionis eius priuati ſunt. Oſee. 4. Nõ eſt veritas ⁊ non eſt miſericordia. et nõ ſcientia dei in terra ⁊c. Quantũ ad tertium dicit. Exiſtimãtiũ ⁊c. Id eſt ꝙ cultus dei ordinetur ad queſtum ⁊ acquiſitionẽ diuitiarum Sap.. 15. Exiſtimauerunt luſum eſſe vitã noſtrã et conuerſationem vite compoſitã ad lucruȝ ⁊ oportere vndecunq̃ etiã ex malo acquirere. Homines ergo huiuſmodi qui hoc credunt defacili contemnũt ⁊ incidunt in mala predicta. ¶ Deinde cum dicit. Eſt autẽ ⁊c. Probat vltimo dictum ſcȝ queſtum eſſe pietatẽ. Et ꝑmo oſtẽdit quomodo pietas habet ſe ad queſtuȝ. Secundo oſtẽdit ꝙ non cõſiſtit in queſtu diuitiaꝝ exterioꝝ ibi. Nã qui volunt ⁊c. Itẽ ꝑmo oſtendit ꝑmum. Secundo rationẽ aſſignat ibi. Nihil enĩ ⁊c. Dicit ergo Iſti dicunt queſtuȝ eſſe pietatẽ. ſed ego dico ꝙ pietas eſt queſtus. ſed illarum diuitiaꝝ que dant ſufficientiã. Et hoc conſiſtit in duob⁹ In vno principalit̃ ſcȝ pietate que ordinat alia in deum et ꝓximum. Et hec ſunt virtutes et dona gratie. Sapi. 7. Infinitus eſt theſaurus hominibus: quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitie dei ⁊c. Secundo in ſuſtentatione vite. Vnde dicit Cum ſufficientia. id eſt in his q̃ ſunt neceſſaria ad vitã. Mat. 6. Querite primuȝ regnũ dei ⁊ iuſticiã eius ⁊c. Supra. 4. Pietas ad oĩa vtilis eſt. ¶ Deinde cũ dicit. Nihil enĩ ⁊c. Aſſignat rationem huius. Et primo ex humana cõditione. Secundo ex ei⁹ neceſſitate ibi Habentes ⁊c. Conditionẽ autẽ ponit q̃tũ ad duo. ſcilicet q̃tum ad principiuȝ. qꝛ nihil intulimus ⁊c. Quaſi dicat. Sufficit neceſſitas nõ ſupfluitas. qꝛ nihil intulimus in hunc mundum. Iob. 1. Nud⁹ egreſſus ſum de vtero matris mee ⁊c. Itẽ q̃tum ad finẽ. qꝛ nihil aufferemus. pſ̃. Dormierunt ſomnũ ſuuȝ: ⁊ nihil iuenerunt omnes viri diuitiaꝝ in manibus ſuis Iob. 27. Diues cum dormierit nihil ſecũ afferȝ. apiet oculos ſuos et nihil inueniet ⁊c. Eccl'ſ. 5. Quomodo venit ſic reuertetur ⁊c. Quantũ ad neceſſitatẽ. quia hec bona ſunt ꝓpẽ neceſſitatẽ: et indiget homo cõtra interiora conſumẽtia. et hec ſunt alimenta. et cõtra exteriora corrũpẽtia: et ſic indiget homo tegumentis veſtiũ et domoꝝ. Heb. vltio. Sint mores ſine auaritia cõtenti preſentib⁹ ⁊c. Ecc̃. 29. Initiũ vite homĩs aqua et panis et veſtimẽtum et dom⁹ protegens turpitudinem.

## Lectio ſecunda.

Nam qui volũt diuites fieri: incidũt in temptationem ⁊ in laquem dyaboli: ⁊ deſideria multa inutilia ⁊ nociua que mergunt homines in interitũ ⁊ ꝑditionẽ. Radix enĩ omniũ maloruȝ eſt cupiditas: quã quidam appetẽtes errauerunt a fide ⁊ inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autẽ o homo dei hec fuge. Sectare vero iuſticiã. pietatẽ. fidẽ. charitatem. patientiam. manſuetudinẽ. Certa bonum certamẽ fidei apprehende vitã eternã: in qua vocatus es ⁊ confeſſus bonã confeſſionẽ corã multis teſtibus. Precipio tibi corã deo qui iuſtificat omnia ⁊ chriſto ieſu qui teſtimoniuȝ reddidit ſub põtio pilato bonã confeſſionẽ: vt ſerues mandatuȝ ſine macula irreprehẽſibile vſq̃ in aduentũ dñi nr̃i ieſu xp̃i.

Supra oſtendit apoſtolus q̃d ſit queſtus chriſtianis expediens quia pietas cũ ſufficientia: hic oſtendit ꝙ querẽtes ſupfluum queſtũ diuitiaꝝ incurrunt dãna multa. Et primo oſtendit mala que ſequunt̃ ex inordinato appetitu diuitiarum. Secundo aſſignat rationẽ ibi. Radix enĩ ⁊c. Mala autẽ que ſequunt̃ ſunt duplicia. Quedã eniȝ oriũtur ex hoſte exteriori. quedã vero a cõcupiſcẽtia interiori ibi. Deſideria ⁊c. Dicit ergo ſimus cõtẽti alimẽtis ⁊c. quia qui volunt ⁊c. Et nõ ad neceſſitatem: ſed ad habundãtiã diuitiaꝝ incidunt ⁊c. Ecc̃. 10. Nihil eſt iniquius q̃ amare pecuniã ⁊c. Eccl'ſ. 5. Qui amãt diuitias fructus non capient ex eis ⁊c. Et ponit duo. ſcȝ temptationes ⁊ laqueũ. quia primo tẽptant inq̃tum diuitie alliciunt et inducunt ad aliqua peccata. 1. theſſal'. 3. Ne forte tẽptauerit vos qui tẽptat ⁊c. 1. cor. 10. Temptatio vos non apprehẽdat niſi humana ⁊c. Et laqueũ. quia diuitie ſunt non habentibus ad temptationẽ: habentibus in laqueũ. quia non libenter reddunt eas quas aufferũt. ꝓuerb. 21. Qui congregat theſauros lingua mendacij vanus et excors eſt ⁊c. Ex parte interiori ponit tria mala. Primo ꝙ incidit in deſideria multa. Perfectio eniȝ hominis eſt ꝙ cor eius congregetur in vnum. quia q̃to aliquid eſt magis vnũ: tanto eſt deo ſimili⁹ qui vere vn⁹ eſt. pſ̃. Vnã petij a dño ⁊c. Sed cõtra hoc patit̃ querẽs diuitias. quia cor eius trahit̃ ad diuerſa. Oſee. 10. Diuiſum eſt cor eoꝝ nunc interibunt ⁊c. Et hoc ideo qꝛ ibi eſt theſaurus tuus ⁊c. Mat. 6. Itẽ ſunt inutilia huiuſmodi deſideria multiplicit̃. Primo qꝛ inutilia ſunt ſpiritualiter. quia diuitie nõ ducunt ad beatitudinẽ Sap. 5. Quid nobis profuit ſuperbia: aut quid diuitiaꝝ iactantia contulit nobis ⁊c. Eccl'ſ. 5. Qui amat diuitias fructus non capiet ex eis ⁊c. Itẽ tẽporalit̃. quia nõ dãt q̃ꝺ promittunt Eccl'. 6. Eſt aliud malũ quod vidi ſub ſole: et quidem frequens apud homines vir cui dedit de⁹ diuitias et ſubſtantiã et honorẽ: et nihil deeſt anime eius ex omnibus que deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem de⁹ vt comedat ex eo. ſed extrane⁹ homo deuorabit illꝺ ⁊c. Tertio ſunt nociua Eccl'ſ. 5. Diuitie conſeruate in malum dñi ſui ⁊c. Et oſtendit quõ ſunt nociue. qꝛ mergunt in interitum. ſcilicet in preſenti. Propter diuitias multi perierunt. Iteȝ in futuro. Vnde dicit. Et perditioneȝ Act̃. 8. Pecunia tua tecũ ſit in ꝑditionẽ. Vel vtrũq̃ refertur ad ſpirituale damnũ. ¶ Interitũ. id eſt mortẽ eternam Ro. 9. Suſtinuit in multa patiẽtia vaſa ire apta in ĩteritũ ⁊c. Et ꝑditionẽ id eſt penã eternã que dicit̃ mors ꝓpter penã damni. quia ſunt quaſi ꝑditi damnati. dum non poſſunt redire in domũ ſuã ſcȝ eternitatis Iob. 21. In diẽ perditionis ſeruabitur mal⁹ et ad diẽ furoris ducetur. ¶ Deinde cum dicit Radix ⁊c. Oſtenditur ratio huius. et hoc ex duobus. ſcȝ ex natura cupiditatis et experientia ibi Quam quidã ⁊c. Dicit ergo incidunt in tẽptationẽ. Quare? Quia radix omniũ maloꝝ ⁊c. Vbi notandũ eſt ꝙ ſ̃m quoſdã cupiditas ſumit̃ triplicit̃. Quãdoq̃ pro auaricia ſ̃m ꝙ eſt ſpeciale peccatũ. ſcȝ inordinatus amor habendi diuitias. Quandoq̃ ꝓut eſt gen⁹ peccatoꝝ omniũ ſ̃m ꝙ importat inordinatũ appetitũ rei tẽporalis. et hoc includit̃ in omni peccato. qꝛ eſt conuerſio ad bonũ cõmutabile. Sed ſic non eſt radix ſed gen⁹ omnium. Tertio modo ꝓut eſt quedam inordinatio animi

ad cupiendū bona tēporalia ĩordinate et hec eſt habitua
le tm̄ peccatum et non in actu .ſed eſt quedam radix oīm
peccatorum . Et dicitur cupiditas radix .et ſupbia initiū
Ecc̄.10. Initiū omnis peccati eſt ſupbia ⁊c. qꝛ ſupbia di
cit corruptionē animi ad recedendū a deo. Arbor autem
a radice habet alimentū ⁊ ſic peccatū ex parte conuerſio=
nis ad bonū cōmutabile ſumit nutrimentuꝫ. Sed credo
ꝙ loquitur de cupiditate ſm qḋ eſt ſpeciale peccatū. Un̄
dicit q volūt diuites fieri ⁊c . Et hec eſt inordinat⁹ amor
pecuniarū. Et ideo dico ꝙ auaricia eſt radix oīm . Oīa
enī peccata conſiſtunt in appetitu .et ideo origo peccato
rū eſt ſm originē appetibiliū. Origo enī appetibiliū ꝓ=
cedit ex fine. Et idō q̄to aliqḋ peccatū hꝫ finē magis de=
ſiderabilē tāto eſt pei⁹. Finis autē alicui⁹ peccati eſt de=
ſiderabilis ꝓpter duo. ſcꝫ ꝓpter ſeipm̄ .et hoc eſt excellē
tia. qꝛ ad hoc homo bonum illḋ vult vt excellat. Et hoc
eſt ſuperbia .et ideo ſupbia eſt initiū oīm peccatoꝝ. Itē
ꝓpter aliud et hoc eſt qḋ ad omnia valet . et huiuſmodi
ſunt diuitie. qꝛ per hoc credūt ſe habere oīa. Ex iſta ꝑ
te auaritia eſt radix omniū malorū . ¶ Deinde cum dicit
Quam quidā ⁊c. Oſtendit idē ꝑ experientiā ⁊ dicit. Ap=
petētes. qꝛ q̄tomagis habent diuitie. tāto magis deſide
rant Eccl̄s.5. Auarus nō implebit pecunia. Et incidūt
p̄mo in dānū ſp̄uale. Un̄ dicit Errauerūt a fide . Cui⁹ rō
eſt. qꝛ ꝑ ſanā doctrinā fidei prohibent mlt̄a illicita lucra
a q̄bus deſiſtere nolūt ⁊ ĩueniūt ſibi aliā doctrinā vbi eis
ſit ſpes ſalutis. Et hoc ſpecialit̄ faciūt vſurarij . Secūdo
qꝛ inſeruerunt ſe doloribus multis etiā in p̄nti. qꝛ ſollici
tudo in acquirēdo: timor in poſſidendo: dolor in amittē=
do. Job.20. Cū ſatiatus fuerit diuitijs artabit. eſtuabit
et omnis dolor irruet in eū ⁊c. Et multomagis in futuro
¶ Deinde cū dicit . Tu autē ⁊c. Monet ad ſequendum
ſanā doctrinā ⁊ vitandū malā. Et p̄mo exponit viā quaꝫ
ſequant̄. Secūdo alligat eū inductione p̄cepti ibi. Pre=
cipio ⁊c. Itē p̄mo hortat̄ ad vitandū peccata p̄dicta. Se
cundo oſtendit quid agat ibi Sectare vero ⁊c . Et qꝛ ſer
uus debet imitari dn̄m ſuū. qꝛ vt dicit Ecc̄.10. Scd̄ꝫ iu=
dicē populi ſic et miniſtri eius . ideo dicit O homo dei .
Quaſi dicat Tu deditus ſeruituti dei. ps̄ . Ego ſeruus
tuus.1. Joh.2. Qui dicit ſe in illo manere debet ſic̄ ille
ambulauit ⁊ ipſe ābulare. Si igit̄ tu es homo dei: debes
facere ſicut xp̄s fecit. Qui vt habet Joh.6. Fugit cū eū
volebāt facere regē Heb.12. Qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſu=
ſtinuit crucē confuſione contēpta ⁊c. Ergo ⁊ tu fuge. ps̄.
Elongaui fugiēs. Quid ergo faciet? Ad duo hortat̄ p̄=
mo ſcꝫ ad ſectādū arma ſpiritualia. Secūdo ad certāduꝫ
in eis ibi. Certa bonum ⁊c. Arma autem ſpiritualia aut
ſunt ad faciendū bonū aut ad maluꝫ tolerandum . Pri=
mum autē eſt vel in cōparatione ad proximū cui per duo
ordinamur. ſcilicet per iuſticiā ⁊ pietatē ſeu miſericordiā
quia primum ſine ſecundo eſt ſeueritas. ſecundū ſine pri
mo eſt remiſſio. Quantū ad primū dicit. Sectare iuſtici
am que cōpetit prelatis Sap.1. Diligite iuſticiā qui iu=
dicatis terrā ⁊c. Itē quantū ad ſecundū dicit. Pietateꝫ
id eſt miſericordiā. puer.20 . Miſericordia ⁊ iuſticia cu
ſtodiunt regē et roborat̄ clementia thronus eius. In cō=
paratione autē ad deū primū eſt quod ꝑficit intellectū fi=
des Heb.11. Sine fide ĩpoſſibile ē placere deo ⁊c. Scd̄ꝫ
affectū eſt charitas.1. Joh.4. Qui mā̄et in charitate in
deo manet et de⁹ in eo. Ad ſuſtinēda mala ſunt due vir
tutes. ſcꝫ patiētia et māſuetudo. qꝛ hō in malo duas paſ=
ſiones inordinatas incurrit ſcꝫ triſticiā inordinatā .et irā
que eſt ex ea. Et ideo patientia eſt ꝯtra ĩmoderatā triſti=
ciā. Luc.21. In patiētia veſtra poſſidebitis animas ve=
ſtras ⁊c. ¶ Deinde inducit eum ad debitum certamen .
Et primo qualiter certet. Secūdo inducit rationē in q̄=

tum milites dupliciť pugnāt. ſcꝫ qn̄qꝫ ad defendendum
qḋ habēt. qn̄qꝫ ad acquirēdum nō habita .et hoc ĩminet
ſanctis. primū vt cuſtodiāt habita ſcꝫ fidem et virtutes.
Et ideo dicit Fidei id eſt ꝓ fide cuſtodiēda Ecc̄.4. Uſ=
qꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia ⁊c. Uel fidei. vt ꝑ fidē vites
peccata.1. Joh.vl. Hec eſt victoria que vincit mundum
fides veſtra ⁊c. Uel fidei. id ē vt alios ad eā ꝯuertas. Et
dicit bonum . id eſt legittimū certamē.1. cor.9. Oīs q̄
in agone cōtendit ab oībus ſe abſtinet. Tunc eſt bonū
qn̄ abſtinet ſe ab omnibus impedimentis.2. thi.4 . Bo
nū certamē certaui ⁊c . Secundo certāt ad acq̄rēdū q̄ nō
habēt. Et hec eſt vita eterna que acq̄rit̄ ꝑ pugnā. Mat.
11. Regnum celoꝝ vim patit̄: ⁊ violēti rapiunt illud Et
ideo dicit Apprehende ſcꝫ quaſi tenēs tuo certamīe vin
cas vel certes certamē fidei. Et quo premio? Ut app̄hē=
das vitā eternā.1. cor.9. Nos autē incorruptā. ¶ Dein
de cū dicit. In quā vocatus es ⁊c. Rationē ponit huius
dicti ſcꝫ App̄hende et cetera . Et primo rn̄det ſecūdo q̄=
ſi dicat . Dicis ꝙ debeo apprehendere ſed non poſſum .
Immo potes quia debet̄ tibi de iure . qꝛ vocat⁹ es in ea
a deo et a rege illius regni. Et idō debes coronari potiſ=
ſime.1. Pe.2. De tenebriſ vos vocauit in admirabile lu=
mē ſuum. Secundo reſpōdet primo Quaſi dicat Certa
bonū certamē. quia dediſti iuramentū intelligētie et idō
nō licet tibi repugnare. Tu autē confeſſus es ⁊c. Id eſt
in conſecratione bonū certamē ꝓfeſſus es . Unde dicit .
Bonā ꝯfeſſionē ꝯfeſſus es. qn̄ ordinat⁹ es in ep̄m.1. cor.
9. Nā ſi nō euāgelizauero ⁊c. vſqꝫ. Diſpēſatio credita ē
mihi ⁊c. Uel ꝯfeſſionē bonā. ſcꝫ p̄dicādo fidē vt eā fues
¶ Deinde cū dic̄ Precipio ⁊c. Obligat eū ad p̄dicta ex
p̄cepto qḋ primo ponit. Secūdo manifeſtat quedā dicta
ibi Quē ſuis ⁊c. In p̄cepto aūt p̄mo teſtes inducit. Se=
cundo cōmendat preceptū. Tertio oſtēdit q̄diu fuet p̄=
ceptū. Teſtes inducit deū patrē ⁊ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m
Dicit ergo Te monui. ſed ne credas ꝙ liceat tibi aliter
facere precipio tibi. ſicut tu debes precipe ſubditis tuis
corā deo. Ad duo induxerat apprehēde in q̄ ⁊ confeſſus
es. Et ideo inducit actorē vite q̄ viuificat oīa. Dic̄ aūt
deo qui eſt tota trinitas q̄ eſt actor vite. Itē hominē xp̄ꝫ
q̄ cōfeſſus eſt ſe eſſe filiū dei qḋ eſt bona ꝯfeſſio fidei no=
ſtre. Itē cōmendat mādatum . qꝛ in ſe iuſtum et rectū et
irreprehēſibile ab alijs Joh.6. Nō inuenietis in lingua
mea iniq̄tatē. Et q̄diu eſt ſeruandū? Uſqꝫ in aduētū dn̄i
ly vſqꝫ dicit finem intentionis. id eſt vt ꝑ obſeruantiam
huius mandati ordines te ad aduentū. Uel vſqꝫ ad mor=
tem tuaꝫ. qꝛ qual̄ eris in illa: talis inuenieris tūc. Mat.
24. Qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finē ⁊c.

## Lectio tertia.

Quem ſuis tēporibus oſtēdet beat⁹
et ſolus potens. rex regum et domi
nus dominantium: qui ſolus habet
immortalitatē, et lucē habitat inacceſſibilē
quem nullus hominū vidit . ſed nec videre
poteſt. cui honor et iperiū ſempiternū amē
Supra apoſtolus ꝓponēs preceptum thimotheo p̄cepit
vt ſeruet predicta vſqꝫ ad aduentuꝫ xp̄i. et ideo agit h̄ de
xp̄i aduentu de quo tria manifeſtat. Primo ꝙ erit tēpo=
re cōgruo. Secūdo ꝙ māifeſtus erit. Tertio oſtēdit acto
rem aduentus. Quantū ad primū dicit. Quē ſuis tēpo
ribus oſtendet.1. Pe.vlti . Uenient in nouiſſimis dieb⁹
in deceptione illuſores ⁊c. Et ideo vult oſtendere ꝙ ſi vi
deatur aduētus tardari: tm̄ ſuo tempore oſtēdet. Eccl̄s .
3. Oīa tēpus habēt. Ecc̄.8. Omni negocio tēpus eſt

et opoꝛtunitas ꝛc. Congruū tēpus eſt finis mundi. quia illud tempus eſt tēpus meſſis ꝛ collectiōis fructus. Et ideo opoꝛtet ꝙ veniat in fine. Quantū ad ſecundū dicit Oſtendet id eſt manifeſtabit. Licet eñ ſit viſibilis ꝗtū ad carnē: tñ virtus eius eſt abſcondita. ſed tunc etiā diuinitas eius erit manifeſta ſanctis. reprobi vero ſolū videbunt gloꝛiā carnis. Sed ꝗtum ad tertiū dicit ꝙ oſtēdet eum de⁹ trinitas. Et circa hoc duo facit. qꝛ pꝛimo deſcribit aduētum xp̄i. Secundo in eius cōmendationē ꝓrumpens laudat eum ibi. Cui honoꝛ ꝛc. Itē circa pꝛimū tria facit. Pꝛimo actoꝛē aduentus deſcribit ex perfecta operatiōe. Secūdo ex ſingulari poteſtate. Tertio ex incōpꝛehenſibilitate nature. Pꝛimū cū dicit Beat⁹ Beatitudo eñ eſt operatio ꝑfecta que eſt ſuꝑme virtutis opatiue optie diſpoſite. Et hec eſt beatitudo noſtra. Dei autē beatitudo eſt qua cognoſcit ſe. Si eñ ſe nō cognoſceret deus nō eſſet beatus. Gregoꝛius. Deus dū ſeipſo ꝑfruitur perfecte gloꝛioſus eſt. Et conuenient actoꝛē huius aduentus dicit ꝙ beatus eſt. quia ad hoc eſt aduentus xp̄i vt nos deducat ad beatitudinē Tob. 13. Beat⁹ ero ſi fuerint reliquie ſeminis mei ad videndū claritatē hieruſalē ꝛc. Quantū ad ſecundū dicit Solus potens. pſ. Potēs es dn̄e ꝛc. Sed quare dicit ſolus? Nunquid nō omnia habēt potentiā immo. ſꝫ ꝑ ꝑticipationē. ſed ſolus deus a ſe eſſentialiť. Unde dicit. Rex regū ꝛc. Ambroſius. Dn̄s eſt nomē poteſtatis et rex ſimiliť. Qui ergo habet dn̄m et regē ſupꝛa ſe eſt ſubiectus poteſtati et talis non eſt potens a ſe ſed ab alio. Si ergo xp̄s eſt rex regum ꝛc. neceſſe eſt ꝙ ſolus habeat potentiā nō ab alio ſed omnes ab eo. Et deſignat duplex potētia dei. ſcꝫ gubernatiua mūdi cū dicit. Rex regū quaſi a regimie dicta ꝓuer. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat oīe malum intuitu ſuo. Itē potentia creandi cum dicit: Dominus dominantiū. pſ. Scitote qm̄ dn̄s ipſe eſt deus ipſe fecit nos ꝛc. Apoc. 19. Et habebat in veſtimēto et in femoꝛe ſuo ſcriptū Rex regū et dn̄s dn̄antium ꝛc. Quantum ad tertiū dicit: Qui ſolus habet īmoꝛtalitatē et lucem habitat inacceſſibilē. Incompꝛehenſibilitas dei ex duobus patet. Pꝛimo quia tranſcēdit quicquid in creaturis eſt cōpꝛehenſibile. Secundo quia hoc ip̄m qđ de⁹ eſt: omniū cōpꝛehenſionē excedit. Pꝛimū cum dicit. Solus. In qualibet eñ mutatione eſt quedā coꝛruptio. q̄a omne quod mutatur inꝗtum huiuſmodi deſinit eſſe tale. Illud ergo ꝓpꝛie et vere eſt incoꝛruptibile quod penitus eſt īmutabile. Quelibet autē creatura in ſe cōſiderata habet aliquā mutationē vľ mutabilitatē. deus autē eſt omnino immutabilis. Sed ſi aliqua creatura eſt īmutabilis. hoc cōuenit ei ex dono gratie. Et ex hoc oſtenditur ꝙ natura dei trāſcendit omne qđ eſt in natura creata Ti. 1. Regi ſeculoꝝ īmoꝛtali ꝛc. Quantū ad ſecundū dicit Lucē ꝛc. Lux in ſenſibilibus eſt pꝛincipiū vidēdi. vñ illud quo aliquid cognoſciť quocunqꝫ modo dicitur lux. Unumquodqꝫ autē cognoſciť ꝑ ſuā foꝛmā ꝛ ſꝫ ꝙ ē actu. Unde ꝗtum habet de foꝛma ꝛ actu: tantū habet de luce. Res ergo que ſunt actus quidam: ſed nō purus lucētia ſunt ſed non lux. Sed diuina eſſentia que eſt actus pur⁹ eſt ipſa lux Joh. 1. Non erat ille lux ꝛc. Deus autē habitat apud ſe. et hec lux eſt inacceſſibilis. id eſt non viſibiľ oculo carnis: ſed intelligibilis. Et tñ nullus intellectus creatus poteſt ad eum accedere. ¶ Notandū eſt tamē ꝙ dupliciter poteſt intellectus accedere ad cognitionē nature alicui⁹. ſcꝫ vt cognoſcat ꝛ vt cōpꝛehendat. Ad compꝛehendendū autē deū impoſſibile eſt intellectū pueniꝛe. quia ſic cognoſceret deū vt cognoſcibilis eſt. De⁹ autem perfecte cognoſcibilis eſt quantū habet de entitate et luce. hec autē ſunt infinita: ergo eſt infinite cognoſcibilis. Uirtus autē intellect⁹ creati eſt finita. Et ideo etiam intellectus xp̄i nō cōpꝛehēdit deū. Sed alius mod⁹ eſt cognoſcendi deū ſcꝫ attingēdo deū. Et ſm̄ hoc null⁹ intellectus creatus ꝑ ꝓpꝛia naturalia attingit ad cognoſcendum id quod eſt deus. Et rō huius eſt. qꝛ nulla potentia poteſt in aliquid altius ſuo obiecto. ſicut viſus ad altius coloꝛe. Pꝛopꝛiū autē obiectū intellect⁹ eſt ꝙ ꝗd eſt. vnde qđ ſuperat qđ quid eſt excedit ꝓpoꝛtionē oīs intellectus. In deo autē nō eſt aliđ eſſe et quidditas ei⁹ Quomodo ergo cognoſcibilis eſt? ergo accedam⁹ ad eū cognoſcendū: hic per gratiā et in futuro per gloꝛiā. pſ. Accedite ad eū et illuminamini ꝛc. Sed qualiter ğ de⁹ habitat lucem inacceſſibilē? ꝛ in. pſ. Nubes et caligo in circuitu eius Exod. 19. Moyſes acceſſit ad caliginē in qua erat deus. Reſpondet dyoniſius Omnis caligo eſt inacceſſibile lumē. Eſt ergo idē qđ hic lumē ꝛ ibi caligo ſed caligo eſt inꝗtum nō videť: lumē vero inꝗtū videť. Sed aliquid eſt inuiſibile dupliciť. Uno modo ꝓpter ſe ſicut opaca. Alio modo pꝛopť excedentiā eius: ſicut ſol ab oculo noctue. Sic quedā ſunt nobis nō conſpicua ꝓpter defectum ſui eſſe: et quedā pꝛopter excedentiā eius et ſic deus nobis quodamodo inacceſſibilis eſt. ¶ Quē nemo ꝛc. Si intelligať de cōpꝛehenſione ſic abſolute verum eſt: etiā de angelis. quia ſolus deus cōpꝛehendit ſe. Si autē de viſione qua attingitur: ſic intelligitur tripľr. Uno modo nemo vidit oculo coꝛpoꝛali. Alio modo ſm̄ eſſentiā oculo mentis viuens in carne niſi xp̄s Exod. 33. Non videbit me homo ꝛ viuet. Tertio modo nemo vidit quid eſt deus ꝑ ſeipſum. Mat. 11. Nemo nouit pr̄ē ꝛc. Mat. 16. Caro et ſāguis nō reuelauit tibi ꝛc. ¶ Deinđ pꝛorūpit in laudē dei dicēs: Cui eſt honoꝛ ꝛc. Et ponit tria. Pꝛimū pertinet ad reuerētie exhibitionē dicēs Honoꝛ qui eſt exhibitio reuerentie Malach. 1. Si ego pater vbi eſt honoꝛ meus ꝛc. Secundū ad refulgentiam bonitatis eius cum dicit. Gloꝛia que eſt clara cum laude noticia que refulget in noticijs hominū et angeloꝝ Eſa. 42. Gloꝛiā meā alteri nū dabo ꝛc. Tertio ad gubernationē cū dicit. Imperiū ſempiternū.

## Lectio quarta.

Diuitibus huius ſeculi pꝛecipe non ſublime ſapere. neqꝫ ſperare in icerto diuitiaꝝ: ſed in deo viuo qui pꝛeſtat nobis omnia abunde ad fruendū. bene agere. diuites fieri in bonis operibus. facile tribuere. communicare. thaſaurizare ſibi fundamentū bonū in futurum vt appꝛehēdant bonam vitam. O thimothee depoſitū cuſtodi deuitans pꝛophanas vocuꝫ nouitates: et oppoſitiones falſi onminis ſcientie: quam quidam pꝛomittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum Amen.

Supꝛa egit de inſtructione perſonarum infimi ſtat⁹: hic redit ad materiā ſuam et inſtruit eū ad inſtruenduꝫ diuites. Et pꝛimo facit hoc. Secundo agit de inſtructiōe thimothei ibi O thimothee ꝛc. Et ſemꝑ quādo inſtruit eū ad inſtructionē alioꝝ monet vt non negligat ſe. Et circa pꝛimū pꝛimo excludit vitia que ſolent in diuitibus abūdare. Secūdo inducit ad bona ibi Bene agere ꝛc. Item circa pꝛimū pꝛimo pꝛoponit vitia que ſolent eſſe in diuitibus. Secundo excludit hec: reddendo rationē hui⁹ ibi In incerto ꝛc. Dicit ergo Diuitibus ꝛc. Diuitie abundantiam impoꝛtāt. Eſt autēꝫ abundantia ſpiritualium ꝛ

hec ſunt vere diuitie Eſa.33. Diuitie ſalutis ſapientia ⁊
ſcientia timor domini ipſe eſt theſaurus eius ⁊c. Que-
dam corporales ⁊ hec nō ſunt vere diuitie quia nō ſuffi-
ciunt. Et ideo dicit cum quadā diminutione huius ſecu
li. Baruch.3. Qui argentū ⁊ auꝝ in quo confidūt homi
nes theſaurizant ⁊c. His ergo precipe. Quando de ſer-
uis egit non poſuit p̄ceptuꝫ. qꝛ hoc eſt virtus ꝙ hō vtat̄
auctoritate ad maiores nō ad minores. Et ideo dicit. Nō
diuitias propter diuitias ⁊ propter ſtatū coꝝ qui preci-
pias. Et quid debet precipere? Nō ſublime ſapere. id ē
non ſentire aliquid excelſum de ſe. Nunquid hoc eſt ma
lum? Reſpondeo. poteſt reddi malū ex duobus. Primo
ſi ſublime ſapit de ſe propter ea que non habēt excellētiā
verā. Et hoc eſt ſi in rebus temporalibus. vnde qui pro-
pter exteriorē excellentiā ſublime ſapit de ſe inordiate ſa
pit. et eſt ſuperbia. Et tamē carnales non aliā ſublimita
tem curant niſi iſtam. et hec acquiri poteſt per diuitias.
Eccl's.10. Pecunie obediunt omnia. Unde quia diui-
tes huiuſmodi hec habent inaniter extolluntur Itē alio
modo. quia ſunt quedā que habent ſublimitatē ſicut do-
na ſpiritualia. Ecc.25. Quāmagnus eſt qui inuenit ſa
pientiā ⁊ ſcientiā ⁊c. In hijs eīn aliquis poteſt inordina
te ſapere ſublimitatē non ex natura donoꝝ: ſed vel attri-
buendo ſibi quod non habet. Uel non recognoſcendo a
deo ea que habet. Unde in primis eſt inordinatio propt̄
defectū rerū. In ſecundis propter inordinationeꝫ affect⁹
Secundum vitium in diuitibus eſt ſpes mundanorum
Unde dicit Neqꝫ ſperare ⁊c. Job.31. Si putaui aurum
robur meū et obrizo dixi fiducia mea ⁊c. Puer.10. Sub-
ſtantia diuitis vrbs fortitudinis eius. ¶ Deinde cum di
cit. In incerto ⁊c. Aſſignat rationem monitionis. In eo
eīn ſperat aliquis vnde credit auxiliū habere. Auxilium
eīn habet a forti. ſed diuitie ſunt fragiles ⁊ ieſtimabiles
Mat.6. Nolite theſaurizare ⁊c. Sed in deo vbi eſt ve-
ra ſpes ponenda Jere.17. Beatus vir qui cōfidit in do-
mino ⁊ erit dn̄s fiducia eius. Jac.1. Dat omnibus afflue̅
ter. Sed hoc quod dicit Abunde ad fruendū dupliciter
poteſt exponi. Uno modo vt fruitio ſumat̄ pro gaudio. ⁊
hoc modo eſt etiā in corporalibus. Uel vt per hec ꝑueni
amus ad fruitionem dei. ¶ Deinde cū dicit Bene agere
⁊c. Monet ad operandū bonū. Qui autē habent affectū
ad diuitias. primo nituntur ad acquirendū non habitas
Secundo vt vtantur habitis. Tertio vt ad finē diuitia-
rum perueniant. Hec tria monet hic ap'ls primo vt acq̄-
rant ſpirituales diuitias quas non habēt. Et ideo dicit.
Bene agere ⁊c. Eſa.1. Diſcite bene facere ⁊c. Quantuꝫ
ad ſecundū ſciendum eſt ꝙ duplex eſt vſus diuitiarum.
Unus eſt tenere et alius eſt dare. ſed principalis eſt da-
re. Et ideo iſta duo ponit. primo vt dent. Unde dicit Fa
cile tribuere id eſt ſine grauitate cordis interius. 2.coꝛ.
9. Non ex triſticia aut ex neceſſitate ⁊c. Et ſine tarditate
Puer.3. Ne dicas amico tuo. vade ⁊ reuertere ⁊ cras da
bo tibi cū ſtatiꝫ poſſis dare Job.31. Si ocl'os vidue expe
ctare feci. Secundo vt cuſtodiat nō quidem tantū ad ſu-
am vtilitatē ſed ad quoddā cōmune. Unde dicit ad cō-
municandū. id ē habere eas ſicut cōmunes. Ro.12. Ne
ceſſitatibus ſanctoꝝ cōmunicantes. Quantū ad tertiuꝫ
vt ad finē theſaurizandi perueniant. ideo dicit Theſau-
rizare ⁊c. Theſaurus ſpiritualis eſt congregatio meri-
torum que ſunt fundamentū futuri edificij quod nob' p̄-
paratur in celo. qꝛ tota preparatio future glorie eſt ꝑ me
rita que acquirimus per gratiā que eſt principium merē
di Mat.6. Theſaurizate vobis theſauros in celo: vbi
neqꝫ tinea ⁊c. 1.coꝛ.9. Sic currite vt comprehendatis.
¶ Deinde cum dicit O thimothee ⁊c. Inſtruit ipm thi-
motheum. Et primo vt bona conſeruet. Secūdo vt ma-
la deuitet ibi. Deuitās ⁊c. Dicit ergo O thimothee de-
poſitum cuſtodi Depoſitū hominis eſt omne bonū quod
habet quilibet quod ſibi cōmiſſum eſt a deo vt conſruet
⁊ multiplicet. Ecc.17. Gratiā hominis quaſi pupillam
conſeruabit. 1.coꝛ.15. Et gratia eius in me vacua nō fu-
it. Et ſic dicit ei vt depoſitū cuſtodiat. id eſt vt ſe in gra-
tia dei conſeruet et multiplicet. Qui eīn abſcōdit talen-
tum punit̄. Et ſpecialit̄ prelati habent depoſitū ſcilicet
curā proximoꝝ et fideliū. Joh. vltimo. Paſce oues me-
as Heb. vltimo. Ipſi peruigilant quaſi rationē reddītu-
ri pro animabus veſtris ⁊c. 2.thi.1. Bonū depoſituꝫ cu
ſtodi. Itē ꝙ mala vitet: precipue illa que ſunt nata coin-
quinare fidem. cui⁹ ratio eſt. qꝛ ſic̄ princeps ſecularis po-
nitur ad cuſtodiendā vnitatē regni: ita ſpiritualis ad ſ-
uandā vnitatē ſpiritualē. Pax autē regni conſiſtit in iu
ſticia. et ideo ille ordinat̄ ad iuſticiā. Sed vnitas eccl'ie
eſt in fide. et ideo principalit̄ monet ad cuſtodiam fidei.
Luc.22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua ⁊c.
Similiter aūt poſſet corrūpi fides per fallaciā ſicut etiaꝫ
quelibet ſciētia. Sed ſicut dicit̄. 1.elenc̄. Fallacia qn̄qꝫ
fit ex voce quandoqꝫ ex re. Un̄ eſt fallacia in dictione et
extra dictionē. Et ſic fides aliquando corrumpitur ꝑ ali-
quas voces inordiātas ſicut dicit Hieronym⁹ ꝙ ex ver-
bis inordinate prolatꝭ fit hereſis Et ideo dicit Propha
nas ⁊c. Quia non velle audire aliquid noui eſt oblatra-
re contra conſuetudines. Sed noua prophana non ſunt
audienda Sed prophana nouitas eſt quando inducitur
aliquid contra fidē. Et dicitur nouum ad id quod eſt an
tiquū. Hoc fecit neſtorius quādo dixit de virgine maria
chriſtotochos. vt inferret ꝙ non eſſet mater dei. Et ideo
ſancti patres in epheſino concilio inſtituerunt ꝙ diceret
theotochos. 2.thi.1. Formam habens ſanorū verborum
que a me audiſti in fide ⁊ dilectione in chriſto ieſu. Et ca
pitulo ſecūdo. Prophana et vaniloqa deuita ⁊c. Quā-
doqꝫ vero corrumpit̄ per rationes reales et ſophiſticas.
Et iſtud vitandū eſt. Et dicit Per oppoſitiones ſcientie
falſi nominis. quia non eſt vera ſcientia: ſed apparens.
Scientia eīn ſcd̄m propriam rationē non eſt niſi veroruꝫ
Impoſſibile autē eſt ꝙ verū ſit vero cōtrariū. licet quā-
doqꝫ duo falſa ſint ſibi contraria. et ideo impoſſibile ē ꝙ
illud quod repugnat veritati diuine que eſt ſumma veri
tas ſit verū. Col.2. Uidete ne quis vos decipiat ꝑ phi-
loſophiā ⁊ inanē fallatiā ſm̄ traditionē hominū: ſcd̄ꝫ ele
menta mundi ⁊ non ſm̄ xp̄m ⁊c. Promittētes. id eſt di-
centes ſe habere. Jere.10. Stultus factus eſt oīs ho-
mo a ſcientia ſua. Que non eſt dei. quia qui loquitur mē
dacium ex proprijs loquit̄. Joh.8. Jere.2. Filij mēphe
os ⁊ taphneos cōſtuprauerūt te vſqꝫ ad verticē ⁊c. Eſa.
47. Sapientia tua et ſcientia tua hec decepit te ⁊c. Gra
tia dei tecum Amen

¶ Explicit profunda et ſubtil' explanatio mirifici docto-
ris ſanctiſſimi thome aquinatis ordinis fratrum predica
torum ſuꝑ prima epiſtola glorioſi gentium apoſtoli pau-
li ad timotheum.

¶ Incipit deuotiſſima expoſitio eiuſdem angelici doctoris glorioſi thome aquinēſis ordinis fratrū predicatorū ſuꝑ ſecūda ep̄la eiuſdem ſanctiſſimi pauli gentium apoſtoli ad Timotheum.

# Nocte et die

n

Eſtu vrebar ⁊ gelu ⁊c. Geneſ. 31. Verba ſūt iacob oſtēdētis ⁊ cōmēdātis curam paſtoralem ac paſtorale officiū. In qbꝰ circa hoc officiū tria ponūt̄ ſcʒ aſſiduitas: patiētia ſollicitudo. Primū eſt qꝛ ſine itermiſſiōe dʒ curā gregis gerere. Vñ dic̄. Nocte ⁊ die Nocte orādo: die erudiēdo Eſa. 21. Suꝑ ſpeculā dn̄i ego ſū ſtans iugit̄ ꝑ die: et ſuꝑ cuſtodiam ego ſum ſtans totis noctibus. Vel per diem id ē tempore proſperitatis: ⁊ per noctē id eſt tempore aduerſitatis. In quibus prelatus debet reſpicere curā gregis. 2. Cor. 6. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris ⁊c. Prouer. 17. Omni tēpore diligit qui amicus ē ⁊c. Secundū ē quia maxime prelato patientia neceſſaria eſt Debet enim prelatus propter gregis ſalutē omnia ſuſtinere. 1. Io. 10. Bonꝰ paſtor animā ſuam dat pro ouibus ſuis ⁊c. Prouer. 19. Doctrina viri per patientiā noſcit̄. Unde dicit. Eſtu id eſt feruore inſtantis perſecutionis. Iac. p̄mo. Exortus ē ſol cum ardore ⁊ arefecit fenuʒ ⁊c. Gelu id eſt timore futurorū. 2. Cor. 7. Foris pugne intus timores ⁊c. Tertium eſt quia preeſt in ſollicitudine vt dicitur Roma. 12. Et hoc expellit ſomnū negligentie Unde ſubdit̄ Geñ. 31. Fugiebatq; ſomnus ab oculis meis. Prouer. 6. Diſcurre feſtina ſuſcita amicū tuū ne des oculis tuis ſomnū ⁊c. Recte ergo hec verba materie huius epiſtole conueniunt. In prima enim inſtruit eum de ordinatione eccleſiaſtica. In hac autem ſecunda agit de ſollicitudine tanta paſtorali vt etiam martyrium ſuſtineat pro cura gregis vt patet in prologo.

## ¶ Capitulū primum

p

Paulus apoſtolus ieſu xp̄i ꝑ voluntatē dei ſm̄ promiſſionē vite que ē i xp̄o ieſu: Timotheo chariſſimo filio: gr̄a ⁊ miſericordia ⁊ pax a deo pr̄e noſtro ⁊ xp̄o ieſu domino noſtro.

Diuiditur autem hec epiſtola in ſalutationem ⁊ narrationem: ſecunda ibi. Gratias ago ⁊c. Item primo ponitur perſona ſalutans. Secundo perſona ſalutata. Tertio bona optata. Perſona ſalutās deſcribit̄ ex noīe paulus qḋ ſonat modicitatē qḋ ei cōpetit ꝑpter humilitatē mentis ⁊ tribulationem que faciunt hominem paruum. In tantum q; chriſtus d̄r minoratus ꝑpter paſſiones. Heb. 2. Eum qui in modico ab angelis minoratus ē ⁊c. Itē ex dignitate quā primo ponit. Scḋo dignitatis originem. Tertio fructū. Dignitas ē magna qꝛ ē ap̄ls. i. miſſus a xp̄o. Luc. 6. Elegit duodecim ex ipſis quos etiā ap̄los noīauit ⁊c. Hanc dignitatē adeptꝰ ē qꝛ plus oībus laborauit. 1. Cor. 15. ⁊ Gal̄. 2. Qui operatus ē petro in apoſtolatū circūciſionis opatus ē ⁊ mihi inter gētes ⁊c. Origo ap̄latus ē volūtas dei. Vñ dicit. Per voluntateʒ dei quā quidā preueniūt quia ſe ingerunt: contra quos dicit̄ Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honoreʒ: ſed q̄ vocatur a deo tanq; aaron ⁊c. Itē quidā ꝑmittunt̄ propter peccata populi. Iob. 34. Qui regnare facit hominē ypocritā propter peccata populi ⁊c. ſed hic ꝑ volūtatē dei. Nō dicit qꝛ nō ꝑ volūtatem ſuā. Fructꝰ aūt nō eſt aliq̄d terrenuʒ ſed ſm̄ ꝓmiſſiōem. i. ad cōſequēdā vitā eternā ꝓmiſſā a xp̄o. Hic dʒ eſſe finis p̄latoꝝ. 1. Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilē coronā accipiāt: nos autē incorruptā. Dañ. 12. Qui ad iuſticiā erudiunt multos quaſi ſtelle i perpetuas eternitates ⁊c. Perſona ſalutata ē timotheus filius eius ab eo cōuerſus. Act. 16. Chariſſimꝰ qꝛ ſibi vnanimis. Phil̄. 2. Neminē habeo tam vnanimē. ⁊c. Bona optata ſunt tria ſcʒ gr̄a ꝑ quā ē remiſſio pctōꝝ: miſericordia ꝑ quā cōſequimur finale bonū Pax. Glo. i. tranquillitas mentis: hec competit p̄lato qui ad hoc ponitur vt pacē ꝓcuret. Io. 20. dixit dn̄s. Pax vobis. Et precepit intrantibꝰ domū pacē offerre ei vt habetur Mat. 10. Et hoc a deo pr̄e qui ē dator oīs boni. Iac. p̄mo. Iteʒ a ieſu xp̄o qui eſt mediator inquātū hō dei ⁊ homī 2. Pe. p̄mo. Per quē maxima nobis ⁊ p̄cioſa ꝓmiſſa donauit

## Lectio ſecunda.

g

Gratias ago deo meo: cui ſeruio a ꝓgenitoribꝰ meis in cōſcientia pura q; ſine intermiſſione habeā tui memoriā in orationibꝰ meis nocte ac die deſiderans te videre. Memor lachrymaꝝ tuaꝝ vt gaudio implear. Recordationē accipiēs eius fidei que ē in te nō ficta: que ⁊ habitauit primū in auia tua loide: ⁊ matre tua eunice: certus ſum autem q; ⁊ in te.

Hic incipit ep̄l'aris narratio in q̄ p̄mo munit eū ꝯtra preſentes ꝑſecutiones. Scḋo cōtra futura ꝑicula eccl'ie. 3. cap̄. ibi. Hoc aūt ſcito ⁊c. Itē p̄mo inducit ad inſtantiaʒ p̄dicatiōis q̄ tunc erat cā ⁊ occaſio ꝑſecutiōis. Secundo hortat̄ ad ſuſtinēdas tribulationes ꝑpter xp̄m ibi. Tu ergo ⁊c. 2. cap̄. Itē p̄mo ꝯmemorat bōa ipiꝰ timothei. Scḋo hortat̄ eū ad vſū hoꝝ bonoꝝ ꝑ inſtantiā p̄dicationis ibi. Per quā ⁊c. Tertio ponit ſe in exēplū ibi. In q̄ poſitꝰ ſū ⁊c. Itē p̄io ponit affectū quē habebat ad timotheū. Scḋo ponit bōa huiꝰ q̄ ꝓuocabant eū ad hmōi affectū ibi. Memor ⁊c. Affectus oſtendit̄ ꝑ duo ſcʒ ꝑ orationē ⁊ deſideriū. Et iō gratias agit deo de affectu quem hʒ ad timotheū qꝛ ē charitatis ⁊ charitas ē p̄ncipale donum. Quaſi dicat. Reputo me gr̄am ꝯſecutū q; ſic ſincerū affectū habeo ad te. Et dicit. Deo meo cui ſpēaliter ſeruio a ꝓgenitoribꝰ meis: nō a parentibꝰ carnalibꝰ: qꝛ p̄me Thy. i. Xp̄s venit pctōres ſaluos facere quoꝝ primus ſum ego: ſʒ ſeruitio deriuato a ꝓgenitoribꝰ meis. ſ. p̄triarchis ⁊ ꝓphetis qui deo ſincere ſeruierunt. Et d̄r a ꝓgenitoribꝰ: qꝛ filij facilꝰ imitant̄ ꝑfectionē paternā: tū qꝛ inſtruūt̄ ab eis vt thobias: tū qꝛ etiā hō facilꝰ imitat̄ amicos. Et quō ſeruio eis: In ꝯſcia pura: quia vt habet̄ Abac. i. Mūdi ſūt oculi tui dn̄e ne videāt malū ⁊ reſpicere ad iniq̄tatē nō poteris ⁊c. 2. Cor. p̄mo. Glia nr̄a hec hec ē teſtimoniū ꝯſcie nr̄e. De quo agit gr̄as: qꝛ ſine intermiſſione ſiue die proſperitatis ſiue nocte aduerſitatis oro ꝓ te. Itē ex deſiderio. iō dicit. Deſiderās te videre. ſcʒ ꝑpter cōſolatōeʒ vtriuſqʒ. Ro. i. Deſidero eñ videre vos ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Memor ⁊c. oñdit bona q̄ erāt i timotheo. Et p̄mo cōmēorat affcm̄ eiꝰ ad ſe. Scḋo fidē ad deū ibi. Recordatiōʒ ⁊c. Dicit ergo. Memor lachrymaꝝ q̄s effudit qñ diſceſſit epheſū ab eo paratꝰ ad martyriū. Vel lachrymaꝝ q̄s fudit in ōronibꝰ: ⁊ hoc vt gaudio iplear. i. hec mēoria replet me gaudio Phil̄. 2. Implete gaudiū meū ⁊c. ¶ Itē memor fidei ad deū. Fi

dem eius. primo cõmemorat. Scḋo oſtendit eam a pa-
rentibꝰ deriuatã ⁊ nõ nouiciã. Dicit ergo. Recordatio-
nem ⁊c. Fides neceſſaria eſt prelato qui ē fidei cuſtos.
Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Et dicit.
Nõ fictã. Uera enĩ ꝑ opera bona ē. Jac. 2. Oſtende mi
hi ſine opibus fidem tuam: ego oſtendã tibi ex operibꝰ fi
dem meã. 1. Timo. 1. Finis pcepti ē charitas ⁊c. Sap.
pmo. Effugiet fictũ ⁊c. ¶ Et hec non noua: ſed habita-
uit primũ in auia tua ⁊c. Act. 16. dicit ꝙ fuit filius mu-
lieris vidue. Certus autem vel per reuelatienem vel per
indicia ꝙ ⁊ in te.

## Lectio tertia.

P Ropter quã cãm ammoneo te vt re-
ſuſcites grãm dei que eſt in te ꝑ im-
poſitionē manuũ mearũ. Nõ enim
dedit nobis deus ſpiritũ timoris: ſed virtu
tis ⁊ dilectionis ⁊ ſobrietatꝭ. Noli itaqꝫ eru
beſcere teſtimoniũ dñi nr̃i: neqꝫ me vinctuꝫ
eius: ſed collabora euãgelio ſm virtutē dei
qui nos liberauit ⁊ vocauit vocatiõe ſua ſã
cta: nõ ſm opa nr̃a: ſed ſm ꝓpoſitũ ſuum et
grãm q̃ data ē nobis in xp̃o ieſu ante tpa ſe-
cularia. Manifeſtata ē aũt nũc ꝑ illuminati
onē ſaluatoris nr̃i ieſu xp̃i. qui deſtruxit q̃-
dem mortem: illuminauit autē vitam ⁊ in-
corruptionem per euangelium.

Supra ꝯmẽdauit eũ de bõis gratuitꝭ: hic hortat̃ ad vſũ
gratuitoꝝ ſibi datoꝝ p̃cipuei p̃dicatõe euãgelij. Et prio
monet generalit̃ ad vſũ date ſibi grĩe. Scḋo ſpecificat q̃
lis ſit vſus grĩe ibi. Noli itaqꝫ erubeſcere ⁊c. Itē primo
ponit monitionē. Scḋo eiꝰ rõnē ibi. Nõ eĩn dedit nobis
⁊c. Dicit ergo. Fides non ficta in mr̃e ⁊ auia ⁊ in te eſt.
Propter quã cãm ⁊c. Grã dei ē ſicut ignis qui qñ obte-
gitur cinere nõ lucet: ſic grã obtegit̃ in hoĩe ꝑ torporem
vel humanũ timorē. Uñ ⁊ timotheꝰ effectꝰ puſillanimis
torpuerat circa p̃dicationē. Et iõ dicit. Reſuſcita grãm
ſopitã. 1. Theſ. 5. Spũm nolite extinguere. Et addit.
Que ē in te ꝑ impoſitionē manuũ meaꝝ a q̃ ſcꝫ ordinatꝰ
erat epũs. In qua manꝰ impoſitione data ē ei grã ſpiritꝰ
ſancti. ¶ Deinde cũ dicit. Nõ eĩn ⁊c. ponit̃ rõ monitio-
nis ⁊ ſumit̃ ex cõditione diuinoꝝ muneꝝ. Qui eĩn acci-
pit munus operat̃ ſm cõgruentiã muneris: ergo ſm con
ditionē diuinoꝝ munerũ debemꝰ deo ſeruire. Eſt auteꝫ
duplex ſpũs huiꝰ mundi Et horum diſtinctio ē: ſpiritus
eĩn ſignificat amorē qꝛ nomē ſpũs impulſionē importat:
⁊ amor impellit. Duplex aũt ē amor: ſcꝫ dei ⁊ hic ē ꝑ ſpi-
ritũ dei ⁊ amor mundi ⁊ hic eſt ꝑ ſpm̃ mundi. 1. Cor. 2.
Nõ eĩn accepimꝰ ſpm̃ huiꝰ mũdi ⁊c. Spũs aũt mũdi fa-
cit amare bona mundi ⁊ timere mala tẽporalia: ⁊ iõ dic̃.
Nõ eĩn dedit nobis deꝰ ſpm̃ timoris ſcꝫ mundani: quia
hũc deꝰ aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos qui
occidunt corpus ⁊c. Eſt aliꝰ ſpũs timoris dñi ⁊ ſanctus
et iſte facit vt timeat̃ deꝰ: hic aũt ē ſine pena ⁊ ſine offen-
ſa ⁊ hic ē a deo. Mat. 10. Timete eũ q̃ põt ⁊ aĩaꝫ ⁊ corpꝰ
ꝑdere in gehennã. Et addit: ſed virtutis qꝛ ꝑ ſpm̃ ſctũ
dirigimur in malis ⁊ hoc ꝑ virtutē ſcꝫ fortitudinis ꝯtra
aduerſa mũdi. Luc. vlt̃. Sedete in ciuitate donec indu
amini virtute ex alto. Itē dirigimur in bonis qꝛ quãtum
ad affectionē ordinamur ꝑ dilectionē charitatis duꝫ q̃s
oĩa que diligit refert in deũ. Uñ dicit ſed dilectionis. 1.
Jo. 3. Qui nõ diligit manet in morte. Itē q̃tũ ad bona
exteriora ⁊ ideo dicit. Et ſobrietatis id ē oĩs tẽperantie
ſeruando debitũ modũ ⁊ menſurã: vt ſcꝫ tẽperate vtãtur
bonis mundi. Tit. 2. Sobrie ⁊ iuſte et pie viuamus in
hoc ſeculo ⁊c. 1. Thi. 3. Oportet epm̃ e ē irrep̃henſibilē
vnius vxoris virũ ſobriũ ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Noli ⁊c̃
ſpecificat vſũ grĩe: et pmo excludit cõtraria huic vſui. Se
cundo hortat̃ ad vſũ grĩe ibi. Sed collabora ⁊c. A ſolita
autē p̃dicatione poterat impediri ꝓpter duo. Prio per
erubeſcentiã. Scḋo ex pẽa apl̃i quã patiebat̃ propt̃ euã
geliũ: et iõ q̃tũ ad primũ dicit. Noli itaqꝫ ſcꝫ ex quo ha-
bes ſpm̃ fortitudinis erubeſcere ⁊c. Predicatio eĩn xp̃i
ſi referatur ad ſapiam mundi videbat̃ ſtulta vnde erube
ſcentiã habere videbat̃. 1. Cor. 1. Nos aũt p̃dicamꝰ xp̃m
crucifixũ iudeis quidē ſcandalũ: gentibꝰ aũt ſtulticiã ⁊c.
Ro. pmo. Nõ eĩn erubeſco euãgeliuꝫ Luc. 9. Qui me
erubuerit et meos ſermones hũc filiꝰ hoĩs erubeſcet. ⁊c̃.
¶ Quantũ ad ſecũdũ ſciendũ ē ꝙ ſi latro videt aliquem
ſuſpenſũ erubeſcit ſe confiteri ſociũ eiꝰ. Sic qꝛ apl̃s erat
vinctus poterat eũ timotheꝰ erubeſcere: et iõ dicit Neqꝫ
me vinctũ eiꝰ. Ephe. 6. Pro quo legatiõe fungor in ca-
thena. Eccl̃. 4. Nõ reuerearis ꝓximũ tuũ in caſu ſuo ⁊c.
¶ Deinde cũ dicit. Sed collabora ⁊c. hortat̃ ad vſũ grĩe
et primo in generali. Scḋo oſtendit ex qua fiducia hunc
vſum aggrediat̃ ibi. Scḋm virtutem ⁊c. Hic manifeſtat
qḋ dixit ibi. Non ſcḋm ⁊c. ſed collabora. Dicit ergo ne
erubeſcas ſed ſimul mecũ labora. 1. Cor. 3. Unuſqſqꝫ ꝓ
priã mercedē accipiet. Et dicit euangelio qḋ põt eē abla
tiui caſus et hic ĩ euãgelio p̃dicãdo datiui caſus et ſic ad
laudē euãgelij et vt ſcꝫ creſcat. Sap. 3. Bonoꝝ laboruꝫ
glioſus ē fructꝰ ⁊c. Et hoc cũ fiducia nõ ꝓpria qꝛ nõ ſuf
ficientes ſumꝰ cogitare aliq̃d a nobis: q̃ſi ex nobis. ⁊c.
Sꝫ ſm dei virtutē id ē habẽdo fiduciam de virtute dei.
Eſa. 40. Qui dat laſſo virtutē et his qui non ſunt forti
tudinē et robur multiplicat. Hec virtus mãifeſtat̃ ꝑ duo
ſcꝫ q̃tũ ad effectũ qꝛ liberamur a malis. Et iõ dic̃. Qui
nos liberauit. 1. Eſḋ. 8. Liberauit nos de manu inimi-
ci et inſidiatoris in via. Jo. 8. Si filius vos liberauerit
Et quantum ad hoc ꝙ vocat nos ad bõa. Et vocauit vo
catione ſua ſancta: quia vocat ad ſanctificanduꝫ. Ro. 8.
Quos p̃deſtinauit hos et vocauit. 1. Pe. 2. Qui de te-
nebris nos vocauit in admirabile lumē ſuum. Et mani-
feſtat quedã que dicit dicẽs. Nõ ſm opa ⁊c. vbi oſtẽdit
ꝙ ꝑ virtutē dei liberati ⁊ vocati ſumꝰ nõ ꝑ humanã. Et
pmo oſtendit cãm vocationis nr̃e ⁊ liberatiõis eē a deo
Scḋo ꝓceſſũ cãe ibi Que data ē ēt ⁊c. Tertio ꝯmẽdat
datorē cauſe ſcꝫ grĩe ⁊ eiꝰ cõſeruatorē ibi. Qui deſtruxit
⁊c̃. Dicit ergo vocauit nõ ꝑ nr̃am virtutē qꝛ ſcꝫ non per
opa nr̃a que ſunt effectꝰ virtutis. Tit. 3. Nõ ex opibus
iuſticie q̃ fecimꝰ nos ſꝫ ſm ſuã miſericordiã ſaluos nos fe
cit ⁊c. ſed virtutis eiꝰ. Eſt aũt duplex cã hũane ſalutis q̃
ē a deo. Una ē eterna ſcꝫ eiꝰ p̃deſtinatio. Alia ē tẽporal̃
ſcꝫ grã iuſtificans. Quantũ ad pmũ dicit. Scḋm ꝓpoſi
tũ id ē p̃deſtinationē q̃ ē ꝓpoſitũ miſerendi. Ephe. pmo
Opat̃ oĩa ſm ꝓpoſitũ voluntatis ſue. Ro. 8. His q̃ ſm
ꝓpoſitũ vocati ſũt ſancti ⁊c. Quantũ ad ſecũdũ dicit. Et
grãm. Ro. 3. Juſtificati gratis ꝑ grãm ipſius ⁊c. ¶ Cir-
ca ꝓceſſum grĩe primo oñdit quõ eſt p̃parata grã. Scḋo
quõ collata. Tertio ꝑ quē. Primũ oñdit cũ dicit. Que
data eſt ⁊c. i. ꝓuiſa ē nobis dari añ tpa ſecularia ſicut di-
cit phs. Seculum nihil aliud ē q̃ menſura durationis
aliquarum rerum: vnde diuerſa ſecula diuerſe ſunt eta-
tes hominũ. Unde vnum ſeculũ durat mille annis quia
homo dicit̃ viuere q̃diu eſt in memoria hominũ que nõ
excedit mille annos. Tempora ergo ſecularia ſunt q̃ mē
ſurãt res mutabiles ⁊ hec inceperunt cum mundo ſꝫ pre
deſtinatio ante mundũ. Ephe. 1. Elegit nos in ipſo ante

conſtitutionem mundi ꝛc. Et dicit. In xp̄o ieſu: quia nō ſumus electi vt ſaluemur ꝓprijs meritis: ſed per gratiā xp̄i: quia ſicut p̄deſtinauit ſalutem noſtram ita modum ſalutis noſtre. Joh. p̄mo. Gratia ꝛ veritas per ieſuʒ xp̄m facta ē: Sʒ hec p̄deſtinatio prius erat occulta ſed nūc eſt manifeſta: ꝛ quomodo: ſicut ꝯceptus cordis per opa: vnde nunc in effectu operis ſuis electis manifeſtauit ꝑ illuminationē proprie loquit̄. manifeſtare enī eſt in lucē ducere Job. 18. Abſcondita ꝓduxit in lucem. Sic ergo manifeſtata ē per hoc ꝙ miſit xp̄m nos illuminantē Eſa. 60 Surge illuminare hieruſalem quia venit lumen tuum. ꝛc. Luce p̄mo. Illuminare his qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis ſedent ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Qui deſtruxit ꝛc. cōmendat xp̄m illuminatorem ꝛ primo eiꝰ virtutem quantū ad mala que abſtulit. Secūdo quantū ad bona que cōtulit. Dicit ergo xp̄s ꝓpter hoc ꝙ ꝓ nobis paſſus ſatiſfecit deo pro peccatis noſtris. p̄me Pet. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuꝰ ē ꝛc. Et peccatū erat cauſa noſtre mortis corporalis Roma. 6. Stipēdia enim peccati mors: ꝛ ideo deſtruendo peccatum deſtruxit mortem. Oſee. 13. Ero mors tua o mors ꝛc. Cōtulit etiam perfecta bona. primo anime in preſenti ꝑ gratiam fidei. Abac. 2. Juſtus meus ex fide viuit. Sed ē imperfecta hec vita ſed perficietur in gloria. Jo. 17. Hec ē vita eterna vt cognoſcant te ꝛc. Secūdo mortalitateʒ carnis reſultantem ex gloria aīe. 1. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem ꝛc. Joh. 10. Ego veni vt vitam habeant ſcʒ iam per gr̄am et abundantius per gloriā in futuro. Itē ibidē Oīs qui viuit ꝛ credit in me nō morietur in eternū.

Lectio quarta.

In quo poſitus ſum ego p̄dicator et apoſtolus ꝛ magiſter gentium. Ob quā cām etiā hec patior ſed nō confundor. Scio enī cui credidi ꝛ certus ſum: qꝛ potēs ē depoſitū meū ſeruare in illū diē. Formā habe ſanoꝝ verboꝝ que a me audiſti in fide ꝛ in dilectione in xp̄o ieſu. Bonuʒ depoſitū cuſtodi ꝑ ſpiritū ſanctū qui habitat in nobis. Scis enī hoc ꝙ auerſi ſūt a me oēs qui in aſia ſunt: ex quibus ē philetus ꝛ hermogenes. Det miſericordiā dominꝰ oneſifori domui: quia ſepe me refrigerauit ꝛ catenā meā non erubuit: ſed cū romam veniſſet ſollicite me q̄ſiuit ꝛ inuenit. Det illi dn̄s inuenire miſericordiam a deo in illa die. Et quanta epheſi miniſtrauit mihi: tu melius noſti.

Supra monuit ad ſollicitā xp̄i predicationem: hic inducit ad hoc per ſui exemplum ꝛ primo ponit hoc. Secūdo inducit ad ſui ſequelam ibi. Formā habens ꝛc. Tertio oſtendit ſequendi neceſſitatem ibi. Scis hoc ꝛc. Itē primo ponit ſuū officiū. Secundo oſtendit que patitur pro ſui officij executione ibi. Ob quā cauſam ꝛc. Tertio ſpei certitudinem ibi. Scio enim ꝛc. Deſcribit autem officiū ſuum tripliciter: quia dicit ſe predicatorem ad excitāduʒ ad bonos mores. infra. 4. Predica verbum. inſta oportune importune ꝛc. Marc. vltimo. Predicate euāgeliū omni creature ꝛc. Apoſtolū ad regendū eccl̄iam qꝛ apoſtoli ſunt prelati eccleſie. Gal. 2. Qui operatus ē petro ī apoſtolatū circumciſionis operatus ē ꝛ mihi inter gētes ꝛc. Et magiſtrum inſtitutū ad docendū fidei ſanitatem ꝛ cognitionē dei. 1. Timo. 2. Doctor gentium in fide et in veritate. Johel. 2. Filij ſyon exultate ꝛ letamini in dn̄o deo noſtro qui dedit vobis doctorem iuſticie ꝛc. Sʒ dicit in quo poſitus ſū ego ꝛc. Ubi nota tria. Prīo ꝙ ip̄e nō aſſumpſit ſibi ſed ab illo poſitus ē Heb. 5. Nemo aſſumit ſibi honorē ſed qui vocatur a deo tanꝙ aaron ꝛc. Scd̄o in poſitione deſignat̄ ordo: item firmitas quia ſm̄ ordinem rōnis inſtitutus firmiter manſit. Joh. 15. Poſui vos vt eatis ꝛ fructum afferatis ꝛ fructus veſter maneat ꝛc. Judic. 5. Stelle manentes ī ordine ꝛ curſu ſuo ¶ Deinde cum dicit. Ob quā cām ꝛc. oſtendit que patitur pro ſui officij executione dicens hec aduerſa patior: ſcʒ vincula ꝛ tedia: ꝛ hoc pro fide xp̄i: infra. 2. Laboro vſq; ad vincula ꝛc. Et dicit ob hanc cām qꝛ pati ſimpliciter nō ē laudabile ſed ꝓpter iuſtam cām. Mat. 5. Bt̄i qui perſecutionem patiuntur ꝓpter iuſticiam ꝛc. Et id̄o non ē ei ad confuſionē qui patit̄ ꝓpter iuſticiā. 1. Pe. 4 Nemo veſtrū patiat̄ quaſi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor: ſi auteʒ vt chriſtianus non erubeſcat ꝛc. Act. 5. Ibant apoſtoli gaudētes ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Scio ꝛc. Ponit̄ certitudo ſpei: que facit eum non cōfundi etiā hec ꝓuenit ex magnitudine dei ꝓmittentis. Et ideo dicit. Cui credidi ꝛc. Et nota ꝙ vno modo credere ē actus fidei ꝛ ē ſenſus. Scio ꝛc. id ē ſcio ꝙ ille qui promiſit ē verax ꝛ potens ad reddendā vitam eternam quā repromiſit homini fideli exiſtenti. Sed cōtra ex hoc ſequit̄ ꝙ eadē eſt ſciā ꝛ fides ꝛ idem ē ſcituʒ ꝛ creditū qđ ē impoſſibile quia de rōe sciti ē ꝙ videat̄: de rōne crediti ꝙ nō. Reſpondeo in fide duo ſunt ſcʒ id qđ credit̄ ꝛ ille cui creditur. De eo qđ creditur nō pōt eē ſcientia quia ſic perderet crediti rōnem ſed de eo cui credit̄ eſt ſcientia quia per euidentiſſimā rōnem ē ſcitum ꝙ deus ē verax. Et ſic dicit Cui credidi. 1. Jo. 4. Nolite omni ſpiritui credere: ſed probate ſp̄us ſi ex deo ſunt. Prouerb. 14. Innocēs credit omni verbo ꝛc. Alio mō dicit̄ credere fidei eius cui cōmittit rem ſuā ꝛ hic ſenſus ē verior quaſi dicat. Meip̄m. labores ꝛ poſſeſſiones credidi. i. cōmiſi deo: ſcio ꝙ potens eſt depoſitū meum ſeruare ꝛc. Et nota ꝙ depoſitū dicit̄ dupliciter. Uno mō qđ ego depoſui. Et ſic hō deponit apud deū ſalutē ſuā qn̄ ſe deo totū cōmittit. 1. Pe. 5. Oēm ſollicitudinē vr̄am in eū ꝓijcientes qm̄ ipi cura eſt de vobis ꝛc. p̄s. Jacta ſuꝑ dn̄m curā tuā ꝛ ip̄e te enutriet ꝛc. Itē deponit opa ſua qn̄ ſcʒ nō ſtatim recipit remunerationē ſuā ſed in poſterꝫ. Et ſic qui bn̄ facit deponit illud apud deū: ꝛ hoc vſq; in illum diem quando iudicabit occulta hominū: quia tunc reddet deus mercedem laborum ſctoꝝ. 1. Sap. 10. et Eſa. 3. Dicite iuſto qm̄ bene. quoniā fructū adinuentionū ſuaꝝ comedet ꝛc. Uel depoſitū id ē qđ penes me poſituʒ ē ſcʒ officiū euangelij. Act. 9. Uas electōis ē mihi iſte vt portet nomē meū ꝛc. Etiā deꝰ ē potens cōſeruare ſuū ap̄lm vſq; ad mortē ſuam. ¶ Deinde cū dicit. Formā hn̄s ꝛc. inducit ad ſeq̄lā ſui ꝛ ē duplex littera Una dic̄ habe: altera hn̄s. Si dic̄ hn̄s ſic prīo ponit idoneitatē quā ꝓponit timotheo ad imitandū exemplū ap̄li. Secūdo hortatur ad imitandū ibi. Bonū depoſitū ꝛc. Apoſtolus autē bonā idoneitatē habuit ſm̄ duo. ſ. ſm̄ eruditionem quantum ad cognitionē. Et id̄o dicit. Sanoꝝ verboꝝ ꝛc. Iteʒ ſm̄ virtutem. Un̄ dicit. In fide ꝛ dilectiōe. Dicit ergo. Nō potes te excuſare ſi patienter te non habeas vſq; ad vincula ſicut ego: qꝛ tu es habens formam ſanorum verborum ſcilicet que non continent falſitatis corruptionem. Titum. 2. Loquere que decent ſanam doctrinam Et dicit̄ doctrina ſana nō corrupta effectiue quia nos ſa

nos facit. Et addit. Que a me audiſti: quaſi dicat nō es
deceptus quia hoc tibi tradidi qđ a xp̄o audiui. i. Coꝛ.
xi. Ego enī accepi a domino qđ ⁊ tradidi vobis. Luce
10. Qui vos audit me audit ⁊c. Et hoc in fide ⁊ dilectio
one quia ſi aliquis oīa verba ſana ſciret ⁊ nō crederet nō
eſſet idoneus: nec etiam diligeret quia: de facili recede
ret a doctrina vel per aduerſa vel per proſpera. Heb. xi.
Sine fide impoſſibile eſt placere deo ⁊c. i. Joh. 3. Qui
non dilgit manet in moꝛte ⁊c. Et hoc in xp̄o ieſu q: ve
ra fides ē coꝛum que xp̄s docuit ⁊ vera dilectio ē in xp̄o
qui dedit ſpm̄ ſanctum ꝑ quē deum diligimus. Hec igit̄
habens cuſtodi bonū depoſitum qđ ſcʒ dedi tibi id ē of-
ficium p̄dicationis vt nunq̄ a veritate recedas nec pro-
pter timoꝛem officiū predicationis vllo tēpoꝛe dimittas
Prouer. 4. Omni cuſtodia ſerua coꝛ tuum ⁊c. p̄me Ti
mo. 6. O timothee depoſitū cuſtodi ⁊c. Et hoc cuſtodi
bono adiutoꝛio ſcʒ per ſpiritū ſanctū. p̄me Coꝛ. 3. Neſci
tis quia templum dei eſtis ⁊ ſpiritus dei habitat ī vobis
⁊c. Secundū aliā litterā monet ad duo. Primo ad ſanā
doctrinā. Secundo ad perſeuerantiam in ea ſm̄a quā-
do ⁊ quando nō imitatur. ¶ Deinde cum dicit: ſcis hoc
⁊c. oſtendit neceſſitatē monitionis ex defectu ⁊ profectu
alioꝛum. Quādo enī aliquis videt aliquos ſocioꝝ ſuo-
rum proficerē ⁊ aliquos deficere nititur ſequi bonos. Et
ideo primo cōmemoꝛat deficientes: ſcđo ꝓficientes ibi.
Det miſericoꝛdiam ⁊c. oſtendit ergo quid cuſtodiat al's
eſt periculum. p̄me Coꝛ. 10. Qui ſe exiſtimat ſtare vide
at ne cadat ⁊c. Et ideo dicit. Auerſi ⁊c. Glo. Iſti falla-
cia erant pleni ſimulate enī fuerāt ap̄lo vt ſcʒ addiſcerēt
vnde facerent calūniam apoſtolo. Iſti ergo qui ſūt auer-
ſi a me ſunt modo in aſia inter quos p̄cipue ſunt iſti duo
qui conuerſi ſunt per iacobum. ¶ Deinde cū dicit. Det
miſericoꝛdiam ⁊c. oſtendit alioꝝ profectū ⁊ precipue cu
iuſdam oneſiphoꝛi cōmemorans. Primo bona que ſibi
contulit rome. Secundo que in aſia. Item p̄mo optat ei
dei miſericordiam. Secundo oſtendit meritū miſericor-
die. Tertio tempus miſericoꝛdie. Primū cū dicit. Det
miſericoꝛdiam ⁊c. Recte optat ei miſericoꝛdiā quia pre-
ſens vita miſeria ē Job. 14. Homo natus de muliere bre
ui viuens tempoꝛe: replet̄ multis miſerijs ⁊c. Dicit det
non ſolum perſone ſed familie quia ꝓpter bonitatē vni⁹
deriuatur gratia ad totā familiam. Mat. 10. Si quideʒ
fuerit domus illa digna veniet pax veſtra ſuper eam ⁊c.
Meritū autē miſericoꝛdie eſt miſericoꝛdia quā habebāt
in apoſtolum. Unde dicit: quia ſepe me refrigerauit: ſcʒ
quietem p̄ſtando. Mat. 5. Beati miſericoꝛdes quoniaʒ
ip̄i miſericoꝛdiam cōſequent̄. Eccl̄. 18. Nonne ardoꝛem
refrigerabit ros ⁊c. Phil. 16. Uiſcerā ſanctoꝝ requieuē
runt ꝑ te frater ⁊c. ¶ Et cathenā meā ⁊c. infra. 2. Labo-
ro vſq̄ ad vincula: quaſi male operās ⁊c. nō erubuit ſed
cum romā veniſſet ſollicite vt amicus queſiuit. Eccl̄. 6.
Si poſſides amicū in tēptatione poſſide illuʒ ⁊c. Pro-
uer. 17. Omni tēpore diligit qui amicus ē ⁊c. ¶ Optat
autē miſericoꝛdiam futuri ſeculi cum dicit. In illa die ī
qua ſcʒ dominus iudicabit oēs qn̄ miſericoꝛdia ē neceſſa
ria: nō ſolum autem rome ſed ⁊ epheſi. Et ideo dignus
eſt diuina miſericoꝛdia.

## Capitulum ſecundū.

Tu ergo fili mi confoꝛtare in gra
tia q̄ ē in xp̄o ieſu: ⁊ que audiſti a
me ꝑ multos teſtes: hec cōmēda
fidelibus hominib⁹ qui idonei erūt ⁊ alios
docere. Laboꝛa ſicut bon⁹ miles chꝛiſti ieſu
Nemo militans deo implicat ſe negocijs ſe-
cularib⁹ vt ei placeat cui ſe pꝛobauit. Nam
⁊ qui certat in agone: nō coꝛonabit̄ niſi legi
time certauerit. Laboꝛantē agricolā opoꝛ-
tet pꝛimū de fructib⁹ accipe. Intellige que
dico: dabit enim tibi dominus in omnibus
intellectum.

Supꝛa induxit timotheū ad diligentē euangelij p̄dicati
onem: inducit eū hic ad conſtantē tolerantiam martyrij
Et primo inducit eum a ſuſtinendā paſſionem ꝓ ſalute
fidelium. Scđo docet eum qualiter reſiſtat infidelibus.
ibi. Noli verbis ⁊c. Itē primo inducitur preparatio ad
martyriū ſuſtinendū. Scđo exhoꝛtatio martyrij ibi. Me
moꝛ eſto ⁊c. Preparatio martyrij p̄mittit̄ quantum ad
tria. Primū ē animi fortitudo. Scđm ē bonoꝝ diſpenſa
tio ibi. Et que audiſti ⁊c. Tertiū ē fructuoſus militie la
boꝛ ibi. Laboꝛa ⁊c. Req̄rit̄ aūt ad martyriū animi foꝛti
tudo que ē circa pericula moꝛtis: ⁊ ideo dicit. Tu ergo
fili mi ſcʒ quē per euangeliū genui confoꝛtare in gratia:
p̄s. Uiriliter agite ⁊ confoꝛtetur coꝛ vr̄m ⁊c. nō in te ſcʒ
cuius foꝛtitudo ē vana ſed in deo. Ephe. 6. Confoꝛtami
ni in domino ⁊ in potentia virtutis eius ⁊c. ¶ In gr̄a. i.
gratuito dei dono ꝑ xp̄m. Jo. i. Gr̄a ⁊ veritas per ieſum
xp̄m facta eſt ⁊c. Scđm eſt diſpenſatio bonoꝛum. Circa
qđ notandum ē q̄ quando aliquis adducit̄ ad moꝛtem
diſponit de ſuis. Non ergo minus debēt eſſe ſolliciti ſā
cti de bonis ſp̄ualibus ſibi creditis q̄ nō diſpereāt poſt
eoꝛū moꝛtē ſed alijs credant: ⁊ ideo monet eum vt ſi ad
martyrium venerit q̄ diſpenſet doctrinā fidei. Et pꝛimo
ponit quō acceepit q: ꝑ auditū. Unde dicit. Que audi-
uiſti a me ⁊ ego a xp̄o. Et dico a me nō ſingulariter ſʒ cō
firmata ꝑ multos teſtes id ē ꝑ legem ⁊ ꝓphetas Ro. 3.
Teſtificata a lege ⁊ a ꝓphetis ⁊c. Uel ꝑ ap̄los. i. Coꝛ.
15. Siue enī ego ſiue illi ſic predicauimus ⁊ ſic credidi-
ſtis ⁊c. ¶ Hec cōmenda inquantū ſunt accepta. Sap. 7.
Quā ſine fictione didici ⁊ ſine inuidia cōico ⁊c. ¶ Fide
libus hominib⁹: vt ſcʒ nō querāt lucrū t̄pale ſed gloꝛiam
dei. i. Coꝛ. 4. Hic jam queritur inter diſpēſatoꝛes vt fi-
delis quis inueniat̄ ⁊c. Mat. 24. Fidelis ſeruus ⁊ pru
dens quē conſtituit dn̄s ſup familiā ſuā ⁊c. Itē qui ſunt
idonei ad diſpenſandū. Debēt aūt eſſe idonei tripliciter
Primo intellectu vt ſint ſapientes ad intelligendū. Lu
ce. 21. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiā ⁊c. Itē linguaʒ vt
facundi ad docendū. Eſa. 50. Dn̄s dedit mihi linguam
eruditam vt ſciā ſuſcitare eū qui laſſus eſt verbo ⁊c. Itē
ope q: cepit ieſus facere ⁊ docere. Act. i. ¶ Deinde cuʒ
dicit. Laboꝛa ⁊c. ponit̄ tertiū ſcʒ legitim⁹ militie laboꝛ
ad quē pꝛimo hoꝛtat̄. Secūdo ponit laboꝛis p̄mium ibi.
Nam ⁊ qui ⁊c. Tertio militie ſtipendia. Laboꝛantem
⁊c. Itē pꝛimo hoꝛtat̄ ad legitimū laboꝛem. Scđo expo-
nit quis laboꝛ ſit legitim⁹ ibi. Nemo ⁊c. Dicit ergo La-
boꝛa ⁊c. Eſt aūt tripliciter aliq̄s miles xp̄i. Pꝛīo inq̄tū
pugnat ꝯtra peťū. Job. 7. Militia ē vita hoīs ſup terrā
⁊. 14. Cunctis dieb⁹ quibus nūc milito expecto ⁊c. Et
hec pugna ē ꝯtra carnē mundū ⁊ diabolū. Ephe. vi. Nō
ē nobis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē ⁊c. Scđo
ē aliquis miles xp̄i pugnādo ꝯtra erroꝛes. 2. Coꝛinthio.
10. Arma militie noſtre non ſunt carnalia: ſed potentia
deo ad deſtructionem munitionū conſilia deſtruētes ⁊c.
Tertia eſt militia martyrū contra tyrannos. Et hec eſt
laboꝛioſioꝛ. Jo. 25. Numquid ē numer⁹ militū eius. Et
non debet quieſcere miles quia dicitur a militia ſuſtinē-
da. ¶ Deinde cum dicit. Nemo ⁊c. exponit quid ſit legi
timus laboꝛ. Et pꝛimo inducit eum ad laboꝛem. Secun
do oſtendit qualis debet eſſe bonus miles ibi. Ut ei pla

ceat ⁊c. Primo circa primũ duo facit quia exemplũ ponit. Secundo manifeſtat. Dicit ergo. Nemo ⁊c. Circa primũ ſciendum ē ꝙ alius ē finis militie ſpũalis ⁊ alius eſt finis militie corporalis: quia finis militie corporalis eſt vt obtineat victoriam contra hoſtes patrie: ⁊ idõ milites debent abſtinere ab his que abſtrahunt a pugna puta a negocijs ⁊ delicijs. p̄me Cor. 9. Qui in agone cõtendit ab omnibus ſe abſtinet ⁊c. Sed militie ſpũalis finis ē vt victoriam habeant ab hominibus qui ſunt contra deum: ⁊ ideo oportet ꝙ abſtineant ab omnibus que diſtrahunt a deo: hec autem ſunt negocia ſecularia: quia ſollicitudo huius ſeculi ſuffocat verbum. Et ideo dicit implicat ſe. Sed contra. Negocia ſecularia ſunt temporalia: hoc autem apoſtolus fecit quãdo vixit de labore manuum ſuarum. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ apoſtolus dicit implicat ⁊ non dicit exercet: ille autẽ eis implicatur cuius cura ⁊ ſollicitudo iniungitur circa ipſa. Et tũc ꝓprie ipſa hec interdicuntur militibus xp̄i in quibus oſtẽditur non eſſe neceſſe implicari animũ. Itẽ non dicit ſimpliciter implicatur ſed dicit implicat ſe: quia quandoq; implicatur ⁊ non ſe implicat. Implicat enim ſe quando ſine pietate ⁊ neceſſitate aſſumit: ſed quando neceſſitas officij pietatis ⁊ auctoritatis exercetur tunc non implicat ſe ſed implicatur huiuſmodi neceſſitate. Roma. 16. Aſſiſtatis ei in quocunq; negocio veſtri indiguerit. Cauſa autẽ quare nõ debet ſe implicare ē vt ei placeat. p̄me Joh. 2. Si quis diligit mundum non eſt charitas p̄ris in eo. Qui enim eſt miles xp̄i deuouit ſe ad militandũ deo: ⁊ ideo dꝫ conari vt ei placeat cui ſe deuouit. ¶ Deinde cum dicit. Nam ⁊ qui ⁊c. ponit laboris premium. Et quia diceret aliquis. O paule magna imponis: ſed quis eſt eorum fructus? Reſpondet aſſumatis exemplũ in pugnis ſecularibus vbi non omnes ſed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit ⁊ in ſpũalibꝰ ꝙ nullus coronabitur niſi ſeruet debitas leges pugne. prime Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant: nos autem incorruptam. ⁊c. Sap. 4. Imperpetuum coronata triumphat ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Laborantem ⁊c. oſtendit ſtipendia interdicitq; ei negocia ſecularia. Et primo proponit ſtipendia ſub metaphora. Secundo exponit ibi. Intellige ⁊c. officium enim predicatorum ⁊ doctorum eſt officium militum: inquantũ inſurgunt contra hoſtes ⁊ vicia. Item agricole inquantũ fructum faciunt promouendo ad bona huius. Ager eſt eccleſia ⁊ p̄cipalis agricola eſt deus interius ⁊ exteriꝰ operans. Jo. 15. Ego ſum vitis vera ⁊ pater meꝰ agricola eſt ⁊c. Homines autẽ exterius adhibẽt miniſteriũ. 1. Cor. 3. Ego plantaui apollo rigauit: deus autẽ incrementum dedit ⁊c. Iſti ſunt exteriores agricole. Job. 31. Si animam agricolarum eius afflixi ⁊c. Iſtũ ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus ſunt opera virtutum. Eccl. 24. Flores mei fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis ⁊c. Gal. 5. Fructus autem ſpiritus eſt charitas gaudium: pax patientia ⁊c. Inter hos fructus ſũt ⁊ fructus elemoſynarum. Act. 9. Hec erat plena fructibꝰ bonis ⁊ elemoſynis quas faciebat. Iſti ergo debẽt principaliter fructum percipere vt ipſi gaudeãt. Primo de ſubditorum fructibus. Phil. 4. Itaq; fratres mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſſimi gaudium meum ⁊ corona mea ⁊c. Secundo de ſubſidijs temporalibus nõ pro p̄mio principali ſed ſtipendio. Gal. 6. Cõmunicet autem is qui cathetizatur verbo: vel qui ſe cathetizat in omnibꝰ bonis. Mat. 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. ¶ Deinde cũ dicit. Intellige ⁊c. exponit que dixerat ſequens modũ xp̄i poſt parabolas. Mat. 13. Qui habet aures audiẽdi audiat. Quaſi dicat. Reduc hec ad intelligentiã ſpũalẽ Dan. 16. Intelligentia enim opus eſt ĩ viſione: quaſi diceret aliquis: tu dicis accipe ſtipendium o timothee: ſed tu non facis quia de labore manuum vis viuere. Unde intellige quia eſt neceſſaria diſcretio: quia ibi non ſũt accipienda vbi ē occaſio auaritie contra euangeliũ vel propter cupiditatem vel propter otium ⁊ hoc poteris intelligere: quia dabit ⁊c. p̄me Joh. 2. Unctio docebit vos de omnibus. ⁊c.

## Lectio ſecunda.

**Memor eſto dominũ ieſũ xp̄m reſurrexiſſe a mortuis ex ſemĩe dauid ſcḋm euãgeliũ meũ ĩ quo laboro vſq; ad vincula quaſi male operans. ſed verbũ dei nõ eſt alligatũ. Ideo oĩa ſuſtineo ꝓpt̃ electos: vt ⁊ ipſi ſalutẽ cõſequant̃ que eſt ĩ xp̄o ieſu cũ gloria celeſti. Fidelis ſermo Nam ſi cõmortui ſumꝰ: ⁊ cõuiuemꝰ: ſi ſuſtinebimꝰ ⁊ cõregnabimꝰ. ſi negauerimus ⁊ ille negabit nos. ſi nõ credimus. ille fidelis ꝑmanet negare ſeipſũ non poteſt. Hec cõmone teſtificans corã deo. Noli cõtẽdere verbis ad nihil enim vtile eſt niſi ad ſubuerſionẽ audientium. Sollicite autem cura teipſũ probabilem exhibere deo: operariũ incõfuſibilẽ recte tractantem verbum veritatis.**

Supra ponit̃ preparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ipm: ⁊ primo p̄mittit exemplum premij. Secundo exemplũ martyrij ibi. In quo laboro ⁊c. Tertio manifeſtat conſequentiam premij ad martyriũ ibi. Fidelis ſermo ⁊c. Nam premiũ mortis precioſe martyrij ē reſurrectio glorioſa: cuius exemplum preceſſit in capite noſtro xp̄o. Et idõ dicit. Memor eſto. Quaſi dicat. Dñm nr̃m ieſum xp̄m ſupple habe in mẽte contra tribulatões Prouer. 3. In oĩbus vijs tuis cogita illũ: ⁊ ipſe diriget greſſus tuos. Multa enim ſunt in eo cogitanda: ſed ſpecialiter reſurrectio. Ad hanc enim oĩa ordinant̃ et precipue totus xp̄iane religionis ſtatus. Ro. 10. Si confitearis in ore tuo dominũ ieſum ⁊ in corde tuo credideris ꝙ deus excitauit illũ a mortuis ſaluus eris. Et nota ꝙ nõ dicit reſuſcitatũ q2 ⁊ ſi p̄r eũ ſuſcitauerit tñ ꝓpria etiam virtute reſurrexit ⁊ ē primꝰ reſurgentiũ. 1. Cor. 15. Sꝫ q2 ſcḋm naturã hũanã ſurrexit ⁊ mortuꝰ ē ex ſemĩe dauid. Ro. 1. Qui factꝰ ē ei ex ſeĩe dauid ſcḋm carnẽ ⁊c. ¶ Scḋm euangeliũ meũ. i. a me p̄dicatũ. 1. Cor. 15. Notũ aũt facio vobis euangeliũ qḋ p̄dicaui vobis ⁊c. Qui p̄dicat euãgeliũ ē miniſter euãgelij: ſicut qui baptizat ē miſter baptiſmi. Tamen non poteſt dici baptiſma meũ ſꝫ euangelium ſic. Et hoc ideo quia multum facit exhortatio et ſollicitudo. ¶ Deinde cum dicit. In quo laboro ⁊c. oſtẽdit ſe in exemplum martyrij ⁊ primo eius penam. Scḋo eius cãm ibi. Ideo omnia ⁊c. Tria aũt oſtendit eẽ in pena ſcꝫ acerbitatẽ obprobriũ ⁊ cõſtantiã. Acerbitatẽ poſt cũ dicit. In quo ſcꝫ euãgelio p̄dicãdo vel ꝓ quo laboro id ē affligor: ⁊ hoc vſq; ad vincula: q2 qñ hanc epiſtolã ſcripſit erat rome ĩ vinculis. Ephe. vlt. Miniſteriũ euãgelij ꝓ quo legatiõe fungor in cathena. Obprobriũ q̄ſtũ ad infideles cũ dicit. Quaſi male operans: xp̄iani eñi tũc reputabant̃ peſſimi. Luc. 9. Bti eritis cũ vos oderũt homines ⁊ ſeparauerint ⁊ exprobrauerint ⁊c. Chriſtus etiam fuit damnatus quaſi male operans. Eſa. 53. Et cum ſceleratis reputatus eſt. Conſtantiam autem

oñdit cum dicit. Sȝ ꝟbum dei. ꝛc. licȝ enim corpus ſit
alligatū tamen verbum dei non ē alligatū: quia ꝑdicatio
fuit ex voluntate apoſtoli que libera ē ⁊ precipue ꝓpter
efficaciam charitatis que nihil timet. Ro. 8. Certꝰ ſum
enim quia neqȝ mors neqȝ vita ꝛc. Quia ſicut ꝑme Jo.
3. dicitur: Maior eſt deus corde noſtro ꝛc. Et dicitur ꝙ
in vinculis exiſtens multos conuertit. ¶ Deinde cuȝ di
cit. Jdeo omnia ꝛc. Oſtendit cauſam quia martyrē non
pena facit ſed cauſa. Duplex autem eſt cauſa martyrij. ſ.
propter diuinū honorem ⁊ ſalutem proximi. Propť de-
um quidē: quia Roma. 8. Propter te mortificamur to-
ta die ꝛc. Propter ſalutē proximorū quia dicit hic Pro
pter electos. Joh. 15. Maiorem charitatem nemo habȝ
vt animā ſuam ponat quis pro amicis ſuis ꝛc. ꝑme Jo.
3. Quoniam ille pro nobis animā ſuā poſuit ⁊ nos debe
mus pro fratribus animas ponere. Et dicit propter ele-
ctos quia quecunqȝ bona fiunt ſpecialiter cedunt in bo-
num electorum nō reproborū. Et quomodo: vt ⁊ ipſi ꝛc.
Sed nunquid nō ſufficit paſſio xpi. Dicendum ē ꝙ ſic
effectiue: ſed paſſio apoſtoli dupliciter: quia dabat exem
plum perſiſtendi in fide. Secundo quia confirmabat fi-
des: ⁊ ex hoc inducebant ad ſalutem. Et hoc in xpo id ē
que venit nobis per eum. Mat. ꝑmo. Jpſe enim ſaluum
faciet populū a peccatis eorum ꝛc. Et hoc nō ſolū ſalutē
gratie preſentē ſed etiam cū gloria celeſti. Mat. 5. Mer
ces veſtra copioſa eſt in celis. ¶ Deinde cuȝ dicit. Fide-
lis ſermo ꝛc. Ponit conſequentiā premij ad meritū mar
tirij. Et primo ponit atteſtationē. Secundo cōſequenti
am ibi. Nam ſi ꝛc. Tertio confirmat per teſtimoniū ibi.
Hec cōmone ꝛc. Dicit ergo fidelis ꝛc. i. verbum qđ di-
cam ē fidele. Apoc. vltimo. Hec verba fideliſſima ſunt.
ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Nam ſi ꝛc. ponit conſequentiā
⁊ primo de remuneratione bonorū. Secundo de punitio
ne maloꝝ ibi. Si negauerimus ꝛc. Jn premio bonorum
ſunt duo ſcȝ reparatio per reſurrectionem: ⁊ ſuperaddi-
tio glorie ad quam reſurgent. Et ideo primo oſtendit ꝙ
per chriſtum venit ad reparationeȝ vite. Scđo ꝙ ꝑ ipſū
venitur ad reſurrectionē ibi. Si ſuſtinemus ꝛc. Dicē er-
go. Si cōmortui ſumus ſcȝ cum chriſto ⁊ hoc per ſacra-
menti ſuſceptionē in baptiſmo. Roma. 6. Cōſepulti eñi
ſumus cū illo per baptiſmū in mortem ꝛc. Jtem per peni
tentiā nos macerando. Gal. 6. Qui xpi ſunt carnem ſuā
crucifixerunt cū vitijs ⁊ cōcupiſcentijs. Jtem pro cōfeſſi
one veritatis moriendo ſicut ⁊ chriſtus ps. Precioſa in
conſpectu domini mors ſanctorum eius. Si ergo com-
mortui ſumꝰ ⁊ conuiuemꝰ id eſt ſicut ipſe reſurrexit ſic et
nos. Ro. 6. Si conplantati facti ſumꝰ ſimilitudini mor-
tis eius ſimul ⁊ reſurrectionis erimus. ¶ Deinde agit đ
gloria quā ſancti merent per mortis ignominiā. Luc. vl
timo. Nonne hec oportuit xpm pati. Et ideo dicit Si ſu
ſtinuerimꝰ ſcȝ patienter ⁊ obprobria conregnabimꝰ id ē
ſimul cum ipſo peruenientemus ad regnū. Mat. 5. Beati q̄
perſecutionē ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Si negauerimus
ꝛc. oſtendit conſequentiā quantum ad penas. Dupliciť
autē poteſt aliquis peccare contra fidē. Primo exterius
negando. Secundo interius eam deponendo. Quantuȝ
ad primū dicit. Si negauerimus ſcȝ coram alijs ipſe ne-
gabit nos in iudicio. Matth. 25. Amen dico vobis ne-
ſcio vos ꝛc. Negare eſt non cognoſcere eos eſſe de oui-
bus ſuis. Quantum ad ſecundū dicit. Si non credimꝰ
id eſt ſi fidem a corde abijciamus ipſe fidem ſuam tenet.
Unde fidelis manet in ſua fide: quia fides nihil aliud eſt
ꝙ participatio veritatis. Jpſe autem ē ipſa veritas q̄ ne-
gare ſe non poteſt. Ergo non ē omnipotens. Reſpōdeo
Ex hoc ē omnipotens ꝙ ſeipſm negare non poteſt. Poſ
ſe enim deficere magis ē pertinens ad impotentiā quia
ꝙ aliquid deficiat a ſuo eſſe ē per debilitatē virtutis ꝓ-
prie. Chriſtum autē negare ſeipſm ē deficere a ſeipſo hoc
ergo ipſm ꝙ non poteſt negare ſe ē ratio perfecte virtutꝭ.
Unde nec peccatum cadit in eum vt eſt dictum: nec pōt
negare ſuam virtutem ⁊ ſuā iuſticiā quin puniat. Mat.
vltimo. Qui vero non crediderit condemnabit. Sȝ nū-
quid non poteſt deus alicui remittere penam. Pōt qui-
dē ſecundum ordinem ſapientie ſue: ſed contra ordinem
ſapientie ⁊ iuſticie nō. ¶ Deinde cū dicit. Hoc auteȝ cō-
mone ꝛc. confirmat per teſtimonium. Quaſi dicat. Si-
mul cum alijs admoneo vt ſemper habeas in corde teſti
ficans coram deo id eſt teſtem adducens coram quo lo-
quor. ¶ Deinde cū dicit. Noli verbis ꝛc. oſtendit quo-
modo reſiſtat infidelibꝰ: ⁊ primo ꝑmittit modū reſiſtendi
Secundo oſtendit que ſunt quibus reſiſtat ibi. Propha
na ꝛc. Jtem primo excludit indebitum modū reſiſtendi.
Secundo ponit debitū ibi. Sollicite ꝛc. Circa primum
primo excludit indebitū modū. Secundo rationem aſſi-
gnat ibi. Ad nihil ꝛc. Dicit ergo. Noli ꝛc. Cōtentio im
portat concertationē in verbis. Poteſt ergo ſecūdū duo
intelligi: quia acrimoniā loquens deprauat dupliciter.
vel per hoc ꝙ acceditur ad fauorē falſitatis quando q̄s
cum confidentia clamoris impugnat veritatē. Alio mo-
do propter inordinationē quando vtitur acrimonia. vel
vltra modum debitū vel contra qualitatē perſone. Sed
ſi moderate ⁊ cum circūſtantijs debitis ⁊ ꝓ veritate nō
ē peccatum. Et ſic in rethorica eſt vnum inſtrumētuȝ ex-
hortationis. Tamē in ſacra ſcriptura dicit ſꝫm ꝙ impor
tat inordinationē. ꝑme Cor. 11. Si q̄s videt inter vos
cōtētioſus eē nos non habemꝰ talē conſuetudinē neqȝ
eccleſia dei. Et dicit verbis quia aliqui diſceptant ſoluȝ
verbis improperij. Et hoc ꝓprie ē contendere. Si hoc
fit nō verbis tm̄ ſed veris rationibus: hoc eſt diſputare
nō contendere. ¶ Deinde cum dicit. Ad nihil ꝛc. oſten-
dit rationē documēti. Nam moderata diſputatio quādo
cum ratione fit ē vtilis ad inſtructionē: ſȝ quando cū ver
bis tunc ē litigioſa. Jđ dicit. Ad ſubuerſionē: ⁊ hoc du-
pliciter. Uno modo dū qđ ē certuȝ venit in dubiū. Alio
modo quia audiētes ſcandalizant Prouer. 14. Ubi ver
ba ſunt plurima ibi frequenter egeſtas. Uñ Jac. 3. Ubi
zelus ⁊ contētio ibi incōſtantia ⁊ oē opus prauum. Sed
nunquid nō ſine cōtentione debet quis diſputare coram
populo de fide. Reſpondeo diſtinguendū ē ex parte au-
dientium: quia aut ſunt ſollicitati ab infidelibꝰ: ⁊ tunc ē
vtilis publica diſputatio q: ſimplices efficiunt magiꝭ in-
ſtructi quādo vidēt errantes confutari. Si vero nō ſunt
ſollicitati ab infidelibus: tunc nō ē vtilis diſputatio ſed
periculoſa. Jtē ē diſtinguēdum ex parte diſputantis: q:
ſi diſputans ē prudens ꝙ manifeſte confutet aduerſariū
tunc debet publice diſputare. ſi vero nō nullo mō ¶ De
inde cum dicit. Sollicite ꝛc. ponit debitū modum reſi-
ſtendi. Et primo quantum ad rectā intentionē. Secūdo
quantum ad rectam operationem. Tertio quantum ad re
ctam doctrinā. Qui enī vult diſputare ꝑmo dȝ ſcrutari
ſuam intētionē vtruȝ moueatur bono zelo. Jdeo dicit ꝓ
babilē deo exhibere qui ſcȝ probat cor. 2. Cor. 10. Nō
enim qui ſeipſum cōmendat ille probatus ē ſed quē deꝰ
cōmēdat. ps. Probaſti cor meum ⁊ viſitaſti nocte. ꝛc.
Jtē ꝙ doctrinam quā ꝑdicat ore ſtabiliat per opa quod
niſi faciat ē confuſione dignus. Jđ dicit. Operariū in-
confuſibilem. Quaſi dicat. Hec facito: ſi non confunde
ris. Jtem ꝙ recte tractet verbum veritatis vera docēdo
⁊ vtilia audiētibus: non querens lucruȝ ⁊ gloriam. ſcđe
Cor. 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbuȝ
dei ſed ex ſinceritate ſicut ex deo coram deo in chriſto lo
quimur.

## Lectio tertia.

**P**Rophana aũt ⁊ vaniloquia deui-
ta. Multũ enĩ ꝓficiũt ad impie-
tatē: ⁊ ſermo eoꝝ vt cancer ſerpit.
Ex quibus eſt hymeneus ⁊ philetus: quia
a veritate exciderũt. dicētes reſurrectionē
iam factam: ⁊ ſubuerterunt quorũdã fidē.
Sed firmũ fundamentũ dei ſtat: habens ſi-
gnaculum hoc. Cognouit dominꝰ qui ſunt
eius: ⁊ diſcedat ab iniquitate omnis qui in-
uocat nomen domini. In magna autē do-
mo nõ ſolum ſunt vaſa aurea ⁊ argentea: ſꝫ
⁊ lignea ⁊ fictilia: ⁊ quedã quidē in honorē:
quedã autē in contumeliã.

Supra inſtruxit timotheũ oſtendens modũ generalem quo infidelibus eſt reſiſtendum: hic oſtendit in ſpeciali quibus ſit reſiſtendũ. Et pͥmo oſtendit quibus eſt reſiſtendũ. Secundo quare ibi. Multũ enĩ ꝛc. Tertio quõ ibi. Iuuenilia ꝛc. Dicit ergo. Prophana ꝛc. Ubi oſtendit duo eſſe vitanda ſcꝫ ꝓphana ⁊ vaniloquia ⁊ referunt ad idem vel ad diuerſa. Nam ꝓphana dicunt quaſi procul a phano ſcꝫ cultu diuino. ⁊ hec ſunt documenta hereſum ⁊ hec vitanda. Ideo dicit. Deuita ꝓphana. Poteſt etiam dici ꝙ hec ꝓphana ſunt q̃ fidei repugnant: ſꝫ vaniloquia fabuloſa. pſ. Uana locuti ſunt vnuſqſq; ad primũ ſuum. ¶ Deinde cũ dicit. Multũ enĩ ꝛc. oſtendit quare hec ſunt vitanda. ⁊ hoc dupliciter. Primo ex nocumēto qđ inferũt. Scđo ex fructu vitationis ibi. Si qs ꝛc. Circa primũ duo facit. qꝛ pͥmo oñdit quõ noceant ad fidei ſubuerſionē. Secundo quõ nõ poſſunt totaliter fidem ſubuertere ibi. Sed firmũ ꝛc. Item pͥmo ponit documentum. Secundo ſubdit ſimilitudinē ibi. Et ſermo. ꝛc. Tertio exemplum ibi. Ex quibus eſt ꝛc. Dicit ergo. hec ſunt vitanda que impediũt pietatem qui cultus dei dicit: Uñ doctrina fidei eſt doctrina pietatis. Impietas vero eſt doctrina contra fidem. Unde dicit. Multum ꝓficiunt ꝛc. id eſt ꝑducunt ad errorē ſiue ad erroneã doctrinam. Sed hic ꝓfectus eſt in malis abuſiue. infra. 3. Mali hoĩes ⁊ ſeductores ꝓficiũt in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Deinde ponit eoꝝ ſimilitudinem dicens. Sermo ꝛc. Heretici enĩ dicunt a pͥncipio quedã vera ⁊ vtilia. ſed cũ audiunt euomũt mortifera. Et ideo dicit. Sermo eorũ ꝛc. Ecc̃. 11. A ſcintilla vna augetur ignis. ⁊ ab vno doloſo augetꝛ ſanguis. ¶ Deinde cum dicit. Ex quibus ꝛc. ponit ad hoc exemplum. Hi enĩ duo fidem ſuo tempore corrumpebant. A quibus quidam errantes conuerſi ſunt in vaniloquiũ ꝛc. De phileto dicit ſupra. 1. Auerſi ſunt a me omẽs q̃ ſunt in aſia ex quibꝰ eſt philetꝰ ⁊ hermogenes. De hymeneo aũt habetꝛ. 1. Ti. 1. Ex quibꝰ eſt hymeneus ꝛc. Et dicit. exciderunt. 1. Io. 2. A nobis exierũt. Et hoc aggrauat: qꝛ. 2. Pe. 2. Melius enĩ erat eis non cognoſcere viã iuſticie ꝙ poſt agnitionem retrorſum conuerti. ꝛc. Errabant aũt dicentes reſurrectionē iam factam eſſe. De qua Matth. 27. Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt ꝛc. Et dicebãt ꝙ non eſt alia reſurrectio expectanda. ſed tũc reſurrexerũt. Alio modo ⁊ melius ꝙ ſicut eſt duplex mors ita duplex eſt reſurrectio ſcꝫ anime ⁊ corporis. De reſurrectione anime habetꝛ Apoc. 20. Beatus ⁊ ſanctus qui habet partē in reſurrectione pͥma ꝛc. Dicebant ergo ꝙ omnia que dicuntꝛ in ſcͥpturis erant referenda ad reſurrectionem aĩarum que iam facta eſt Col. 3. Si conſurrexiſtis cum xp̃o que ſurſum ſunt querite ꝛc. Et hic error eſt etiam hodie apud hereticos ⁊ ꝑ iſtum ſubuertũt quoſdã. Et congrue dicit. ⁊ ſubuertunt: qꝛ deſtruunt fundamētũ fidei Act. 13. O plene oĩi dolo ⁊ oĩi fallacia fili diaboli ⁊ inimice oĩs iuſticie non deſinis ſubuertere vias dñi rectas. ¶ Deinde cũ dicit. Sed firmũ ꝛc. oſtēdit quomõ ꝑ hereſes fides nõ eſt totaliter ſubuertenda. Et pͥmo ꝙ ꝑ doctrinas hereticas non poteſt tota eccleſie fides corrumpi. Secundo oſtēdit quare deus ꝑmittit aliquos errare ibi. In magna autē ꝛc. Item pͥmo oſtendit immobilitatē fidei electorũ. Secundo addit demonſtrationem ibi. Habens ꝛc. Dicit ergo. Subuertũt. ſed tñ firmũ ꝛc. Hec enĩ fundamenta ſunt illa quibꝰ datur grã ĩmobiliter ſtandi. Matth. 7. Fundata enĩ erat ſupra petram. Firmũ qꝛ immobile. Unde premittitꝛ ibi Matth. 7. Et venerunt flumina ⁊ flauerun venti ⁊ irruerunt in domũ illam ⁊ non cecidit ꝛc. Huius firmitas dependet pͥmo ex diuina predeſtinatione. Secundo ex libero arbitrio noſtro. Et ideo quantũ ad primũ dicit. Hoc firmum fundamentũ habet hoc ſignaculũ. id eſt hoc ē ſignũ huiꝰ firmitatꝭ. Io. 3. Qui aũt acceperit teſtimoniũ eius ſignauit: qꝛ deus verax eſt. Et hec eſt pͥma ꝑs ſignaculi ſcꝫ ex diuina predeſtinatiõe. qꝛ nouit dñs qui ſunt eius. ⁊ hec eſt noticia diuine p̄deſtinationis. Io. 10. Ego cognoſco oues meas. ⁊ alias oues habeo que non ſunt ex hoc ouili ꝛc. Matth. 7. Non noui vos. Sed q̃tum ad ſecundũ dicit. diſcedat ꝛc. Quaſi dcat. Si p̄deſtinati ſunt a deo ꝙ ꝑ liberũ arbitrium ſaluabuntꝛ. qꝛ ex hoc ꝙ aliqs finaliter non adheret peccato oſtendit ſe eſſe predeſtinatũ. Et ponit duo que pertinēt ad ordinationē in ſtatu ſalutis. Primũ ꝙ confiteatꝛ fidem. Ideo dicit. Omnis qui ꝛc. Ro. 10. Ore confeſſio fit ad ſalutē. Secundũ ꝙ recedat a peccato Matth. 7. Non oĩs q̃ dicit mihi domine domine intrabit in regnum celorum ꝛc. Et ideo dicit. diſcedat ꝛc. Eſa. 55. Derelinquat impius viam ſuam ꝛc. Qui vero dicit. nominat non intelligit ꝙ ſolum nominet ore ſed interius ꝑ fidem ⁊ extra ꝑ opus. ¶ Deinde cũ dicit. In magna ꝛc. ponit rationē quare deus ꝑmittit aliquos errare licet oĩes diligat. Dupliciter autē poteſt hoc intelligi. qꝛ vel in generali vel in ſpeciali ad hunc vel illũ. Si enĩ queras in ſingulari quare dat huic donum ꝑſeuerantie ⁊ non illi. non habet rõnem niſi ſolam dei voluntatem. Auguſtinus. Quare hunc trahat ⁊ illum non trahat noli velle iudicare ſi nõ vis errare ꝛc. Sꝫ q̃re q̃buſdã dat ⁊ q̃buſdã non. nõ hꝫ rõem quã ⁊ aſſignat aplus Ro. 9. et eſt eadem ratio cum iſta licet ꝑ alia exempla. Ideo enĩ dicit. Suſtinuit in multa patientia ꝛc. ſm enĩ ꝙ oĩa opa q̃ deus fecit in natura ⁊ grã ſũt fctã ad manifeſtandũ gloriam dei Ecc̃. 42. Gloria dñi plenum eſt opus eius. Sic etiam fecit diuerſas creaturas vt ꝑfectio diuine bonitatis que nõ poteſt manifeſtari ꝑ vnam ſufficienter. manifeſtetꝛ ꝑ multas. Ita etiam conſiderandũ eſt de vno artifice. in domo vna ē vna feneſtra altera pulchrior. Si qs ergo querat quare non tota domus eſt feneſtra ratio eſt qꝛ tota domus eſſet imꝑfecta. Similiter dicit apoſtolus 1. Corinth. 12. Si totum corpus eſſet oculus: vbi auditus? Sic ergo dicit aplus in effectu gratie quia oportuit ꝙ deus manifeſtaret iuſticiã ⁊ miſericordiã. Si enĩ oẽs ſaluaret eſſet ſolum eius miſericordia. Si oĩes damnaret ſolum eſſet iuſticia. Et ideo deus volens manifeſtare iram id eſt iuſticiã ꝛc. Et ſimilis eſt ratio de ꝑfectione eccleſie quam oportebat eſſe perfectam quod nõ eſſet ſi non eſſet in ea diuerſitas. In q̃ eſt triplex diuerſitas ſcꝫ bonorum ⁊ malorum. bonorũ et meliorũ. maloꝝ ⁊ peiorum. Et hanc aſſignans dicit. In magna aũt domo id ē

eccleſia ꝛc. Baruch .3. O iſrael ꝙ magna eſt domus dei ⁊ ingens locus poſſeſſionis eius ꝛc. Non ſolum ſunt ꝛc. vbi aurea ⁊ argentea diſtinguunt͛ a fictilib⁹. Item argẽtea ab aureis item fictilia a ligneis. In pͥmo comparatio bonorum ⁊ malorum innuit͛. In ſecundo compatio bonoꝝ ⁊ melioꝝ. In tertio maloꝝ ⁊ peioꝝ. Nã aurea ⁊ argentea ſunt boni. ſ; aurea meliores: argentea min⁹ boni. Similiter lignea ⁊ fictilia ſunt mali. ſed fictilia ſunt peiores. lignea vero minus mali. ¶ Conſequenter deſignat diuerſitatem quantum ad vſum: vt boni ſint vaſa in honorem ſicut deputati ad honorabilem vſum. mali vero ſint vaſa fictilia ⁊ lignea quaſi deputati in contumeliam id eſt ad vilem vſum. Sunt eñi in hominibus quidaȝ ſcȝ ſancti quaſi vaſa precioſa Ecc̃. 50. Vas auri ſolidum ꝛc. Act. 9. Vas electionis eſt mihi iſte ꝛc. Quidã vero ſicut vaſa vilia ſcȝ mali Eſa. 32. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt. Ecc̃. 21. Cor fatui quaſi vas confractum. Prima vaſa ſunt ĩ honore quib⁹ debet͛ vita eterna. Ro. 2. His quidẽ q̃ ẜm patientiã boni operis gloriam ⁊ honorem ⁊ incorruptionẽ querentibus vitam eternam ꝛc. Secunda vaſa ad contumeliam. 1. Reg. 2. Qui autem contemnũt me erunt ignobiles. Et pͥma diuerſitas que ẽ ex parte materie ad diuerſitatẽ eccleſie. Vaſa aurea ſunt prelati. argentea vero ⁊ lignea ⁊ fictilia tenentes inferiorem gradum inter quos eſt quidã gradus. Et ꝙ ſubdit quedam in honorem ꝛc. non eſt intelligendũ ꝙ vaſa aurea ⁊ argentea omnia ſint in honorem. ⁊ fictilia in contumeliam. q: de quocũq; ſtatu quidam ſaluant͛: ⁊ quidã damnantur.

## Lectio quarta

Si qs ergo ſe emũdauerit ab iſtis: erit vas in honorem ſanctificatũ et vtile domino: ad omne opus: bonum paratum. Iuuenilia autem deſideria fuge. ſectare iuſticiam: fidem: ſpem: charitatem ⁊ pacem cum his qui inuocant dominum de corde puro. Stultas autẽ ⁊ ſine diſciplina queſtiones deuita: ſciẽs quia generant lites. Seruũ autẽ domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes docibilem: patientem cum modeſtia: corripientem eos qui reſiſtũt veritati: ne quãdo deus det illis penitentiam ad cognoſcendã veritatem. ⁊ reſipiſcant a diaboli laqueis: a quo captiui tenent͛ ad ipſius voluntatẽ.

Supra oſtendit ꝙ ꝓphana ſunt vitanda ꝑ rationẽ ſumptam ex nocumento: hic oſtendit idem per rationẽ ſumptam ex fructu. Et pͥmo ꝓponit vitationẽ. Secundo ei⁹ fructum ibi. Eſt vas ꝛc. Nam vitationẽ vocat emundationẽ. Dicit ergo. quedã ſunt vaſa in contumeliã. Ergo ſi quis emũdauerit ſe ab iſtis. q: eorum conſortia inquinant Ecc̃. 13. Qui tetigerit picem inquinabit͛ ab ea. Et ideo fugiendi ſunt. 2. Corin. 6. Exite de medio ⁊ ſeparamini dicit dominus. et immũduȝ ne tetigeritis ꝛc. Fructus autem ſequens eſt quadruplex. Primus ex ordine ad gloriaȝ. quia erit vas in honoreȝ quia ſi ſordidet͛ ab illis erit in contumeliaȝ. ſi emundat ſe in honorem. pſ̃. Nimis honorati ſunt amici ꝛc. ꝓuer. 25. Aufer rubiginem de argento ⁊ egrediet͛ vas puriſſimũ ꝛc. Alii effectus ſunt gratie quorum pͥmus eſt hominis ſanctificatio Secundus eſt hominis ordinatio ꝑ rectam intentionẽ. Tertius ꝑ operis executioneȝ. Quantũ ergo ad primũ dicit ſanctificatum. 1. Corin. 6. Abluti eſtis: ſanctificati eſtis ꝛc. Sȝ quantũ ad ſecũdũ dicit. Vtile domino. Sȝ nunquid indiget ſeruitio noſtro? Non. pſ̃. Bonorũ meorum non indiges. Sed dicit vtile domino: id eſt vtilitate ſua cedet ad honoreȝ domini Act. 9. Vt portet nomẽ meum coram gentib⁹ et regibus ⁊ filijs iſrael ꝛc. Quãtum ad tertium dicit. Ad omne ꝛc. pſ̃. Paratus ſum et non ſum turbatus. Et dicit. Ad omne bonum: q: precepta affirmatiua non obligant ad ſemper. Et ideo debet eſſe paratus vt quando neceſſe eſt operet͛. ¶ Deinde cũ dicit. Iuuenilia ꝛc. oſtẽdit qualiter ꝓphana ſunt vitanda. Et ponit duo vitanda. Primũ eſt conuerſatio praua Secundum eſt doctrina mala ibi. Stultas autẽ ꝛc. Circa primũ duo facit. quia pͥmo oſtendit quid ſit vitandũ: Secũdo quid ſit ſequendũ ibi. Sectare ꝛc. Dicit ergo Dico ꝙ debes vitare hec vt ſis vas emundatũ. Ideo iuuenilia ꝛc. Conſiderandũ eſt ꝙ dicit hoc quia iſte iuuenis erat. Et hec ſunt deſideria vanitatum exteriorum et carnalium voluptatũ. Naturale eñi eſt iuuenibus ꝙ hec deſiderẽt Ecc̃. 11. Adoleſcentia et voluptas vana ſunt. Cui⁹ eſt duplex ratio. Vna q: nõ ſunt alia experti. Secunda quia huiuſmodi delectatiões naturales ſunt ordinate vt medicina cõtra labores. Natura vero in iuuenibus laborat. ⁊ ideo inclinant͛ ad eas. ¶ Deinde cum dicit. Sectare vero ꝛc. oſtendit que ſunt ſectanda. Et ſunt quattuor q̃rũ primũ ordinat ad ſubditos. ⁊ hec ẽ iuſticia q: pͥnceps eſt cuſtos iuſticie ꝓuer. 20. Rex q̃ ſedet in ſolio iudicij diſſipat oẽ malũ in intuitu ſuo ꝛc. Secũdũ ordinat ad deum: ⁊ hec eſt fides ſine qua impoſſibile eſt placere deo. Heb. 11. Tertium ordinat ad ꝓximuȝ vnũquẽq;. ſcȝ charitas ⁊ pax que ſe extendit ad inimicos. 1. Corin. 13. Si habuero fidem ita vt mõtes transferã charitatem aũt nõ habuero: nihil ſuȝ ꝛc. Ex charitate ſequit͛ gaudium. Pax autẽ importat ordinatã concordiam. Q autẽ ſubdit. Cum his qui inuocant ꝛc. Vno modo exponi poteſt referendo ad immediate dictum: Quaſi dicat. Sequimini pacem cum his ꝛc. Q aũt dicit. de corde puro. ponit͛ q: non eſt ſpecioſa laus ꝛc. Sed Heb. 12. dicit͛ Pacem ſequimini cum omnib⁹. Quare ergo dicit͛ hic de corde puro? Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ q̃tum in nobis eſt debemus habere pacem cum omnib⁹ ſi fieri poteſt. ſed nõ poteſt eſſe pax inter bonos ⁊ malos q: pax dicit cõcordiam que non poteſt haberi cũ malis. Alio modo legit͛ cum his ꝛc. vt referat͛ ad totũ precedens. Quaſi dicat. Ita ſectare iuſticiam paceȝ ⁊ oĩa ſicut ⁊ illi qui inuocant ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Stultas autẽ ꝛc. hortat͛ ad vitandũ doctrinam malaȝ. Et pͥmo docet quid ſit vitandum. Secũdo quid ſit ſectandum ibi. Sed manſuetum ꝛc. Circa primum duo facit. q: pͥmo ꝓponit documentum. Secũdo rationem aſſignat ibi. Sciens q: ꝛc. Vitande ſunt queſtiones ſtulte quantũ ad materiã: quia ſunt de ſtultis id eſt de his que contrariant͛ ſapientie id eſt de his que ſunt contra diuinaȝ ſapientiã. Has eñi nõ debet homo mouere. ſed eis reſiſtere Iere. 10. Stultus factus eſt oĩs homo a ſcientia ſua. Dicit autem ſine diſciplina q̃tum ad modum: q: clamoſe ſunt. Vel ſine diſciplina ex ꝑte eorũ de q̃b⁹ dubitat͛ vtputa ſi vertat in dubium id qđ tota eccleſia tenet. Iob. 34. Iob autẽ ſtulte locutus eſt ⁊ verba eius non ſonant diſciplinã ꝛc. Queſtiones aũt intantũ ſunt amande inquantũ ducunt ad veritatem ꝑ hoc ꝙ oportet ꝙ omnes vnum dicant. Queſtiones autẽ ſtulte non ducunt ad veritatẽ ſed ad litem: que eſt vitanda Eſa. 58. Ecce ad lites ⁊ contentiones ieiunatis ꝛc. Et ideo dicit. Seruũ autẽ domini ꝛc. id ẽ eũ qui ſe dat ſeruitio dñi. 1. Ti. 3. Non litigioſum. ¶ De-

inde cū dicit. Sed māſuetū ⁊c. oñdit q̄d ſit ſectādū. Et ꝑmo ponit documentū. Scđo rōe3 ibi. Ne qñ det ⁊c. Itē ꝑma in duaſ. q᷑ primo proponit quoddam generale ad omnes. Secūdo quēda3 neceſſaria ad ſingulos ibi. Docilem ⁊c. Generale quod debet habere qui vult diſputa ra eſt ꝙ ſit māſuetus. pſ. Docebit mites vias ſuas. Eſt eñ manſuetudo virtus cōpeſcens ab ira q̄ ꝑturbat iudiciū rationis que neceſſaria eſt in queſtione ⁊ iudicio veritatis Mat. 11. Diſcite a me q᷑ mitis ſum ⁊ humilis corde ⁊c. In ſpeciali autem debet habere reſpectu ſuperiorum docilitatem. reſpectu ꝑſecutorum patientiam. reſpectu falſorum doctorum correctionem. Quantum ad primū dicit docilē id eſt paratū corrigi a q̄cumq3. Et hec eſt ſapientia celeſtis Iac. 3. Que aūt deſurſum eſt ſapiētia primum quide3 pudica eſt. deinde autē pacifica. modeſta ſuadibilis ⁊c. Quantu3 ad ſecundum dcit. Patientem. pſ. Bene patientes erunt vt annuncient. Puer. 19 Doctrina viri per patientiam noſcitur ⁊c. Quantu3 ad tertiū dicit. Cum modeſtia quia correctio debet eſſe modeſta Gal. 6. Vos qui ſpūales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Ne quādo. ⁊c. aſſignat rationem vitationis. ⁊ reſpondet cuidam tacite queſtioni. Poſſet eñ aliquis dicere. Iſti reſiſtūt veritati. ⁊ ideo īminet neceſſitas corrigendi. Reſpondeo ꝙ deus pater eos poteſt reducere ad penitentiam et ad hoc debet iuſtus niti. Et primo ꝑmittit penitentiā qua3 debet intendere cōtra aduerſarios. Secūdo penitentie fructus. Tertio penitentie neceſſitate3. Dicit ergo. Ne quando id eſt vt deus aliquando det eis penitentia3. q᷑ ex ſuperbia reſiſtunt quibus difficile videt̄ dari penitentia. Hic excludit̄ error pelagij qui dicit dona gratie eſſe ex operibus noſtris. quod per hoc patet eſſe falſum. quia etiam principium bonorum ſc3 penitentia datur a deo. Treñ. 5. Cōuerte nos domine ad te et cōuertemur Eſa. 26. A timore tuo cōcepimus. Fructus vero penitentie duplex eſt: ſc3 cognitio veritatis et liberatio a poteſtate diaboli. Quantū ad primū dicit. Ad cognoſcendam veritatem. quia quando ex malicia reſiſtit̄ veritati ipſa malicia ſua excecat eos. quando ergo malicia aufert̄ cognoſcunt veritatem Io. 8. Et cognoſcetis veritatem. Quātum ad ſecundū dicit. Et reſipiſcant ⁊c. id eſt ab occaſionib⁹ errorꝫ ex parte intellect⁹: ſicut falſe fantaſie. ⁊ ex parta affectus ſicut ſunt inuidia ſuperbia ⁊ huiuſmodi. Neceſſitas autem penitentie eſt magna quā niſi habeant diabolus dominat̄ eis. Unde dicit. A quo captiui ⁊c. q̄a qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Io. 8. Et dicit ad ipſius voluntate3 ſc3 ſectandā. Vel vt de homine faciat voluntatem ſuam. Sed contra. Non ſtatim precipitat̄ ſicut vellet. Dicendum eſt ꝙ adipiſcitur q̄tum ꝑmittit̄ ſibi: ſed difficile eſt ꝙ ei auferatur. Eſa. 49. Nunquid tollet̄ a forti preda aut quod captum fuerit a robuſto ſaluum eſſe poterit.

## Capitulum tertium

Hoc autem ſcito q᷑ in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa: ⁊ erunt homines ſeipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibus nō obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incontinentes: immites: ſine benignitate: proditores: ꝓterui: tumidi: ⁊ voluptatum amatores magis q̄ dei: habētes ſpeciem quidem pietatis: virtutem autem eius abnegantes.

Supra inſtruxit eū quō reſiſtat tribulationib⁹ ⁊ ꝑiculis ꝑſentib⁹: hic oſtendit quomō ſtet contra futura. Et ꝑmo ꝑnunciat futura ꝑicula. Scđo oñdit idoneitatem ſuā ad reſiſtendum ibi. Tu autē aſſecutus ⁊c. Tertio oſtendit qualiter reſiſtat ibi. Teſtificor ⁊c. Circa primū duo facit q᷑ ꝑmo prenūciat pericula nouiſſimorꝫ temporu3. Scđo oſtendit quomodo coru3 vitia ſunt etiam modo vitanda ibi. Et hos deuita ⁊c. Item ꝑma in duas. q᷑ ꝑmo prenūciat eſſe futura pericula in nouiſſimis temporib⁹. Secūdo cauſam periculꝫ ibi. Et erunt homnies ⁊c. Dicit ergo. Dixi deuita prophana ⁊c. Non ſolum autē ſunt hec mō vitanda: ſ3 in futuro reſtant etiā queda3 alia vitanda Et dicunt̄ nouiſſimi dies qui ſunt propinqui nouiſſime diei. Io. 5. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Geñ. penultimo. Congregamini vt annūciem q̄ ventura ſunt vobis diebus nouiſſimis. Et adde. Inſtabunt tempora periculoſa ⁊c. Matth. 24. Eritis odio oībus gentibus ꝓpter nomen meum. Cauſa horum eſt iniquitatis abundantia. Matth. 24. Quonia3 abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. Quia fides ⁊ charitas vel anullabit̄ vel totaliter peribit. quia quantomagis aliq̄d elōgat̄ a ſuo ꝑncipio: tanto plus deficit. Et ideo in tempore illo magis deficient fides ⁊ charitas: quia plus elōgant̄ a chriſto. Luc. 18. Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? Et circa hoc primo ponit iniquitatis radicem. Secundo diuerſas eius ſpecies. Radix autē totius iniquitatis eſt amor ſuiipſius. Duplex aute3 amor duplicem ciuitatē facit. Sed contra. Quilibet naturaliter diligit ſe. Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ in homine duo ſunt: ſc3 natura rationalis ⁊ corporalis. Quātum ad intellectualem ſeu rationalē que interior homo appellat̄ vt dicit̄. 2. Corin. 4. Homo debet plus ſe diligere q̄ oēs alios. q᷑ ſtultus eſt qui vult peccare vt alios a peccat̄ retrahat. ſed quantū ad exteriorem hominē laudabile eſt vt alios plus diligat q̄ ſe. Unde illi qui ſe ſic tm̄ amant ſunt vituperabiles. Phil. 2. Omnes que ſua ſunt querūt: non que ieſu chriſti. ¶ Ex hac radice diuerſe ſunt ſpecies iniq̄tatis. Unde dicit. Cupidi elati. ⁊c. Et circa hoc tria facit. q᷑ ꝑmo ponit peccata que ſunt in abuſu rerum exteriorum. Secundo que pertinent ad inordinationem hominis ad alios ibi. Blaſphemi ⁊c. Tertio que ad ſeipſum ibi. Incontinentes ⁊c. Duo aūt ſunt ī reb⁹ exteriorib⁹ ſc3 abūdantia diuitiarꝫ ⁊ excellētia honorū. Quantū ad primū dicit. Cupidi. Et cupiditas ꝑmo ponit̄ q᷑ eſt radix oīum malorum. Vel eſt ꝓpinqua amori ſuiipſius que ē ad bona exteriora. Quantū ad ſecundu3 dicit. Elati. Elatio eſt ſpecies ſuperbie que ſunt quattuor. Una quando aliquis attribuit ſibi quo caret. Secunda quando quod ab alio habet attribuit ſibi ac ſi haberet a ſe. 1. Corin. 4. Quid habes quod non accepiſti ⁊c. Tertia quādo attribuit ſibi quod habet ab alio: ſ3 meritis proprijs. Luc. 18. Ieiuno bis in ſabbato ⁊c. Quarta quando ſingulariter vult videri ſupra omnes. et hec eſt elatio. pſ. Domine non eſt exaltaratu3 cor meum ⁊c. Q̄ dicit ſuperbi reducit̄ ad alias ſpecies ſuperbie. Iac. 4. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autē dat gratiam. ¶ Conſequenter ponit vitia quantū ad alios. Et ꝑmo q̄tum ad ſuperiores. Secundo quantū ad equales ibi. Sceleſti ⁊c. Superior eſt triplex ſc3 deus. ⁊ contra hūc dicit. Blaſphemi Eſa. 1. Dereliquerūt dominū blaſphemauerunt ſanctum iſrael: abalienati ſunt retrorſum. Item parentes. ⁊ q̄tum ad hoc dicit. Parentibus non obedientes. 1. Reg. 15. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare. ⁊ quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſcere.

ꝓuer.30. Oculū qui ſubſannat patrē. ⁊ qui deſpicit partū matris ſue effodiāt eū corui de torrētibus ⁊ comedāt eum filij aquile. Item benefactor inquantū huiuſmodi Et quantū ad hoc dicit. Ingrati. pſ. Qui retribuūt mala ꝓ bonis ⁊c. Col.3. Grati eſtote Sap.16. Ingrati em̄ ſpes tanq̄ hybernalis glacies tabeſcet ⁊ diſperiet tanq̄ aqua ſuꝑuacua ⁊c. ¶ Tunc ponit mala que ſunt ad eq̄lem ⁊ proximum. ⁊ ſunt tria. Primū pertinet ad opus. Unde dicit. Sceleſti id eſt qui ſcelera grauia perpetrāt in proximos Eſa.1. Ve genti peccatrici ppl'o graui iniq̄tate ſeruis neq̄ filijs ſceleratis ⁊c. Secūdū ad effectū. Unde dicit. Sine affectione id eſt ſine affetu charitatis ⁊ ſine pace. Tertio q̄tum ad verbum. Unde dicit. Criminatores. Leuit.19. Non eris criminator nec ſuſurro in populis. Itē q̄tū ad ſeipſuꝫ oñdit quedā alia tripliciter Primo q̄tum ad corruptionem concupiſcibilis. Secūdo iraſcibilis. Tertio rationalis. Quantū ad ꝑmum dicit. Incontinentes. Uñ dicit incōtinens q̄ ſe nō tenet in bono ꝓpoſito propter prauas concupiſcentias Ecc̄.26. Omnis autem ponderatio nō eſt digna continentis anime. Quantum ad iraſcibilem dicit ꝓprie immites id ē non manſueti. hec moderatur paſſiones ire. Matth.11. Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. pſ. Docebit mites vias ſuas. Item ponit aliud quod pertinet ad affectum iraſcibilis ſcꝫ benignitatis excluſio. Unde dicit. Sine bengnitate. hoc em̄ eſt naturale ꝙ quando dominatur vnū contrariorū excludit aliud Ephe.4. Eſtote inuicem benigni ⁊c. ¶ Deinde ponit vitia que ſunt ad corruptionem rationalis. Hec autē potentia perficit per prudentiam. prudentie autē opponit aliquod vitiuꝫ ꝑ abuſuꝫ prudētie ⁊ aliqđ ꝑ ei⁹ priuatiōꝫ: ⁊ vtrūq; ponit Quantū ad ꝑmum dicit. Proditores. Ad prudentiam autē pertinet ſagacitas: qua quidam abutunt in maluꝫ. ⁊ hi ſunt proditores ꝓuer.11. Qui ambulat fraudulenter reuelat archana ⁊c. Item ꝯſtantia qua quidam abutūtur dum in malo ꝓteruiūt. ꝓuer.3. Ne innitaris prudentie tue. ¶ Deinde ponit vitia que ſunt ad ꝑuationeꝫ prudentie. Et ꝑmo ponit priuationis cauſam. Unde dicit. Tumidi. Superbi em̄ inflantur in agendis. quia nō metiunt vires ſuas. ⁊ iō deficiūt ꝓuer.11. Ubi ſuperbia ibi erit et contumelia. vbi autꝫ humilitas ibi ⁊ ſapientia. Secundo ponitur priuatio ſcꝫ ignorantia: quam addit ſuperbie. Superbus enim eſt nihil ſciens. Unde dicit. Ceci quaſi non habentes vſum rectū rationis Mat.15. Ceci ſunt ⁊ duces cecorum ⁊c. Tertio ponit priuationis effectuꝫ: qꝛ temporalia preponūt eternis. Unde dicit. Voluptatum ⁊c. Eſa.13. Syrene in delubris voluptatis. Sed nunquid eſt idem eſſe incontinentem ⁊ voluptatum amatorē? Reſpondeo. dicendum eſt ꝙ nō qꝛ ꝓprie incontinens dicit qui habet ſpem fugiendi. ſꝫ vincitur ab eis. ſed ꝓprie amator earum eſt intemperatus q̄ habet corruptam eſtimationē. ¶ Conſequenter ponit ſimulationem dicens. Habentes ⁊c. 2. Corin.11. Operarij ſubdoli: virtutem autē eius abnegantes: virtutem ſcꝫ pietatis que dicit hic dupliciter. Uno modo ipſa vis pietatis id eſt eius virtus. Unde dicit. Abnegantes id eſt veritatem non habentes Thit.1. Confitent ſe noſce deum: factis autē negant. Alio modo quia virtus rei dicitur illud ex q̄ dependet tota virt⁹ eius. Tota autꝫ virtus pietatis dependet ex charitate. ideo dicit virtutē ei⁹ ſcꝫ charitatem abnegantes.

## Lectio ſecunda

ET hos deuita. Ex his em̄ ſunt q̄ penetrant domos: ⁊ captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatꝭ que ducuntur varijs deſiderijs. ſemper diſcentes ⁊ nunq̄ ad ſcientiam veritatis peruenientes. Quemadmodū autꝫ iamnes ⁊ mambres reſtiterunt moyſi. ita ⁊ hi reſiſtūt veritati. homines corrupti mente. reprobi circa fidem. ſed vltra non proficient. Inſipientia enim eorꝫ manifeſta erit omnibus: ſicut et illorum fuit. Tu autꝫ aſſecutus es meam doctrinam: inſtitutionem: propoſitum: fidem: longanimitatem: dilectionem: patientiam: perſecutiones: paſſiones: qualia mihi facta ſunt. antiochie: iconio: liſtris quales perſecutiones ſuſtinui. ⁊ ex omnib⁹ eripuit me dominus.

Supra apoſtolus deſcripſit pericula nouiſſimoꝝ temporum ⁊ cauſam aſſignauit: hic docet huiuſmodi etiam in preſenti eſſe vitanda. Et ꝑmo premittit monitionem de horum vitatione. Secundo oſtendit in quibus hominibus in preſenti appareant predicta ibi. Ex his enim ⁊c. Dicit ergo. Dixi ꝙ in nouiſſimis temporibus erunt homines peſſimi. Sed non credas te in preſenti eſſe tutuꝫ. ſed etiam nunc hos ⁊ tales homines deuita ſcꝫ ne in ſimilem errorem labaris. Tit. vltimo. Hereticum hominem poſt vnam ⁊ ſecundam correctionem deuita ⁊c. Sꝫ tñ q̄tū ad aliqua vitandi ſunt ſed non q̄tuꝫ ad ſermonē exhortationis. Et tunc oſtendit ꝙ etiam modo ſunt aliqui tales. Et ꝑmo oſtendit nocumentuꝫ quod inferunt. Secundo defectum quem patiunt ibi. Homines reprobi ⁊c. Tertio impedimentū quo artantur ibi. Sed vltra ⁊c. Circa primū duo facit. qꝛ ꝑmo oſtendit impedimentum quod inferunt ſubditis. Secundo impedimentum quod inferunt prelatis ibi. Quemadmodū autē ⁊c. Iterum ꝑma in duas. qꝛ ꝑmo oſtendit eorum imprudentiā Secundo eorum aſtutiam ibi. Et captiuas ⁊c. Quantum ad primū dicit. Deuita ergo: qꝛ iam ſunt aliqui tales. Nam ex his ⁊c. id eſt eorum numero ſunt. 1. Jo. 2. Nūc antichriſti multi ſunt ⁊c. nec debetis intelligere ꝙ ex his fuerunt: ſed ſunt ſcꝫ ſceleſti ⁊ ingrati ⁊c. quia peccatores iam conuerſi nō debent dici peccatores. pſ. Nec memor ero nominū eorum ꝑ labia mea. ¶ Deinde cū dicit. Qui penetrant ⁊c. oſtendit eorum maliciam. Et ad lr̄am poteſt exponi quaſi inordinate ingerentes ſe ⁊ circumeuntes ꝓpter lucrū. Contra quod Ecc̄.21. Pes fatui facilis in domū proximi ⁊c. Sed ꝓpter hoc non prohibentur aliqui viſitare afflictos in domibus Jac.1. Religio munda ⁊ immaculata apud deuꝫ ⁊ patrem: hec eſt viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorꝫ ⁊c. Vel metaphorice poteſt exponi domus id ē cōſcientia Sap. 8. Intrans in domū meaꝫ conquieſcam ⁊c. Illi ergo penetrant domos qui cum aſtutia volunt ſcire ſecreta conſcientie vt decipiant alios. Ecc̄.13. Ex multa loquela temptabit te. ⁊ ſubridens interrogabit te ⁊c. Nihilominus tamen illis qui curam habent licet inquirere ſtatum conſcientie. ꝓuer.27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui tuoſq; greges conſidera. ¶ Deinde cum dicit. Et captiuas ⁊c. oſtendit eorum aſtutiam. Et ꝑmo tangit eoꝝ malicia. quia abducunt a libertate ⁊ ſtatu gratie Jac.1. Qui autem ꝑſpexerit in lege perfecte libertatis ⁊c. Et ducunt in ſtatuꝫ ſeruitutis qui eſt ſtatus peccati. pſ. In conuertendo dominus captiuitateꝫ ſyon ⁊c. Hoc em̄ nomen captiuitatis importat Eſa.5. Propterea captiuus ductus eſt populus meus: quia non habuit ſcientiam ⁊c̄

Secundo oſtendit in quas perſonas exercent maliciam quas deſcribit p̄mo a fragilitate ſexus. Secūdo ex malicia cōuerſationis. Tertio ex vanitate affectionis. Quarto ex defectu diſcretionis. Quantum ad primum dicit. Mulierculas que ſunt minoris diſcretionis ⁊ ſexus fragilioris. Et dicit. Mulierculas: quia magne domine habent aliquos conſiliarios. Unde nō poſſunt ſeduci. ſed hec ſunt tali auxilio deſtitute. Mat. 23. Comeditis domos viduarū. 1. Machab. 1. Captiuas duxerūt mulieres ⁊c. Quantū ad ſecundū dicit. Oneratas peccatis. Peccatum eſt onus q꞉ nō ꝑmittit libere incedere. nec erectū eſſe ⁊ ſtare: ſed incuruat. ps. Sicut onus graue grauate ſunt ſuper me ⁊c. Et ideo iſtas ſpecialiter decipiunt: q꞉ peccatum parat viam ſeductioni. Item q꞉ male ſunt timent reſiſtere ne prodant̄. Quantum ad tertium dicit. Que ducunt̄ varijs deſiderijs id ē apte ſunt vt ſeducā-tur ꝓpter varia deſideria que habent Jac. 1. Uir duplex animo inconſtas eſt in omnibus vijs ſuis ⁊c. Et ideo prima mulier fuit ſeducta: q꞉ non ſtetit conſtanter in verbis domini: ſed dixit ne forte moriamur. Ecc. 9. Ne reſpicias mulierem multiuolā ⁊c. Quantū ad quartum dicit. Semper ⁊c. Curioſitas ſemꝑ noua nititur querere ⁊ nō vult inſiſtere. Unde dicit. Semꝑ diſcētes ꝓuer. 9. Mulier clamoſa ⁊c. Tamē hoc quod dicit. Semꝑ diſcentes poteſt reduci ad penetrantes domos. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Quēadmodū ⁊c. oſtendit nocumentuꝫ quod afferūt prelatis ⁊ nocumentū reſiſtendi eorum doctrine: ⁊ inducit exemplum de exodo vbi magi pharaonis reſtiterunt moyſi. quia a p̄ncipio mundi ſemper fuit pugna inter veritatem ⁊ falſitatem. 2. Pe. 2. Fuerūt vero ⁊ pſeudo ꝓphete in populo ſicut ⁊ in vobis ⁊c. Sꝫ in Exodo iſti magi non nominant̄. ſed hic ſic q̄d forte habuit ex aliquibꝰ verbis iudeorum. Ita iſti veritati ſcꝫ quam nos predicamus reſiſtunt Job. 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini ⁊c Act. 7. Semper ſpirituiſancto reſtitiſtis. ¶ Conſequēter cum dicit. Homines reprobi ⁊c. oſtendit eorum defectum in fide ⁊ in opere. In opere homīes reprobi. Glo. In operibus id eſt qui per opera ſua ſe reꝓbos oſtendūt Jere. 6. Argentum reprobum vocate eos ⁊c. Item in fide corrupti mente id eſt in potentia rationali. Unumquodq; enī tunc dicit̄ corruptum quando deficit a ꝓpria virtute Propria autē mentis perfectio eſt cognitio veritatis. Unde dicit̄ corruptus mente qui deficit a cognitione fidei. ¶ Conſequenter cum dicit. Sꝫ vltra ⁊c. oſtēdit quomō artant̄. Et p̄mo oſtendit eos eſſe impediēdos Secūdo docet modū impediendi ibi. Inſipiētia ⁊c. Sciendum eſt autē circa primuꝫ ꝙ voluntas nocendi eſt homini a ſeipſo. ſed poteſtas nocēdi eſt a deo ꝑmittēte. Et deus nō ꝑmittit vt noceat q̄tum vult malus ſed imponit terminum. Job. 38. Hoc confringens tumentes fluctus tuos ⁊c. Sic ⁊ diabolus non leſit iob niſi ſm̄ ꝙ ꝑmiſſus fuit a deo. Sic arrius nocuit in eccleſia niſi q̄tuꝫ dominus ꝑmiſit Apoc. 7. dicit angelus. Nolite nocere terre ⁊ mari ⁊ arboribus quoadusq; ſignemꝰ ſeruos dei ⁊c. Et dicit. Ultra ſcꝫ q̄ deus ꝑmittit ⁊c. ¶ Modus impediendi eſt vt tollat̄ eorum pallium ⁊ occultatio: quia nocent. Job. 41. Quis reuelabit faciem indumēti eius ⁊c. Et ideo dicit. Inſipientia eorū manifeſta erit deo detegente quando illuminabit abſcondita tenebrarum ⁊c vt dicit̄. 1. Corin. 4. Sicut ⁊ illorum ſcꝫ magorum pharaonis que fuit manifeſta q꞉ non potuerunt facere ſigna. ¶ Deinde cum dicit. Tu autē ⁊c. oſtendit idoneitatem timothei ad reſiſtendū huiuſmodi ꝑiculis. Et p̄mo oſtēdit ꝙ erat idoneus ex inſtitutione apoſtoli. Scd̄o ex experientia ſcp̄turaꝝ ibi. Ab infantia ⁊c. Item p̄mo oſtēdit quomō erat inſtructus ſufficienter ab apoſtolo. Secūdo quō vniuerſaliter inſtrui ab alijs poterat ibi. Omnis qui preinſtructus erat ⁊c. Circa primū p̄mo oſtēdit quomodo inſtructus erat verbo. Secūdo quomodo exemplo ibi. Propoſituꝫ ⁊c. Sed ſciendū eſt ꝙ verbo aliquis inſtruit̄ dupliciter. Uno modo de veritate agnoſcēda. Alio modo de iuſticia operanda. Quantum ad primum dicit. Tu autē aſſecutus es meam doctrinam id ē inſtructus es in fide catholica. ⁊ ideo bene poteſt vitare eos. Quantū ad ſecundum dicit. Meam inſtitutionē. Inſtitutio eſt eruditio que eſt de aliquibus agendis que ſubdunt̄ operationi humane. Phil. 4. Ubiq; ⁊ in omnibus inſtitutꝰ ſum ⁊c. Item quomō inſtructus erat exemplo. Et p̄mo q̄tum ad bona agenda. Secundo q̄tuꝫ ad mala toleranda ibi. Patientiā ⁊c. In bonis faciēdis ponit duo. Primū eſt intentio recti finis. Et quantū ad hoc dicit. Propoſitum quod eſt de fine. Sap. 8. Propoſui ergo hanc adducere mihi ad cōuiuandū ⁊c. Et ad hoc ꝑuenit̄ ꝑ bona opera que deriuant̄ a tribus virtutibus. ſcꝫ fide: ſpe: ⁊ charitate. Et p̄mo ponit fidem. Heb. 11. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Secundo ſpem cum dicit. Longanimitatē. que in longum expectat. 2. Corin. 6. In longanimitate. Tertio charitatem cum dicit. Dilectionem. 1. Jo. 3. Qui non diligit manet in morte. ¶ Deinde de malis tolerandis inſtruit eum q̄tuꝫ ad tria reducendo ad memoriam. Primo patientiam quaꝫ habuit. Item mala que ſuſtinuit. Item diuinum auxiliū quod ſibi affuit. Primo ergo ponit patientiā que opus perfectum habet. Et p̄mo ponit patientie materiam ſcꝫ perſecutiones in genarali Matth. 10. Si vos pſequunt̄ in vna ciuitate fugite in aliam. Item in ſpeciali cum dicit. Paſſiones que paſſus eſt in ꝓprio corpore. 2. Cori. 11. Ter virgis ceſus ſum ⁊c. Tertio in paticulari cuꝫ dicit. Qualia facta ſunt mihi antiochie ⁊c. Act. 16. et. 17 Judei perſecuti ſunt eum preſente timotheo. Sed affuit diuinum auxilium. Et ideo dicit. Eripuit. ⁊c. 2. Cor. 1. Qui conſolat̄ nos in omni tribulatione noſtra.

Lectio tertia

Et, omnes qui pie volunt viuere in chriſto ieſu perſecutionem patientur Mali autē homines ⁊ ſeductores proficient in peius: errantes ⁊ in errorem mittentes. Tu vero ꝑmane in his que didiciſti ⁊ credita ſunt tibi: ſciēs a quo didiceris. Et quia ab infantia ſacras lr̄as noſti que te poſſunt inſtruere ad ſalutem ꝑ fidem que eſt in chriſto ieſu. Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendnm: ad arguendum: ad corripiendū ad erudiendum in iuſticia: vt perfectus ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructꝰ.

Supra ꝓpoſuit timotheo in exemplū perſecutiones q̄s ipſe paſſus fuit. Et ne videat̄ ipſe ſolus ꝑ hmōi paſſiōes tranſiſſe. oſtēdit eas eſſe cōmūes ſctis. Et p̄mo docet quō ſancti patiunt̄ hic defectus penales. Secundo quomodo mali ꝓficiunt ꝑ defectum culpe ibi. Mali autēꝫ homines ⁊c. Dicit ergo perſecutiones ſuſtinui. ⁊ non ſoluꝫ ego: ſed ⁊ omnes. Pie ſumit̄ dupliciter. quandoq; pro virtute pietatis ad cultum diuinum. ſupra eodem. Habentes ſpeciem pietatis. quādoq; ꝓ miſericordia ad ꝓximum. 1. Ti. 4. Pietas ad omnia valet. Omnes ergo q̄ pie ⁊c. id eſt volūt obſeruare cultū religiōis chriſtiane. Tit. 2. Sobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamus in hoc ſeculo ⁊c.

Et tales ꝑſecutiones patiunt̄ ⁊ maxime in primitiua eccleſia quando fides xp̄i vndiq; impugnabat̄ a iudeis et gentib⁹. Et ideo Jo. 16. Uenit hora vt om̄is qui interficit vos arbitret̄ obſequium ſe preſtare deo ꝛc. Matth. 24. Eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomen meū ꝛc. ¶ Item omnes qui pie ꝛc. id eſt volunt ꝑ fidem xp̄i ſeruare miſericordiam ad ꝓximū neceſſe eſt eos perſecutionem patı̄. ⁊ ſi non ab extra: tamē ab intus quando ſcȝ compatiunt̄ defectib⁹ ꝓximorum. quoꝝ culpas ⁊ penalitates vident. 2. Corin. 11. Quis ſcandalizat̄ ⁊ ego nō vror ꝛc. 2. Pe. 2. Habitans apud eos qui de die in diē iuſtam animā iniquis operibus cruciabant ꝛc. pſ̄. Uidi preuaricantes ꝛc. ¶ Item ſunt alie ꝑſecutiones que ſanctis om̄ib⁹ deeſſe nō poſſunt ſcȝ carnis mūdi ⁊ demōis q̄ vt habet̄ Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpūm ꝛc. Ro. 7. Infelix ego hō q̄s me liberabit de corpore mortis huius ꝛc. pſ̄. Multe tribulationes iuſtoꝝ ꝛc. ¶ Deinde eum cum dicit. Mali autē homines ꝛc. oſtendit ꝙ mali incidūt in peiora mala ſcȝ culpe. Dicit mali ī ſe. ſcȝ inquantū peccatis inherēt. Matth. 21. Malos male ꝑdet ꝛc. Et ſeductores ſcȝ in ꝓximoꝝ nocumentū inquantum ſeorſum ducunt eos a via veritatis que cōmunis eſt. Ro. vltimo. Per dulces ſermones ⁊ benedictiones ſeducun corda innocentiū ꝛc. Sȝ iſti non contenti malis que fecerunt ꝓficiūt in peius Apoc. vltimo. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc ꝛc. Sed contra ſupra eodem vltra non proficient. Dicendum eſt ꝙ qui proficiunt in peius permiſſi ā deo. ⁊ ex intentione malicie eorum que ſemper eſt ad malum. ſed ſm̄ prouidentiam diuinam ꝓhibent̄ ne poſſint implere quod ceperunt. Proficiūt aūt in peius mali in ſeipſis inquantū errant circa veritatem: Matth. 22. Erratis neſciētes ſcripturas neq; virtutem dei. Item opere errant ⁊ hoc modo omnes mali errant. ꝓuer. 14. Errant omnes qui operant̄ malum. Item in ꝓximis quia ſeductores. Unde dicit. In errorem mittētes ne ſcȝ poſſint ꝑ proſperitates venire ad regnum celorum. Contra illud ſupra. Qui pie volunt ꝛc. Eſa. 3. Popule meus qui beatum te dicunt ipſi te decipiunt. ¶ Deinde cuȝ dicit. Tu vero ꝛc. monet eum vt maneat in ſua inſtitutione. ⁊ hortat̄ eū tripliciter. ſcȝ ex parte doctoris. ex parte ipſius timothei ⁊ ex parte eorum que accepit. Dicit ergo aſſecutus es miſericordiam ꝛc. ergo ꝑmane in his que accepiſti. Ecc̄. 10. Si ſpūs poteſtatem habentis aſcenderit ſuꝑ te locum tuū ne dimiſeris ꝛc. 1. Corin. 15. Stabiles eſtote et immobiles ꝛc. Dicit ergo. didiciſti ⁊ credita ſunt tibi. quia quilibet xp̄ianus diſcit que fidei ſunt: ⁊ hec eſt doctrina ſalutaris Jo. 6. Om̄is qui audiuit a patre meo ⁊ didicit venit ad me ꝛc̄. Sed ſpecialiter documenta fidei ſunt credita prelatis inquantum debent alijs ea diſpenſare Gal. 2. Cum vidiſſent ꝙ creditum eſt mihi euangeliū prepucij ꝛc. Et quare oportet ꝑmanere? Quia ego a magiſtro ſciētie habui qui errare non potuit. 2. Corin. 13. In me loquit̄ chriſtus. Et ideo in his firmiter ꝑmane: Sciens a quo didiceris: q̄ a paulo qui non ab homine neq; per hominem didicit. ꝛc. Gal. 1. Ex propria cōditione. Turpe enim eſt homini nutrito in bono a pueritia in ſenectute deficere. Ecc̄. 26. Qui tranſgreditur a iuſticia ad peccatum deus parauit eum ad rompheam. Timotheus autem ſic fuit nutritus. prouer. 22. Adoleſcens iuxta viaȝ etiam cū ſenuerit nō recedet ab ea. Unde dicit ab īfantia. Et dicit Sacras litteras que ſunt littere veteris teſtamenti quas didicit ab infantia: quia filius mulieris iudee. Act. 16. Unde mater ſua fecit eum erudiri in eis quod eſt contra manicheum: quia apoſtolus petrus teſtamentum hic nominat ſacras ſcripturas [illegible]. quia ab infantia ſua non nouit l̄ras noui teſtamenti. ¶ Tertio ex parte eorū que accepit. et eſt tertia ratio. nam ſi aliq̄s habet aliquā ſcientiam in qua non eſt vtilitas deſerit eam ⁊ tranſit ad aliam. Sed ſi ſcientia eſt valde vtilis ſtultum eſt eam dimittere. Et ꝑmo facit rationē. Secundo manifeſtat eaȝ ibi. Omnis ſcꝑtura. Dicit ergo. Dico ꝙ accepiſti l̄ras ſacras que non ſunt contemnende quia ſunt vtiles Eſa. 48. Ego dominus deus tuus docens te vtilia ꝛc. Unn ſubdit dicens. Que te poſſunt ꝛc. Jo. 6. Dn̄e ad quem ibim⁹. verba vite eterne habes. Jo. 5. Scrutamini ſcripturas in quibus putatis vitam eternaȝ habere ille ſunt que teſtimoniuȝ perhibent de me. Et l̄re que te poſſunt inſtruere ad ſalutem. ſed non niſi per fidem xp̄i. Ro. 10. Finis em̄ legis eſt chriſtus ad iuſticiam omni credenti. Heb. 11. Sine fide em̄ impoſſibile eſt placere deo. Rationem autē manifeſtat dicens: Om̄is ꝛc. Ubi oſtendit ꝙ ſacre litterre ſunt vie ad ſalutem. Et tria ponit. Nam cōmendat ſcꝑturas ratione ꝑncipij ratione effectus vtilis. ⁊ ratione vltimi fructus ⁊ ꝑfectus. Si em̄ cōſideres eius ꝑncipium habet ꝑuilegium ſuper omnes: quia alie ſunt tradite ꝑ rationem humanam. ſacra autē ſcꝑtura ē diuina ac diuinitus inſpirata. 2. Pe. 1. Non em̄ voluntate humana allata eſt aliquando ꝓphetia. ſed ſpūſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines Job. 32. Inſpiratio omnipotētis dat intelligentiā. Sed dices quō omnis ſcꝑtura diuinitus inſpirat̄ cum ſm̄ ambroſiū omne verum a quocūq; dicat̄ a ſpūſancto eſt? Dicendū ē ꝙ deus dupliciter aliquid operat̄ ſcȝ immediate vt ꝓpriuȝ opus ſicut miracula. Aliquid mediantibus cauſis inferioribus: vt opera naturalia Job. 10. Manus tue domine fecerunt me ꝛc. Que tamen fiunt operatione nature. Et ſic in homine inſtruit intellectum. ⁊ immediate per ſacras litteras: ⁊ mediate per alias ſcripturas. Effectus huius ſcripture ē duplex. ſcilicet quia docet cognoſcere veritatem ⁊ ſuadet operari iuſticiaȝ. Jo. 14. Paraclit⁹ ſpirituſſanctus docebit ſcilicet cognoſcenda: ſuggeret operanda. Et ideo vtilis eſt ad cognoſcendam veritatē: ⁊ vtilis eſt ad dirigendum in operatione. Eſt em̄ ratio ſpeculatiua. ⁊ eſt etiam ratio practica. Et in vtroq; ſunt duo neceſſaria ſcȝ ꝙ veritatem cognoſcat ⁊ erroreȝ refellat. Hoc eniȝ op⁹ eſt op⁹ ſapienti ſcȝ nō mētiri ⁊ mentiētē refellere. Quantū ad primū dicit. Utilis eſt ad docendū. ſcȝ veritatem. pſ̄. Bonitatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſcientiā doce me ꝛc. ¶ Item ad arguendum quantū ad ſecundū Thit. 1. Ut ſit potens exhortari in doctrina ſana ⁊ eos qui contradicunt arguere. ¶ Item q̄tū ad practicā ſunt duo neceſſaria ſcilicet vt reducat a malo ⁊ ad bonum inducat. pſ̄. Declina a malo ⁊ fac bonum ꝛc. Quantū ad primum dicit. Ad corripiendū quod eſt eripere a malo. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eum inter te et ipſum ſolum ꝛc. Job. 5. Beatus homo qui corripitur a domino. Quantum ad ſecundum dicit. Ad erudiendum in iuſticia. Et hec omnia ſacra ſcriptura facit. Eſa. 8. In manu forti erudiuit me ꝛc. Sic ergo q̄druplex eſt effectus ſacre ſcripture ſcilicet docere veritatem: arguere falſitatem. Quantū ad ſpeculatiuaȝ eripere a malo ⁊ inducere ad bonum. Quantuȝ ad practicam. vltimus eius effectus eſt vt perducat hominem ad perfectum. Non enim qualitercūq; bonum facit. ſed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et dicit. vt perfectus ſit homo dei. quia non poteſt homo eſſe perfectus niſi ſit homo dei. Perfectum enim eſt cui nihil deeſt. Tunc ergo homo eſt perfectus: quando eſt paratus ad omne bonum. non ſcilicet que ſunt de neceſſitate ſalutis. ſed etiam ad ea que ſunt ſupererogationis. Bonuȝ autem facientes non deficiamus Gal. vltimo.

Capitulum quartũ.

Teſtificoꝛ coꝛam deo ⁊ iheſu xp̃o
qui iudicaturꝰ eſt viuos ⁊ moꝛ-
tuos: ⁊ per aduentũ ipſius et re
gnũ eius. predica verbum: inſta
oportune iportune: argue: obſecra increpa
in omni patientia ⁊ doctrina. Erit eñ tem-
pus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebũt:
ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magi-
ſtros prurientes auribus. ⁊ a veritate qui-
dem auditum auertent. ad fabulas autem
conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus
laboꝛa: opus fac euangeliſte: miniſteriũ tu
um imple: ſobꝛius eſto.

Premiſſis periculis tempoꝝ nouiſſimoꝝ et ydoneitate
tymothei ad reſiſtendũ: hic oſtẽdit quomodo reſiſtat. Et
primo ponit monitio. Secũdo eius neceſſitas. ibi. Erit
enim ⁊c. Item primo ponit eius cõteſtatio. Secũdo ad-
monitio ibi. Predica verbũ ⁊c. In cõteſtatiõe ſunt duo
conſideranda. ſcʒ corã quibus conteſtet ⁊ per quẽ. Con
teſtat autem corã duobus. ſcʒ coraʒ eo qui eſt noſtra bea
titudo. ⁊ corã eo qui nos in beatitudinẽ introducit. Be-
atitudo autẽ noſtra deus eſt. p̃s. Beata gens cuiꝰ eſt do
minus deus eius ⁊c. Et ideo dicit. Corã deo. id eſt teſtẽ
induco deũ ꝙ hanc monitionẽ faciam. Hic enim teſtis
non decipit. 2ᵉ. coꝛinth. 1ᵒ. Ego autẽ deũ teſtem inuoco
in animã meã ⁊c. Et xp̃o cuius eſt introducere in beati-
tudinẽ. Rom. 1. Per quẽ ⁊ acceſſum habemus per fidẽ
in gratiã iſtam ⁊c. Uel coꝛpoꝛaliter introducit quidem.
quia ip̃e iudicaturꝰ eſt viuos. ⁊ tũc viuos dicit illos qui
viui reperient in aduentu eius qui moꝛient quidem: ſed
quia in modico tempoꝛe reſurgent dicunt viui. 1ᵉ. theſ.
4. Nos qui viuimꝰ qui reſidui ſumus in aduentu domi
ni nõ preueniemus eos qui doꝛmierũt ⁊c. Uel viuos di-
cit bonos. ſcʒ qui viuũt vita gratie. 1ᵉ. Joh. 3. Qui non
diligit manet in moꝛte ⁊c. Et hos etiã iudicat. Act. 10.
Ipſe eſt qui cõſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ.
Sed cum xp̃s ſit deus quomõ vtit hic hac copula coraʒ
deo ⁊ xp̃o. Reſpondeo: poteſt dici ꝙ dicit coꝛam deo ſcʒ
patre ⁊ xp̃o. id eſt filio. Pater eñ eſt fons diuinitatis. ⁊
conteſtat per duo deſiderabilia ſanctis. primũ eſt aduen
tus xp̃i. Luce. 12. Similes hoĩbus expectãtibus domi-
nũ ſuũ quando reuertat a nuptijs ⁊c. Apoca. vlti. Ueni
dñe ieſu. Secundũ eſt regnũ eius. Math. 6. Adueniat
regnũ tuũ. Regnat quidem ſcđm poteſtatẽ ſuper omnẽ
creaturã. Math. vlti. Data eſt mihi omnis poteſtas in
celo ⁊ in terra. Sed ſpiritualiter in ſanctis regnat in pre
ſenti per gratiã. ⁊ in futuro per gloꝛiaʒ. Qui ſancti non
ſunt de hoc mũdo. Joh. 18. Regnũ meũ non eſt de hoc
mũdo ⁊c. Sed hoc regnũ hic inchoat: ſed in futuro cõ-
ſumabit quãdo oĩa regna ei ſubijcient ⁊ volentia ⁊ no
lentia. p̃s. Donec ponã inimicos tuos ⁊c. ¶ Conſequẽ-
ter cũ dicit. Predica verbũ ⁊c. ponit monitio. ⁊ hoc vt
inſtet doctrine que eſt duplex. Una ad oĩes quã ponit
primo. Alia ad aliquos: ⁊ hãc ponit ſecũdo. ibi. Argue
⁊c. Item primo monet eũ ad generalẽ doctrinã exequen
dam. Secũdo docet modũ. Dicit ergo. Predica verbũ
⁊c. ſcʒ euangelij. Marci vlti. Euntes in mundũ predica
te euangeliũ omni creature ⁊c. In predicatiõe duo ſunt
ſcʒ denunciatio veritatis. ⁊ inſtructio ad moꝛes. Et hec
duo debet p̃dicatoꝛ facere. Luce vlti. Incipiens a moy
ſe ⁊ omnibus ꝓphetis interpꝛetabat illis in oĩbus ſcri-
pturis ⁊c. Modus eſt cũ inſtantia ⁊ continuatiõe. Un-
de dicit. Inſta oportune. impoꝛtune. 2ᵉ. coꝛinth. 11. In
ſtantia mea quottidiana ⁊c. Sed dicit. Impoꝛtune. Cõ
tra. Eccl. 20ᵒ. Ex oꝛe fatui reprobabit parabola. non
eñ dicit illam in tempoꝛe ſuo. Item Prouerb. 15. Ser
mo opoꝛtunus optimus eſt. Dicendũ eſt: ꝙ predicatoꝛ
ſcđm veritatẽ ſemper debet p̃dicare opoꝛtune. ſed ſcđm
exiſtimationẽ falſam audientiũ debet predicare impoꝛ-
tune: quia predicatoꝛ veritatis ſemper eſt bonis opoꝛtu
nus. ⁊ malis ſemper impoꝛtunus eſt. Jo. 8. Qui ex deo
eſt verba dei audit. ꝓpterea vos nõ auditis: quia ex deo
non eſtis. Eccl. 6. Quã aſpera eſt nimiũ ſapientia indo-
ctis hominibꝰ ⁊c. Si homo eñ vellet hãc ſeruare opoꝛ-
tunitatẽ vt diceret his qui volũt audire prodeſſet tantũ
iuſtis: ſed opoꝛtet ꝙ aliquãdo etiã predicet malis vt cõ-
uertant. Et ad hoc addit impoꝛtune. Eſaie. 58. Clama
ne ceſſes ⁊c. ¶ Conſequẽter cum dicit. Argue ⁊c. ponit
doctrina in ſpeciali quã primo ponit. Secũdo modũ ibi
In omni patiẽtia ⁊c. Inſtituens autẽ aliquẽ ſpecialiter
poteſt eũ inſtituere. Uel de pertinẽtibus ad fidem. puta
vt doceat veritatẽ ⁊ remoueat erroꝛẽ. Et quantũ ad hoc
primũ dicit. Argue ſcʒ erroꝛes. Tyt. 2. Argue cũ omni
imperio. Uel de pertinẽtibus ad bonos moꝛes ⁊ ad hoc
debet inducere aliquãdo bonũ ⁊ ſuperioꝛẽ. ⁊ tunc debet
placide ⁊ benigne monere. Unde dicit. Obſecra. 2ᵉ. ty
moth. 4. Senioꝛẽ ne increpaueris: ſed obſecra vt patrẽ
Gal. 6ᵒ. Uos qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in
ſpiritu lenitatis. Et ſpecialiter ſi non peccat ex malitia.
Si aũt inſtituat malũ debet cum increpare. Tyt. 1. Ob
quam cauſam increpa illos dure vt ſani ſint in fide ⁊c.
Job. 5. Increpationẽ domini ne reprobes ⁊c. Sed quis
modus: In omni patiẽtia ne iratus appareas ⁊ ex ira in
ſtruas. ſed tranquille. Prouerb. 19ᵒ. Doctrina viri per
patientiã noſcit ⁊c. p̃s. Bene patientes erũt vt annũci-
ent. Item doctrina. ſcʒ de his que ad fideʒ ⁊ in his que
ad moꝛes. Jere. 3ᵒ. Paſcent vos in ſcientia ⁊ doctrina.
¶ Deinde cũ dicit. Erit enim ⁊c. oſtẽdit neceſſitatẽ mo-
nitionis premiſſe. Eſt autẽ triplex neceſſitas predictoꝛũ
Et prima ex parte audientiũ. Secũda ex parte tymothei
ibi. Tu vero ⁊c. Tertia ex parte apoſtoli ibi. Ego enim
iam ⁊c. Circa primũ duo facit. quia primo ꝓponit neceſ
ſitatẽ. Secũdo exponit dictum ſuũ ibi. Et a veritate ⁊c.
Neceſſitas prima eſt auditoꝝ peruerſitas in audiendo.
vt vtilia nolit audire ſed curioſa. Dicit ergo quantũ ad
primũ. Inſta dum nolũt audire ſanã doctrinã. Nam erit
tẽpus quãdo erunt mali doctoꝛes. Actuũ. 20. Ego ſcio
quoniã lupi rapaces intrabũt in vos poſt diſceſſionẽ me
am ⁊c. Unde dicit. Non ſuſtinebũt. id eſt erit eis odioſa
vera doctrina. ſcʒ xp̃i. Prouerb. 8. Juſti ſunt oĩes ſer-
mones mei. nõ eſt in eis prauũ quid nec peruerſuʒ ⁊c.
¶ Alia peruerſitas quia volũt inoꝛdinate audire curio-
ſa ⁊ noxia. Prouerb. 1. Uſquequo paruuli diligitis in
fantiã. ⁊ ſtulti ea que ſunt ſibi noxia cupiẽt ⁊ impꝛuden-
tes odibũt ſcientiam. Ideo dicit. Sed ad ſua deſideria
coaceruabunt. id eſt multiplicabũt ⁊c. Contra quos di-
citur Jacobi. 3. Nolite plures magiſtri fieri fratres mei
ſcientes quoniã maius iudiciũ ſumitis. Et eſt coaceruà-
tio quãdo indigni ⁊ inſufficientes multiplicant. et ma-
gis coaceruatio eſt ſi fiant quattuoꝛ indigni ꝙ̃ ſi centum
boni. quia vt habet Sapi. 6. Multitudo ſapientũ ſani-
tas eſt oꝛbis terraꝝ ⁊c. Eſaie. 30. Loquimini nobis pla
centia. Et hoc eſt ſcđm ſua deſideria. quia vnus vult au
dire vnũ. alius aliuʒ. ⁊ ſic querunt diuerſos magiſtros.
Et dicit. Prurientes auribus. ſcʒ auditoꝛes. Pruritũ
dicit habere in pedibus qui nõ vult quieſcere. In auri-
bus vero qui ſemper audire vult noua inaudita ⁊ curio-

ſa ⁊ quãdoq; noxia. Actu. 17. Athenienſes ad nihil ali
ud vacabant niſi aut diſcere aut audire aliquid noui. Et
ideo multiplicat doctrina heretica Prouerb. 19. Aque
furtiue dulciores ſunt ⁊ panis abſconditus ſuauior ⁊c.
¶ Conſequẽter cũ dicit. Et a veritate ⁊c. exponit dictũ
⁊ primo exponit quod dixerat ꝙ ſanã doctrinã non ſu-
ſtinent cũ dicit. A veritate ⁊c. Sana doctrina eſt quãdo
non habet admixtã falſitatẽ. Ergo ſanam doctrinã non
ſuſtinẽt dum veritatẽ nolunt audire. Oſee. 4. Non eſt
veritas ⁊ nõ eſt miſericordia ⁊ nõ eſt ſcientia in terra ⁊c.
Jo. 8. Si veritatẽ dico vobiſ: q̃re nõ creditis mihi: ⁊c.
Secũdo ꝙ dixerat coaceruabũt ⁊c. exponit cũ dicit. Ad
fabulas autẽ conuertent. Fabula eſt compoſita ex miris
in quibus deficit veritas. Et talia homĩes habentes in
auribus pruritũ volunt audire. 1ᵉ. tymoth. 4. Ineptas
⁊ inanes fabulas deuita ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Tu vo
⁊c. ponit neceſſitas ex parte tymothei cui erat officiũ cõ
miſſum: ⁊ ideo neceſſariũ erat ꝙ predicaret. Et p̄io mo
net eum ad ſollicitudinẽ. Secũdo inducit eum ad labo-
rem. Tertio moderat laborẽ. Dicit ergo. Tu vero ⁊c.
Quaſi dicat. Iſti ſic faciũt. Tu vero ⁊c. Math. 24. Vi
gilate quia neſcitis qua hora dñs veſter venturus ſit ⁊c.
Luce. 2. Et paſtores erãt in regione eadẽ vigilantes ⁊
cuſtodientes vigilias noctis ſupra gregẽ ſuũ ⁊c. Ro. 12
Qui preeſt in ſollicitudine. Sed quia ſollicitudo ſine la
bore inanis eſt. ideo primo inducit ad vniuerſaliter la-
borandũ. Scdõ determinat in quo eſt laborandũ. Ter-
tio laborandi neceſſitatẽ. Dicit ergo. Vigila ⁊ ſic ꝙ ali-
quid facias. ⁊ ideo labora. Sap. 3ᵒ. Bonoꝝ laboꝝ glo-
rioſus eſt fructus ⁊c. Et hoc in oĩbus. id eſt in omni ge-
nere hominũ. Eſa. 32. Beati qui ſeminatis ſuper oĩes
aquas ⁊c. Marci vlti. Predicate euangeliũ omni crea-
ture. Unde mox determinat in quo eſt laborandũ dicẽs:
Opus fac euangeliſte. id eſt euangeliza. Hoc enĩ eſt no
bile opus: quia ad hoc xp̄s eſt miſſus. Luce. 4. Alijs ci
uitatibus oportet me euãgelizare quia ideo miſſus ſum
Eſa. 41. Primus ad ſyon dicet. Ecce adſum ⁊ hieruſa-
lem euãgeliſtã dabo. Euangeliſta autẽ dicitur aliqñ qui
ſcripſit euangeliũ. ⁊ ſic ſunt quattuor. qñq; qui predicat
ip̄m. ⁊ ſic dicit hic. ⁊ Ephe. 4. Neceſſitas aut huiꝰ la
boris q: eſt miniſteriũ tuũ. ⁊ ideo tibi cõmiſſum imple:
ſcz predicãdo. Col. 4. Dicite archippo. vide miniſteriũ
quod accepiſti in dño vt illud impleas. Ille autẽ implet
officiũ euangeliſte qui verbo predicat et opere implet.
Actu. 1. Cepit ieſus facere ⁊ docere. ¶ Conſequẽter in-
ducit ad moderantiã dicens: Sobrius eſto. vel ſobrieta
te corporali que decet p̄dicatorẽ. Ebrietas enĩ eſt inimica
ſapiẽtie. Eccl. 2. Cogitaui abſtrahere a vino carnẽ meã
Vel potius ſobrietas ponit hic ꝓ diſcretiõe Actuũ. 26.
Verba ſobrietatis ⁊ veritatis eloquor. 1ᵉ. petri. 5ᵒ. So-
brij eſtote ⁊c.

## Lectio ſecunda.

Ego enim iam delibor: ⁊ tempus re
ſolutionis mee inſtat. Bonum cer-
tamen certaui: curſum conſumaui:
fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi
corona iuſticie: quam reddet mihi dominꝰ
in illa die iuſtus iudex Non ſolum autẽ mi
hi: ſed ⁊ his qui diligunt aduentũ eius.

Supra monuit eũ vt inſtaret doctrine. ⁊ hoc propter au
dientes ⁊ propter ip̄m tymotheũ: hic inducit tertiã ne-
ceſſitatẽ ex parte apoſtoli. ⁊ eſt quia in breui erat ſubtra
hendus de mũdo. Et primo prenũciat ſuã mortẽ immi
nere. Secũdo mandat ꝙ viſitet eũ ibi. Feſtina ⁊c. Cir-
ca primũ duo facit. Primo deſignatur inſtantia mortis
eius. Secũdo ſecuritas moriẽtis ibi. Bonũ certamẽ ⁊c.
Circa primũ duo facit. q: primo nũciat paſſiones q̃s pa
tiebat. Scdõ p̄dicit mortẽ que expectabat ibi. Et tp̄us
mee ⁊c. Quantũ ad primũ dicit Ego enĩ ⁊c. quaſi dicat
Stati ego delibor. Sanctoꝝ autẽ paſſio dicit imolatio.
Phil. 2. Sz ⁊ ſi imolor ſup ſacrificiũ ⁊ obſequiũ fidei ve
ſtre gaudeo ⁊c. p̄s. Tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. ſ. p
te patiendo. Antiquus in ſacrificijs que ex humidis offe
rebant quedã fiebant preguſtatiões. ⁊ he vocabant deli
batiões. Rom. 11ᵒ. Q ſi delibatio ſancta eſt ⁊ maſſa ⁊c.
Et ideo vocat paſſiones iminentes delibatiões. Et quã
uis iam diu ſim has expertus tempus tamẽ reſolutiõis
mee inſtat. Eſt aũt duplex reſolutio. ſcz aĩe a corpe Eccl.
vlt. Et reuertat puluis in terrã ſuam vnde erat. ⁊ ſp̄us
redeat ad deũ qui dedit illũ. Item eſt reſolutio corpo-
ris in puluerẽ. Geñ. 3. Puluis es ⁊ in puluerẽ reuerte-
ris. ¶ Deinde cum dicit. Bonũ ⁊c. oſtendit ſecuritatẽ
ſue mortis. Sed ſciendũ eſt ꝙ eſt differentia inter mortẽ
iuſti ⁊ peccatoris. quia vt dicit Prouerb. 11ᵒ. Mortuo
homine impio nulla erit vltra ſpes. Quia enĩ ſpem ha-
bet in iſtis rebus trãſitorijs. ideo ſpem nõ habet in eter-
nis. Sed iuſtus habet ſpem in eternis ⁊ nõ in terrenis.
Primo ergo ponit meritũ ſue ſecuritatis. Secũdo ſecu-
ritatẽ de premio. ibi. In reliquo ⁊c. Meritũ huius vite
eſt in tribus. ſcz In reſiſtẽdo malis. In ꝑficiendo in bo
nis. In bene vtẽdo dei donis. Primũ dicit quoddã cer
tamen. Sed certamen dicit bonũ: primo ſi ſit pro bonis
puta ſi ſit pro fide ⁊ iuſticia ſicut apoſtoli. Jude. 1. De cõ
muni veſtra ſalute neceſſe habui ſcribere vobis depre-
cãs ſupcertari ſemel tradite ſanctis fidei. Eccl. 4. Pro
iuſticia agonizare ꝓ anima tua ⁊ vſq; ad mortẽ certa ꝓ
iuſticia. Secũdã ꝓpter modũ certaminis: ſi ſcz ſollicite
⁊ legittime certet ſupra. 2ᵒ. Nõ coronabit niſi qui legit
time certauerit. 1ᵉ. corinth. 9. Sic pugno nõ quaſi aerẽ
verberãs ſed caſtigo corpus meũ ⁊c. Tertio ꝓpter diffi
cultatẽ certaminis Sap. 10. Et certamen forte dedit illi
vt vinceret ⁊c. ⁊ profectũ in bonis quod eſt. ¶ Sed no-
tat curſum. 1ᵉ. corinth. 9. Sic currite vt cõprehendatis
⁊c. Et dicit curſus ꝑfectus ſanctoꝝ: quia cũ feſtinatiõe
currũt vt meliorantes cõſumãt agitati ſtimulis charita-
tis. Heb. 4. Feſtinemus ergo ingredi in illã requiẽ ⁊c.
p̄s. Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Sed adhuc certamẽ
⁊ curſus mortis reſtabat ergo nõ conſumauerat curſum
nec certauerat. Dicendũ eſt ꝙ ſicut homo qui bene inci
pit ⁊ intendit finire habet perfecte. ſic ⁊ apoſtolꝰ iã enĩ
inceperat ⁊ finire intendebat. ¶ Bonus vſus donorum
dei eſt duplex. ſcz cõſeruatio fidei. ⁊ ideo dicit. Fidẽ ſer
uaui quod facit qui vtit donis dei ad gloriã dei ⁊ ſalutẽ
proximoꝝ. Math. 24. Quis putas eſt fidelis ſeruus ⁊
prudens quẽ conſtituit dominꝰ ſuper familiã ſuam: ⁊c.
1ᵉ. tymoth. 1ᵒ. Fidelẽ me exiſtimaui ponens in miniſte-
rio ⁊c. Vel ſeruaui in me virtutẽ fidei. Rom. 14. Om-
ne quod nõ eſt ex fide peccatũ eſt ⁊c. propter qd. Mat.
10. Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes. id eſt cuſtodite fidẽ
tanꝙ caput ⁊ fundamentũ virtutũ. ¶ Deinde cũ dicit.
In reliquo ⁊c. ponit ſpes de premio quod primo ponit.
Secũdo oſtendit datorem eius. ibi. Quam reddet ⁊c.
Tertio ponit participes premij ibi. Qui diligũt ⁊c. Di
cit ergo. Exquo pugnaui ⁊ curſum conſumaui: nihil re-
ſtat niſi ꝙ coroner. Corona iuſticie dicit quam deus ex
ſua iuſticia reddet. Sed contra: quia vita eterna ex gra-
tia dat. Romañ. 6. Gratia dei vita eterna. ⁊ cap. 8. Nõ
ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futurã glo-
riam ⁊c. Non ergo ex iuſticia. Reſpõdeo. Dicendũ eſt

ꝙ eſt ibi gratia quantū ad radicem merendi. iuſticia quā
tum ad actū qui procedit ex voluntate. vel corona que
datur ex iuſticia: quia datur iuſtis ſcðm opera iuſta.
Eſaie. 3. Dicite iuſto quoniā bene quoniā fructum adin
uentionū ſuarū comedet ⁊c. Hec corona duplex eſt. que
dam principalis. quedā ſecundaria. Prima eſt premiū
eſſentiale que nihil eſt aliud ꝙ gaudiū de veritate. Eſa.
28. In illo die erit dominꝰ exercituū corona glorie ⁊ ſer
tum exultatiōis reſiduo populi ſui ⁊c. Deus eſt ergo co
rona noſtra. Secūda eſt corona que debetur ſpecialibus
operibus ⁊ hec eſt aureola. ⁊ vna debet martyribus. ſu-
pra. 2. Non coronabit niſi qui legittime certauerit ⁊c. ⁊
ad hoc eſt quod dicit. Bonū certamen certaui. Alia de-
betur virginibꝰ. Sapieñ. 4. In perpetuū coronata triū
phat incoinquinatorū certaminū premiū vincens ⁊c. Et
ad hoc eſt. Curſum cōſumaui. Apocal. 14°. Hi ſequū-
tur agnū ⁊c. Tertia eſt doctorū. Prouerb. 4. Dabit ca
piti tuo augmenta gratiarū ⁊ corona inclita proteget te
Et ad hoc dicit. Fidez ſeruaui. Et dicit repoſita. i. ſm
eternā predeſtinationē reſeruata. ſupra. 1. Scio cui cre-
didi ⁊ certus ſum: quia potens eſt depoſitū meū ſeruare
in illū diem. ❡ Dator huius eſt deus. ideo dicit quā red
det mihi dominus. ſcz per ſuā iuſticiam in illa die. Naz
hec eſt corona glorie. et hec eſt duplex. ſcz anime: ⁊ hec
reddit ſanctis in illa die. id eſt in morte. Unde hic dicit
Tempus mee reſolutiōis inſtat. 2ᵉ. corinth. 5. Si ter-
reſtris domus noſtra huiꝰ habitatiōis diſſoluat ꝙ ediff
cationē habemus ex deo ⁊c. Alia eſt corporis: ⁊ hec red
detur in illa die ſcz iudicij. 1ᵉ. corinth. 15°. Seminat in
ignobilitate ⁊c. Participes huiꝰ ſunt oēs ſancti. Un
de dicit. Non ſolū ⁊c. ſcz reponit Apocal. vlti. Ueni do
mine ieſu. Canti. 5. Ueniat dilectus meus in ortuz ſuū
vt comedat fructū pomorum ſuorū ⁊c. Qui non diligūt
deū nihil habent: vt diligant aduentū eius. Amos. 5°.
Ue deſiderātibus diem domini: quia corona ſolū chari-
tati debetur. Joh. 14°. Qui diligit me diliget a patre
meo ⁊ ego diligam eū ⁊ manifeſtabo ei meipm.

## Lectio tertia.

Feſtina ad me venire cito. Demas
enim me dereliquit diligens hoc ſe
culuz ⁊ abijt theſſalonicam: creſcēs
in galatiam. tytus in dalmaciam. lucas eſt
mecum ſolus. Marcum aſſume: ⁊ adduc te
cum. eſt enim mihi vtilis in miniſterio. Ty
chicū autem miſi epheſum. Pennulā quaz
reliqui troade apud carpū veniens affer te
cum: ⁊ libros maxime autem membranas.
Alexander erarius multa mala mihi oſten
dit: reddet illi dominus ſcðm opera eius:
quem ⁊ tu deuita. Ualde enim reſtitit ver-
bis noſtris. In prima mea defenſiōe nemo
mihi affuit: ſed omnes me dereliquerunt.
non illis imputetur. Dominus autez mihi
aſtitit ⁊ confortauit me. vt per me predica-
tio impleatur. ⁊ audiant omnes gentes. et
liberatus ſum de ore leonis. Liberauit me
dominus ab omni opere malo. ⁊ ſaluum fa
ciet in regnū ſuum celeſte. cui gloria in ſecu
la ſeculorum. amen. Saluta priſcam ⁊ aqui
lam ⁊ oneſiphori domuz. Eraſtus remāſit
corinthi. trophimū autem reliqui infirmū
mylethi.

Rogat viſitari. Et primo vocat eū ad ſe. Secūdo ſigni-
ficat ſuū ſtatum ibi. Alexander ⁊c. Tertio cōcludit epi-
ſtolarē ſalutationē ibi. Salutant te ⁊c. Item primo mā
dat vt veniat. Secūdo aſſignat ei ſociū ibi. Marcū aſſu-
me ⁊c. Tertio oſtendit quid deferat ibi. Pennulaz ⁊c.
Circa primū duo facit. quia primo vocat eum. Secūdo
cauſam vocatiōis aſſignat ibi. Demas ⁊c. Dicit ergo.
Quia in breui ſuz receſſurus de mūdo: feſtina ⁊c. ⁊ hoc
vt inuicē conſolarent et vt iuuarent eum in predicatiōe
euangelij: pro quo erat ſollicitus in vinculis exiſtens.
Prouerb. 18. Frater qui adiuuat a fratre quaſi ciuitas
firma. Cauſa vocatiōis eſt. quia ſocietate debita erat de-
ſtitutus. Et primo a quodā qui propter ſuam culpā re-
ceſſerat. Secūdo quia quoſdā miſerat ad predicanduz.
Dicit ergo. Demas em̄ ⁊c. i. propoſuit amorē huiꝰ ſecu
li amori meo. 1ᵉ. Joh. 2°. Si quis diligit mūdum nō eſt
charitas patris in eo ⁊c. ❡ Creſcens quidā diſcipulus
abijt in galatiā miſſus ab apoſtolo. Tytus etiaz miſſus
ab eo abijt in dalmaciā. vbi finaliter dicit fuiſſe epiſco-
pus. Job. 38°. Nunquid mittes fulgura ⁊ ibūt: ❡ Lu-
cas ⁊c. hunc retinuit in predicatiōe euangelij in qua fu-
it gratioſus. 2ᵉ. corinth. 8. Cuius laus eſt in euangelio
per omnes eccleſias. ❡ Deinde cū dicit. Marcū ⁊c. aſſi
gnat ei ſociū ⁊c. Et circa hoc duo facit. quia primo aſſi-
gnat ei ſocium. Secūdo huius rationē. hic marcus alio
nomine dicit iohannes ⁊ cōſobrinus barnabe. Act. 15.
dicit ꝙ barnabas volebat aſſumere marcū: ſed paulus
nolebat. Et ꝓpter hoc diſſenſio facta eſt inter eos ita vt
diſcederet ab eis. Col. vlti. Marcus cōſobrinus barna
be. Ratio eſt: quia eſt multipliciter vtilis ⁊c. Tyticum
⁊c. ❡ Deinde cū dicit. Pennulaz ⁊c. Dicit quid portet
Carpus eſt ſanctus quidā. Pennula ſcðm hieronymū
erat volumen legis quod habebāt in carta per modū ro
tuli. ⁊ hoc vocat pennulā. vel pennula dicitur veſtis ali
qua. Sed ſcðm criſoſtomū erat veſtis cōmunis. Et quia
apoſtolus rome erat pauper nō accipiens ab alijs. ideo
voluit vt veſtis ſibi portaretur. Haymo dicit ꝙ erat ſpe
cialis veſtis in ſignū nobilitatis. vnde Actuū. 22. Pau
lus dixit ſe ciuem romanū. Pater em̄ pauli ſeruierat ro
manis in tharſo cilicie: ⁊ ex hoc factus fuit ciuis roma-
nus. ⁊ pēnula erat veſtis in ſignū conſulis. Et forte pa-
ter ſuus erat ibi cōſul. vel pēnula dicit mantica vbi erāt
libri quod videt quia ſequit. Et libros. Sed quid apo-
ſtolo de libris pleno ſpiritusancto: Item inſtabat ſua re-
ſolutio. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ propter duo. Pri-
mo vt in legēdo haberet ſolaciū. 1. Macha. 12. Haben-
tes ſolatio ſanctos libros qui ſunt in manibꝰ noſtris ⁊c.
In libris em̄ eſt remediū contra tribulatiōes. Uel dicit
hoc ne perderent: ſed remanerent fidelibus. Item quā-
tomagis appropinquabat morti tātomagis inſtabat ſer
uitio ſcripturarū ſicut de ambroſio dicit ꝙ vſqȝ ad vlti-
mā egritudinē non ceſſauit ſcribere. Unde ſcribens illū
pſalmū. Magnus dominꝰ ⁊ laudabilis nimis ⁊c. mor-
tuus eſt. Membrane ſūt carte nō ſcripte vel cedule vbi
ſcripſerat epiſtolas vel predicatiōes ſuas. ❡ Deinde cū
dicit. Alexander ⁊c. oſtendit que apud ipm fuerunt ⁊ ꝗ
apud ipm ſunt. Et primo ex parte hominū. Secundo ex
parte dei ibi. Dominꝰ autem mihi aſtitit ⁊c. Iterū pri-
ma in duas. Quia primo ſignificat ei de quodam qui ei
aduerſabat. Secūdo de negligētia eoꝝ qui eum non iu-
uabant. ibi. In prima mea ⁊c. Item primo premittit cul
pam inique impugnantis. Secūdo oſtendit penā eius
futurā ibi. Reddet ei ⁊c. Tertio oſtendit quomō ſit etiā
ſcðm eccleſiā puniēdus ibi. Quē ⁊ tu ⁊c. Uidet ꝙ hic

Alexāder fuit artifex eris vel cuſtos erarij. ⁊ erat de his
qui dixerūt legalia eſſe de neceſſitate ſalutis ſeruanda.
1ᵉ. tymoth. 1º. Circa fidem naufragauerūt ex quibus eſt
hymeneus ⁊ alexander ⁊c. Et dicūt quidā ꝙ iſte eſt de q̄
dicit. Actuū. 19. ꝙ concitauit ſeditionē in apoſtolū: ſed
nomē diſſonat quia ille demetrius hic alexāder et locꝰ.
quia illud epheſi iſtud rome fuit. Et ſubiūgit multa ⁊c.
Et nota ꝙ nō dicit fecit: ſed ꝙ oſtēdit. quia impij aduer
ſus iuſtos animū oſtendere poſſunt ſed nō ſemper explēt
Ieremi. 1º. ⁊. 15. Bellabūt aduerſuꝫ te ⁊ nō preualebūt:
quia ego tecū ſum ⁊c. Iob. 5. Qui diſſipat cogitatiōes
malignoꝝ ne poſſint adimplere manus eoꝝ quod cepe-
rant. Qui apprehendit ſapiētes in aſtutia eorū et conſi
lium prauorū diſſipat. ¶ Deinde cū dicit. Reddet ei do
minꝰ ⁊c. ponit penā eius futurā. Sed nota ꝙ non ponit
verbuꝫ optatiuū reddat: ſed dicit reddet. quia ſignificat
penam eſſe paratā a deo. quod preuidebat apoſtolus ex
eius pertinacia. p̄s. Quia tu reddes vnicuiqꝫ iuxta ope
ra eius. Tamen cū hoc ꝙ reſeruat ei pena in futuruꝫ ec-
cleſia debet etiā eum punire excōmunicando. Unde ſub
iungit. Quem ⁊ tu deuita. ſcꝫ tanꝗ̄ hereticū. Tyt. 3º.
Hereticū hominē poſt vnā ⁊ ſecundā correctionē deuita
⁊c. Cuiꝰ etiam dicti reddit rationē dicens: Ualde enim
⁊c. Actuū. 7º. Uos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis ⁊c.
¶ In prima mea. ponit negligentiā non iuuantiū eū. et
primo reprehendit eorū culpam. Secūdo petit eis veni
am ibi. Nō illis imputet. Dicit ergo. In prima mea ⁊c.
Glo. dicit ꝙ apoſtolus ſepe contra alexandrū praue do-
centē pugnauit ⁊ in perſona nullus ei affuit. ſed hic nō
videt eſſe ſenſus eius: quia iſte alexander nō erat tantus
ꝙ apoſtolus indigeret alijs ad diſputandū cum eo: ſed
dicendū eſt ꝙ ſicut dicit Actuū. 25º. Paulus appellās
miſſus eſt romā. ⁊ ideo oportuit ꝙ preſentaret ceſari vt
diſcuteret miſſionis ſue cauſa. ⁊ iudei venerūt contra eū.
Et hoc apoſtolus appellat ſuā primam defenſionē. In
qua diſcipuli defuerūt ei: timentes ne a crudeli nerone
punirent. Eccl. 51º. Reſpiciēs eram ad adiutoriū homi
nū ⁊ non erat ⁊c. Eſaie. 63. Torcular calcaui ſolus ⁊ de
gentibus non eſt vir mecum ⁊c. Sed poſſet dici ꝙ hoc
fuit: quia a principio nullus ſciuit. Sed hoc eſt falſum.
immo ex quadā puſillanimitate receſſerūt. p̄s. Elonga-
ſti a me amicū ⁊ proximū meum ⁊ notos meos a miſeria
⁊c. Iob. 6º. Fratres mei preterierūt me ⁊c. ſed quia fece
rūt ex infirmitate orat pro eis ⁊ nō excōmunicat. Luce.
6. Orate pro calūniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit.
Dominus autē ⁊c. oſtendit quid agit circa eum ex parte
dei. cuius auxiliū primo ponit. Secūdo huius effectum
ibi. Et audiāt ⁊c. Dicit ergo. Omnes me dereliquerūt
ſed vbi deeſt homo offert ſe deus. p̄s. Quoniā pater me-
us ⁊ mater mea dereliquerūt me. dominꝰ autēꝫ ſuſcepit
me ⁊c. Unde dicit. Dominꝰ mihi aſtitit. ſcꝫ ad adiuuā-
dum me. Iere. 20. Dominus mecū eſt tanꝗ̄ bellator for
tis ⁊c. p̄s. Prouidebā dominū in cōſpectu meo ſemper
quoniā a dextris eſt mihi ne cōmouear. Et quomō? for-
titudinē animi dando: vt nō ſtupeſcerem coram ceſare.
Ezech. 3º. Manus dn̄i erat mecū me cōfortans. Et hoc
vt per me ⁊c. quod implet quādo ad plures diffundit ⁊
quādo quod ore dicit: opere implet. Actuū. 9. Uas ele-
ctionis ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Et audiant ⁊c. ponit effe-
ctus auxilij diuini. Et primo quantū ad preterita. Secū
do quantū ad futura. Tertio agit gratias. Sed duplex
eſt beneficiū circa preterita. ſcꝫ liberatiōis a culpa ⁊ a pe-
na. Dicit ergo. Dominꝰ mihi aſtitit ⁊ ideo in illa voca-
tione liberatus fui. quia non fui condemnatus a ceſare:
ſed permiſſum eſt mihi ꝙ irem quo vellē. Et ideo dicit.
Et audiant ⁊c. vt ſcꝫ alij ſecū confortent ad veniendūꝫ.

p̄s. Annūciate inter gentes gloriā eius ⁊c. Et vt iudeo-
rum inſultatio deprimeret. Et ſubdit. Liberatus ſuꝫ de
ore leonis. id eſt de crudelitate neronis. Prouerb. 19.
Sicut fremitus leonū ita ira regis. Prouerb. 28. Leo
rugiens ⁊ vrſus eſuriens princeps impius ſuper popu-
lum pauperē. Secūdo liberatus fuit a culpa. Unde di-
cit. Liberauit me dominꝰ ab omni opere malo. Aliqui
vero liberant a pena incidentes in culpā negatiōis a fi-
de. p̄s. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis ⁊c. Et
hoc per deū. Sapien. 8. Non poſſum eſſe cōtinens niſi
deus det ⁊c. ¶ In futuro ſaluum faciet ⁊c. Eſaie. 45º.
Iſrael ſaluatus eſt in domio ſalute eterna. Et dicit. In
regnū celeſte. Luce. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpo
ſuit mihi pater meus regnū. Math. 5º. Merces veſtra
copioſa eſt in celis. Et ideo agit gratias dicens: Cui eſt
gloria. 1ᵉ. tymoth. 1º. Regi ſeculoꝝ. ¶ Deinde cum di-
cit. Salutate ⁊c. iniūgit ei aliorū ſalutationē. Secūdo
eum ſalutat ex parte alioruꝫ. Tertio ex parte ſua. Item
circa primū primo iniūgit aliorum ſalutationē. Secūdo
determinat tempus veniēdi. Dicit ergo. Saluta priſcā
ſcꝫ que eſt mulier ⁊ aquilā virum priſce quos premittit
quia forte deuotiores. Item oneſiphori domū. Sed qua
re nō eum ſed domū? quia forte mortuus erat ⁊ ideo ſa-
lutat familiā. Uel forte: quia erat cū eo rome. Determi-
nans tempus: primo oſtendit neceſſitatē. Secūdo proſe
quit propoſitū. Neceſſitas eſt ꝓpter alios remanētes in
alijs ⁊ alijs locis. Item ꝓpter turbationē maris. ¶ De
inde ponit perſonas ſalutantes ⁊ patet. Et modo cōſue
to ne corrumpat epiſtola ſcribit manu ſua. Gratia autē
vobiſcum. Amen.

¶ Explicit deuotiſſima poſtilla ſanctiſſimi doctoris tho
me de aquino ordinis fratrum predicatoꝝ ſuper ſecūda
epiſtola beatiſſimi apoſtoli Pauli ad tymotheū.

## ¶ Incipit pulcherrima expoſitio eiuſdem angelici doctoris beati Thome de aquino: ordinis fratrum predicatoꝝ ſuper epiſtola eiuſdem glorioſi doctoris gentium apoſtoli Pauli ad Tytum.

### Prologus.

I ſciret
paterfamilias ⁊c. Luce
12. Per patrēfamilias
ſignificat platus eccleſie
ꝓpt̄ tria que dꝫ exhibe-
re. ſ. generationē ad fidē
eruditionē ad ſalutē. cu
ſtodiam ad ſecuritatem.
Primū quidem quia ſi-
cut eſt vita corpalis per
aiām: ita ſpiritualis per
fidem. Abachuc. 2. Iu-
ſtus autē meus ex fide viuit. Et ſicut ad vitā carnalē ge
nerat quis per emiſſionē ſeminis corporalis: ita ad vitā
ſpiritualē per infuſionē ſeminis ſpiritualis: quod eſt ver
bum dei. Math. 13. ⁊. 1ᵉ. corint. 4. Per euangeliū ego
vos genui. Item per eruditionē. Eccl. 7. Filij tibi ſunt
erudi illos. Eſaie. 48º. Ego dominus deus tuus do-
cens te vtilia. Item protectionem ad tutelam. Deutro.
32. Circumduxit eum ⁊ docuit ⁊c. ¶ Cuilibet enim pre-
lato committit cura ſubditorum. 3. Regū. 20. Cuſtodi

virū hunc qui ſi lapſus fuerit: erit anima tua pro anima
eius ⁊c. Et hebreo.13. Ipſi peruigilāt quaſi rationē red
dituri pro animabus veſtris. Sed ad hanc generationē
requirit ſcientia. Oſee.4. Quia tu ſcientiā repuliſti ⁊
ego repellā te ne ſacerdotio fungaris mihi ⁊c. Et ideo
dicit. Si ſciret. Requirit enim ꝙ ſciat. Item ad erudi-
tionē requirit ꝙ ſit ſollicitus. Ro.12. Qui preeſt in ſol
licitudine. Luce.2. Paſtores erāt in regione eadē vigi
lantes ⁊ cuſtodiētes vigilias noctis ſupra gregem ſuū.
Ad cuſtodiā vero fortitudo requirit ad protegendū. 1.
Macha.3. de iuda machabeo. Induit ſe loricā ſicut gi-
gas ⁊ ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prelijs ⁊ ꝓtegebat
caſtra gladio ſuo ⁊c. Et ideo dicit Et nō ſineret ⁊c. id eſt
eccleſiā. 1ᶜ. tymoth.3. Ut ſcias quomō oporteat te ꝯuer
ſari in domo dei que eſt eccleſia dei ⁊c. Hec domus eſt
dei ſicut dn̄i. ⁊ prelati ſicut famuli. Heb.3. Moyſes qui
dem erat fidelis in tota domo illius tanꝙ famulus ⁊c.
xp̄us vero tanꝙ filius in domo ſua. Hec perfodit a fure.
id eſt heretico. Abdie. ca. vnico. Si fures introiſſent ad
te. ſi latrones per noctē quomō conticuiſſes? Qui dicit
fur? qui occulte venit ⁊ gradit in tenebris. Unde fur a
furuo dicit: quod eſt obſcurus. Sic iſti per obſcura do-
gmata. Prouer.9. Aque furtiue dulciores ſūt ⁊ panis
abſconditus ſuauior ⁊c. Item ex peruerſa intentiōe: qꝛ
intendūt occidere. Joh.10. Fur non venit niſi vt furet
⁊ mactet ⁊ perdat. Item ex modo intrādi quia nō per ho
ſtiū. 1ᶜ. Joh.4°. Et oīs ſpiritus qui ſoluit ieſum ex deo
nō eſt. ⁊ hic eſt antixp̄us ⁊c. Sic ergo ex premiſſis trahi
tur ꝯuenienter intētio huius epiſtole. in qua ap̄lus in-
ſtruit tytū quomō regat eccleſiā. vt patet in argumēto.

## Capitulum primū.

Paulus ſeruus dei: apoſtolus au
tem ieſu xp̄i ſcd̄m fidem electoꝝ
dei: ⁊ agnitionem veritatis que
ſcd̄m pietatem eſt in ſpem vite
eterne: quam promiſit qui non mentitur de
us ante tempa ſecularia. Manifeſtauit au-
tem temporibus ſuis verbum ſuū in predi
catione. que credita eſt mihi ſcd̄m preceptū
ſaluatoris noſtri dei. Tyto dilecto filio ẜm
communē fidem: gratia ⁊ pax a deo patre ⁊
xp̄o ieſu ſaluatore noſtro.

Hec epiſtola diuidit in ſalutationē ⁊ epiſtolarē narratio
nē ibi. Huius rei ⁊c. In prima primo ponit perſona ſalu
tans que notificat tripliciter. ſcꝫ ex noīe cū dicit. Pau-
lus. qđ ſignificat humilitatē. 1ᶜ. coꝛ.15. Ego ſum mini-
mus apoſtoloꝝ ⁊c. Item ex cōditione cū dicit. Seruus
p̄s. Dn̄e ego ſeruus tuus. Contra. Joh.14. Jam nō di
cam vos ſeruos ⁊c. Reſpondeo: ſancti quādoqꝫ dicūtur
ſerui: quādoqꝫ nō: ſed filij. Duplex em̄ eſt ſeruitꝰ. Una
eſt ex timore que nō cōpetit filiatiōi dei. ſed condiuidit
cōtra eam. Ro.8. Non accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iteꝝ
in timore ⁊c. Alia ex amore que conſequit filiationē dei
Et ratio hꝰ diſtinctiōis eſt. qꝛ liber eſt cauſa ſui qui ope
ratur quod vult. ſeruus vero eſt qui eſt cauſa alterius.
Sed triplex eſt cauſa que eſt principiū operis. ſcꝫ finalis
formalis ⁊ efficiens. Si ergo ꝓpter cauſā finalē ſic om-
nes ſancti ſunt ſerui dei: quia oīa per deū faciūt. 1ᶜ. coꝛ.
10. Siue manducatis ſiue bibitis vel aliud quid facitis
oīa in gloriā dei facite. Et hoc eſt ex amore a q̄ ꝓcedit ꝙ
oīa operemur ꝓpter deū. Si vero ꝓpter cām mouentē q̄
eſt extrīſeca ⁊ ꝯpellit ſic eſt ſeruitus timoris. ⁊ eſt malo
rū. Si ꝓpter cām formalē ſic eſt habitus inclinās. Et ſic
quidā ſunt ſerui peccati. quidā ſerui iuſticie: quia ſcd̄m
habitū inclinant ad malū vel ad bonū. Item ex auctori-
tate cū dicit. Apoſtolus. Luce.6. Elegit ſcꝫ ſuper om-
nes fideles duodecim ex ipis quos etiā apoſtolos nomi-
nauit. Ephe.4°. Primū quidē apoſtolos. Et deſcribit
primo ab actore cū dicit. Jeſu xp̄i. quia ab ipo eſt electꝰ
Gal.1. Non ab hominibꝰ neqꝫ per hominē: ſed per ieſū
xp̄m ⁊c. Item quia ſolū xp̄m annūciabat. 2ᶜ. corinth.4.
Non enim noſmetipos predicamus: ſed ieſum xp̄m do-
minū noſtrū. nos autē ſeruos veſtros per ieſum ⁊c. Iteꝫ
legatus xp̄i cuius auctoritate vtebat. 2ᶜ. corint.5. Pro
xp̄o ergo legatione fungimur. Epheſ.6. Legatiōe fun
goꝛ in cathena. 2ᶜ. corinth.2°. Si quid donaui propter
vos in perſona xp̄i ⁊c. Item ſecūdo ex ydoneitate. Naꝫ
apoſtolus eſt annūciatoꝛ. Math. vlti°. Docete omnes
gentes ⁊c. Doctoꝛ aūt debet habere fundamentū doctri-
ne ⁊ doctrine perfectionē. Primū pertinet ad quēlibet.
Secūdum vero pertinet ad predicatores ⁊ ad doctores
Et ſicut in alijs ſciētijs ſunt principia ſic in hac ſunt ar-
ticuli fidei qui innoteſcūt cuilibet fideli ſcd̄m lumen in-
fuſū. ⁊ articuli ſunt fundamenta fidei que ſunt ſubſtātia
rerū ſperandarū ⁊c. Hebreo.11°. Et ideo dicit. Scd̄m fi-
dem electoꝝ dei. Item requirit perfectio doctrine. Un-
de dicit. Et agnitionē veritatis. Duplex autē habet co-
gnitio veritatis. ſcꝫ perfecta in patria. ſcꝫ quādo videbi
mus facie ad faciē. ⁊ imperfecta per fidem quā habent
ſancti. Johā.8°. Cognoſcetis veritatē ⁊ veritas libera
bit vos. Sed cuius veritatis? In agnitiōe eius que eſt
ſcd̄m pietatē. Religio em̄ ⁊ pietas ſcd̄m tulliū ſunt par
tes iuſticie ⁊ differunt. quia religio eſt cultus dei. Sed
quia deus nō ſolum eſt creatoꝛ: ſed etiā ⁊ pater ideo non
ſolū debemus ei cultū vt creatori ſed amorē ⁊ cultum ſi-
cut patri. Et ideo pietas quandoqꝫ pro cultu dei ſumit.
Job.28. Ecce pietas ipa eſt ſapientia ſcd̄m aliam tranſ
lationē vbi noſtra ſic ſe habet. Ecce timoꝛ dn̄i ipſa eſt ſa
piētia ⁊c. ¶ Tertio deſcribit ex fine. ⁊ primo ponit ipm
finem. Secūdo eius dignitatē ibi. Quā promiſit ⁊c. Fi
nis autē eſt ſpes vite eterne. quia ⁊ ſi moyſes poſſit dici
apoſtolus quia a dn̄o miſſus. Exod.4°. ſed tamen non
in ſpem vite eterne. ſed terre cucī ⁊ amorrei. ſed paulus
eſt apoſtolꝰ in ſpem vite eterne. Joh.6. Hec eſt volun-
tas patris mei qui miſit me. vt omīs qui videt filiū ⁊ cre
dit in eum habeat vitā eternam. 1ᶜ. petri.1°. Regenera
uit nos in ſpem viuā ⁊c. Rom.5. Gloriamur in ſpe glo
rie filioꝝ dei. Promiſſio autē hec eſt firma dupliciter.
Primo ex parte promittētis. Unde dicit. Qui nō men
titur. Deus em̄ veritas eſt cuius contrariū eſt mendaciū
Numeri.23°. Non eſt deus quaſi homo vt mentiat ⁊c.
Secūdo ex diuino ꝓpoſito dandi. Unde dicit. Ante tē-
poꝛa ſecularia. Seculū ſcd̄m philoſophū eſt menſura du
rationis vniuſcuiuſqꝫ rei. Tempoꝛa ergo ſecularia ſunt
tempoꝛa diſtincta ſcd̄m diuerſas ſucceſſiones reꝝ. Qua
ſi dicat. Anteꝙ tempus ſucceſſiuū inciperet eſſe. Et qꝛ
incepit hoc tempus cum mūdo: ideo fuit ante principiū
mūdi. Alia littera habet eterna. id eſt antiqua. Sic em̄
aliquādo accipit eternū. id eſt antiquū. Uel eterna non
ſcd̄m veritatē ſed ſcd̄m ymaginationē. Et ante iſta pro-
miſit hoc: quia hec ſunt ſucceſſiua. Sed promittere eſt
verbo nūciare ſuam voluntatem de dando. Et deus ab
eterno protulit verbū ſuū in quo erat vt ſancti haberent
vitā eternā. Ephe.1. Elegit nos ante mūdi ꝯſtitutionē.
¶ Confirmat aūt hec ſpes ex manifeſtatiōe ꝓmiſſionis.
Unde dicit. Manifeſtauit aūt ſuis tp̄ibus ⁊c. Et deſcri-
bit hec manifeſtatio tripliciter. Prio ex tp̄e vnde mani
feſtauit qn̄ verbum ſuū incarnari conſtituit. Unde dicit

Tempoꝛibus ſuis. id eſt tempoꝛe cōgruo quo homo eſſet cōuictus de ſuperbia per quā peccauerat. Et ſic pꝛio medicus cōuincit egrotū vt eū cōgruentius ſanet. Homo eīm ſuperbiebat de ſciētia: ſed cōuictus eſt de ignorātia ante tempus legis vbi peccauit in ydolatria ⁊ vitijs contra naturā. Item de virtutibus ⁊ de his cōuictus eſt tempoꝛe legis. Gal. 4. At vbi venit plenitudo tempoꝛis miſit deus filiū ſuū ⁊c. Item ſecūdo ex modo: qꝛ per publicā pꝛedicationē. Marci vlti. Euntes in mundū vniuerſum pꝛedicare euangeliū omni creature ⁊c. Unde dicit. In pꝛedicatiōe. 1e. coꝛint. 9. Diſpenſatio credita eſt mihi. Item tertio ex actoꝛe. Unde ſ dicit. Secundū pꝛeceptū ⁊c. Math. 1. Ipſe eīm ſaluū faciet populū ſuū a peccatis eoꝝ. Actu. 9°. Uas electiōis eſt mihi iſte vt poꝛtet nomen meū ⁊c. ¶ Perſona ſalutata ponit cū dicit. Tyto quē deſcribit tripliciter. Pꝛimo ex noīe. Secūdo ex dilectiōe. Tertio ex filiatōe. Filius ergo eſt per dilectionē ⁊ fidem que debet eſſe cōmunis vt idē dicant omnes. Et ideo dicit. Cōmunē que etiā dicit catholica. id eſt vniuerſalis. Unde dicit Ephe. 4. Una fides vnus dn̄s ⁊c. ¶ Bona vero optata ſunt gratia ⁊ pax. hec ſepe coniūgit quia oīm ſpiritualiū donoꝝ pꝛincipiū eſt gratia ⁊ pax finis. ps. Qui poſuit fines tuos pacē ⁊c. a deo ⁊c.

## Lectio ſecunda.

Huius rei gratia reliqui te crete vt ea que deſunt coꝛrigas, ⁊ cōſtituas per ciuitates pꝛ̄ſbyteros ſicut ⁊ ego diſpoſui ſi ꝗs ſine crimine eſt vnius vxoꝛis vir: filios habēs fideles: non in accuſatione luxurie: aut non ſubditos. Opoꝛtet eīm epiſcopū ſine crimīe eſſe ſicut dei diſpenſatoꝛē non ſuperbum. non iracundū. non vinolentum. non percuſſoꝛem. non turpis lucri cupidum: ſed hoſpitalē. benignū. ſobꝛium. iuſtum. ſanctum. continentē.

Accedit ad narrationē. Et ſicut dictū eſt intendit munire eccleſiā contra hereticos. Et pꝛimo monet tytū ꝙ alios inſtruat ad reſiſtendū hereticis. Secūdo docet quomodo ipē eis reſiſtat ibi. Tu autē loquere ⁊c. capit. 2°. Item pꝛimo monet vt inſtituat epiſcopos qui hereticis reſiſtāt. Secūdo oſtendit neceſſitatē huius cōmiſſionis ibi. Sunt eīm multi ⁊c. Item pꝛimo ponit cōmiſſionē tyto factā de inſtituēdo epiſcopo. Secūdo oſtendit quales debēt eſſe epiſcopi ibi. Si quis ſine crimine ⁊c. Tertio manifeſtat que dixit ibi. Opoꝛtet eīm ⁊c. quia ergo apoſtolus habuit vniuerſalē commiſſionē eccleſie gentiū ⁊ non poterat ſolus per ſe oīa exequi Ideo dicit. Huius rei gratia reliqui te in creta ſcꝫ inſula vt loco apoſtoli eccleſie cretenſi officiū paſtoꝛale gerat. Pꝛouerb. 18. Frater qui iuuat a fratre quaſi ciuitas firma ⁊c. Sed ꝙ dicit. Ut coꝛrigas ⁊c. videtur ꝙ deberet dicere ſuppleas. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ glo. ſic ſupplet vt oīa que ſunt in malis coꝛrigas ⁊ que deſunt in bonis addas. 1e. theſ. 3°. Impleamus ea que deſunt fidei veſtre. Uel dicendū eſt ꝙ eſt quoddā peccatū omiſſionis: ⁊ quoddam tranſgreſſionis. ⁊ vtrūqꝫ indiget coꝛrectiōe. In ſanctis autē ⁊ perfectis ſicut tytus fuit: nō abundauerūt tranſgreſſiones. Et ideo nō dicit tranſgreſſiōes coꝛrigas: ſed que deſunt. id eſt omiſſiones. Ut cōſtituas pꝛeſbyteros id eſt epiſcopos. Unde inferius dicit. Opoꝛtet epiſcopū ⁊c. Et vtit indifferenter nomīe epiſcopoꝝ ⁊ pꝛeſbyteroꝝ. Unde ſumpſit occaſionē hereticus qui ambiuit epiſcopatū quē quia nō poterat adipiſci diuiſit ſe ab alijs: ⁊ multa falſa docuit. Inter que dixit ꝙ epiſcopi in nullo differūt a ſacerdotibus qđ eſt contra dyoniſiū in libro de eccleſiaſtica hierarchia. Utit ergo apoſtolus eodē nomine in vtroqꝫ per idemptitatē rei: quia pꝛeſbyter dicit ſenioꝛ. ¶ Item quia pertinet ad ſuperioꝛes epiſcopū cōſtituere licet eū canonici eligant. Et dicit cōſtituas non in villis ſed per ciuitates Sicut eīm in republica reges ſunt tantū in ciuitatibus: ſic in ſpirituali regimīe epiſcopi. 1e. petri. 2°. Regale ſacerdotiū. ¶ Item debēt ſeniores eſſe. Eccl. 10. Ue tibi terra cuiꝰ rex eſt puer ⁊c. Itē ſenes nō ſolū etate ſed ⁊ moꝛibus Nume. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioꝛibꝰ iſrael quos tu noſti ꝙ ſenes ſint populi ac magiſtri ⁊c. ¶ Item ſcdm̄ formā eccleſie. Unde dicit. Sicut ego diſpoſui tibi. Pꝛouer. 3°. Fili mi ne effluāt hec ab oculis tuis ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Si quis ſine crimine ⁊c. deſcribit eos tripliciter. ſcꝫ quantū ad ſeipſos, quantū ex parte vxoꝛis: ⁊ ex parte filioꝝ. De pꝛimo dicit. Sine crimine. Sed ꝗs talis erit 1e. Johā. 1°. Si dixerimus: quia peccatū non habemus ipſi nos ſeducimus. Dicendū eſt ꝙ aliud eſt crimē aliud eſt peccatū Peccatū dicit quodcūqꝫ ſiue magnū ſiue paruū ſiue occultū. Crimen autē magnū ⁊ infame. ps. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo? ⁊c. Et poſtea ſubdit Qui ingredit ſine macula ⁊c. Non ꝙ ꝗ moꝛtaliter peccat poſt baptiſmū non poſſit eligi ſed ꝙ nō ſit infamis. ¶ Quo ad ſecundū dicit. Unius vxoꝛis virū quod oꝛientales ſic exponūt. id eſt ꝙ nō habeat ſimul duas vxoꝛes ſicut quoꝛūdam eſt cōſuetudo. Sed ſcdm̄ hoc non eſſet neceſſariū ꝙ apoſtolus hoc diceret: quia ſcdm̄ leges romanas quibus apl̄s ſcribebat etiā ante fidem nō licebat ſimul habere plures vxoꝛes. Item. 1e. tymoth. 5. Dicit de vidua que fuit vnius viri vxoꝛ: ⁊ tamen nunꝗ̄ licuit ꝙ vna plures viros ſimul poſſet habere. Et hoc modo vult iſtud etiā de vidua. ſcilicet ꝙ nō habuerit niſi vnū virū. Sed hieronymus dicit opoꝛtere ꝙ vnā tantū vxoꝛem poſt baptiſmū habuerit ⁊ ꝙ nō eſt vis ſi ante baptiſmū alias habuiſſet. Sed auguſti. ⁊ ambꝛo. dicūt ꝙ per baptiſmū delent omnia crimina ſed ꝙ per baptiſmū matrimoniū non delet. ergo ſcdm̄ hos dicendū eſt ⁊ rectius ꝙ vnā tantū et non plures: licet habuiſſe ante vel poſt. Scdm̄ quoſdā autē ratio huius eſt: quia ſignū eſſet incōtinentie ſi plures habuiſſet. Sed hoc nō eſt veꝝ: quia nihil repugnaret ſi plures habuiſſet meretrices: que ſunt magis incōtinentes. Sed eſt alia ratio altioꝛ ſignificato ſcꝫ quia ipē eſt diſpenſatoꝛ ſacramentoꝝ. ⁊ ideo nullus defectus ſacramentoꝝ debet eſſe in eo. ſed ſacramentū matrimonij eſt ſignificatiuū cōiunctiōis xp̄i ⁊ eccleſie. ergo vt ſignū reſpondeat ſignato ſicut xp̄s eſt vnus ⁊ eccleſia vna ſic ⁊ hic quidē deficeret ſi ep̄us plures vxoꝛes habuiſſet. In veteri autē lege patriarche ſignificabāt coniunctionē hanc nō vt coniūctā xp̄o ſed coniūgendā: ſed eccleſia erat futura ex multis Et ideo tūc nō vna ſed plures habebant. Et ideo multitudo vxoꝝ ipoꝝ hoc ſignificabat. ¶ Quantū autē ad tertiū ſcꝫ ex parte filioꝝ ſubiūgit dicēs: Filios habens fideles nō in accuſatione ⁊c. Ep̄us eīm ꝯſtituit vt ſuperintendat ⁊ qui ꝯſtituit ad aliquid debet eſſe exercitatus in illo. al's nō prudēter inſtitueret. Pꝛeſumit aūt eſſe bene exercitatꝰ: ſi bene alios rexit. Epiſcopus autē conſtituit ad tria. Pꝛimo vt fidē doceat. Mat. vlti. Docete oēs gentes ⁊c. Et ideo dicit. Fideles. Secūdo requirit ꝙ populū inſtruat ad virtutes. Eccl. 7. Filij tibi ſunt erudi illos. Peccata autē laſciuie magis abſtrahūt a virtute. Eccl. 20°. Laſciuus ⁊ impꝛudens nō ſeruabūt tempus. Et ideo dicit. Nō in accuſatiōe luxurie. 1. Regū. 3. Hely condemnat quia filios de hoc non coꝛrexit. Tertio opoꝛtet ꝙ pertinaces

corrigat. Unde dicit. Aut non ſubditos. id eſt non obe-
dientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadit durus ⁊ fi-
lius remiſſus euadit preceps ꝛc. ❡ Deinde cum dicit.
Oportet eñi ꝛc. exponit qđ dixit. ⁊ primo ꝙ dixit. Sine
crimine. Secũdo ſine quibus debet eſſe. ibi. Non ſuper
bũ ꝛc. Cauſa aũt primi eſt: quia debet diſpenſare diuina
Eccl. 10°. Scđm iudicẽ populi ſic miniſtri eius ꝛc. ps.
Ambulãs in via imaculata hic mihi miniſtrabit. ❡ De
inde cũ dicit. Non ſuperbũ ꝛc. oſtendit a quibus debet
eſſe imunis. ⁊ primo oſtendit a quibus criminibꝰ. Secũ
do quibus virtutibus luceat ibi. Hoſpitalẽ. Peccatoꝝ
autẽ quedaꝫ ſunt carnalia quedã ſpiritualia. De primis
nõ facit mentionẽ: quia omnino debent mũdi eſſe ab eis
Ephes. 5. Fornicatio autẽ ⁊ omnis imunditia aut aua-
ricia: nec nominet̃ in vobis ſicut decet ſanctos ꝛc. Sed
tantũ de ſpiritualibꝰ que ſunt quinqꝫ quoꝝ duo non ha
bẽt locũ in prelatis. ſcꝫ inuidia qđ eſt peccatũ paruuloꝝ
Job. 5. Paruulũ occidit inuidia ꝛc. Prelatꝰ aũt eſt in
ſummo. Item nec accidia quia oĩa ei ad votũ ſuccedũt
ſed ſuperbia: quia eſt in ſummo. ⁊ ira ⁊ cupiditas occa-
ſione temporaliũ quoꝝ eſt diſpenſator. Quantũ ad pri-
mũ dicit. Non ſuperbũ. ps. Superbo oculo ⁊ inſatiabi-
li corde cũ hoc non edebã ꝛc. Eccl. 32. Rectorẽ te poſue
runt noli extolli ꝛc. Quantũ ad ſecundũ. Primo exclu-
dit iram cũ dicit. Non iracundũ. Secũdo incentiuũ ire
quod eſt vinũ dicens: Non vinolentũ. Prouer. 23. Cui
ſuffuſio oculoꝝ: nõne his qui commorant̃ in vino: ꝛc.
Tertio ſequelã ire quod eſt percuſſio. Ideo dicit. Non
percuſſorẽ. id eſt nõ crudelẽ. Eſa. 50. Corpus meũ dedi
percutiẽtibus ꝛc. Uel nõ percuſſorẽ. id eſt nõ percutiẽ-
tem cõſcientias alioꝝ prauis moribus. 1°. corinth. 8°.
Et percutientes conſcientiam eorum infirmum. Quã-
tum ad tertiũ dicit. Non turpis lucri ꝛc. 1°. tymoth. 3°.
Non turpe lucrũ ſectantes. Sap. 15°. Sed eſtimauerũt
luſum eſſe vitã noſtrã ⁊ cõuerſationẽ vite compoſitã ad
lucrũ ⁊ oportere vndecũqꝫ etiã ex malo acquirere. ❡ De
inde ponit bona que debet habere. Et primo que perti-
nent ad conuerſationẽ vite. Secũdo que ad veritatẽ do
ctrine ibi. Amplectentẽ ꝛc. Et patent omnia.

## Lectio tertia.

Amplectentẽ eum qui ſcđm doctri-
nam eſt fidelem ſermoneꝫ: vt potẽs
ſit exhortari in doctrina ſana. ⁊ eos
qui contradicũt arguere. Sunt enim multi
etiam inobediẽtes. vaniloqui ⁊ ſeductores
maxime qui de circũciſione ſunt: quos opor
tet redargui: qui vniuerſas domos ſubuer
tunt: docentes que non oportet turpis lu-
cri gratia. Dixit quidam ex illis proprius
ipſorum propheta. Cretenſes ſemper men-
daces. male beſtie ventris pigri. Teſtimo-
niũ hoc verum eſt.

Supra docuit qualem oportet eſſe epiſcopũ in vita: hic
oſtendit qualẽ oportet eſſe in doctrina. Et primo oſten-
dit ꝙ ad ipm requirit̃ diligentia ſtudij. Scđo ponit ma
teriã ſtudij. Tertio eius vtilitatẽ. Quantũ ad primũ di
cit. Amplectentẽ ꝛc. Aliquid eñi amplectens illud dili
genter cõſtringit. ⁊ amplexus ex dilectione fit. Oportet
eñi euꝫ ſciẽtie inherere cũ amplexu ⁊ firma adheſiõe ani
mi ⁊ cordis dilectiõe Sap. 6. Preoccupat eos qui ſe cõ
cupiſcũt ꝛc. Prouerb. 4. Arripe illã ⁊ exaltabit te: glo
riaberis ab ea cũ eam fueris amplexatus ꝛc. ❡ Materia
ſtudij nõ debent eſſe fabule nec tempalia ſed ſermo fide
lis. id eſt verus. ps. Fidelis dñs ꝛc. Uel ſermo fidelis.
id eſt fidei in qua oporꝫ epiſcopũ inſtrui. Sed aliqui ſtu
dẽt in eis dupliciter vt ſcꝫ addiſcãt ſolũ ⁊ operent̃. Sed
hoc nõ ſufficit epiſcopo: ſed oportet vt ⁊ alios inſtruat.
Et ideo dicit. Que ſm doctrinã eſt. 1°. tymoth. 4. dici
tur. Nemo adoleſcentiã tuaꝫ cõtemnat ſed eſto exemplũ
fidelibus in verbo in ꝯuerſatiõe ꝛc. Utilitas eſt facultas
exequẽdi officiũ ſuũ. Officiũ autẽ prelati eſt ſicut paſto-
ris. Joh. vltimo. Paſce oues meas. Paſtor vero duo
habet facere. ſcꝫ paſcere gregẽ. 1°. Petri. 5°. Paſcite
qui in vobis eſt gregem dei ꝛc. Item arcere lupuꝫ. Sic
⁊ epũs paſcere debet per doctrinã veram. Jere. 3°. Da-
bo vobis paſtores iuxta cor meũ ⁊ paſcent vos ſcientia ⁊
doctrina ꝛc. Et ideo dicit. Ut ſit potẽs ꝛc. Non dicit vt
exhortet̃ ſed vt potens ſit exhortari. Qđ eſt quãdo ha-
bet in promptu exhortatiões quãdo eſt neceſſe exequi.
Qđ figurat̃ Exod. 25°. per vectes in circulis arche vt
archa ſcꝫ poſſet portari. Luce vlti. Potẽs in opere ⁊ ſer
mone. Et dicit. Sana. id eſt abſqꝫ corruptiõe falſitatis.
Infra. 2. Tu autẽ loquere que decẽt ſanã doctrinã ꝛc.
1°. theſ. 2°. Exhortatio noſtra nõ fuit de errore neqꝫ de
immũditia ꝛc. ❡ Item vt cuſtodiãt cõtra hereticos. Et
ideo dicit. Et eos qui cõtradicũt arguere. id eſt cõuince-
re ⁊ hoc per ſtudiũ ſacre ſcripture. 2°. tymoth. 3. Oĩa
ſcriptura diuinitꝰ inſpirata vtilis eſt ad docendũ ad ar-
guendũ ꝛc. Job. 6. Nec contradicã ſermonibus ſancti.
Et hec duo ſm philoſophũ pertinẽt ad opus ſapientis.
ſcꝫ nõ mentiri de quibus nouit quantũ ad primũ. ⁊ men
tientẽ manifeſtare poſſe quantũ ad ſecunduꝫ. ❡ Conſe-
quẽter cũ dicit. Sunt eñi multi ꝛc. ponit neceſſitatẽ di-
ctoꝝ. Et primo ex parte falſoꝝ doctoꝝ. Secũdo ex parte
maloꝝ auditoꝝ ibi. Dixit quidã ꝛc. Circa primũ duo fa
cit. quia primo deſcribit conditionẽ falſoꝝ doctoꝝ. Se-
cundo peruerſitatẽ ſtudij ipſoꝝ ibi. Qui vniuerſas ꝛc.
Item primo oſtendit eoꝝ conditionẽ. Secũdo docet re-
mediũ ꝯtra eos ibi Quos oportet ꝛc. Conditionẽ oſten
dit quadrupliciter. Et primo ex numero cũ dicit. Multi
ꝛc. Eccl. 1°. Stultoꝝ infinitus eſt numerus. Secũdo ex
vitio inobediẽtie quantũ ad deũ ⁊ ſuos ſuperiores Ro.
1°. Parentibus nõ obedientes. 1. Regũ. 15. Peccatuꝫ
inobediẽtie ſicut ydolatria dicit̃ eſſe. Tertio ex vanilo-
quio ſcꝫ quo ad ſe. ps. Dñs ſcit cogitatões hominũ quo
niã vane ſunt. Sap. 13. Uani ſunt hoĩes in quibus non
ſubeſt ſciẽtia dei ꝛc. ⁊ precipue vani ſunt heretici. ideo
ſubiũgit dicens. Seductores. ſcꝫ quo ad inferiores. 2°.
tymoth. 3. Mali homĩes ⁊ ſeductores ꝛc. Quarto ex lo
co cũ dicit. Maxime qui de circũciſione qui cogebãt ho
mines iudaizare. Phil. 3. Uidete canes: videte malos
operarios: videte cõciſionẽ. ❡ Contra quos ponit reme
diũ. Non eñi ſunt tolerandi: quia corrũperet̃ populus ⁊
imputaret̃ paſtori. Ezech. 13. Non aſcendiſtis ex aduer-
ſo neqꝫ oppoſuiſtis murũ ꝓ domo iſrael ꝛc. 2°. tymoth.
4. Argue obſecra increpa in oĩ patiẽtia ⁊ doctrina ꝛc
Et ideo dicit. Oportet redarguere. ❡ Deinde cũ dicit.
Qui vniuerſas ꝛc. deſcribit hoꝝ ſtudiũ. ⁊ primo deſcri
bit̃ ex damno qđ inferũt. Secũdo ex falſo quod docent.
Tertio ex lucro qđ concupiſcũt Damnũ eſt quia ſubuer
tũt ꝛc. Doctrina eñi catholica publice ꝓponit̃ in eccle-
ſia ſed heretici latẽter. ⁊ iđ querũt latibula. Prouer. 9.
Aq̃ furtiue dulciores ſũt ⁊ panis abſcõditꝰ ſuauior ꝛc.
Et iđ circũeunt per domos vt ſeducãt ꝑcipue mulieres.
2. tymoth. 3°. Ex his ſunt q̃ penetrãt domos ⁊ captiuas
ducũt mulierculas oneratas peccatis ꝛc. ❡ Docentes q̃
nõ oportet. id eſt vana ⁊ inutilia. nec querũt lucrũ ſpiri-
tuale ſed temporale. Et ideo addit. Turpis lucri gratia

ſcȝ tꝑalis vel ꝓprie glorie Sap.15. Sed eſtimauerunt luſuȝ eſſe vitā noſtrā ⁊ conuerſationē vite compoſitā ad lucrū ⁊ oportere vndecūqꝫ etiā ex malo acquirere. ¶ Deinde cū dicit. Dixit quidaȝ ꝛc. deſcribit auditores: quia iſti erant cretenſes et ad hos refert hoc opus. Et primo oſtendit conditionē. Secūdo dat remediū. ibi. Quā ob cauſam ꝛc. Circa primū primo deſcribit conditionē per teſtimoniū. Secūdo cōfirmat. Dicit ergo. Tales ſūt doctores: ſed ⁊ auditores ſūt ſimiliter ſeducibiles iuxta teſtimoniū cuiuſdā poete eoꝝ. ſcȝ epimenidis. Ubi nota ꝙ ꝓpheta aliquis dicit̄ qui a deo illuminat̄ ſm intellectū ad cognoſcendū aliqua ſupra cōmunem cognitionē Numeri.12. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi in viſione apparebo ei vel per ſomniū loquar ad illū ꝛc. Itē qui exponit ꝓphetias eodem ſpiritu ⁊ eodē modo quo ſunt tradite. Item qui profert aliquid ꝓpheticū. Unde poteſt ꝓferri aliq̄d ꝓpheticū ex quodaȝ interiori inſtinctu etiā preter ſuū intellectū. Joh.11. Cayphas cū eſſet pontifex ꝓphetauit ꝛc. Non enī ꝓphetauit ſm ſuaȝ intentionē qui dicebat expedire eū mori ne ſeduceret populū. Nihilominus tamē fuit motus ad dicendū per ſpiritū. Et hic modus ꝓphetandi eſt apud illos qui accipiunt primū verbū aliquoꝝ pro omne qđ etiā fit a demonibus. Et dicit. Proprius. quia ꝓprie deſcripſit eoꝝ conditiōes. ¶ Deinde cū dicit. Cretenſes ꝛc. ꝓponit teſtimoniū ⁊ notat eos de tribus. ſcȝ de corruptionē rationalis cū dicit. Semper mēdaces. ps. Perdes oēs qui loquūtur mendaciū. Item de corruptiōe iraſcibilis cū dicit. Male beſtie. id eſt crudeles. Beſtie dicunt̄ quaſi vaſtie: quia crudeles ſunt. Prouerb.28. Leo rugiēs ⁊ verſus eſuriēs. princeps impius ſuper populū pauperē ꝛc. Et dicit male quia ſm philoſophū in politicis. hō qñ ſm rationē operat̄ eſt optimū animaliū: ſed quādo declinat ad maliciā eſt peſſimuȝ. qꝛ ſi declinat ꝓpter crudelitatē nulla beſtia ita ē crudelis. Unde dicit. ꝙ decies millies eſt peior malus homo ꝙ̄ mala beſtia. Item de corruptione cōcupiſcibilis cū dicit. Uentres pigri. id eſt pigritiā habētes ex ventre. Erant enī guloſi ⁊ tales querūt quietem. Luce.12°. Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos. requieſce comede bibe epulare ¶ Confirmat aūt teſtimoniū cū dicit. Teſtimoniū ꝛc. Glo. per hec intelligim⁹ ꝙ doctor ſacre ſcripture accipit teſtimoniū veritatis vbicūqꝫ inuenerit. Unde aplus in plurib⁹ locis recitat dicta gentiliū ſicut in.1. ad corinth.15. Corrumpūt bonos mores colloquia mala ꝛc. Item Act.17 In ipo viuimus mouemur ⁊ ſumus. Nec ꝓpter hoc approbat̄ tota eoꝝ doctrina ſed eligit̄ bonū: qꝛ verū a quocūqꝫ dicat̄ eſt a ſpirituſancto. ſed reſpuit malū. Unde dicit̄ Deutro.21. in figura huius ꝙ ſi quis viderit puellā in numero captiuoꝝ debet precidere vngues ⁊ capillos id eſt ſuperfluitates.

## Lectio quarta.

Quam ob cauſam increpa illos dure vt ſani ſint in fide: non intendentes iudaicis fabulis: ⁊ mandatis hoīm auerſantiū ſe a veritate. Omnia mūda mūdis. coinquinatis autem ⁊ infidelibus nihil eſt mundū: ſed inquinate ſunt eoꝝ ⁊ mens ⁊ cōſcientia. Confitent̄. ſe noſſe deum. factis autēȝ negant: cū ſint abominati ⁊ incredibiles. ⁊ ad omne opus bonū reprobi.

Poſita conditiōe cretenſis populi: hic ponit remediū. Et primo ponit remediū reprehēſionis. Secūdo aſſignat dictoꝝ rationē ibi. Omnia munda ꝛc. Circa primū tria facit. Quia primo hortat̄ tytuȝ ad reprehendendū eos. Secūdo reprehenſionis finem oſtendit. ibi. Ut ſani ꝛc. Tertio docet debitū modū perueniendi ad finē ibi. Nō intendentes ꝛc. Dicit ergo. Cretenſes ſunt male beſtie quibus ſcȝ debet̄ flagelluȝ ⁊ caſtigatio. Et ideo increpa eos dure. Prouer.6. Uia vite increpatio. ps. Increpa feras arūdinis. Sed cōtra. 2ᵉ. tymoth.4. In omni patientia ꝛc. Reſpodeo duplex eſt ratio exhortatiōis huius. Una ex parte eoꝝ qui reprehendunt̄. Cretēſes eniȝ duri ⁊ pertinaces erāt. ⁊ ideo dure eos reprehēdi iubet non aūt epheſij quoꝝ archiepūs erat tymotheus. Alia ex parte reprehendentiū: quia ⁊ tytus fuit lenis ⁊ manſuetus. ⁊ ideo inducit̄ quaſi ad contrariū: ſed tymothe⁹ erat rigidus. ⁊ ideo inducit̄ ad patientiā. ¶ Deinde cuȝ dicit. Ut ſani ꝛc. tangit finem reprehenſionis. Nam homo eſt ſanus in quo nō eſt corruptio. Et ſic ſanus eſt in fide qui in nullo habet eam corruptā. Hoꝝ autem fides vitiabat̄ per hereticos. 2ᵉ. coꝛ.11°. Timeo ne ſicut ſerpens euā ſeduxit aſtutia ſua: ita corrumpant̄ ſenſus veſtri ⁊ excidāt a ſimplicitate que eſt in xp̄o ieſu. 1. tymoth 6°. Si quis aūt aliter docet ⁊ nō acquieſcit ſanis ſermonibus dñi noſtri ieſu xp̄i ꝛc. ¶ Modus perueniēdi ad ſanitatē eſt ſi vitent errores iudeoꝝ. Unde dicit. Non intendētes ꝛc. In lege enī erant duplicia documēta fidei. ſcȝ quedā circa credenda. Item quedā mandata religionis que erāt ſeruanda circa cultū dei. Et prima vocat fabulas. Secūda mandata hominū ⁊ nō dei. Ex quo videt̄ ꝙ cōdemnet vetus teſtamentū vt dicūt manichei. Sed ꝙ dicit fabulis poteſt referri ad eoꝝ narrationes: preter doctrinā legis que ſunt fabuloſa vt thalmuth. 1ᵉ. tymothei.1. Ne intēderent fabulis ⁊ genealogijs interminatis ꝛc. Uel ipa doctrina que fuit olim veritas: nūc ſm ꝙ ipi intelligūt ſunt fabule. ſicut illud Eſaie.7. Uirgo concipiet ꝛc. fuit veritas: ſed nūc quia ipi dicunt adhuc hoc eſſe implendū eſt fabuloſum. Item mādata hominū poſſunt intelligi nō que ſunt in lege moyſi: ſed traditiones ſenioꝝ. Math.15. Sed nūquid mandatis hominū non eſt obediendū? Reſpondeo ꝙ ſic quādiu nō auertūt a veritate dei. Et ideo ſubdit. Auerſantiū ſe a veritate. 2ᵉ. tymoth.4. A veritate quidē auditū auertēt ꝛc. Simile habet̄ Math.15. Sine cauſa colūt me docētes doctrinas ⁊ mādata hominū. Simile dicit̄ Marci.7. Uel dicendū eſt ꝙ mādata que ſunt in lege dei ſunt facta mādata hominū. Quādo enī ſeruant̄ in ſignū future veritatis ſunt mādata dei: ſed quia volūt ea ſeruare poſtꝙ̄ corpus noſtrū mortuū eſt legi ſunt mandata hominū. ¶ Deinde cū dicit. Omnia mūda ꝛc. in ſpeciali oſtendit dictorū rationē. ſcȝ quomō auertūt ſe a veritate. ⁊ quomō dicunt fabulas ⁊ mādata hominū qđ eſt precipue de diſcretione ciboꝝ ſm legem quā pſeudo quidā dicebāt eſſe ſeruandā. Et ideo primo oſtendit quomō hi cibi habent ſe ad bonos. Secūdo quomō ad malos ibi. Coinquinatis autē ꝛc. Dicit ergo. Non intendētes fabulis de cibis qꝛ oīa ſcȝ cibaria ſunt mūda. Sed infert. Ergo adulteriū eſt mundū mūdis. Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ nō. quia ex hoc ipo ꝙ adeſt immūdat. Sed illa ſunt mūda mūdis que de ſe nō immūdant. Math.15. Ea que intrāt in os nō coinquināt hominē. ꝗ omne qđ intrat in os mūdum eſt. Sed duplex eſt obiectio. Una qđ Leuitici.11. dicit̄ ꝙ quādo aliqđ animal nō ruminat vel nō ſcindit vngulam eſt immūdum. Reſpondeo ſm auguſti. cōtra fauſtū aliquid eſt immūduȝ: vel ſm rei naturā: vel ſm ſignificationē. puta: ſi hoc nomen ſtultus ſm ſe ſumat̄ inquantū eſt vox quedā ſic nō eſt immūduȝ ſed bonū. Si vero ſm ſignificationē: quia ſignificat defectū ſapientie ſic habet

Supꝛa fecit apoſtolus quandã comparationem oſtēdēs eſſe maioꝛem neceſſitatem obſeruandi pꝛecepta xp̄i ꝙ̃ legis date per angelos: hic confirmat ↄ̃nam. vbi duo facit. Pꝛimo enim confirmat dictam ↄſequentiã oſtēdēs maioꝛem eſſe poteſtatem xp̄i ꝙ̃ angeloꝛum. Secundo pꝛobat idem per auctoꝛitatem ibi. Teſtatus eſt autē quidã. ⁊c. Dicit ergo. Ita dixi ꝙ maioꝛa ſupplicia ſuſtinebunt ꝙ̃ qui faciunt contra mandata angeloꝛum: quia ipe chꝛiſtus dominus eſt ⁊ magis punitur qui peccat cõtra dominũ ꝙ̃ qui peccat cõtra ſeruos. Et ꝙ chꝛiſtus ſit dominus oſtendit quia nõ ſubiecit deus oꝛbem terre futurum ſubiectum xp̄o angelis. Et duo dicit. Pꝛimo quia oꝛbis non eſt ſubiectus angelis. Secundo oſtendit de quo oꝛbe intendit ibi. De quo loquimur. Oꝛbis enĩ nõ ē ſubiectus angelis. Job. 34. Quem conſtituit aliũ ſup terram aut quē poſuit ſup oꝛbē quem fabꝛicatus ē. Sed cõtra Dan. 10. dicitur. Angelus pꝛinceps regni grecoꝛū ⁊ perſarũ. Et deutero. 32. Conſtituit fines populoꝛũ iuxta numerũ filioꝛũ dei ſm aliam litteram. Et dicendum eſt ꝙ non eſt eis ſubiectus vice dominij ſed vice cuiuſdã miniſterij. Tota enim creatura coꝛpoꝛalis miniſtratur per angelos. p̄s. Miniſtri eius qui facitis ⁊c. ſupꝛa. 1. Omnes adminiſtratoꝛij dicuntur. Vel non enĩ ſubiecit oꝛbem terre angelis: oꝛbē dico futurum ſcȝ mundũ iſtū qui dicit̃ futurus qꝛ in ſcriptura qñqȝ dicitur futurũ non reſpectu noſtri ſed reſpectu eius cui cõparatur: ſicut idē apoſtolus dicit Ro. 5. de adã reſpectu xp̄i qui ē foꝛma futuri: xp̄s enĩ nõ ē futurus reſpectu ſui ſed reſpectu ade. Sic hic oꝛbis futurus dicit̃ nõ reſpectu noſtri ſed reſpectu xp̄i qui ē ab eterno ſed oꝛbis in tempoꝛe. Et qꝛ manichei dicunt oꝛbem ſubiectũ malo deo nõ aũt bono. ideo ſubdit. De quo loquimur quia ſcȝ nõ de alio ſed de iſto. Vel quia ſupꝛa pꝛimo dixerat. Ipſi peribũt ſcȝ celi ⁊ mutabunt̃: qḋ ſicut ibi dictum fuit intelligit̃ quo ad ſtatum non quo ad ſubſtantiã: ita ꝙ duplex ē ſtat⁹ mundi. Vn⁹ qui nunc ē p̄ſens. 2. Pet. 3. Celi qui nunc ſunt ⁊ terra eodē verbo repoſiti ſunt reſeruati igni ⁊c. Et alius ē futurus. In oꝛbe autem ſm iſta qui nunc ē nõ omnia ſunt ei ſubiecta vt ſupꝛa dictũ ē: ⁊ hoc per executionem potentie licet ſubiecta ſint per auctoꝛitatē ſed nũc in illo ſtatu futuro erit ei oꝛbis ſubiectus. Et ideo ſubdit. De quo loquimur. ¶ Conſequenter pꝛobat ꝑ auctoꝛitatē cũ dicit. Teſtatus ē autē quidã ⁊c. Vbi tria facit. Pꝛimo enĩ cõmendat auctoꝛitatē teſtimonij inducendi. Secũdo inducit teſtimoniũ ibi. Quid ē hõ ꝙ memoꝛ es eius ⁊c. Tertio explicat ſenſum teſtimonij. In eo enĩ ꝙ ei omnia ⁊c. Circa teſtimoniũ vero ponit pꝛĩo ꝙ verba veteris teſtamenti ſunt quedã teſtimonia xp̄i. Jo. 5. Scrutamĩ ſcripturas ⁊c. Et paulopoſt. Et ille ſunt q̄ teſtimoniũ perhibent de me. Et ideo dicit. Teſtatus ē autem. Secũdo qꝛ apud iudeos erant quedã ſcripture minus note ⁊ q̄dam magis note: ⁊ iõ maioꝛis dignitatis ſunt ſcripture pſalmoꝝ quib⁹ ipi vtebant̃ in oĩbus ſacrificijs ſuis. Et ideo dicit. In quodã loco noto. ſcȝ ⁊ manifeſto. Tertio ponit auctoꝛitatē dicentis ſcȝ dauid qui ſcȝ fuit maxime auctoꝛitatis. 2. Reg. 23. Dixit vir cui conſtitutũ ē de xp̄o dei iacob egregius pſaltes iſrl̃. ¶ Deinde inducit teſtimoniũ cũ dicit. Quid ē homo ⁊c. vbi tria facit. Pꝛimo enĩ ponit myſteriũ incarnationis. Scḋo paſſionis ibi. Minuiſti eũ paulomin⁹ ab angelis ⁊c. Tertio myſteriũ exaltatiõis ibi. Glia ⁊ honoꝛe ⁊c. Dicit ergo. Quid ē hõ. ⁊c. Et debet legi deſpectiue. Quaſi dicat. Hõ valde modicũ quid ē reſpectu dei. Eſa. 40. Oēs gentes quaſi nõ ſint ſic ſunt coꝛã eo: ⁊ quaſi nihilũ ⁊ inane reputate ſunt ei. Si enĩ aliquis diligit aliquē ⁊ dimittit eũ diu in miſerijs nec ſubuenit videt̃ eius obliuiſci. Deus aũt humanũ gen⁹ dilexit ⁊ qꝛ ipm fecit ad imaginē ſuam ⁊ qꝛ ĩ medio paradiſi ipm poſuit. Sȝ p⁹ peccatũ qꝛ nõ ſtatĩ ei ſubuenit videt̃ ei⁹ fuiſſe oblit⁹. p̄s. Memento ē nr̃i dñe in bñplacito tuo ⁊c. Et iõ dicit. Quid ē hõ ⁊c. Quaſi dicat. Si cõſiderem⁹ vilitatē hominis mix̃ ē ꝙ memoꝛ es ei⁹. Sic ergo pꝛĩo ponit cãm incarnatiõis. Scḋo ponit ipſã incarnationē cũ dicit. Filius homĩs. In ſcriptura enĩ ſacra xp̄s vocat̃ fili⁹ hoĩs ſicut pȝ Dañ. 7. Et in euãgelio in multis locis ⁊ hui⁹ rõ ē: qꝛ alij ſunt filij hoĩm. p̄s. Filij hoĩm vſqȝquo graui coꝛde ⁊c. Sȝ xp̄s tm̃ filius ē hominis ſcȝ virginis beate. Et ipe a deo viſitat̃. Aliquãdo viſitatio in ſcriptura refertur ad gratiam: ſicut dicitur: Geneſ. 21. Viſitauit dominus ſaram ⁊c. Quandoqȝ autem ad penam. p̄s. Viſitabo in virga iniquitates eoꝛum. Hic autem refertur ad beneficium. Viſitas. id eſt excellentiſſimum beneficium ei confers: quia facis eum filium dei ex hoc ſcilicȝ ꝙ hũanitas aſſumpta ē a verbo

in vnitatē ſuppoſiti. Vel hoc dicit ꝓpter plenitudinem xp̄i Joh. p̄mo. Plenū gratia ⁊ veritate ⁊c. Vel referēdū eſt vtrūq; ad xp̄m vt ſit ſenſus. Memor es eius in incarnatione in qua humanitas aſſūpta eſt a xp̄o ſed viſitas ī reſurrectiōe. Vel referendū ē vtrunq; ad hūanū genus Quilibet autē filius hoīs eſt hō: nō autē quilibet hō ē filius hominis. Adam eñ nō fuit filius hoīs. Dicit ergo Homo qui gerit imaginem hominis terreni ade ſc;. Et iſte hō dicit peccator ſed filius hoīs dicit q̄ gerit imaginē hoīs celeſtis ſc; xp̄i qui dr̄ filius hominis. 1. Cor. 15. Sicut portauimꝰ ymaginē terreni portemꝰ ⁊ imaginē celeſtis. Homo ergo ſimpliciter dicit peccator. Et q̄ iſte longe eſt a deo quia longe a peccatoribus ſalus: dicitur deus eius eē memor ſicut homo memoratur eiꝰ qđ longe eſt ab ipſo. Sed filius hominis viſitat per gratiam Job. 10. Viſitatio tua cuſtodiuit ſp̄m meum. ¶ Cōſequēter ponit myſterium paſſionis cū dicit. Minuiſti eū paulominus ⁊c. Ubi ſciendū eſt ꝙ ordine nature corruptibilia ⁊ paſſibilia minora ſunt incorruptibilibꝰ ⁊ impaſſibilibus. Angeli aūt ſm naturā ſunt impaſſibiles ⁊ imortales. Unde quādo xp̄s dignatꝰ eſt paſſionē ⁊ mortē ſuſtinere minoratus ē ab ipſis nō ꝙ plenitudinē ſuā amiſerit vel in aliquo diminutus fuerit: ſed paruitatē noſtrā ſibi aſſumpſit. Et hoc ſignificatum fuit Luc. 22. vbi dicit ꝙ apparuit illi angelus dn̄i confortans eū non ꝙ indigeret ipſo ſed vt oſtenderet ſe minoratū ab ipſis ꝑ paſſionē. Dicit autē paulominus ꝓpter duo. Primo q̄ oīs creatura corporea eſt modicū quid per comparationē ad rōnalem quia corporea cōp̄hēditur certis limitibus quātitatis nō autem rōnalis: ſed ſemꝑ plus pōt in magis intelligibile. xp̄s autem eſt minoratus ab angelis nō quātum ad diuinitatē nec quantū ad animam ſed ſolo corpore. Et dixit paulominus ꝓpter quātitatē. Secundo dicitur paulominꝰ quantū ad durationē quia modicū durauit. Eſa. 54. In modico dereliqui te ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Gloria ⁊ honore ⁊c. oſtendit myſteriū exaltationis Ubi tria facit. Primo oſtendit eius gl'iam. Scđo honorem ibi. Et honore ⁊c. Tertio poteſtatē ibi. Conſtituiſti eum ⁊c. Apo. 5. Dignus ē agnus qui occiſus ē accipere virtutē: diuinitatē ⁊ ſapiām ⁊ fortitudinē ⁊ gloriā ⁊ benedictionem in oēm creaturam ⁊c. Dicit ergo primo: Coronaſti eū gloria id eſt claritate. Gl'ia eñ claritatē importat: xp̄s autē duplici gloria coronatus eſt ſc; claritate corporis. Phil. 3. Qui reformabit corpus humilitatis noſtre cōfiguratū corpori claritatis ſue. Ita claritas ſibi ꝓmittit. Jo. 12. Et clarificaui aīam ſc; implēdo ſplēdoribus grē: ⁊ iterū clarificabo ſc; corpus imortalitatis gloria. Alia claritas ē in confeſſione omnium populorū. Phil. 2. Et oīs lingua cōfiteatur. p̄s. Gloriā ⁊ magnū decorē impones ſuꝑ eum. ¶ Cōſequenter oſtendit eius honorem cū dicit. Et honore ⁊c. Differt autem honor a gloria ſicut effectus a cā. Eſt enim honor reuerentia exhibita in teſtimoniū excellentie eius vnde eſt teſtificatio bonitatis eius. Honor ille ē vt omnis creatura reuereat ipm ſicut ⁊ p̄rem. Jo. 5. Ut omnes honorificent filiū ſicͭ ⁊ patrem. Et dicit coronaſti ſc; in ſignū victorie quia corona dat vincenti. 1. Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilem coronā accipiant ⁊c. 2. Thy. 2. Nō coronabit niſi qui legittime certauerit. Xp̄s aūt per certamē paſſionis meruit hanc gl'iam. Phil. 2. Factus eſt obediens vſq; ad mortem. Et ſequit. Propter qđ ⁊ deus exaltauit illum ⁊c. Iſta autem prout conueniunt chriſto inquantū deus eſt non ſunt premiū ſed magis illi naturalia: ſed inquantum hoc eſt ſunt premium victorie paſſionis eius. ¶ Sed poteſtatem eius oſtendit primo quantum ad auctoritatem eius. Secundo quantum ad effectū ibi. Oīa ſubieciſti ⁊c. Quantū ad p̄mū dic: cōſtituiſti qđ pōt tripliciter intelligi. Uno mō ꝙ conſtitutus eſt ſuꝑ omnia loca ⁊ hoc in aſcenſione. Ephe. 4. Aſcendit ſuꝑ omnes celos. Secundo dignitate. Ephe. 1. Conſtituens eū ad dexteram ſuā ſuper oēm principatum ⁊ poteſtatem ⁊c. Tertio poteſtate q̄ ſuper oēm creaturā. Mat. vl. Data eſt mihi oīs p̄tās in celo ⁊c. Sed xp̄s inquantum deus non eſt conſtitutus ſed natus: ſed cōſtitutus ē inquantū homo: ſupra primo. Quē conſtituit heredē vniuerſorū ⁊c. Effectus poteſtatis ē quia omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Utitur autē ꝓphetia preterito pro futuro propter maiorē certitudinem. Jam eñ factum eſt in eterna dei p̄deſtinatione. Et dicit ſub pedibus eius id ē ſub humanitate vel cum oīmoda ſubiectione. p̄s. Donec ponā inimicos tuos ⁊c. Eſa. 45. Hec dicit dominus xp̄o meo ciro cuius app̄hendi dexteram vt ſubiiciam ante faciem eius gentes ⁊c. ¶ Cōſequenter cum dicit. In eo eñ ⁊c. exponit ſenſum teſtimonij. Ubi ap̄ls duo facit. Primo enim exponit quantum ad eius ſublimitatem. Secūdo quantum ad minorationem ibi. Eū aūt qui modico ⁊c. Circa primum duo facit: q̄ primo oſtendit qualiter dcm̄ ꝓphete ſit intelligendū. Secundo oſtendit illud nōdū eſſe impletum ibi. Nunc autem nō videmus ⁊c. Cum ergo dicit. In eo eñ ⁊c. oſtendit qualiter ſit intelligendū q̄ eñ ſcriptura dicit omnia ſubiecta eſſe xp̄o nihil dimiſit nō ſubiectū ei. Unde ly omnia nō eſt diſtributio accomoda ad aliqua genera ſed abſolute ad oīa: q̄ oīa generaliter ei ⁊ vniuerſaliter ſubiecta ſunt. Uerum eſt preter eum qui ſubiecit ſibi omnia: vt dicit. 1. Cor. 15. ſicut dicitur. Celum tegit omnia. Uerum alia a ſe. Sed tunc arguit ſic arrius. Pater oīa ſubiecit filio: ergo filiꝰ minor ē ipſo patre. Reſpondeo dicendum ē ꝙ verū eſt ꝙ pater omnia ſubiecit filio ſm naturam humanā in qua minor eſt patre. Jo. 14. Pater maior me eſt ſed ſm naturā diuinam ipſe xp̄s ſubiecit ſibi omnia. ¶ Cōſequenter cū dicit. Nunc autem ⁊c. oſtendit hoc nondum eſſe impletum: quia infideles nondum ſunt ei ſubiecti. Ro. 10. Sed nō omnes obediunt euangelio Exo. 10. Uſq;quo nō vis mihi ſubiici ⁊c. Et ſic peccatores non ſunt ſubiecti chriſto per rebellionem voluntaris: ſed per potentiam oēs ſubiiciuntur ei modo: quantum ad auctoritatem: ſed in futuro omnes quantum ad executionem. Unde hec eſt expoſitio eius quod ſupra dixit orbem terre futurum.

## Lectio tertia.

**Eum aūt qui modico q̄ angeli minoratus ē: videmus ieſū propter paſſionē mortꝭ gloria ⁊ honore coronatum vt gratia dei ꝓ omnibꝰ guſtaret mortē. Decebat eñ eū propter quē oīa: ⁊ per quē omnia: qui multos filios in gloriā adduxerat autorē ſalutis eorū ꝑ paſſionē conſūmari. Qui enī ſanctificat ⁊ qui ſanctificantur ex vno oēs. Propter quā cām nō cōfundit fratres eos vocare: dicens. Nunciabo nomē tuum fratribꝰ meis: ī medio eccl'ie laudabo te Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego ⁊ pueri mei quos dedit mihi deus.**

Supra apoſtolus volens probare excellentiam xp̄i ſuꝑ angelos: induxit auctoritatem prophete in qua aliquid erat quod pertinet ad chriſti dignitatē ſicut illud. Oīa ſubieciſti ⁊c. Et ipſe illud expoſuit. Aliquid autem qđ

pertinet ad eius paſſionē ſcꝫ minuiſti eū ⁊c. Iſtud auteꝫ
videtur repugnare ſuo principali intento quo ſcꝫ inten=
dit xp̄m pferre angelis. Et ideo hoc in parte iſta diffu=
ſe exponit. Ubi duo facit. quia prio oſtendit ſm quid ſit
iſta minoratio intelligenda. quia ſcꝫ ſcd̄m paſſionē. Se=
cundo agit de cōuenientia paſſionis ibi Decebat eñ ⁊c.
Circa primū duo facit. qr primo oſtendit illō quod eſt di
ctum. Secūdo deſcribit ipſam paſſionem ibi. Ut gratia
dei ⁊c. Dicit ergo Eū autem ⁊c. Continuetur ſic. Ita di
ctū eſt. q̄d eſt homo ⁊c. Gloria ⁊ honore ⁊c. Omnia ſub=
ieciſti ⁊c. Minuiſti eum ⁊c. Et totum hoc propheta de
chriſto predixit. ſed iam multa de iſtis videmus imple=
ta. Pro certo ergo tenemus ꝙ que reſtant ſint implēda.
ſcꝫ ꝙ omnia ſubijcientur ei ⁊c. Grego. Preteritoꝝ exhi
bitio: futurorꝫ eſt certitudo. Et poteſt ſic conſtrui. Nos
eū qui modico ꝙ̄ angeli minoratus eſt. videmus eſſe ie=
ſum nec ſolum hoc: ſed gloria et honore coronatum: pro=
pter paſſionē mortis: que fuit cauſa illius coronationis.
Philip. 2. Propter quod et deus exaltauit illū ⁊c. Et
dicit mortis. quia non qualēcunqꝫ paſſionē ſuſtinuit ſed
acerrimā et turpiſſimā Sap. 2. Morte turpiſſima con=
demnemus eum. Uel aliter Nos videmus ieſum. Et q̄ſ
ſi quereretur ab ipſo quem diceret. ideo reſpondens di=
cit. ſcilicet eū qui per paſſionē mortis modico minoratꝰ
eſt ꝙ̄ angeli cum gloria et honore coronatum. Quaſi di
cat Hec minoratio non eſt intelligenda niſi propter paſ=
ſionem mortis. Nec eſt mirum. quia q̄ttum ad hoc nō ſo
lum angelis ſed etiā hominibus eſt minor Eſa. 53. De=
ſiderauimus eum nouiſſimū viroꝝ ⁊c. Dicit auteꝫ gloſa
et eſt auguſtini contra maximū ꝙ chriſtus non eſt mino=
ratus ab angelis propter conditionē nature humane: ni
ſi propter paſſionē. Natura eñ mentis humane quā xp̄s
ſine peccato aſſumpſit nihil eſt maiꝰ ꝙ̄ ſola trinitas. qr
ergo paſſio ſcd̄m corpus fuit: xp̄s nō fuit minor angelis
niſi ſcd̄m corpus. quod videtur eſſe contra Dyoniſium q̄
dicit. 4. capitulo angelice hierarchie. ꝙ angeli natura=
li participatione luminis maiores ſunt ꝙ̄ homines. Et
dicendum eſt ꝙ de natura mentis humane dupliciť poſ
ſumus loqui. Uel ſcd̄m naturalia ſola: et ſic natura ange
lorum excellentior eſt ꝙ̄ natura mentis humane. qr an=
gelus accipit cognitionē diuine veritatis in quadaꝫ ex=
cellentia et plenitudine intellectualis luminis: ſꝫ homo
ex creaturis. Alio modo poſſumus accipere naturā vtrī=
uſqꝫ ſine peccato in ordine ad beatitudinē obtinendaꝫ et
ſic ſunt eq̄les Luce. 20. Erunt ſicut angeli in celo. xp̄s
tamen quantū ad excellentiam gratie ſcd̄m mentē huma
nam maior eſt angelis. Iſta autē minoratio non eſt ſcd̄ꝫ
naturā diuinitatis: nec abſolute ſcd̄m naturā humanam
niſi inquātum paſſus eſt ſcd̄m illā. ¶ Deinde cum dicit
Ut gratia dei ⁊c. Deſcribit ipſam paſſionē et deſcribit
eam tripliciter. Primo ex cauſa cuꝫ dicit: Ut gratia dei
Secundo ex vtilitate cum dicit: Pro omnibus. Tertio
ex modo cum dicit: Guſtaret. Cauſa eñ fuit ſola gratia
dei. Unde continuatur ſic: Uidimus ieſum qui minora=
tus eſt ex hoc vt gratia dei ⁊c. Ex ipſa eñ factū eſt ꝙ fili
um ſuum vnigenitum dedit. Joh. 3. Sic eñ dilexit deꝰ
mundum: vt filium ſuū vnigenitū daret ⁊c. Ro. 5. Cō=
mendat deus charitatē ſuā in nobis. quia cū adhuc pec=
catores ⁊c. Uel ſcd̄m ꝙ dicit gloſa Auguſtini. vt gratia
id eſt ipſe chriſtus qui eſt gratia dei. Et ſic gratia eſt no=
minatiui caſus. Dicitur aūt chriſtus gratia. quia auctor
eſt gratie. Joh. 1. Gratia et veritas per ieſum xp̄m facta
eſt. Uel quia eſt gratis datus Eſa. 9. Filius datꝰ eſt no
bis: vt ſit ſenſus. ꝙ ipſe minoratus eſt. vt ipſe qui eſt gra
tia dei ⁊c. Utraqꝫ expoſitio eſt ſm gloſam. ¶ Pro omni
bus ecce vtilitas. Pro omnibus autē dupliciť poteſt in=
telligi. Uel vt ſit diſtributio accomoda. ſcꝫ pro omnibus
predeſtinatis. pro iſtis eñ tantū habet efficaciaꝫ Uel ab=
ſolute pro omnibus quantum ad ſufficientiā Sufficiens
eñ quantū ad ſe omnibus eſt. 1. thimo. 4. Qui eſt ſalua
tor omnium maxime autē fideliū. Chryſoſtomus. Pro
omnibus hominibus generaliter mortuus eſt. quia om=
nibus precium ſufficit. Et ſi omnes non credunt ipſe ta=
men quod ſuum eſt impleuit. ¶ Guſtaret ecce modꝰ Gu=
ſtat eñ qui nō multū comedit nec bibit. Quia ergo chri
ſtus non perſeuerauit in morte: ſed ſtatim ſurrexit: ideo
guſtauit. pſ. De torrente in via bibit ⁊c. Uiator feſtinat
Item guſtus eſt diſcretiuꝰ ſaporis Unde qui guſtat ma
gis diſcernit ꝙ̄ qui bibit. Ut ergo deſignet ꝙ mortem et
dolorem ſenſit. ⁊ ſic mors non fuit fantaſtica vt dicit ma=
nicheꝰ et appollinaris. iō dič guſtauit. Tren. 1. O vos
omnes qui tranſitis per viā ⁊c. ¶ Deinde cuꝫ dicit. De=
cebat eñ eū ⁊c. Oſtendit conuenientiā ex vtilitate. De=
us eñ pater eſt qui fuit cauſa mortis. Ipſe enim eſt per
quem omnia: ſicut per cauſam efficientē. et propter queꝫ
omnia ſicut per cauſam finalē. Propter eniꝫ ipſum ſunt
omnia. quia propter bonitatem ſuā cōmunicandam. Et
hec fuit cauſa mouens ad producendū res. ⁊ ita finaliter
ſunt omnia propter deum. puerb. 16. Uniuerſa propter
ſemetipſum operatus eſt dominus. Sunt etiā effectiue
per ipſum. pſ. Qui fecit celū ⁊ terrā mare et omnia que
in eis ſunt. Eſt ergo omnium principiū ⁊ finis Apoc. 1.
Ego ſum alpha et o. principiū et finis Ro. 11. Ex ipſo ⁊
per ipſum et in ipſo ſunt oīa. Decet ergo ipſū qui actor
eſt omnium omnibus prouidere. Sap. 6. Equaliter illi
cura eſt de omnibus. Secundo conueniens fuit ex parte
cauſe: que vt dictum eſt fuit gratia dei. gratia vero ordi=
natur ad gloriā Ro. 6. Gratia dei vita eterna. Deus au
tem ab eterno predeſtinauit quos debet adducere in glo
riam. Et iſti ſunt omnes illi qui ſunt participes filiatio=
nis eius. qr ſi filij et heredes Ro. 8. Et ideo dicit: Qui
multos ⁊c. Quaſi dicat Ipſe habet vnū filium perfectū
naturaliter Mar. 12. Adhuc ergo habēs filium vnū cha
riſſimū ⁊c. Qui eſt naturaliter ſplendor glorie. ſupra. 1.
Alij autē ſunt adoptiui. et ideo adducendi ſunt in glo=
riam. Unde dicit: Qui adduxerat. id eſt adducēdos p̄
ordinauerat. Et quid decebat eum? Hoc ſcꝫ ꝙ ipſe eum
qui eſt actor ſalutis eorum ⁊c. Salus iſta in duobus con
ſiſtit. ſcilicet ꝙ fiant filij et ꝙ inducanť in hereditatem.
Qꝫ autem ſint filij habent per filium naturalē. Quos p̄=
ſciuit et predeſtinauit conformes fieri ymaginis filij ſui.
Ro. 8. Gloriā aūt ⁊ hereditatē non cōſequunť niſi p̄ euꝫ
cuius naturaliter eſt hereditas qui eſt ſplendor glorie.
quia ergo per filium conſequimur iſta duo. ideo ipſe con
uenienter dicitur auctor ſalutis Mat. 1. Ipſe ſaluum fa=
ciet populū ſuum a peccatis eorū. infra. 12. Aſpicientes
in actorē fidei et cōſumatorē ieſum. Decebat ergo ꝙ pa
ter actorē ſalutis mitteret. ſcilicet filiū vt expoſitum eſt.
Qui multos filios adduxerat per ipſum in gloriam. Et
ſic patet cōuenientia ex parte cauſe. ¶ Per paſſionē con
ſumaret. id eſt per fidem. Ipſe eñ inquantū eſt filius na
turalis eſt totaliter perfectus. ſed quia in paſſione mino
ratus fuit. debuit per meritū paſſionis perfici. Ex iſta er
go conſummatione patet conuenientia modi de quo di=
xerat ꝙ guſtauit. Tantū eñ guſtauit mortē. qr nō acce=
pit eā: niſi vt per meritū paſſionis conſummaretur. Ipſa
eñ eius conſummatio eſt eius glorificatio Luce vltimo
Oportuit chriſtum pati et ita intrare in gloriam ſuam.
Guſtauit etiā. quia cum ipſe adduxerit filios in gloriam
ſicut medicus guſtat medicinā ne infirmus abhorreat: ſꝫ
vt ſecurius bibat. ita ipſe guſtauit mortem: vt quia ſine
morte ingrediente neceſſitate non eſt ſalus: nullus mor=

tem refugiat. ¶ Conſequenter cum dicit. Qui eñ ſan-
ctificat ꝛc. Probat quod dixerat. vbi duo facit. qꝛ pͥo
probat propoſitū ſuū ex parte patris cōſummantis. Se
cundo ex parte chꝛiſti conſummati ibi. Qui autē pueri
ꝛc. Adhuc circa primū duo facit. quia primo ꝓpoīt in-
tentū. Secundo probat per auctoꝛitatem ibi. Propter
quā cauſam nec confunditur ꝛc. Dicit ergo. Qui enim
ꝛc. Sciendum eſt autē ꝙ ſupra apoſtolus tria dixerat.
Primo ꝙ chꝛiſtus eſt cauſa ſalutis. in quo oſtendit nos
dependere ab ipſo. Secundo oſtendit ꝙ pater eſt con-
ſummatoꝛ ipſius chꝛiſti per meritū paſſionis. Et in hoc
chꝛiſtus dependet a patre. Tertio ꝙ pater nos adducit
in gloꝛiam. in quo etiā nos dependere a deo oſtendit. et
ſm̄ hec apoſtolus hic tria facit. Primo enī oſtendit ꝙ
dependemus a xp̄o. Sanctificatus eñ depēdet a ſancti-
ficato. chꝛiſtus autē eſt ſanctificans. infra. 13. Jeſus vt
ſanctificaret per ſuum ſanguinē ꝛc. Bene ergo dictum
eſt ꝙ quia eſt actoꝛ et ſanctificatoꝛ dependemus ab ipſo:
ip̄e vero a patre a quo habet ꝙ ſanctificet quod eſt ſecun
dum. Sed omnes ipſe ſcilicet qui ſanctificat et nos q̄ ſan
ctificamur ex vno ſcilicet ex patre quod eſt tertiū Ro. 8.
Heredes quidē dei: coheredes autē xp̄i. ¶ Conſequent
iſta tria probat per tres auctoꝛitates. Et primo ꝙ chꝛiſtꝰ
tanq̄ mediatoꝛ et actoꝛ ſalutis ea que dei ſunt in nos re-
fert. Unde dicit Propter quā cauſam. quia ſcilicet nos
et ipſe ex patre dependemus et ſumus ex vno deo patre
non confundit eos vocare fratres. quia ſcilicet ex eodem
patre. Mal. 2. Nunquid non pater vnus omniū noſtrū.
ideo dicitur. pſ. Nunciabo nomen tuū fratribꝰ meis ꝛc.
Et Johannis. 2. Uade autem ad fratres meos ꝛ cetera.
¶ Sed nota ꝙ dicit. Non confunditur ꝛc. quia aliq̄ de
vili plebe nati ſi promouentur confunduntur cognoſce-
re conſanguineos ſuos. puer. 19. Fratres hominis pau-
peris oderunt eū ꝛc. Non ſic autē xp̄s. ſed dicit: Nuncia
bo nomen tuū fratribus meis. Joh. 17. Pater manife-
ſtaui nomen tuū hominibus quos dediſti mihi Johā. 1.
Unigenitus qui eſt in ſinu patris ꝛc. ¶ Iſtius annuncia
tionis oſtendit fructum cum dicit: In medio eccleſie ꝛc.
Quaſi dicat Per hoc congregatur tibi magna eccleſia
in cuius medio laudabo te. Et dicit in medio: quia ſicut
colūna ī medio domꝰ ipā ſuſtētat lucerna ī medio domꝰ
illumīat coꝛ in medio coꝛpus viuificat. ita chꝛiſtus in me
dio eccleſie. Et ideo de ipſo frequenter dicitur ꝙ ſtetit
Jeſus in medio ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Et iterū ꝛc. Oſten
dit ꝙ ipſe chꝛiſtus dependet ex patre per hoc quod dicit
Ero fidēs in eū. Hoc ſm̄ Hieronymū habet Eſa. 8. Ubi
nos habemus. Expectabo dominū qui abſcondit faciem
ſuam a domo iacob ꝛc. Sed Eſa. 12. expreſſe habet. Fi-
ducialiter agam et non timebo. Ergo ero fidens in ipſo
pro gloꝛia coꝛpoꝛis et mēbroꝝ quod ſupra dixit conſum
mationē. pſ. In te domine ſperaui. Oſtendit autē quā
ſpem habet. quia non q̄cunq̄ ſed firmā que dicitur fidu
cia. Spes eñ et ſi nō ſit de impoſſibili: tamē habet timo
rem coniunctū quandoq̄: et tunc pꝛopꝛie dicitur ſpes.
Sed quādoq̄ eſt firma et ſine timoꝛe et tūc pꝛopꝛie dici-
tur fiducia. Et iſtam habuit chꝛiſtus. ¶ Deinde cū dicit
Et iterū ꝛc. Oſtendit tertium. ſcꝫ ꝙ refert nos in deū di
cens Ecce ego ꝛc. Et habetur Eſa. 8. Quaſi dicat Re-
latus ſum in deū: ego inq̄ qui ſum fidens. et ſimilit̄ pue-
ri mei quos in deum reduco. ſcilicet diſcipuli mei. Joh.
vltimo. Pueri nunquid pulmentariū habetis? Quos
dedit mihi deus Joh. 17. Tui erant et mihi eos dediſti
Iſti dicuntur pueri propter puritatem. 1. reg. 21. Si mū
di ſunt pueri et maxime a mulieribus. Et paulo poſt ibi-
dem ſequitur. Fuerunt vaſa pueroꝝ ſancta. Item ꝓpt̄
ſimplicitatem. 1. coꝛ. 14. Nolite pueri effici ſenſibus ſꝫ
malicia paruuli eſtote. Item propter humilitatē. Mat.
18. Niſi conuerſi fueritis et efficiamini ſicut paruuli ꝛc.
Iſtos autē pueros dedit mihi dn̄s. quia Joh. 6. Nemo
poteſt venire ad me: niſi pater qui miſit me traxerit eum

## Lectio quarta.

Quia ergo pueri communicauerunt
carni et ſanguini: et ip̄e ſimiliter ꝑ-
ticipauit eiſdē: vt ꝑ mortē deſtrue-
ret eum qui habebat mortis imperiū. id eſt
dyabolū. Et liberaret eos qui timoꝛe moꝛ
tis per totam vitā obnoxij erant ſeruituti.
Nuſq̄ eñ angelos appꝛehendit: ſed ſemen
abꝛae appꝛehēdit. Unde debuit per oīa
fratribus ſimilari: vt miſericoꝛs fieret et fi-
delis pontifex ad deū: vt repꝛopiciaret de-
licta populi. In eo eñ in quo paſſus eſt ip̄e
et temptatus potens eſt: ꝛ eis qui temptā-
tur auxiliari.

Supꝛa oſtendit apoſtolus conuenientiam moꝛtis chꝛi-
ſti ex parte patris moꝛtē deponentis: hic oſtendit idem
ex partē ipſius chꝛiſti moꝛtē patientis. De xp̄o vero di-
xit ꝙ erat actoꝛ ſalutis fideliū. ideo hic intendit oſtēdere
quomodo per paſſionē effectus eſt actoꝛ ſalutis eoꝛum.
Et circa hoc tria facit. Primo eñ oſtendit conditionē
nature: per quā moꝛi potuit. Secundo oſtendit vtilita-
tem quā per moꝛtē attulit ibi. Ut per moꝛtē ꝛc. Tertio
pꝛobat quod pꝛopoſuerat ibi. Nuſq̄ enim angelos ꝛc.
Dicit ergo Ita dixi ꝙ ipſe et pueri ſunt ex vno omnes ꝛ
ꝙ vocauit eos fratres. ergo cōueniens fuit ꝙ eſſet eis ſi-
milis: non tm̄ quia impartitur eis participationem na-
ture diuine quod eſt ex dono gratie: ſed etiā quia ipſe na
turam eoꝝ aſſumpſit Unde dicit. Quia ergo pueri com
municauerunt carni et ſanguini et ipſe ſimiliter partici-
pauit eiſdem. Nomine carnis et ſanguinis aliquādo ip̄a
natura carnis et ſanguinis intelligit̄. Gen̄. 2. Hoc nunc
os ex oſſibus meis: et caro de carne mea. Aliquando ve
ro vitia carnis et ſanguinis Mat. 16. Caro et ſāguis nō
reuelauit tibi. Aliquando vero ipſa coꝛruptibilitas car-
nis et ſanguinis. 1. coꝛ. 15. Caro et ſanguis regnum dei
non poſſidebunt neq̄ coꝛruptio incoꝛruptionē. Sed hic
non intelligit̄ de vitijs. xp̄s enim aſſumpſit naturā ſine
peccato. ſed cū paſſibilitate: quia aſſumpſit carnē ſimilē
peccatrici Ro. 8. In ſimilitudinē carnis peccati. Ipſe
ergo cōmunicauit vel pueris: vel etiam carni et ſangui-
ni. Et totū ſimiliter. quia ſcilicet non carni fantaſtice vt
dixit manicheus: nec accidentaliter vt dixit Neſtoꝛius:
ſed vere carni et ſanguini: ſicut et pueri: et in vnitate ꝑ-
ſone. ¶ Conſequenter oſtendit vtilitatē quā per moꝛtē
attulit cū dicit: Ut deſtrueret ꝛc. Et circa hoc facit duo
Primo eñ oſtendit vtilitatē iſtam ex ꝑte dyaboli q̄ tene
bat. Secundo ex partē noſtra qui tenebamur ibi. Et li-
beraret eos ꝛc. Dicit ergo Ideo participauit. id eſt aſſū
pſit naturā in qua poſſet pati et moꝛi quod non poterat
in diuina: vt per moꝛtem deſtrueret eū qui habebat moꝛ
tis imperiū id eſt dominiū. Sed quomodo habet dyabo
lus moꝛtis dominiū? Hoc eñ eſt ſolius dei. 1. reg. 2. Do
minus viuificat et moꝛtificat. ꝛ Deut. 32. Ego occidam
ꝛ viuere faciam ꝛc. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ aliter ha-
bet dominiū moꝛtis iudex. quia ſcilicet quaſi moꝛtē in-
fligens. cum per moꝛtem punit. aliter latro quaſi ſcilicet
moꝛtem ſibi ex demerito acquirens. Primo modo deus
habet moꝛtis imperiū. Gen̄. 2. Quacunq̄ die comede-

ris ex eo moꝛte moꝛieris. Secundo modo diabolus qui
ſuadendo homini peccatū moꝛtis ipſum adduxit Sap.
2. Inuidia dyaboli moꝛs intrauit in oꝛbē terrarū. ¶ Di
cit autē deſtrueret. non ꝙtum ad ſubſtantiaȝ quā habet
incoꝛruptibilē. non quātū ad maliciā vt aliquando dya
bolus bonus fiat: vt dicit Oꝛigenes. ſed quantū ad po=
teſtatis dominiū Jo. 12. Nūc iudicium eſt mundi: nunc
pꝛinceps mūdi huius eijcietur foras. Col. 2. Expoliās
poteſtates ⁊ pꝛincipatus traduxit confidenter palā triū=
phans illos in ſemetipſo. Et hoc factū eſt per moꝛtē xp̄i
triplici ratione. Una eſt ex parte xp̄i. Juſticie enī eſt ve=
ra ratio vt victoꝛ victum ſibi ſubijciat. 2. Pe. 2. A quo
enī quis ſuperatus eſt huius ⁊ ſeruus eſt. xp̄s eniȝ vicit
dyaboluȝ Apocalip̄. 5. Vicit leo de tribu iuda. Et ideo
iuſtū eſt dyabolū ſibi eſſe ſubiectū. Luce. 11. Cum foꝛtis
armatꝰ cuſtodit atriū ſuū ⁊c. Alia ratio eſt ex parte dya=
boli. Juſticia enī exigit: ꝙ qui male vtitur poteſtate ſibi
conceſſa amittat eā. Dyabolo autē data eſt permiſſiua in
peccatoꝛes quos ſeduxit: ſed non in bonos. Quia ergo
hanc extendere pꝛeſumpſit etiam in ipſo chꝛiſto qui pec=
catum non fecit Joh. 14. Venit pꝛinceps mundi huius
et in me non habet quicꝙ̄. Et ideo meruit illaȝ perdere.
Tertia ratio eſt ex parte noſtri. quia iuſtum eſt ꝙ victus
ſit ſeruus victoꝛis vt dictū eſt. Homo autē per peccatuȝ
ſeruus erat dyaboli Joh. 8. Qui facit peccatū ſeruꝰ eſt
peccati: et ita ſubiectus dyabolo: et obnoxius peccato.
Chꝛiſtus autē ſoluit preciū pꝛo peccato noſtro. pſ̄. Que
non rapui tunc exoluebā. Sublata ergo cauſa ſeruitutꝭ:
ſcilicet peccato: per xp̄m eſt homo liberatus. ¶ Sciēdū
eſt auteȝ ꝙ nulla alia ſatiſfactio fuit conueniens. Homo
enī erat debitoꝛ. vnus autē bene poteſt ſatiſfacere ꝓ alio
ex charitate. Nullus autē pꝛo tota humana natura. quia
non habet poteſtatē ſuper illā. Nec etiā ip̄m humanum
genus ſufficienter poterat ſatiſfacere. quia totū erat pec
cato obnoxium Nec etiā angelus. quia iſta ſatiſfactio eſt
ad gloꝛiā que excedit facultatē nature angeli. Opoꝛtuit
ergo eſſe hominē qui deberet ſatiſfacere ⁊ deū qui ſolus
habet poteſtatē ſuper totū humanū genus qui poſſet pꝛo
toto humano genere ſatiſfacere. Per moꝛteȝ ergo dei et
hominis deſtruxit eum qui habet moꝛtis imperiū. ¶ Cō
ſequenter cū dicit. Ut liberaret eos ⁊c. Ponit alia vtili
tas ex parte noſtra. Homo enī intantū eſt ſeruus peccati
inquantū inducit ad peccandū. Inter oīa vero duo ſunt
que inducunt ad peccandū efficaciſſime. ſcȝ pꝛeſentium
bonoꝝ amoꝛ male inflāmans. pꝛeſentiū etiā penarum ti=
moꝛ male humilians. De his. pſ̄. Incēſa igni ꝙtū ad p̄
mum: et ſuffoſſa quantū ad ſecundū. Hec autē duo in idē
reducunt. quia ꝙto quis amat bonum aliquod: tanto ti=
met malū ſibi contrarium. Iſta ſunt quibus homo ligat
⁊ detinetur in peccato: magis tamē per timoꝛē mouet ꝙ
ꝑ amoꝛē Unde videmus ꝙ ſeue beſtie penarum timoꝛe
retrahunt a maximis voluptatibus. Et ſic timoꝛ maxime
ligat homines. Inter omnes autē timoꝛ moꝛtis eſt ma=
ximus. Eſt enī finis terribiliū. Unde ſi homo timoꝛē iſtū
ſuperat. ſuperat omnes. et hoc ſuperato ſuperatur om=
nis amoꝛ mundi inoꝛdinatus. Et ideo chꝛiſtus per moꝛ=
tem ſuā fregit hoc ligamē. quia abſtulit timoꝛē moꝛtis.
⁊ ꝑ conſequēs amoꝛē vite pꝛeſentis. Quando enī conſi=
derat homo ꝙ filius dei dominus moꝛtis moꝛi voluit nō
timet moꝛi. Unde pꝛius dicebat ille. Ecc. 41. O moꝛs
ꝙ amara eſt memoꝛia tua. Et poſt clamat apoſtolꝰ Phi
lipeñ. 1. Deſideriū habens diſſolui ⁊ eſſe cū chꝛiſto. Un=
de Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt coꝛpus ⁊c.
Dicit ergo. Ut liberaret eos qui timoꝛe moꝛtis obnoxij
erant ſeruituti. ſcilicet peccati per totā vitā quam nimis
appetebāt. Uel aliter. homo enī duplici ſeruituti erat ob
noxius ſcilicet legis. Unde act. 15. Lex dicit iugū quod
nec nos nec patres noſtri poꝛtare potuimus. Manꝰ enī
moyſi erant graues. Exod. 17. Gal. 4. Ut eos qui ſub
lege erant redimeret. Erat etiā obnoxius ſeruituti pecca
ti. Ab iſta duplici ſeruitute xp̄s nos liberauit. Differen=
tia autē inter nouū et vetus teſtamentū eſt timoꝛ et amoꝛ
In nouo eſt amoꝛ Joh. 14. Si diligitis me mādata mea
ſeruate. Vetus autē fuit lex timoꝛis Ro. 8. Non enī ac=
cepiſtis ſpiritū ſeruitutis iteruȝ in timoꝛe. Et ideo dicit.
Ut liberaret eos qui timoꝛe moꝛtis coꝛpoꝛalis quā infli=
gebat lex ꝑ totā vitā obnoxij erāt ſeruituti legis. ¶ Con
ſequenter cū dicit Nuſꝙ enī āgelos ⁊c. Pꝛobat apoſto=
lus vtilitatē quā moꝛs xp̄i attulit. Et circa hoc tria facit
Pꝛimo enī oſtēdit ꝙ xp̄s per moꝛtē nos liberauit quod
pꝛobat ex conditiōe nature paſſibilis quā aſſumpſit. Se
cundo concludit ſimilitudinē ibi. Unde debuit ⁊c. Ter
tio oſtendit ſimilitudinis vtilitatē ibi. Et miſericoꝛs fie=
ret ⁊c. Dicit ergo Ita dixi ꝙ xp̄s per moꝛtē ſuā liberauit
nos a peccato et moꝛte. Nec eſt dubiū ꝙ ꝙtū ad condi=
tionē nature angelus maioꝛ eſt homine. ſed quia angelꝰ
non fuit obnoxius ſeruituti nec dignus moꝛte. ideo non
aſſumpſit angelū Et ſi aſſumpſiſſet angelū hoc vtiqꝫ fuiſ=
ſet pꝛopter dignitatē nature. ſed nuſꝙ legitur ꝙ aſſum=
ſit eum: ſed tm̄ humanā naturā non tamē ydealē. ſed in
indiuiduo ⁊ athamo. ⁊ hoc ex ſemine abꝛae. Mat. 1. Fi=
lij abꝛaam ⁊c. Et hoc addit vt iudei magis venerentur
xp̄m. Signanter vero dicit Appꝛehendit. quia illud ꝓ=
pꝛie dicitur appꝛehendi quod fugit. Non ſolū autē ipſa
natura humana fugiebat a deo: ſed etiam ipſi filij abꝛae.
Zacha. 7. Auerterunt ſcapulā ⁊c. Glo. Chꝛyſoſ. Ma=
gnū ⁊ mirabile et ſtupoꝛe plenū eſt carnē noſtrā ſurſū ſe=
dere ⁊ adorari ab angelis ⁊ archangelis. Hoc ergo ſepi
us in mente verſans exceſſum patioꝛ: magna de genere
humano ymaginans. ¶ Deinde cū dicit. Uñ debuit ⁊c.
Ex predictis concludit ſimilitudinē Quaſi dicat. Quia
ergo non appꝛehendit angelos ſed ſemen abꝛae. ideo de
buit per omnia aſſimilari fratribus. Per oīa inꝙ in q̇=
bus ſunt fratres non in culpa ſed in pena. ⁊ ideo debet
habere paſſibilē naturā. Unde infra. 4. Temptatū autē
per omnia pꝛo ſimilitudine abſqꝫ peccato ⁊c. ꝙtum ſcili
cet ad penā non tēptatione culpe. Item ſunt fratres ꝙ=
tum ad gratiā. 1. Johā. 3. Videte qualē charitatē dedit
nobis deus pater vt filij dei nominemur ⁊ ſimus Ro. 8
Quos pꝛeſciuit ⁊ p̄deſtinauit confoꝛmes fieri ⁊c. ¶ Cō
ſequenter ponit vtilitatē iſtius ſimilitudinis dū dicit Et
miſericoꝛs fieret ⁊c. Ubi duo facit. quia pꝛimo ponit eā.
Secundo exponit ipſam ibi In eo enī ⁊c. Nam xp̄s fm̄
ꝙ mediatoꝛ eſt duplex habet officium. Unū ꝙ pꝛeponit
toti humano generi ſicut iudex Johannis. 5. Poteſtatē
dedit ei iudiciū facere ⁊c. Aliud per compar ationem ad
deum apud quem pꝛo nobis quaſi aduocatus interpel=
lat. quia aſſiſtit vultui eius pꝛo nobis. infra. 9. ⁊. 1. Jo.
2. Aduocatum habemus apud patrem ieſum chꝛiſtum
⁊c. In iudice autē maxime deſiderat miſericoꝛdia ⁊ pꝛe=
cipue a reis. In aduocato deſideratur fidelitas. In chꝛi=
ſto autem inſinuat apoſtolus illa duo eſſe per paſſionem
eius. Humanum enī genus in chꝛiſto inquantum eſt iu=
dex deſiderabat miſericoꝛdiam. Inquantum aduocatus
fidelitatem. Et iſta duo exhibuit chꝛiſtus per paſſionem
Unde quantum ad pꝛimum dicit ꝙ per paſſionē aſſimi=
latus eſt fratribus vt miſericoꝛs fieret. Sed nūquid nō
fuit miſericoꝛs ab eterno? quia miſerationes eius ſuper
omnia opera eius. pſ̄. Item ab initio habuit miſericoꝛ=

alam Job. 31. Ab infantia creuit mecū miſeratio. Reſpōdeo dicendum eſt ꝙ miſeratio dicitur quaſi miſerum cor ſuper aliena miſeria. ⁊ hoc eſt dupliciter. Uno modo per ſolam apprehenſionem: et ſic deus ſine paſſione noſtraʒ miſeriam apprehendit. Ipſe enim cognouit figmentum noſtrum vt dicitur in pſ̄. Alio modo per experientiam ⁊ ſic chriſtus potiſſime in paſſione expertus eſt miſeriaʒ noſtram. Item ipſe eſt fidelis aduocatus. Et ideo dicit pōtifex. infra. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum. Et ad illam requiritur ꝙ ſit fidelis. 1. corinth. 4 Hic iam queritur inter diſpenſatores vt fidelis quis inueniatur. et hoc totū vt repropiciaret delicta populi. ſcilicet pro quo mortem ſuſtinere voluit. Ipſa enim paſſio allegatio eſt et fidelium interpellatio. ¶ Deinde cum dicit: In eo enim ⁊c. Exponit iſtam vtilitatē et continuat ſic. Quaſi dicat. Non loquor de xp̄o inquantum deus: ſed inquātū eſt homo. Et ideo in eo. id eſt in illa natura quam aſſumpſit vt experiretur in ſe noſtram cauſam eſſe ſuaʒ. Unde dicit Et temptatus et paſſus eſt. ideo potēs eſt ⁊c. Uel aliter. Ideo factus eſt miſericors et fidelis. q꞉ in eo ꝙ paſſus et temptatus eſt: habet quandā conuenientiaʒ ad hoc ꝙ miſereatur. Et dicit temptat⁹ non a carne ſed ab hoſte. Matth. 4. Ductus eſt ieſus in deſertuʒ a ſpiritu vt temptaretur a dyabolo. In ipſo enim non fuit aliqua rebellio partis inferioris ad ſuperiorē: ſed paſſus eſt in carne pro nobis. 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis ⁊c. Et. 4. Chriſto ergo in carne paſſo et vos eadem cogitatione armamini.

## ¶ Capitulum tertium.

Unde fratres ſancti: vocationis celeſtis participes: cōſiderate apoſtolū et pontificē confeſſionis noſtre. Ieſum: qui fidel' eſt ei qui fecit illum ſicut ⁊ Moyſes in omni domo ei⁹. Amplioris eñ glore iſte pre Moyſe dignus habit⁹ eſt q̄nto ampliorem honorem habet domus: qui fabricauit illam. Omnis nāq; domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit deus eſt. Et moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanq̄ famulus in teſtimonium eorum que dicenda erant. Chriſtus vero tanq̄ filius in domo ſua. Que domus ſumus nos ſi fiduciam et gloriam ſpei vſq; ad finem firmam retineamus.

Sicut ſupra dictū fuit lex vetus ex tribus habuit auctoritatē. ſcilicet ex angelo. ex moyſe. et ex aaron pontifice. Apoſtolus autē ſupra pretulit chriſtū actoreʒ noui teſtamenti angelis per quos lex data fuit: hic intendit ipſum preferre moyſi qui fuit proml'gator et quaſi legiſlator veteris teſtamenti. Et circa hoc facit duo. Primo eñ prefert chriſtum moyſi. Secundo concludit ex hoc ꝙ ſit efficaciſſime obedienduʒ chriſto ibi. Qua propter ſicut dicit ſpiritusſanctus ⁊c. Circa primū tria facit. primo premittit dignitatē xp̄i. Secundo oſtendit quid ſit commune chriſto ⁊ moyſi ibi. Qui fidelis eſt ei ⁊c. Tertio prefert chriſtum moyſi ibi. Amplioris autē glorie ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo ponit conditionem eorū ad quos loquitur. Secundo conditionē eius de quo loquitur ibi. Conſiderate apoſtolū ⁊c. Illos autē ad quos loquit̄ deſcribit tripliciter. Primo ex charitate. Unde dicit Fratres. quaſi diceret. q꞉ ex ſemine abrae fratres eſtiſ et chriſti inter vos adinuicē Matth. 23. Omnes vos fratres eſtis ⁊c. Item fratres xp̄i. ſupra. 2. Non confundit eos vocare fratres. Hanc autē fraternitatem facit charitas. pſ̄. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū ⁊c. Secundo etiā deſcribit eos ex ſanctitate cū dicit Sancti. Et hoc propter ſacramentoꝝ perceptionē. 1. corinth. 6. ſed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis ⁊c. Tertio deſcribit eos ex vocatione cum dicit Uocationis celeſtis participes. Iſta autem vocatio dupliciter poteſt intelligi celeſtis eſſe. Uel quia vocati ſunt ad celeſtia regna. 1. theſ. 2. Uocauit nos ad ſuū regnū ⁊ gloriā. Uel vocauit nos vocatione celeſti. q꞉ non humana adinuentione ſed celeſti gratia. Galath. 1. Uocauit per gratiā ſuā Ro. 8. Quos autē predeſtinauit hos ⁊ vocauit ⁊c. Eſa. 41. Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum vocauit eum vt ſequeretur ſe: ¶ Conſequent̄ deſcribit illū de quo loquitur cum dicit. Cōſiderate ⁊c. infra. 12. Aſpicientes in actorē fidei ⁊ conſummatorē ieſum ⁊c. Sed quem: Apoſtolum inquit et pontificē confeſſionis ⁊c. Apoſtolus eñ in ſequentibus prefert chriſtum moyſi ⁊ aaron. ⁊ ideo aſcribit ei vtriuſq; dignitatē moyſi. ſcilicet q꞉ miſſus fuit a deo pſ̄. Miſit moyſes ſeruum ſuum. Aaron vero qui pontifex fuit. Exod. 28. Applica quoq; ad te aaron ⁊c. Chriſtus autē excellenti⁹ miſſus fuit apoſtolus q̄ moyſes Exod. 4. Obſecro domine mitte quem miſſurus es. Quaſi dicat Alium digniorez miſſurus es. Itē ipſe eſt pontifex ⁊ ſacerdos. pſ̄. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē melchiſedech. Quaſi ergo premittit hic conditionē ſuam principalē dicens: Unde id eſt ergo fratres cōſiderate apoſtolū. Quaſi dicat. Pretermittatis conſiderare illū apoſtolum id eſt miſſuʒ moyſen et pontificem aaron et conſiderate apoſtolum et pontificem confeſſionis noſtre. id eſt illum quem nos cōfitemur. Hoc eñ eſt neceſſariū ad ſalutē vt confiteamur eum. Ro. 10. Corde creditur ad iuſticiā: ore autē confeſſio fit ad ſalutem. Uel confeſſionis. id eſt ſacrificij ſpiritualis. Omnis eñ ſacerdos ordinatur ad ſacrificia offerenda. Duplex autē eſt ſacrificium. ſcilicet corporale vel temporale. Et ad hoc inſtitutus fuit aaron. Aliud auteʒ eſt ſacrificiū ſpirituale: quod eſt in fidei confeſſione. pſ̄. Sacrificiū laudis honorificabit me. Et ad iſtud ſacrificium inſtitutus eſt chriſtus: non ad thauros Eſa. 1. Holocauſta arietū et adipē pinguiū ⁊ ſāguinē vituloꝝ ⁊ agnorum et hyrcoꝝ nolui. Et paulo poſt ibidē ſequit̄. Ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra. ¶ Deinde cū dicit. Qui fidelis ⁊c. Cōparat xp̄m moyſi. De aaron infra facit mentionē ſpecialē. ⁊ ponit primo hic vt dictū eſt illđ in quo conueniunt. ¶ Sciendū eſt autē ꝙ totū hoc qđ hic dicitur de moyſe fundatur ſuper illud qđ habetur Numeri 12°. vbi dominus oſtendit excellentiā moyſi poſtq̄ iurgati ſunt contra ipſum aaron ⁊ mariā. vbi ponuntur hec verba que apoſtolus hic allegat. Ibi eniʒ dicitur ſic. At non talis ſeruus meus moyſes qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. Hoc autem poteſt conuenire et chriſto et moyſi. De moyſe eñ patet ex ipſa hiſtoria allegata. De chriſto etiā intelligitur. quia ipſe ſcđm ꝙ homo fidelis ē ei qui fecit eum. ſcilicet deo patri quem ſcđm humanitatem fecit Romanoꝝ. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſcđm carnem. ſcđm eñ ꝙ deus non eſt fact⁹ nec creatus ſed genitus. Fidelis autem fuit deo patri. quia gloriam eius querebat non ſuam Johannis. 8. Ego gloriaʒ

meam non quero. Et.7.dicitur. Qui querit gloriam eius qui eum miſit hic verax eſt et iniuſticia in illo nō eſt Fidelis ergo eſt chriſtus ei qui fecit eū ſicut moyſes. et hoc in omni domo eius: que domus eſt vniuerſitas fidelium de qua. pſ̄. Domum tuam decet ſanctitudo domine ꝛc. ¶ Deinde cum dicit: Amplioris enim glorie ꝛc. Prefert chriſtum moyſi ⁊ hoc quantum ad duo. Primo quantū ad poteſtatē. Secundo quantū ad conditionem. ibi Et moyſes quidem ꝛc. Cōmendando autē chriſtum cōmendat ipſum habuiſſe honorem in omni domo. ſed ꝙ chriſtus ipſum excellat oſtendit. Ubi primo ponit rationem. Secundo manifeſtat ibi Omnis nāq; domus ꝛc. Ratio autē apoſtoli eſt ꝙ maior gloria debetur illi q̄ fecit domū q̄ illi qui eam inhabitat. chriſtus autē fabricauit domū. pſ̄. Tu fabricatus es aurorā ⁊ ſolē. puer. 9. Sapientia edificauit ſibi domum. id eſt eccleſiam. Ipſe enim xp̄s per quē gratia et veritas facta eſt tanq̄ legiſlator edificauit eccleſiam. Moyſes autē tanq̄ legis ꝓnunciator. ⁊ ideo ſolum vt pronunciatori debet gloria moyſi. Unde et reſplenduit facies eius de qua Exod.34.et.2.corinthiorum.3. Ita vt non poſſent filij iſrael intendere in faciem moyſi propter gloriam vultus eius. Continuat ergo ſic littera. Tu dicis ꝙ chriſtus eſt fidelis ſicut moyſes. quare ergo dimittemus ne conſideremus? Certe quia amplioris glorie dignus eſt habitus pre moyſe. quanto ampliorem gloriā habet dominus domus qui fecit illam Quaſi dicat. ⁊ ſi moyſes multum ſit honorabilis: tamen chriſtus honorabilior eſt. ſicut fabricator domus. ⁊ ſicut legiſlator principalis Iob.36. Ecce deus excelſus in fortitudine ſua: et nullus ei ſimilis in legiſlatoribus. Si ergo debetur gloria moyſi: amplior dignus eſt chriſtus.2.corinthiorum.3. Si miniſtratio damnationis in gloria eſt: multomagis miniſteriū iuſticie erit in gloria. ¶ Conſequenter probat minorem ſue rationis cum dicit. Omnis nanq; domus ꝛc. Minor autem eſt ꝙ chriſtus fabricauit domū iſtā. et hoc probat primo. quia omnis domus indiget fabricatore. Secundo quia iſta domus de qua loquitur a chriſto fabricata eſt ibi. Qui autē omnia ꝛc. Primo ergo probat ꝙ iſta domus ſicut et quelibet alia indiget fabricatore. quia diuerſa non coniunguntur niſi ab aliquo vno. ſicut patet de domo artificiali in qua ligna ⁊ lapides ex quibus compoſita eſt vniuntur ab aliquo. Aggregatio autē fideliū que eſt in eccleſia: et domus dei ex diuerſis collecta eſt. ſcilicet iudeis ⁊ gentibus: ſeruis ⁊ liberis. Et ideo eccleſia ſicut et omnis domus ab aliquo vniente fabricatur. Huius rationis ponit tm̄ concluſionem ſupponens veritatē premiſſarū ex facti euidentia.1. Petri.2. Ipſi tanq̄ lapides viui ſupedificamini domos ſpirituales ꝛc. Epheſ.2. Superedificati ſuper fundamentum apoſtolorum et prophetarum ꝛc. ¶ Deinde cum dicit Qui autē creauit ꝛc. Probat ꝙ chriſtus ſit iſtius domus edificator. Deus eīm qui fecit omnia ꝛc. Et ſi hoc intelligitur de toto mundo planū eſt. pſ̄. Ipſe dixit et facta ſūt ꝛc. Eſt autē creatio ſpiritualis que fit per ſpiritum. pſal. Emitte ſpiritū tuū et creabuntur. ⁊ renouabis faciē ꝛc. Et hoc fit a deo per chriſtum Iaco.1. Uoluntarie genuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium aliquod creature eius Epheſ.2. Ipſius factura ſumus creati in chriſto ieſu in operibus bonis ꝛc. Deus ergo iſtam domū ſcilicet eccleſiā ex nihilo. ſcilicet de ſtatu peccati in ſtatum gratie creauit. ergo chriſtus per quē fecit omnia. ſupra.1. Per quem fecit et ſecula Iohannis.1. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo ꝛc. Eſt excellentior vtpote. quia habet poteſtatē factoris q̄ moyſes qui ſolum fuit pronunciator. ¶ Deinde cū dicit Et moyſes quidē ꝛc. Prefert chriſtū moyſi quantū ad conditionē. ⁊ circa hoc duo facit. Primo eīm ponit rationem ſuam. Secundo manifeſtat eā ibi. Que domus ꝛc. Apoſtolus valde diligenter notat verba illa ſcripta de moyſe. in quibus duo dicuntur de ipſo. Uocatur eīm ſeruus. vocatur etiā fidelis nō in domo propria: ſed in domo dei noſtri. Et quantum ad iſta duo prefert chriſtum moyſi. Primo enim oſtēdit q̄d conueniat moyſi. Secundo quid conueniat chriſto ibi. Chriſtus vero tanq̄ filius ꝛc. Dicit ergo ꝙ moyſes fidelis erat tanquā ſeruus. id eſt ſicut fidelis diſpenſator. Matthei.25. Euge ſerue bone et fidelis. quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam ꝛc. Chriſtus autem quodammodo ſeruus eſt. ſcilicet ſcd̄m carnē. Phil.2. Formā ſerui accipiens. ſed moyſes fuit famulus in verbis dei proponendis filijs iſrael Ex quo patet. ꝙ quia erat fidelis famulus. illa que dicebat ordinabant ad aliud. ſcilicet ad chriſtum. Et hoc erat teſtimonium eorum que dicenda erant. Iohannis.5. Si crederetis moyſi crederetis forſitan et mihi. de me me enim ille ſcripſit Actuū 10. Huic omnes prophete teſtimoniū perhibent. Quia ergo erat famulus ideo erat nō in domo propria ſed in aliena. Et quia ea que dicebat erant in teſtimoniū eorum q̄ dicenda erant de chriſto. ideo moyſes omniquaq; minor eſt chriſto. ¶ Deinde cum dicit. Chriſtus vero ꝛc. oſtendit quid conueniat chriſto. quia ſcilicet chriſtus non eſt ſicut ſeruus: ſed ſicut filius in domo patris et per conſequens ſua. quia heres naturalis. ſupra.1. Quem conſtituit heredem vniuerſorum ꝛc. Eccleſia enim eſt domus chriſti. prouerbi.14. Sapiens mulier edificat domum. pſ̄. Dominus dixit ad me filius meus es tu ꝛc. Matth.3. Filius meus dilectus ꝛc. Eſt ergo non ſeruus ſed filius et in domo ſua. ſed moyſes eſt ſeruus in domo aliena Iohannis.8. Filius manet ineternum. ¶ Deinde cū dicit: Que domus ꝛc. Oſtendit ꝙ iſta domus ſit ſua et q̄ ſit. Iſta eīm domus ſunt fideles et ſunt domus chriſti. quia credunt in chriſtū.1.thimoth.3. In domo dei que eſt eccleſia. Et etiam quia chriſtus habitat in ipſis Philip.3 Habitare xp̄m per fidem in cordibus veſtris. Hec ergo domus. ſcilicet nos fideles ſumus. Ad hoc autem ꝙ ſimus domus dei quattuor requiruntur circa domum que non ſunt in tabernaculo. Et iſta tangit apoſtolus. Primo ꝙ ſpes noſtra ⁊ fides ſit certa ⁊ permanens. tabernaculum autē et ſi ſit firmū tamē cito moueri poteſt. Et ſignificat illos qui ad tempus credunt: et in tempore temptationis recedunt. Et ideo dicit: Si retineamus fiduciam. dictum eſt ſupra ꝙ fiducia eſt ſpes cum expectatiōe firma opinione.2.corinthiorum.3. Fiduciam talem habemus per chriſtum ad deum. Secundo ꝙ ſit ordinate diſpoſita. Et ideo dicit. Spei gloriā. id eſt ad gloriam dei ordinate. ita ꝙ contēptis alijs gloriemur in ſpe glorie. Ierem.9. In hoc glorietur qui gloriatur ſcire et noſce me Tertio ꝙ ſit pſeuerās. Unde dicit Uſq; in finē Mat.10 Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. Quarto ꝙ ſit firma. vt ſcilicet nulla aduerſitate moueatur. Unde dicit Firmā. infra.6. Confugimus ad tenendā propoſitam ſpem quā ſicut anchorā habemus anime tutā ⁊ firmā.

## Lectio ſecunda.

Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſcd̄m diem temptatiōis in deſerto. Ubi temptauerunt me patres vr̄i

ꝓbauerunt et viderunt opera mea quadra
ginta annis. Propter quod offenſus fui ge
nerationi huic: et dixi ſemqer hi errant cor
de. Ipſi autẽ non cognouerunt vias meas:
quibus iuraui in ira mea: ſi introibunt in re
quiem meam.

Supra probauit apoſtolus ꝙ xp̄s eſt maioris excellẽtie
ꝙ̄ moyſes: hic concludit ꝙ magis eſt obediendũ chriſto
Et hoc facit propter auctoritatẽ prophete dauid in .pſ.
Ubi tria facit. q₂ p̄rio ꝓponit auctoritatẽ q̄ cõtinet quã
dam exhortationẽ. Secũdo exponit eam ibi Uidete fra
tres ꝛc. Tertio ex auctoritate et expoſitiõe arguit. 4. ca.
ibi Timeamus ergo fratres ꝛc. Circa primuꝫ tria facit.
Primo em̄ inſinuat auctoritatẽ verboꝝ ſequentiũ. Se
cundo ponit exhortationẽ que eſt in auctoritate ibi. Ho
die ſi vocẽ eius ꝛc. Tertio ponit quandã ſimilitudinem
ibi. Sicut in exacerbatiõe ꝛc. Auctoritas verboꝝ eſt ex
hoc ꝙ non ſunt prolata humana adinuentione: ſed a ſpi
rituſancto. Unde dicit. Qua propter ſicut dicit ſpiritus
ſanctus. Ipſe autẽ verba veteris teſtamenti allegat pro
nouo ne credatur ꝙ tm̄ ſint referenda ad vetus teſtamen
tum. immo etiã ad nouũ et ad aliud tempꝰ referri debẽt.
Et ſunt verba ſpirituſſancti. q₂ vt dicitur. 2. Pe. 1. Nõ
humana voluntate allata eſt aliquando prophetia ſed
ſpirituſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homĩes Ipẽ
em̄ dauid dicit. 2. reg. 23. de ſeipſo. Spiritus domini lo
cutus eſt per me. In hoc ergo oſtendit auctoritatẽ eẽ ve
ram. quia ſcilicet eſt a ſpirituſancto contra manicheum.
¶ Deinde cũ dicit. Hodie ſi vocẽ ꝛc. Põit monitioneꝫ
vbi facit tria. Primo em̄ deſcribit tempus cũ dicit: Ho
die. Secundo ſubdit beneficium ibi Si vocem eius ꝛc.
Tertio ſubiungit monitionẽ ſuam ibi Nolite obdurare
ꝛc. Tempus eſt hodie ſcilicet tempus dei. Tempus em̄
legis veteris dicebatur nox. quia erat tempꝰ vmbre. in
fra. 10. Umbram em̄ habens lex futuroꝝ bonoꝝ Sed tẽ
pus noui teſtamenti. quia repellit vmbram noctis legis
dicitur dies Ro. 13. Abijciamus opera tenebrarũ et in
duamur arma lucis ꝛc. Et in hac die exhibetur nobis be
neficium. quia audimus vocẽ eius quod non erat in ve
teri teſtamento in quo audiebantur tm̄ verba propheta
rum. ſupra. 1. Olim deus loquens patribus in prophe
tis. nouiſſime vero diebus iſtis locutus eſt nobis in filio
ꝛc. Eſa. 52. Propter hoc ſciet populus meus nomẽ me
um in die illa. q₂ egoipſe qui loquebar ecce adſum. Can
ticoꝝ. 2. Sonet vox tua in auribꝰ meis ꝛc. In hoc enim
exhibetur nobis beneficiũ tantũ deſideratum Luce. 19.
In hac die tua que ad pacẽ tibi ꝛc. ¶ Si ergo tm̄ benefi
ciũ ecce monitio. Nolite obdurare corda veſtra. Cor du
rum ſonat in malum. Durum eſt qđ non cedit ſed reſiſtit
impellenti. Et ſic dicitur cor hominis durũ quando non
cedit diuine iuſſioni. Eccl. 3. Cor durũ male habebit in
nouiſſimo. Ro. 2. Scđm duritiã tuã ⁊ cor tuũ ĩpenitens
theſaurizas tibi irã in die ire. Hec autẽ induratio ex duo
bus cauſatur. Ex vno quaſi negatiue. ſcilicet ex deo non
apponente gratiã Ro. 9. Cuius vult deus miſeretur et
quẽ vult indurat. Ex alio vero poſitiue. et hoc modo in
durat ſeipſum non obediendo deo et non aperiendo cor
ſuum gratie Zacha. 7. Cor ſuum poſuerunt vt adaman
tem ne audirent legem et verba que miſit dn̄s exercituũ
ſpiritu ſuo per manũ prophetaꝝ prioꝝ. Nolite ergo ob
durare corda vr̄a. i. nolite corda claudere ſp̄uiſcõ. act. 7
Uos ſemꝑ ſp̄uiſcõ r̄ſtitiſtĳ. ¶ Cõſeqn̄t põit ſimilitudĩeꝫ
cum dicit. Sicut in exacerbatione ꝛc. Intentio autẽ apo
ſtoli eſt ex factis prioꝝ concludere per ſimilitudinẽ ſuum
propoſitũ. quia vt dicitur Ro. 15. Quecunqꝫ ſcripta ſũt
ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt. Facit autem duo circa
hoc. quia primo proponit exemplũ in generali ponendo
culpam. Secundo in ſpeciali ibi. Ubi temptauerunt me
patres veſtri ꝛc. Ut autẽ ſequamur expoſitionẽ apoſtoli
oportet ponere in iſta lr̄a ſenſum qui conueniat expoſitiõi
Legimꝰ autẽ inter alia duas culpas filioꝝ iſrael grauiſ
ſime punitas. Una fuit inobedientia quã habuerunt in fa
cto exploratorum de quo Numeri. 13. ⁊. 14. Pro quo fa
cto indignatus dn̄s voluit totũ populũ delere. Unde iu
rauit ꝙ nullus intraret terrã promiſſionis exceptis duo
bus ſcilicet Caleph. et Joſue. Iſtud autẽ vocat ſpeciali
ter exacerbationẽ. quia licet per alia peccata offendiſſent
deum tamen per illud exacerbauerunt ipſum. quia ſicut
fructus acerbus qui opponitur maturo non eſt aptus ad
cibum ſic tunc ira dei fuit inflexibil'. Baruch. 4. Exacer
baſtis eũ qui fecit vos. Aliud peccatũ fuit peccatũ tẽpta
tionis. Frequentẽ em̄ temptauerunt deũ. quia quandoqꝫ
pro aqua. quandoqꝫ pro carnibus. quandoqꝫ vero ꝓ pa
ne ita ꝙ decies temptauerunt ipſum. Poſſet autẽ aliqˢ
putare ꝙ idem eſſet peccatũ. exacerbatio et tẽptatio. ita
ꝙ vellet apoſtolus dicere. Nolite obdurare corda veſtra
ſicut in exacerbatione que fuit in die temptationis. Sed
hoc eſt contra expoſitionẽ apoſtoli. Sed dicenduꝫ eſt ſic
Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatiõe. ⁊ ite
rum ſicut in die tẽptationis. ita ꝙ ſint duo peccata. Un
de pſ̄. Conuerſi ſunt et temptauerũt deũ et ſanctũ iſrael
exacerbauerunt. ¶ Conſequenter proſequitur culpas in
ſpeciali cum dicit. Ubi tẽptauerunt me patres veſtri ꝛc.
Et circa hoc duo facit. quia primo ponit peccatũ tempta
tionis. Secundo peccatũ exacerbationis ibi Et dixi ſem
per hĳ ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo em̄ ponit pec
catũ tẽptationis. Secundo oſtendit eius grauitatem ibĩ
Probauerunt ꝛc. Tertio ponit penã ibi Propter qđ of
fenſus fui. Dicit ergo Peccatũ temptationis. quia ſcđm
diem temptationis inquit in deſerto. Temptare autẽ eſt
experimentũ ſumẽre de re quam quis ignorat. Unde ꝙ
quis temptat deum procedit ex infidelitate. Sed ſciẽdũ
eſt ꝙ aliquando aliquis tẽptat deum non cum intentio
ne temptandi et experiendi. verũtamen ſe habet ad mo
dum temptãtis. Qui eniꝫ vtitur re ſua propter vtilitatẽ
non temptat proprie. puta ſi aliquis fugiẽs currat ſuper
equum ſuum et ſi temptat: non tamẽ cum intentione tẽ
ptandi. Sed quando ad nihil vtile eſt quod facit. tũc tẽ
ptat. Item ſi aliquis exponat ſe alicui periculo compul
ſus neceſſitate ſub ſpe diuini auxilĳ non temptat deum
Si autem ſine aliqua neceſſitate tũc temptat deũ. Et ſic
dicit ipſe Mat. 4. Nõ temptabis dominũ deũ tuũ. quia
neceſſitas nulla erat ꝙ mitteret ſe deorſum. Sic iſti tem
ptauerunt dominum. quia dubitauerũt de poteſtate dei
clamantes contra moyſen: ac ſi deus non poſſet eis dare
cibum. ¶ Deinde ponitur grauitas culpe cũ dicit: Pro
bauerunt me ꝛc. Quanto eniꝫ aliquis maiora beneficia
dei recipit et maiorẽ certitudinẽ diuine poteſtatis tanto
grauius poſtmodum peccat. Iſti vero viderunt ſigna et
prodigia in terra egypti. apertionẽ maris et alia miracu
la et tamen non ceſſauerunt Unde numeri. 14. Homĩes
q̄ viderũt maieſtatẽ meã et ſigna q̄ feci in egypto ⁊ in ſo
litudĩe ⁊ tẽptauerũt me iam ꝑ decẽ vices ꝛc. Et ideo di
cit probauerũt. id ẽ expiri voluerũt. et viderũt. id eſt exꝑ
ti ſũt opa mea. id ẽ effectꝰ q̄ nõ poterãt eſſe niſi virtutĳ in
finite eẽt ille q̄ opa faciebat. Et hoc totũ nõ vno die: ſed
40. ãnis q̄bꝰ. ſ. mãſerũt ĩ deſ'to. q₂ ſemꝑ habuer̄t mãna
⁊ colũnã ignis ⁊ nub. vl' ꝓbauer̄t ⁊ vider̄t me q₂. ſ. ĩ nllo

defeci eis. Illḋ tñ qḋ dicit q̄draginta annis ſm intentio
nem apoſtoli refertur ad priora: ſed ſm intentionē pſal-
miſte refertur ad ſequentia: vt dicatur ꝙ offenſus vel in-
fenſus eis fuit quadraginta annis. Et ſic habet lr̄a Hie-
ronymi. ¶ Deinde cum dicit. Propter quod offenſus
fui ꝛc. ponit pena peccati ⁊ eſt duplex lr̄a ſcʒ offenſus vł
proximus: ⁊ idem eſt propter quod id ē propter peccatū
fui offenſus id ē indignatus non ꝙ ira ſit in deo niſi ſimi
litudinarie quia punit ſicut iratus. de qua pena frequen
ter habetur ⁊ in Exodo ⁊ in libro numeroꝝ. Sepe enim
proſtrati ſunt. Unde p̄me Coꝝ. 10. agit de pena iſti⁹ pec
cati. Uel proximus fui ſcʒ puniendo ipſos. Quādo eniʒ
dominus ſubuenit bonis ⁊ punit malos. tunc ē ꝓpe ip-
ſos: ſed quando diſſimulat peccata hominū propter pe-
nitentiam ⁊ diſſimulat afflictionem iuſtorum vt creſcat
ipſorum meritum: tunc videtur eſſe longe. Job. 22. Nu-
bes latibulum eius nec noſtra conſiderat ⁊ circa cardies
celi perambulat. Uel proximus quantum ad diuinā mi-
ſericordiam quia hocipſum ꝙ punit eos tēporaliter ma
gnum miſericordie ſignum eſt. ¶ Deinde cum dicit. Et
dixi, ꝛc. ponit peccatum exacerbationis. Et hoc patet ꝑ
hoc quod infra dicitur Quibus autem iurauit nō introi
re ꝛc. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit culpam
Secundo ſubdit penam ibi. Quibus iuraui in ira mea
ꝛc. Culpam autem duplicem ponit. Una ē in obſtinati-
one in malo. Alia eſt in receſſu a bono. Et iſtaʒ ponit ibi
Ipſi vero non cognouerunt vias meas. Dicit ergo Ego
ſic fui eis ꝓximus ſcʒ puniendo eos: ⁊ dixi ſcʒ ꝑuiſione
eterna: hi errant corde ſemper. Deutero. 31. Semper cō
tentioſe egiſtis contra dominū. Jere. 13. Si poteſt ethi-
ops mutare pellem ſuam ꝛc. Sic ergo vno mō aliq̄s exa
cerbat deum quando obſtinate adheret malo. Alio mo-
do quando contemnit bonum. Unde dicit. Ipſi vero nō
cognouerucrunt vias meas: hoc ē non quantum ad ſim-
plicem ignorantiam ſed ad affectatam. Job. 21. Scienti
am viarum tuarum nolu[illegible]us. p̄s. Noluit intelligere vt
bene ageret. Uel non cognouerunt id ē non approbaue-
runt ſicut dicit apoſtolus. 2. Thy. 2. Cognouit domin⁹
qui ſunt ei⁹. ¶ Conſequenter oſtendit penam cum dicit
Quibus iuraui ꝛc. In qua vero ponit immobilitateʒ in
hoc ꝙ vult iuramenta firma. quando enim deus vel an-
gelus inueniuntur iurare ſignum ē immobilitatis eius:
de quo iuratur. p̄s. Iurauit dominus ⁊ nō penitebit eū
ꝛc. Uerumtamē aliquando non iurat niſi ſub conditiōe
quia ſcʒ non peniteant hec mala euenīēt eis. Ponit etiā
ꝙ pena iſta non eſt ad cōminationē ſed magis ad exter-
minationem quia dicit in ira. p̄s. Domine neq̄ ī ira tua
corripias me. Iurauit ergo in ira ſi introibunt ꝛc. Con-
ſtructio eſt defectiua ad modum irati qui truncat verba
ſua. Et accipitur ly ſi pro non id eſt non introibunt in re
quiem meam. Eſt autem triplex requies. Una eſt tem-
poralis. de qua Luc. 12. Habes multa bona repoſita ī
annos plurimos requieſce ꝛc. Secunda ē requies cōſci-
entie. Eccł. 51. Modicum laboraui ⁊ inueni requiē mul
tam. Tertia eſt requies glorie eterne. p̄s. In pace in id-
ipſum dormiam ⁊ requieſcam. Ipſi vero nec in terrā pro
miſſionis nec in requiē fruitionis eterne introierunt.

## Lectio tertia.

Videte fratres ne forte ſit in aliquo
veſtrum cor malum incredulitatiſ
diſcedendi a deo viuo. Sed adhor
tamini voſmetipſos per ſingulos
dies donec hodie cognominatur: vt non ob
duretur quis ex vobis fallacia peccati. Par
ticipes enim chriſti effecti ſumus: ſi tamē in
itium ſubſtantie eius vſq̄ ad finem firmuʒ
retineamus: dum dicitur. Hodie ſi vocē ei⁹
audieritis nolite obdurare corda vr̄a: quē-
admodū in illa exacerbatione. Quidā eniʒ
audientes exacerbauerunt: ſed nō vniuer-
ſi qui profecti ſunt ab egypto per moyſen.
Quibus autem infenſus eſt quadraginta
annis: Nonne illis qui peccauerunt quoꝝ
cadauera proſtrata ſunt in deſerto. Quib⁹
autem iurauit non introire in requiem ipi⁹
niſi illis qui increduli fuerunt: Et videm⁹
quia non potuerunt introire in requiē ipi⁹
propter incredulitatem.

Supra apoſtolus per auctoritatem pſalmiſte oſtēdit ꝙ
firmiter obediendum ē chriſto. In auctoritate vero poſu
it ſcʒ monitionē culpam ⁊ penam: hic exponit iſta tria ꝑ
ordinem. Primo facit hic. ſecundū ibi. Quidam enim.
ꝛc. Tertium ibi. Quibus autem iurauit ꝛc. In admoni
tione vero ſunt duo ſcʒ ipſa monitio. ⁊ ipſius monitionis
conditio. Unde iſta duo exponit. Primo primum hic.
Secundo ſecundum ibi. Participes eniʒ xp̄i ꝛc. In pri
ma vero admonitione ad duo hortatur ſcʒ ad ſollicitam
cōſiderationē. Secūdo ad mutuā admonitionē ibi. Sed
adhortamur ꝛc. Dicit ergo. Uidete ꝛc. Unuſquiſq̄ eñ
in ſe dʒ cōſiderare in quo ſtatu ſit. Gal. 6. Opus ſuū ꝓ-
bet vnuſquiſq̄. Jere. 2. Uide vias tuas in cōualle. Ui-
dete ergo frēs quātū ad quēlibet in ſe qꝛ quilibet ē pars
ſocietatis ⁊ vnicuiq̄ mādauit de⁹ de ꝓximo ſuo. Eccł.
17. Uidete. i. ꝓbate vnus alium ne forte ſit in aliquo ve
ſtrū ꝛc. Quaſi dicat. Multi inter vos ſunt in ſtatu perfe
cto tamē ꝓpter fragilitatem ⁊ arbitrij libertatē poſſet eē
malū in aliquo vr̄m. Job. 4. Ecce qui ſeruiunt ei nō ſūt
ſtabiles ⁊ in angelis ſuis reperit prauitatē: quanto ma-
gis hi qui habitant domos luteas ⁊ terrenū habent fun
damentū. Joh. 6. Nōne ego duodecim vos elegi ⁊ vn⁹
ex vobis diabolus ē. Non ergo aliquis ſit tm̄ ſollicitus
de ſe ſed etiā de quolibet ſue ſocietatiſ. Sed quid: Ne ſit
in aliquo veſtrum cor malū incredulitatis. Ecce malum
de quo loquit̄ apoſtolus ſcʒ cor incredulum. i. nō firmū
in fide in quo conſiſtit malitia anime: qꝛ ſicut bonū ani-
me in adherēdo deo ē p̄s. Mihi āt adherere deo bonū ē
Nō ſcʒ ē ꝑ fidē: ita recedere a deo ꝑ incredulitatē ē ma-
lū hoīs. Jere. 2. Scito ⁊ vide iſrł qꝛ malū ⁊ amaꝝ ē reli-
quiſſe te dn̄m. ꝛc. Et iō dicit diſcedēdi qꝛ ꝑ incredulitatē
recedit a deo. Jere. 2. Me dereliq̄runt fontē aque viue.
ꝛc. Sʒ ſi inueniat̄ iſtud malū in aliquo nunq̄d deſperan-
dū ē: Nō. ſed magis dʒ adhortari. i. admoneri. Iō dicit
Sed adhortamini voſmetipſos ꝑ ſingulos dies. i. conti-
nue. ſ. diſcutiendo ꝯſciām ſuā ⁊ inducēdo ad bonum: do
nec hodie cognoīatur. i. donec durat pn̄s tp̄s grē qḋ eſt
totū ſicut vnus dies. Jo. 9. Me oʒ opari opa eius q̄ mi-
ſit me donec dies ē ꝛc. Et hoc iō vt nō obduret̄ q̄s ex vo
bis fallacia peccati. Sicut eñ ſupra dictū ē. Cor obdu-
ratur ꝑ obſtinatiōeʒ in malū. Sʒ ꝑ hoc aliq̄s firmiter in-
heret peccato quia fallit̄. Naturale eñi ē appetitui adhe
rere bono: ſed recedit a bono quia decipit̄. Prouer. 14.
Errāt q̄ opant̄ malū. ⁊ Prouer. 13. ſm aliā lraʒ. Ue do

ſoſe errāt ī pctīs. Sap. 5. Ergo errauim⁹ a via veritatis. ¶ Conſequenter cum dicit. Participes ⁊c. Exponit cōditionem monitionis. Quaſi dicat. Iſta conditio magiſ eſt efficax ꝙ̄ illa quia illic tantum audierunt: nos autem participes facti ſumus chriſti ⁊c. Et loquitur proprie qꝛ in veteri teſtamento erat tantum auditus nec conferebatur gratia ex opere operato: ſed in nouo teſtamento ⁊ eſt auditus fidei ⁊ datur gratia ipſi operanti. Unde ſumus facti participes chriſti. Ioh. p̄mo. De plenitudine eius accepimus omnes ⁊c. Sumus autem participes gratie Primo per ſuſceptionem fidei. Ephe. 3. Habitare chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Secundo per ſacramenta fidei. Gal. 3. Quicunq; in chriſto baptizati eſtis xp̄m induiſtis. Tertio per participationem corpor̄ xp̄i. p̄me Cor. 10. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini eſt. ¶ Sciendum autē ꝙ duplex ē participatio chriſti. Una imperfecta que ē per fidem ⁊ ſacramenta. Alia vero perfecta que ē per preſentiā ⁊ viſionem rei: primam iam habemus in re: ſed ſecūdam in ſpe. Tamen cū hoc ſpes habet hanc conditionem ſcȝ ſi perſeueram⁹. Unde dicit. Si tamen initium ſubſtantie eius ⁊c. Quicunq; enim in xp̄o baptizatur ſuſcipit quādam nouam naturam ⁊ formatur quodāmodo chriſtus in ipſo. Gal. 4. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis xp̄s Hoc quidem nobis vere perficietur in patria: ſed hic tantum initium: ⁊ hoc per fidem formatam quia informis mortua ē. Iac. 2. Fides ſine operibus mortua ē. Unde iſta non ē nobis initium participationis xp̄i ſed fides formata: infra. 10. Eſt autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum id eſt fundamentū ⁊ quaſi initium. Dicit ergo. Sumus participes xp̄i: ſi tamen tenemus vſqȝ in finem firmū initium ſubſtantie eius ſcȝ fidem formatam. Sed contra videtur ꝙ timor magis ſit initium: quia dicit p̄s. Initiū ſapiētie timor dn̄i. Reſpōdeo dicendū ē ꝙ fides formatur per charitatem. Charitas autem non eſt ſine timore caſto. Et ideo fides formata ſemper habet timorem iſtum ſecum annexum. Unde ⁊ fides ⁊ timor ſunt initium. Illud autem qđ addit dum dicitur hodie ⁊c. totum expoſitū ē. ¶ Deinde cum dicit. Quidam enim audientes ⁊c. exponit qđ dixerat de culpa illorū. Quaſi dicat. Uos eſtis effecti participes xp̄i: ſi non obduraueritis corda veſtra: ſicut iſti qui audierūt ſed exacerbauerūt non tamen omnes. Duo enim ſcȝ caleph ⁊ ioſue permanſerūt vt habet Numeri. 14. Et alios etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi ꝙ q̄ſuis nō tota eccleſia cadat: ſed tantū aliqui ꝙ nihilominus mali punientur ſicut in iſtis duob⁹. tertij Reg. 19. Reliq̄ mihi ſeptē milia viroꝝ q̄ nō curuauerūt genua ſua baal. Ro. 11. Reliq̄e ſm electionē dei ſalui fierēt. ¶ Deinde cū dicit. Quib⁹ aūt ⁊c. exponit illđ qđ dixerat de pena. Et primo illud qđ dixerat offenſus fui. Secūdo illđ qđ dixerat. Iurauit in ira. ⁊c. Quib⁹ autem iurauit ⁊c. Dicit ergo. quibus autem ⁊c. Ex quo patet ꝙ iſtud qđ ſupra dixit quadraginta annis refert ad illđ offenſus fui Unde dicit ꝙ fuit eis offenſus per illos quadraginta annos. Unde ſciendum eſt ꝙ omnes qui egreſſi ſūt de egypto mortui ſunt in deſerto ſicut dicitur Ioſue. 5. Nō tamen omnes proſtrati ſunt ſed aliq̄ vel a deo ſicut ꝙ aperta ē terra ⁊ deglutiuit datan et abiron: ſicut dicit in p̄s. Et de hoc habetur Numeri. 16. Aliqui vero proſtrati ſūt a moyſe ſicut patet in conflatiōe vituli: ſicut patet Exo. 22. Aliqui vero ab hoſtibus: ſicut patet in pluribus locis. Et iſta ſatis habentur. p̄me Cor. 10. Aliqui vero morte propria mortui ſunt. Nō ergo omnes proſtrati ſūt Unde nō fuit pena generalis: ſed pena generalis fuit qꝛ nullus p̄ter illos duos qui dicti ſunt introierunt terram promiſſionis. Et de iſta dicit. Quibus autem iurauit id eſt firmiter ſtatuit non introire in requiem niſi illis ſcȝ q̄ fuerunt increduli verbis exploratorum. Unde patet ꝙ propter incredulitatē non potuerunt intrare. ⁊ propter hoc dicit ꝙ experti ſunt ꝙ ꝓpter incredulitatem ſuam non potuerunt intrare. Uel videmus nos ſcȝ penam illā generalem que dicta ē.

## Capitulū quartum.

Timeamus ergo: ne forte relicta pollicitatiōe introeūdi in requiē eius exiſtimet̃ aliquis ex nobis deeſſe. Etenī ⁊ nobis nūciatū eſt quemadmodum ⁊ illis: ſed nō profuit illis ſermo auditus non admixtus fidei ex his que audierunt. Ingrediemur enim ī requiem qui credidimus quemadmodum dixit. Sicut iuraui in ira mea. ſi introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab inſtitutione mūdi perfectis: dixit enī in quodaȝ loco de die ſeptima ſic. Et requieuit deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis. Et in iſto rurſum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo ſupereſt introire quoſdam in illam: ⁊ hi quibus prioribus annunciatum eſt: non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diē quendam hodie in dauid dicendo poſt tantū tēporis ſicut ſupra dictum eſt. Hodie ſi voceȝ eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a: Nam ſi eis ieſus requiem preſtitiſſet: nūq̄ de alia loqueretur poſt hac die.

Premiſit ſupra apoſtolus auctoritatem, dauid ⁊ expoſuit: nūc autē arguit ex ipſa. Et circa hoc facit duo. Primo enim inducit ſollicitudinem introeundi. Secūdo monet ꝙ ꝓperemus ingredi ibi. Feſtinemus ergo ingredi. ⁊c. Circa primum duo facit. Primo enim incutit ſollicitudinem timoris. Secundo oſtendit ꝙ de hoc debet ſollicitudo imminere ibi. Etenim nobis ⁊c. Dicit ergo: dictum ē ꝙ infenſus eſt illis qui non crediderunt ꝙ iurauit ꝙ nō introibūt in requiem eius ergo ⁊ nos timeam⁹ ſcȝ timore caſto ⁊ ſollicitudinis. Prouer. 28. Beat⁹ homo qui ſemper ē pauidus. Sed quid timere debemus? Ne forte ⁊c. Beatitudo enim ſiue felicitas in hoc conſiſtit vt homo ingrediatur illa. Tob. 13. Beatus ero ſi fuerint reliquie ſeminis mei ad videndum claritatem hieruſalem. Infra. 12. Contemplantes ne forte quis deſit gratie dei. Quia vt dicit Chryſoſtomus. Maior eſt pena damnatis de hoc ꝙ ſunt excluſi a viſione dei q̄ alie pene: quas habent. Et dicit. Exiſtimetur ſcilicet diuino iudicio. Matth. 25. Ite maledicti in ignē eternum ⁊c. Uel exiſtimetur ſm humanam opinionē Ephe. 5. Hoc ſcitote intelligentes ꝙ omnis fornicator aut immundus aut auarus quod ē ydolorum ſeruitus non habet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei. Timendum eſt

ergo ne aliquis ex vobis exiſtimetur deeſſe: quia vobis
facta eſt pꝛomiſſio intrandi. Eſa. 32. Sedebit populus
meus in pulchꝛitudine pacis in tabernaculis fiducie in
requie opulenta. Apocalip. 14. Amodo iam dicit ſpiri-
ritus vt requieſcant a laboꝛibus ſuis. Timendum eſt er-
go ne pꝛopter culpam noſtram non ingrediamur relicta
pollicitatione id eſt pꝛomiſſione quā relinquimus deſe-
rendo ſpem fidem ⁊ charitatem per quam poſſumus in-
troire. Et hoc fit per peccatum moꝛtale. ¶ Conſequen-
ter cum dicit. Etenim nobis hoc nunciatum eſt ꝛc. oſtē-
dit ꝙ nobis imminet iſta ſollicitudo. Et circa hoc facit
duo. Pꝛimo enim pꝛoponit intentionem ſuam. Secun-
do pꝛobat eam ibi. Ingrediemur enim ꝛc. Circa pͥmū
duo facit: quia pꝛimo oſtendit ꝙ nobis facta eſt iſta pꝛo-
miſſio. Secundo ꝙ iſta pꝛomiſſio non ſufficit ibi. Sꝫ nō
pꝛofuit ꝛc. Dicit ergo. Etenim ꝛc. id eſt nobis pꝛomiſſū
eſt. Unde ſciendum eſt ꝙ illa que in veteri teſtamento
pꝛomiſſa ſūt tempoꝛaliter: intelligēda ſunt ſpiritualiter.
Omnia enim in figura contingebant illis. pͥme Coꝛin.
10. ⁊ Roma. 15. Quecunqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram do-
ctrinā ſcripta ſunt. ¶ Deinde cum dicit. Sed non pꝛo-
fuit ꝛc. oſtendit ꝙ non ſufficit pꝛomiſſio quin nihilomi-
nus debeam⁹ eſſe ſolliciti. Unde dicit ꝙ ſermo audit⁹
⁊ non creditus in nullo eis pꝛofuit. Nō enim auditoꝛes
legis iuſtificabuntur ſed factoꝛes. Roma. 2. Et dicͣ. Nō
admixtus fidei quia ſicut ex intellectu ⁊ ītellecto fit vnū
ita ex coꝛde credentis ⁊ ipā fide foꝛmata fit vnum. pͥme
Coꝛ. 6. Qui adheret deo vnus ſpiritus eſt. Illud autē
ꝙ dicit ex his que audierunt poteſt eſſe ratio quare ſer-
mo non eſt admixtus fidei. Hoc enim fuit ex his que au-
dierunt ab exploꝛatoꝛibus quibus fuerūt increduli. Uel
poteſt eſſe determinatio fidei. que debet eſſe ex his que
audierunt. Fides enim ex auditu. Romañ. 10. Uerba
enim dei ſic ſunt efficacia ꝙ ſtatim audita debent eē cre-
dita. p̄s. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.
¶ Deinde cum dicit. Ingrediemur enim ꝛc. pꝛobat pꝛo-
poſitum. ⁊ circa hoc facit tria. Pꝛimo enim oſtendit ꝙ
nobis eſt neceſſarium credere ſicut ⁊ illis. Secundo ad-
ducit duas auctoꝛitates ad pꝛobandum intentum ſuum
ibi. Et quidem operibus ꝛc. Tertio ex illis arguit ibi.
Quoniam ergo ſupereſt ꝛc. Dicit ergo. Nobis factus
eſt ſermo ſicut ⁊ illis quia ingrediemur in illam requi-
em. p̄s. In pace in idipſum doꝛmiam ⁊ requieſcā. Iob.
11. Requieſces ⁊ nō erit qui te exterreat. ꝛc. Eſt autem
duplex requies. Una in bonis exterioꝛib⁹ ⁊ ad iſtā egre-
ditur homo a requie mentis. Alia eſt in bonis ſpiritua-
libus que eſt intima: ⁊ ad iſtam ingreditur. Matth. 25.
Intra in gaudium domini tui. Canti. pͥmo. Introduxit
me rex ī cellaria ſua. ¶ Deinde ponit auctoꝛitatē. Sicut
iuraui ꝛc. ⁊ hoc expoſitum eſt. ¶ Deinde cum dicit. Et
quidem operibus ꝛc. ponit duas auctoꝛitates. Unā le-
gis que habetur Geneſ. 2. Aliam que frequenter poſi-
ta eſt que habetur in p̄s. Dicit ergo quantum ad pꝛimū:
et quidem operibus ab inſtitutione huius mundi perfe-
ctis dixit ꝛc. Hoc poteſt legi dupliciter. Uno modo ꝙ
non ſit ibi enim: ſed dixit in quodam loco ꝛc. Et eſt pla-
nioꝛ littera vt ſit ſenſus. Dico ꝙ ingrediemur in requi-
em que prefigurata eſt ab inſtitutione mundi de qua re-
quie prefigurata per diem ſeptimam dixit ſcilicet ſpirit⁹
ſanctus qui loquitur in ſcriptura quia ſpiritu ſancto in-
ſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. ſcđe Pet. pͥmo.
In quodam loco famoſo ſcilicet Geneſ. 2. de die ſeptiā.
Et ſic requieuit deus ab operibus ſuis. Operibus inꝙ̄
ab inſtitutione mundi perfectis. Uel dixit ſpiritus ſan-
ctus in quodam loco de die ſeptima: ⁊ hoc dixit poſtꝙ̄
narrauerat opera ſex dierum perfectis ab inſtitutōe mun-
di. Si vero ſit ibi. Dixit enim ſic eſt defectiua cōſtructio
⁊ eſt ſenſus. Nunciatum eſt nobis ꝙ ingrediemur ⁊ hoc
operibus ab inſtitutione mundi perfectis: ſed quando ⁊
quomodo nunciatum eſt quia dixit in quodam loco ꝛc.
Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera
ſex dierum que fuerunt perfecta. Dicit vero ab inſtituti-
one mundi: quia pꝛimo conſtitutus eſt mundus: et poſt
ſex dies diſtincte perfectus ē in ſingulis partibus ſuis.
De diſtictione autem iſtoꝛum dierū diuerſimode loquū-
tur ſancti. Aliter enim accipit eos Auguſtinus ab alijs
ſanctis: ſicut patet pꝛima parte ſumme qōne. 74. arti-
culo ſecūdo ⁊ tertio. Tamen quōcunqꝫ dicatur manife-
ſtum eſt ꝙ opera illa perfecta fuerunt. Eſt enim in ipſis
duplex perfectio. Una ſm partes mundi que ſunt celū
⁊ quatuoꝛ elementa. Et hec attenditur penes eaꝝ eſſen-
tias, ſicut habeť in pͥma parte ſūme. q. vbi ſupꝛa. Et hoc
fuit per opus creationis qđ fuit pꝛima die. Et per opus
diſtinctionis qđ fuit ſecunda ⁊ tertia die. Et in hoc con-
coꝛdat Augu. cum alijs. Alia perfectio ē ſm ſingulas
partes. Et hec perfectio pertinet ad opus oꝛnatus. Et
iſte oꝛnatus quantum ad ſuperioꝛa fuit quarta die. quan-
tum ad mediam ſcilicet aerem ⁊ aquam quinta die quā-
tum vero ad terram que ē infimum elementū fuit ſexta
die. Iſta perfectio conuenit numero ſenario qui conſur-
git ex ſuis partibus aliquottis ſimul ſumptis que ſunt
vnum duo ⁊ tria. quia ſexies vnum ſunt ſex. ſimiliter ter
bis. ⁊ bis ter. ⁊ vnum duo tria ſunt ſex. quia ergo ſenari-
us ē pꝛimus numerus perfectus. quia licet ternarius cō-
ueniat aliqualiter his que dicta ſunt quia ter vnum tria
ſunt. ⁊ vnū ⁊ duo tria ſūt. tñ bis vnū nō faciūt tria: ſilr ſe-
mel duo nō faciūt tria ſed tm̄ duo. Iō ꝑ ipſū ſenariū deſi-
gnatur perfectio rerum. Poſt perfectionem vero ꝓmit-
titur quies que nulli datur niſi operanti. Et ſic in ſepti-
ma die qua mutatus ē ſtat⁹ mundi ſicut in qualibet alia
erat quedam variatio. Unde in ipā incepit ſtatus pꝛopa-
gatiōis pꝛopter quod ⁊ cōnumeratur alijs. ideo in ſepti-
ma mundi eſt ſtatus quieſcentium. Scđm aug. tamen
iſta ſeptiā dies nihil aliud eſt ꝙ̄ cognitio angelica relata
ad quietem dei ab operibus. Sed contra ſi quieuit die ſe-
ptima quis ergo fecit eam ſi non eſt opus dei. Preterea
Ioh. 5. Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operoꝛ.
Reſpondeo eſt dicendum ꝙ accipitur ibi quies non ſm
ꝙ opponitur laboꝛi: ſed ſm ꝙ opponitur motui. Deus
enim ⁊ ſi pꝛoducendo non moueatur: tamen quia de ipō
non loquimur niſi per ſenſibilia in quibus non ē opera-
tio ſine motu: ideo omnis operatio large loquendo dici-
tur motus: ⁊ ſic dicit quieuiſſe quia ceſſauit nouas ſpe-
cies pꝛoducere: quia illa que poſtea facta ſunt fuerunt in
illis rebus tunc pꝛoductis. Uel ſm virtutem actiuam ſi-
cut in animalib⁹ perfectis vel ſm rōnes ſeminales. Uel
ſm materiam ſicut mineralia. Ideo tunc non fuit moꝛtu-
us ſuſcitatus. Sed fuit factum coꝛpus quod poſſet ſuſci-
tari. Quedam autem fuerunt tunc ſm ſimilitudinem vt
anime rationales que tātū fiunt a deo. Sic ergo requie-
uit deus ab operibus pꝛoducendis quia omnia aliquo
modo pꝛoceſſerunt vt dictum eſt: tamen vſqꝫ modo ope-
ratur conſeruando ⁊ gubernando que condidit. Et ſic
ſeptimā diem deus fecit ſicut quamlibet aliam: quia tūc
fuit aliquid additum: quia tunc incepit ſtat⁹ ꝓpagatio-
nis. Quelibet autē additio variabit ſtatū mundi vt di-
ctum ē ⁊ faciebat vnum diem. Uel ſm aug. nō dicit ſim-
pliciter requieuit ſꝫ requieuit ab operib⁹ ſuis. Ab eter-
no enim requieuit in ſeipō: ſed tunc etiam requieuit non
in operibus ſed ab operibus. Aliter enim operatur deus

⁊ quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indi
gentiam ſuam ſicut domificatoꝛ facit domum vt in ipſa
quieſcat. Similiter faber facit cultellum propter lucruꝫ
Unde deſiderium cuiuſlibet artificis quietatur in ope-
re ſuo. Sed non ſic eſt de deo quia non agit propter in-
digentiam ſuam ſed propter bonitatem communicandā
Unde non quieſcit in opere ſed ab opere producendo et
quieſcit tantum in ſua bonitate. ¶ Conſequenter au-
tem ponit auctoꝛitatem dauid que iam expoſita ē. ¶ Cō
ſequēter cū dicit. Quō ergo ſupereſt ꝛc. arguit ex pre-
miſſis. Et circa hoc facit duo. Primo enim accipit ſen
ſum ſecunde auctoꝛitatis illius. Si voceꝫ eius audieritꝭ
ꝛc. Secundo arguit ex pꝛimo ibi. Itaqꝫ relinquitur ꝛc.
Circa pꝛimum duo facit: quia pꝛimo trahit duo a ſecun-
da auctoꝛitate. Secundo oſtendit ꝙ hec duo intelligū-
tur in ipā ibi. Naꝫ ſi eis ieſus ꝛc. Accipit ergo duo quo
rum vnum per ſe manifeſtum ē ſcilicet ꝙ antiqui patres
non introierunt. Aliud ē ꝙ tempoꝛe dauid adhuc reſta
bat alia quies preſtanda. Licet enim ipis fuiſſet ꝓmiſſa
requies preſtanda in terra pꝛomiſſionis: tamen per hoc
ꝙ poſt longum tempus dicit. Hodie ſi vocem ꝛc. oſten-
dit ꝙ alia requies reſtat. Aliter eīm nō faceret mentionē
de requie dicens. hodie ꝛc. Eſt ergo quedaꝫ requies ī q̄
nobis intrandū eſt in quam illi nō intrauerunt ꝓpt̄ in-
credulitatem. Et ideo quoniā illi nō intrauerunt: reſtat
ergo quoſdam intrare quibus pꝛomiſſio facta ē: quia his
quibus pꝛius nunciatum ē nō introierunt ſcꝫ iudei qui-
bus ꝓmiſſio facta ē: ⁊ ideo termīat. i. determinat nobis
diem ſeptimā id eſt diem gratie dicendo in dauid. Ho-
die ſi vocem ꝛc. Et repetit auctoꝛitatē que repoſita eſt.
¶ Sciendū eſt autem ꝙ deus homini pꝛeparauit beati-
tudinem pꝛo requie nec vult iſtam preparationē eē fru-
ſtra: ſed ſi vnus nō intrabit: alius intrabit ſicut oſtendit
in illa parabola de nuptijs. Mat. 22. Unde Apo. 3. Te
ne qđ habes vt nemo accipiat coronā tuā. Quaſi dicat.
Si tu nō accipias alius habebit. Iob. 34. Cōteret mul
tos ⁊ innumerabiles ⁊ ſtare faciet alios pꝛo eis. ¶ Dein
de cum dicit. Nam ſi eis ieſus ꝛc. ꝓbat ꝙ ſupſit alios in
trare: qꝛ ſi ieſus naue ioſue filijs iſrael finalem requiem
ꝓſtitiſſet non īmineret nobis alia requies: nec de aliquo
pꝛopheta dauid loqueretur poſt illam diem. Unͦ manife
ſtum ē ꝙ illa requies fuit ſignum requiei ſpiritualis.

## Lectio ſecunda.

Itaqꝫ relinquit̄ ſabbatiſmꝰ populo
dei. Qui eīm ingreſſus ē requiē eiꝰ
etiā ipē requieuit ab operibus ſuis
ſicut ⁊ a ſuis deꝰ. Feſtinemꝰ ergo ingredi ī
illā requiem vt ne in idipſum quis incidat:
incredulitatis exemplū. Uiuus ē eīm ſermo
dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioꝛ oīni gladio an-
cipiti: ⁊ pertingens vſqꝫ ad diuiſionē aīme
ac ſpūs: compagū quoqꝫ ac medullaꝝ ⁊ di-
ſcretoꝛ cogitationū ⁊ intentionū coꝛdis. Et
nō eſt vlla creatura inuiſibilis in cōſpectu
eius: oīa autē nuda ⁊ aperta ſunt oculis eiꝰ
ad quem nobis ſermo.

Supꝛa apl's duas auctoritates aſſumpſit. vnam de ſcđo
Geñ. Aliaꝫ vero de ps. ⁊ concluſit intentionē ſuā ex ſe-
cunda auctoꝛitate ſcꝫ. ps. hic concludit idē ex pꝛima. Et
circa hoc facit duo. Pꝛimo eīm ponit cōcluſionē. Secun
do ponit rōnem ꝯñe ibi. Qui enim ingreſſus ē ꝛc. Cir-
ca pꝛimū ſciendū ē ꝙ apoſtolus in ſe omnium iſtoꝝ ver
boꝛum facit mentionē de triplici requie. Pꝛima ē requi
es dei ab operibus ſuis. Secūda ē requies tempoꝛalis
quā habuerunt filij iſrael in terra pꝛomiſſionis. Tertia
ē requies eterna que per iſtas duas deſignat̄. Sed apo-
ſtolus hic anteꝙ̄ faciat mentionem de requie eterna dic̄
ꝙ poſt terrenam adhuc remanet ſabbatiſmus qui in ve-
teri lege ſabbatū repſentabat ſcꝫ poſt requiem terrenaꝫ.
Eſa. 58. Uocaberis ſabbatū delicatum ⁊ ſanctū domini
Eſa. 66. Erit menſis ex menſe ⁊ ſabbatū ex ſabbato id ē
requies ꝑpetua. Et dicit ſabbatiſmus quia ſicut in vete-
ri lege ſabbatū repſentabat requiem dei ab operibus ſu-
is: de qua dicit̄ Geñ. 2. ita illa requies erit ſanctoꝛuꝫ ab
operibus ſuis. Apocal'. 14. Amodo iam dicit ſpūs vt re
quieſcant a laboꝛibus ſuis. Unde ſubdit. Qui enim in-
greſſus ē ꝛc. quia ſicut deus ſex diebꝰ operatus eſt ⁊ ſe-
ptima requieuit: ita per ſex dies preſens tempus ꝓpter
perfectum numerū ſignificatur. Qui ergo perfecte ope-
ratur in ſeptima requieſcit ab operibus ſuis ſicut ⁊ a ſu-
is xp̄e: nō aūt a quibuſcunqꝫ operibus: quia ſunt ibi que
dam opera perpetua: videre ſcꝫ amare ⁊ laudare. Apo.
4. Non habebant requieꝫ nocte ac die dicentia ſanctus
ſanctus: ſanctus ꝛc. Sed ab operibus laboꝛioſis. Eſa.
40. Qui ſperant in domino mutabūt foꝛtitudinē: aſſu-
ment pēnas vt aquile current ⁊ nō laboꝛabunt: ambula-
bunt ⁊ nō deficient. ¶ Deinde cū dicit. Feſtinemꝰ ergo
ingredi ꝛc. inducit ad feſtinatiōꝫ. Et circa hoc facit duo
Pꝛimo eīm ponit monitionē. Scđo ſubdit rōnem de in-
troitu illius requiei ibi. Uiuus enim ē ſermo dei ꝛc. Itē
circa pꝛimū duo facit. Pꝛimo eīm monet ad feſtinanduꝫ
Secundo oſtendit tardantis periculum ibi. Ut ne in id-
ipm ꝛc. Dicit ergo. Quia igitur relinquit̄ ſabbatiſmus
ꝛc. Feſtinemꝰ ergo ingredi in illam requiem. Et ſignan
ter dicit ingredi: quia nō ē in bonis exterioꝛibus ad que
ē egreſſus: ſed ē in bonis interioꝛibus Exo. 15. Introdu
ces eos ⁊ plantabis ꝛc. Mat. 25 Intra in gaudiū domi
ni tui. Eſt ergo multiplex ratio quare feſtinandum ē in-
trare. Una ē quia lōginqua ē via Pꝛouer. 7. Abijt via
longiſſima. Luc. 19. Homo quidam nobilis abijt in re-
gionem longinquā. Dicitur autem longinquus ꝓpter
diſtantiam ſtatus: quia ibidem plenitudo omnis boni ⁊
immunitas ab omni malo. Eſt etiam deſideranti perfe-
cta viſio ⁊ tentio: hic autem ſunt omnia contraria iſtis.
Item feſtinandum ē quia tempus ē valde breue. Iob.
14. Breues dies hominis ſunt. Item quia iſtud tempꝰ
cum hoc ꝙ ē breue ⁊ modicum: ē etiam incertum. Eccl'.
9. Neſcit homo finem ſuum. Item propter vrgentē vo-
cationem. Interioꝛ enim vocatio vrget nos per ſtimulū
charitatis. Eſa. 59. Cum venerit quaſi fluuius violen-
tus quem ſpiritus domini cogit ꝛc. ſcđ' Coꝛ. 5. Chari-
tas chriſti vrget nos. ps. Uiam mandatoꝛum tuoꝛum
cucurri. Item propter periculum tardantis: ſicut patet
de fatuis virginibus. Matth. 25. Que tarde veniētes
intrare nō potuerunt. Et ideo dicit. Ut ne in idipſum.
ꝛc. Quaſi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi pro-
pter incredulitatem. Unde caueamus aliene culpe exem
plo: ne ſimus increduli: ⁊ exemplo pene: vt ſcꝫ nō exclu
damur ſicut ipi. Luce pmo. Abijt in montana cum feſti
natione. Ad hoc enim oſtendunt̄ nobis preterite pene
aloꝝ vt caueamꝰ. Pꝛouerb. 19. Peſtilente flagellato
ſtultus ſapientioꝛ erit. Glo. Peius eſt niſi caueatis. Ex

hoc videtur ꝙ ille qui nō coꝛrigit punitione alteri⁹: gra
uius punietur. Sed contra quia iam peccatum ade qui
non peccauit exemplo alterius eſſet minus graue. Re-
ſpondeo dicendū eſt ꝙ ſemper iſte locutiones intelligen
de ſunt ceteris paribus. Contingit enim duo peccata in
ſe conſiderata nō eſſe vnum genus altero: tamē propter
aliquam circumſtantiā aduenientē aggrauatur vnū ⁊ nō
aliud. ſicut duo adulteria de ſe equalia ſunt: tamē illud
qd̄ eſt ex certa malicia grauius ē ꝙ̄ illud qd̄ ē ex paſſiōe
vel infirmitate. Et ſimiliter verbum ocioſum grauius ē
quando fit ex certa malicia. ¶ Deinde cum dicit. Viuus
eſt enim ſermo dei ⁊c̄. ponit rōnem predicte monitiōis
⁊ p̄cipue quantū ad periculum. Hec autem ratio ſumit
ex parte chꝛiſti. In ipo autem ē duplex natura. Vna ſcꝫ
diuina ſm̄ quam ē verbum patris. Alia eſt humana ſm̄
quā eſt pontifex offerens ſe in cruce. Primo ergo ponit
rōnem ſumptam ex parte diuinitatis. Secundo rōnem
ſumptam ex parte humanitatis ibi. Habentes igit pon-
tificem ⁊c̄. De filio autem dei dicit tria. Primo eniꝫ aſſi
gnat eius virtutem. Secundo eius cognitionem ibi. Et
diſcretoꝛ cogitationū. Tertio eius auctoꝛitatem ibi. Ad
quem nobis ſermo ⁊c̄. Virtutem eius oſtendit tripliciter:
Primo quantū ad naturam. Secundo quantū ad pote-
ſtatem ibi. Et efficax. Tertio quantū ad operationē ibi
Et penetrabilioꝛ ⁊c̄. Dicit ergo Viuus eſt ſermo dei ⁊c̄.
Iſta littera de ſe videtur habere difficultatē tamen con-
ſiderando aliam tranſlationem planioꝛ eſt. Vbi eñ nos
habem⁹ ſermo: in greco habetur logos qd̄ eſt ideꝫ quod
verbum. Vnde ſermo id ē verbum. Et ſic etiam exponit
Aug⁹ illud. Joh. 12. Sermo quē locutus ſum id eſt ego
ipe qui ſum verbum. Sap. 18. Omnipotens ſermo tuus
domine exiliens de celo a regalibus ſedibus venit ⁊c̄. Et
ſimiliter hic ſermo dei ē viuus id eſt verbū dei viuū. Ver
bum enim dei ab eterno conceptuꝫ: in paterno intellectu
ē verbū primoꝛdiale. de quo Eccl. p̄mo dicit. Fons ſapi-
entie verbum dei in excelſis. Et quia eſt primoꝛdiale iō
ab ipo deriuantur omnia alia verba que nihil aliud ſunt
ꝙ̄ quedam conceptiones expreſſe in mente angeli vl' no-
ſtra. Vnde illud verbum ē expreſſio omniū verboꝛū qua
ſi fons quidam. Et illa que dicuntur de illo verbo quo-
dāmodo aptantur ad alia verba ſm̄ ſuū modum. De illo
autē dicit ꝙ eſt viuus. Dicitur autem res viua ꝙ̄diu ha
bet motū ⁊ operationem ſuam. Sicut enim fons ſcaturi
ens dicitur viuus: ſic ⁊ verbum illud qd̄ habet ꝑpetuuꝫ
vigoꝛem. ps. In eternum domine verbum tuū ꝑmanet ī
celo. Joh. 5. Sicut enim pater habet vitā in ſe metipſo
ſic dedit ⁊ filio vitam habere in ſemetipo. Vel pōt refer-
ri ad humanā naturam. Eſt enim viuus licet ab alijs re
putetur moꝛtuus. Apoc. p̄mo. Fui moꝛtu⁹ ⁊ ecce ſuꝫ vi
uens in ſecula ſeculoꝛum. Similiter etiam ſermo ſcriptu
re eſt viuus ⁊ indeficiens. Roma. 9. Non autē ꝙ excide
rit verbū dei. ¶ Conſequenter cum dicit. Et efficax. oſtē
dit eius poteſtatē. Dicitur autem verbum efficax ꝓpter
maximā virtutem ⁊ infinitam vim effectiuam quā habet
Per ipm̄ enim facta ſunt omnia. Joh. p̄mo. ⁊ ps. Ver-
bo domini celi firmati ſunt. Item ē efficax quia ex ipſo
omnia verba pꝛolata a deo mediante angelo vel homine
efficaciam habent. Ecc. 8. Sermo illius ptāte plenus ē
Eſa. 55. Verbum qd̄ egrediet de oꝛe meo nō reuertetur
ad me vacuū ſed faciet quodcunqꝫ volui ⁊c̄. ¶ Deinde
cum dicit. Et penetrabilioꝛ ⁊c̄. oſtendit eius oꝑationem
Et circa hoc facit duo. Primo ponit eius operationem.
Secundo exponit ibi. Et pertingens ⁊c̄. Dicit ergo. Et
penetrabilioꝛ. Illud pꝛopꝛie dicit penetrare qd̄ ingredit
ꝓfunda rei. Hoc autem pōt eſſe dupliciter. Vno mō qꝛ
operatur in intimis rei. Eſa. 26. Omnia enim opera no

ſtra operat⁹ es in nobis. Alio mō quia cognoſcit intima
rei. Joh. 2. Opus ei non erat vt quis teſtimoniū perhi-
beret de homine: ipe enim ſciebat quid eſſet in homine:
Eccl. 24. Penetrabo inferioꝛes partes terre. Operatō
enim dei ⁊ cognitio pertingit ⁊ penetrat intima rei. Vñ
dicit. Omni gladio ancipiti. Inter omnia enim gladius
eſt penetrabilioꝛ propter acumen ⁊ maxime gladius an-
ceps: qui ſcꝫ eſt acutus ex duab⁹ eius partibus. Et ideo
quia verbū dei acutum ē ⁊ ad operandū ⁊ ad cognoſcen
dum ideo cōparat gladio ancipiti. Ephe. 6. Et gladium
ſpūs quod ē verbū dei. Eſa. 27. In illa die viſitabit do-
minus in gladio ſuo duro ⁊ grandi ⁊ foꝛti ⁊c̄. ¶ Vel di-
citur anceps qꝛ habet aciem ad bona ꝓmouenda ⁊ ma-
la deſtruenda. Apoc. p̄mo. Ex oꝛe ipſius ꝓcedebat gla-
dius ex vtraqꝫ parte acutus. In oꝛdine eñ cauſarum vi-
demus ꝙ ſemꝑ cauſa pꝛioꝛ intimius operat ꝙ̄ cauſa po-
ſterioꝛ. Vnde illud qd̄ natura producit ē intimius ꝙ̄ illō
qd̄ producitur per artē. Quia ergo deus ē pꝛima cauſa
ſimpliciter: ideo eius operatione ꝓducitur illud qd̄ ē in-
timiſſimū ipi rei ſcꝫ eē eius. ¶ Conſequenter cum dicit.
Et pertingens ⁊c̄. manifeſtat qd̄ dixerat de operatione.
Et circa hoc facit duo: quia pꝛimo oſtendit hoc quantū
ad ſpūalia. Secundo quantū ad coꝛpoꝛalia ibi. Compa-
gum quoqꝫ ⁊ medullarum: ſm̄ enim aplm̄ tria ſunt ī ho
mine ſcꝫ coꝛp⁹: aīa ⁊ ſpūs. 1. Theſ. 5. Integer ſpūs ve-
ſter aīa ⁊ coꝛpus ⁊c̄. Quid enim ſit coꝛpus notuꝫ ē. Aīa
aūt ē que dat coꝛpoꝛi vitam. Spūs vero in rebus coꝛpo-
ralib⁹ dicit quid ſubtile: ⁊ ideo ſignificat ſubſtantias im-
materiales. Eſa. 31. Egyptus homo ⁊ non deus ⁊ equi
eoꝛum caro ⁊ nō ſpūs. Spiritus ergo in nobis dicit illō
per qd̄ cōicamus cum ſubſtantijs ſpūalibus. Anima ve
ro illud per qd̄ cōicamus cum brutis. Et ſic ſpūs ē mens
humana ſcꝫ intellect⁹ ⁊ volūtas. De hoc aūt dicunt aliq̄
ꝙ in nobis ſunt diuerſe aīe. Vna ſcꝫ q̄ ꝑficit ⁊ viuificat
coꝛp⁹: ⁊ iſta dicit aīa ꝓpꝛie. Alia vero ē ſpūs quo intel-
ligim⁹. Et iō iſta duo magis dicunt ſubſtantie ꝙ̄ anime
Hoc aūt dānatū ē in libro de eccliaſticis dogmatib⁹. Et
ideo dicendū ē ꝙ vna ⁊ eadem ē eſſentia aīe ꝑ eſſentiam
ſuā ⁊ viuificat coꝛpus: ⁊ per potentiā ſuam que dicit in-
tellectus ē ꝑncipiū intelligendi. Et per iſtam intelligit
eterna: qd̄ quō ſit ſic patet. Videm⁹ eñ ꝙ quāto foꝛma ē
ꝑfectioꝛ tanto oꝑatio eius min⁹ ſubdit materie ſicut ptꝫ
ꝙ foꝛme elementoꝝ qꝛ ſūt imꝑfectiſſime nō extenduntur
vltra materiā. Cuꝫ ergo anima inter oīs foꝛmas ſit no
biliſſima opoꝛtet ꝙ habeat aliquā oꝑationem ⁊ p̄cipue
aīa rōnalis que oīno excedit potentiā materie. Et iſtam
oꝑatiōꝫ vocam⁹ intelligere ad quā ſequit ſua inclinatio
ſcꝫ velle. ¶ Eſt aūt triplex dr̄ia inter oꝑatōes aīe: ita ꝙ
aīa dicat ad quā ꝑtinēt potentie quib⁹ aīa oꝑat cum coꝛ
poꝛe. Ad ſpm̄ vero ille qui oꝑat ſine coꝛpoꝛe. Pria aūt
dr̄ia inter iſtas potentias ⁊ oꝑatiōes ab ipis proceden-
tes ē ipſius rōnis ad ſenſualitatem q̄ eſt potentia ꝑ quaꝫ
aīa oꝑatur cum coꝛꝑe: qꝛ rō apꝑhendit īmaterialia: ſen-
ſualitas vero materialia ⁊ ſenſibilia. Scđa differentia
eſt partiū ſenſualitatis: qꝛ aliū ſtatum ⁊ oꝛdinem habet
ſenſualitas ſm̄ ꝙ tendit in pꝛopꝛium obiectum ſuum ex
natura ſua: ⁊ alium ſm̄ ꝙ regulatur a ratione. Ipa eniꝫ
concupiſcibilis aliter conſideratur vt eſt vis quedam in
oꝛdine ad obiectum ſuum: et aliter vt ꝑticipat ratione.
Tertia differentia ē partium ipſius rōnis ſm̄ diuerſa ob
iecta ipſius quia vel tendit in deum: ⁊ hoc ē ſupremum
in ipſa: vel in effectus ſpirituales vel in effectus tempo-
rales. Oīs autem iſtas diuiſiones ⁊ differentias ope-
ratur et diſcernit verbum dei ſcꝫ quomodo ſenſualitas
diſtinguat a rōne. Differentiaꝫ etiā ipſius ſenſualitatis
in ſe: dr̄iam etiam partium rationis et quid prouenia

in anima ex conſideratione ſpiritualium et terrenorum. ¶ Conſequenter cum dicit. Compagum quoqꝫ ⁊ medullarum ⁊c. declarat illud quod dixerat de operatione dei ⁊ quantum ad temporalia. ¶ Sciendū eſt autē ꝙ aliqͩ non poteſt penetrando pertingere ad aliquid ꝓpter duo Unum eſt propter colligationē. Aliud autem eſt ꝓpter incluſionem. Neutrū iſtorum poteſt impedire verbū dei In nobis quidem ſunt quedam colligationes ſcꝫ neruorum ⁊ arteriarum. Quedam etiam ſunt valde incluſa ⁊ occulta ſicut medulle que in oſſibus includuntur. Omnia autem iſta diuino proſpectui manifeſta ſunt et ſubdita. Et ideo nihil eſt ei difficile ad penetrandum. Uel per compages poteſt intelligi coniunctio que ē inter partes anime ad inuicem vt inter animam ⁊ ſpirituꝫ. Quaſi dicat. Non ſolum pertingit ad cognoſcendū differentiam ⁊ diuiſionē anime ⁊ ſpiritus: ſed etiam ad cognoſcendum quomodo cōiungunt. Cognoſcit enī quomodo ſenſualitas regit ratione. Medulla autē poteſt intelligi illud quod latet in rōne ⁊ ſenſualitate. Mat. 10. Timete eum qui poteſt ⁊ animam et corpus mittere in gehēnam ¶ Deinde cum dicit. Et diſcretor cogitationum ⁊c. agit de cognitiōe verbi. Et circa hoc facit duo. Primo enim oſtendit ꝙ oīa ſubdunt cognitioni eius. Secundo oſtēdit quomodo cognoſcit ibi. Omnia auteꝫ nuda ⁊c. Ex duobus autem contingit ꝙ aliquid nō cognoſcatur. ſcꝫ aut quia eſt intra aliquid occultatum. Et ſic maxime ſūt occulta que latent in corde quia ipm ē valde ꝓfundum ⁊ inpſcrutabile. Iere. 7. Prauū ē cor hominis ⁊ inſcrutabile. Secūdum vo ſeptuaginta interpretes habet ſic. Profundū eſt cor hominis ⁊c. In corde vero latent cogitationes. Iſtas aūt cognoſcit verbum dei. Eſa. pmo. Auferte malū cogitationū veſtrarum ab oculis meis. Et ideo quantum ad hoc dicit diſcretor cogitationuꝫ. Alio modo nō cognoſcitur aliquid qꝛ ē oīno ignotum ⁊ inuiſibile: ⁊ ſic ea que ſunt in voluntate ſunt ignota. In voluntate autē ē ipa intentio finis que de natura ſua ē inuiſibilis. Quid em̄ homo facit vel cogitat manifeſtatur per opus. Sed qua intentione hoc faciat penitus ē incertuꝫ Iſta autē nō ſunt occulta deo. ps. Scrutans corda ⁊ renes id ē cogitationes ⁊ intentiones. ¶ Sciendū eſt autē ꝙ illud qd̓ dicit penetrans referri poteſt ad operationeꝫ vt dictū eſt. Et ſic differūt penetrans ⁊ diſcretor. Si autem referatur ad cogitationem tunc qd̓ hic dicit. Et diſcretor: ē expoſitio illius. Quaſi dicat. Tu dicis ꝙ ē penetrabilior ⁊c. Uerū eſt quia eſt etiā diſcretor cōpagum ⁊ medullarum id ē cogitationum ⁊ intentionū. Compages enim dicunt quedam colligationes: ⁊ ſic cogitatio ī qua ē quaſi quedam colligatio terminorum pōt dici cōpago dum de vno tendit in aliud. Eſa. 58. Diſſolue colligationes impietatis. Itē Eſa. 5. Ue qui trahitis iniqͣtates in funiculis vanitatis. Item medulla ē intima latens in oſſibus. Iob. 21. Medullis oſſa illius irrigantur. ¶ Deinde cum dicit. Et nō ē vlla creatura ⁊c. oſtendit ꝙ illud qd̓ ſm naturā ē inuiſibile nō ē occultum deo Q. em̄ aliquid nō videatur a nobis hoc eſt qꝛ ſimplici⁹ ⁊ ſubtilius eſt oculo noſtro ſiue corporali ſiue ītellectuali: ſicut ſunt ſubſtantie ſeparate quas in vita iſta videre nō poſſum⁹. Diuino autē intellectu nihil ē ſimplici⁹ vel ſubtilius: ergo nulla creatura eſt inuiſibilis in cōſpectu eius. Sed nunquid cognoſcit in vniuerſali tm̄ ſicut qͥdā voluerunt? Nō: ſed omnia nuda ⁊ aperta ſunt oculis ei⁹ Per oculū autē intelligit vis cognitiua. Intelliguntur em̄ ſpūalia per ſenſibilia. Signanter aūt dicit in plurali oculos propter diuerſitatē intellectorum quia nō cognoſcit vnum tm̄ ſed etiam multitudinem rerū. Dicit etiam nuda ⁊ aperta. Dupliciter em̄ cognoſcitur aliqͩ. Uno modo in ſuperficie. Alio modo ī ꝓfundo ſicut homo nudus videt in ſupficie: nō autem veſtitus ſed oīa deo manifeſta ſunt que videntur in ſupficie. Nihil em̄ eſt extra qd̓ impediat cognitionem dei: ſicut veſtis impedit ne videatur homo. Et iō dicit nuda. Iob. 26. Nudus ē infernus corā illo. Dicit etiā aperta quia nihil ē ita occultum in re ꝙ dei cognitionē effugiat. ¶ Conſequenter oſtendit perfectionem auctoritatis ipius cum dicit. Ad quem nobis ſermo ⁊c. Iſta vero auctoritas ē auctoritas iudicandi. Act. 10. Ipe eſt qui cōſtitut⁹ eſt a deo iudex viuorum ac mortuorum. Ad iſtū ergo nobis ſermo vt ſcꝫ reddamus rōnem de opibus noſtris. 2. Cor. 5. Oēs nos manifeſtari oportet ante tribunal xpi vt referat vnuſqͥſqꝫ ꝓpria corpis ꝓut geſſit ſiue bonū ſiue malū ſit. Et iō qꝛ ſic ē potēs ſic ſciēs ⁊ ſic magn⁹: feſtinem⁹ ergo igredi ⁊c.

## Lectio tertia.

Habentes ergo pontificem magnuꝫ qui penetrauit celos ieſum filiū dei teneamus ſpei noſtre cōfeſſionem. Nō enim habemus pontificem qui nō poſſit cōpati infirmitatib⁹ noſtris: tēptatū aūt per omnia pro ſimilitudine abſqꝫ peccato. Adeam⁹ ergo cum fiducia ad thronum grē eius: vt miſericordiā cōſequamur: et grām inueniam⁹ in auxilio oportuno.

Supra apoſtolus monuit ad feſtinandū ingredi in requiem dei: ⁊ ad hoc inducendum poſuit magnitudinem xpi quantū ad diuinam naturam: hic oſtendit idē quantū ad humanā naturam. et circa hoc facit tria. Primo em̄ ponit eius dignitatem. Scdo oñdit ei⁹ pietatē ibi. Nō em̄ non habemus pontificem ⁊c. Tertio inducit ad habendam de eo fiduciam ibi. Adeamus ergo ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū ē ꝙ nobis eſt ſermo ad eum qͥ eſt viu⁹ ſermo: verus iudex ⁊ pontifex. Ergo habentes pontificem ⁊c. ps. Tu es ſacerdos in eternum. ⁊c. Nec et tantum pontifex ſed etiam magnus Zacharie. 3. Et oſtendit mihi dominus ieſum ſacerdotem magnū ſtantem coram angelo ⁊c. Hic autē dicitur magnus qꝛ nō eſt pontifex tm̄ bonorum tpalium ſed ⁊ futurorum. Infra. 9. Xps aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonorum ⁊c. Duo autem pertinebant ad magnum pontificem. Unum quo ad officiū ſcꝫ ſemel in anno cum ſanguine intrare in ſancta ſanctoꝝ: ſicͭ habetur infra. 9. ⁊ Leuit. 16. Hoc aūt precipue conuenit xpo. Ille em̄ intrat cum ſanguine in ſancta figuralia: ſꝫ xps per ꝓprium ſanguinē intrauit in ſancta id ē ſacra celeſtia. et ideo dicit. Qui penetrauit celos. Scdm̄ eſt ꝙ debebat eſſe ex certa tribu ſcꝫ de ſtirpe aaron: ſicut dicit Exo. 29. ⁊ numeri. 16. ⁊. 17. Hoc autem cōpetit xpo qui eſt nobilioris originis. Unde dicitur filius dei. Mat. 3. Hic eſt fili⁹ meus dilect⁹. ps. Fili⁹ meus es tu ⁊c. Quia ergo habemus hunc pontificem teneamus confeſſionem id eſt inhereamus corde: quia vt dicitur Ro. 10. Corde creditur ad iuſticiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem Hanc autē cōfeſſionem requirit a nobis xps pontifex maximus. Mat. 8. Qui me confeſſus fuerit corā hominibus ⁊c. Sed dicit ſpei noſtre: qd̓ dupliciter pōt intelligi Uno modo ꝙ confeſſio prout hic ſumitur ſit confeſſio fidei. Fides autem ē principium ſpei: ſicut habet ex glo. Mat. pmo. Abraam autē genuit yſaac id ē fides genuit ſpem nō quideꝫ qͣtū ad habitū ſꝫ qͣtū ad ordineꝫ actus. Nullus em̄ pōt ſperare nec doꝫ niſi qd̓ pōt ꝯſequi. Q. āt poſſumus conſequi eterna habem⁹ ꝑ fideꝫ. Al̓ ꝯfeſſiōeꝫ ſpei. i. ei⁹ de quo ſperamus ſcꝫ videre pmam veritatem.

¶ Deinde cum dicit. Non eñi habemus ⁊c. ne forte cre-
datur ꝙ non poſſit aliquid agere preter id qđ exigit eiꝰ
iuſticia. oſtendit in ipſo etiam eſſe miſericordiam et pie-
tatem. Et iſta reſpiciunt miſeriã. ⁊ hoc precipue conue-
nit chriſto. Uñ dicit. Qui nõ poſſit compati ⁊c. ¶ Sci-
endum eſt autẽ ꝙ ly poſſe aliquãdo importat non nudã
potentiã: ſed ꝓmptitudinẽ ⁊ aptitudinẽ chriſti ad ſubue-
niendũ. ⁊ hoc quia ſcit ꝑ experientiã miſeriã noſtrã: quã
vt deus ab eterno ſciuit ꝑ ſimplicem noticiaꝫ. pſ. Miſe-
ricors eſt deus timentibꝰ ſe: quoniã ipſe cognouit figmẽ-
tum noſtrum. Unde ſubdit. Pro ſimilitudine ſcꝫ noſtri
temptatum. Eſt autẽ triplex temptatio. Una q̃ eſt a car-
ne quando ſcꝫ caro concupiſcit aduerſus ſpũm vt dicitur
Gal. 5. Et iſta non eſt ſine peccato. qꝛ vt dicit auguſtinꝰ
Non nullum peccatum eſt cum caro concupiſcit aduer-
ſus ſpũm. qꝛ hoc eſt carnem concupiſcere. Sed hoc non
fuit in chriſto. ⁊ ideo dicit. Abſq; peccato id eſt abſq; mi-
nimo motu peccati. 1. Pe. 2. Qui peccatũ non fecit nec
inuentus eſt dolus in ore eius. Et ideo dicit agnus dei.
Jo. 1. Alia eſt temptatio ab hoſte ⁊ a mundo. ⁊ hoc du-
pliciter. Uel alliciendo ꝑ ꝓſpera. vel terrendo ꝑ aduerſa
Et his duobꝰ modis fuit temptatus xp̃s. Fuit eñi alle-
ctus proſperis. Quicquid eñi ꝑtinet ad proſperitatem
huius vite vel pertinet ad concupiſcentiam carnis. vel
ad concupiſcentiã oculoꝝ. vel ad ſuperbiã vite. De pri-
mo eñi temptauit eum diabolus quando temptauit eum
de gula que eſt mater luxurie. Matth. 4. Si filius dei
es dic vt lapides iſti panes fiãt. Item de inani gloria cũ
dixit. Mitte te deorſum. Item de cõcupiſcentia oculoꝝ
dicens. Hec oĩa tibi dabo ⁊c. Luc. 4. Cõſumata oĩ
temptatione diabolus receſſit ab illo vſq; ad tempꝰ. Itẽ
fuit temptatus ꝑ aduerſa ⁊ inſidias a phariſeis: quia vo-
lebant eum capere in ſermone. Matth. 22. Item ꝑ con-
tumelias. Matth. 27. Uah qui deſtruis templũ dei ⁊c.
Item ꝑ flagella ⁊ tormenta. Excepta ergo temptatione
que eſt cum peccato ꝑ oĩa ſimilis nobis temptatus eſt.
Dicit autẽ ſm ſimilitudinẽ quod poteſt dupliciter expo-
ni. Uno modo ꝙ ly ſm denotet cauſam finalem. Quaſi
dicat. Ideo temptatus eſt vt daret nobis exemplũ vt ſm
ſimilitudinem eius temptationẽ ſuſtineremus ⁊ oĩa co-
naremur vincere. 1. Pe. 2. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis
vobis relinquens exemplũ ⁊c. Uel poteſt denotare ↄſe-
quentiã. Quaſi dicat. Ideo temptatus eſt vt ꝑ oĩa tã
in temporalibus q̃ in omnibꝰ aliis niſi in ſolo peccato
ſimilis eſſet nobis. Si eñi fuiſſet ſine temptationibꝰ nõ
fuiſſet eas expertus: ⁊ ſic non compateret. Si vero ha-
buiſſet peccatuꝫ non potuiſſet nos iuuare: ſed magis in-
digeret adiutorio. ¶ Deinde cum dicit. Adeamus cũ fi-
ducia ⁊c. inducit ad habendã fiduciam de ipſo. q̃ſi dicat
Ex quo ſic poteſt cõpati adeamus cũ fiducia. Eſa. 12. Ec-
ce deus ſaluator meus fiducialiter agam ⁊c. Adeamus
dico ad thronum. Thronus dicit ſedes regis. xp̃s autẽ
rex ẽ Jere. 23. Regnabit rex ⁊ ſapiens erit ⁊c. Hic autẽ
thronus duplicem habet ſtatum. Unũ iuſticie in futuro
pſ. Sediſti ſup thronũ qui iudicas iuſticiaꝫ. Hoc erit in
futuro. pſ. Cum accepero tempus ego iuſticias iudica-
bo. Eſt alius thronus gratie ſcꝫ in preſenti quãdo eſt tẽ-
pus miſerendi. Zach. 4. Exequabit gratiã gratie. Per
gratiam aũt chriſti liberamur ab omni miſeria: quia libe-
ramur a peccato quod facit miſeros populos Puer. 14.
Et ideo dicit. Ut miſericordiaꝫ conſequamur. Item per
gratiam chriſti iuuamur ad bona operanda. Et ideo di-
cit. Et gratiam inueniamus. Luc. 1. Inueniſti gratiam
apud dominũ. Et hoc in auxilio oportuno quo adiuue-
mur ad bene operandũ. pſ. Auxilium meum a dño ⁊c.
Iſtud aũt auxiliũ ẽ ꝑ grãꝫ. 1. Corin. 15. Abũdantiꝰ illis
laboraui. non autẽ ego: ſed gratia dei mecum. Hoc autẽ
oportet eſſe cõgruo tẽpore. Ideo dicit. Auxilio oportu-
no. Omni eñi negocio tempus ⁊ oportunitas. Ecc. 8.
Hoc eſt tempus preſens qđ eſt tempus miſerẽdi.

## Capitulum quintũ

Omnis nãq; pontifex ex homini-
bus aſſumptus ꝓ hominibus cõ-
ſtituit in his que ſunt ad deum:
vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ pec-
catis. Qui cõdolere poſſit his qui ignorãt
⁊ errant: quoniaꝫ ⁊ ipſe circumdatus eſt in-
firmitate: ⁊ ꝓpterea debet quemadmoduꝫ
pro populo: ita etiam pro ſemetipſo offer-
re pro peccatis. Nec quiſq; ſumit ſibi hono-
rem: ſed qui vocatur a deo tanq; aaron. Sic
⁊ chriſtꝰ nõ ſemetipſum clarificauit vt pon-
tifex fieret. ſed qui locutꝰ eſt ad eũ. Filius
meꝰ es tu: ego hodie genui te. Quẽadmo-
Supꝛa deſcripſit apoſtolus ea que pertinent ad vetꝰ te‑ſtamentum ꝙtum ad diſpoſitionē tabernaculi: hic ꝓſe‑quit̄ de officio miniſtroꝛum. Et p̄mo de his que ſpectāt ad ſancta. Scd̄o aūt de his que ſpectāt ad ſanctaſanctoꝛū ⁊c̄ ibi. In ſecūdo autē ⁊c̄. Ad intellectū autē lr̄e hu‑ius ſciendum eſt ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt in parte anteri‑oꝛi ipſius tabernaculi circa medium erat altare thymia‑matis vl̄ incēſi qꝺ idē eſt ⁊ cādelabꝛū. Ex parte vo meri‑dionali ⁊ ex oppoſito menſa ꝓpoſitiōis. Sacerdos ergo quolibet die mane ⁊ veſpere intrabat ſancta ꝓpter duo. ſcꝫ ad parandū lucernas ⁊ ad adolendū thymiama vt lu‑men ⁊ bonꝰ odoꝛ iugiter eſſet in ſanctis. Dicit ergo. His ſcꝫ que pertinent ad ſpeciez tabernaculi ita diſpoſitis id eſt oꝛdinatis quottidie mane ſcꝫ ⁊ ſero intrabant ſacer‑dotes conſūmantes officia ſacrificioꝛum. non tamē ꝙ in ſancta ſacrificarent. qꝛ ſacrificabāt ſuꝑ altare holocauſto‑rum qꝺ erat ante foꝛes tabernaculi ſub diuo. ſed adole‑tionē thymiamatꝭ ⁊ deuotionē offerētiū vocat ſacrificiū. ¶ Deinde cum dicit. In ſecundo autē ⁊c̄. ponit officiū miniſtroꝛum ꝙtum ad ſanctaſanctoꝝ. Circa quod ſcien‑dum eſt ꝙ ſicut dicit̄ Leuit̄. 16. Sūmus ſacerdos in die expiationis q̄ fiebat decima die ſeptimi mēſis ſcꝫ ſeptē‑bꝛis qui ſeptimus eſt a marcio noſtro qui apud hebꝛeos concurrit ꝓ parte cum apꝛili in quo incipiūt anni. Exo. 11. Menſis iſte p̄ncipium vobis menſiū p̄mus erit in mē‑ſibus anni. ipſi em̄ incipiūt menſem in lunatione q̄ ſempꝛ incipit in martio niſi impediat emboliſmus. offerebat ꝓ ſe ⁊ tota domo ſua vitutulum ⁊ hircū ꝓ peccato populi. ⁊ iſtis īmolatis accipiebat de ſanguīe ipſoꝝ ⁊ implebat thuribulum pꝛunis altaris holocauſtoꝝ qꝺ erat in atrio ante foꝛes tabernaculi ⁊ cum oībus his intrabat in ſan‑ctaſanctoꝝ ⁊ cum ſanguine expiabat tabernaculū aſper‑gendo ſanguinē contra velum ⁊ poſt egrediebat̄. Et cuꝫ eodeꝫ ſanguīe liniebat coꝛnua altaris thymiamatꝭ. Hoc autē ſemel in anno faciebat. Unde dicit. In ſecundo aūt ſcꝫ tabernaculo qꝺ dicit̄ ſanctaſanctoꝝ ſemel in anno in‑trabat ſolus pontifex. Gloſa dicit ꝙ pluries poterat ſine ſanguine ſꝫ non cum ſanguine niſi ſemel. De hoc tamē non habet̄ niſi tantū quādo mouenda ſunt caſtra. qꝛ tūc intrabant aaron ⁊ filij eius ⁊ inuoluebant ⁊ diſpenſabāt onera leuitarum ſicut patet Numeri. 4. Semel tn̄ in an‑no intrabat ſūmus ſacerdos ſolus cū ſanguine qn̄ offere‑bat ꝓ ſua et populi ignoꝛantia id eſt ꝓ peccatis noſtris. ꝓuer. 14. Errant qui operantur malum. Omīs em̄ ma‑lus ignoꝛat vt habet̄. 3. ethicoꝝ. De hoc habet̄ Leuit̄. 16. vbi tradit̄ ritus iſte. ¶ Myſtice vero ꝑ pꝛimū taber‑naculum deſignat̄ preſens eccleſia in qua fideles debent ſeipſos ſacrificare. Ro. 12. Exhibeatis coꝛpoꝛa vr̄a ho‑ſtiam viuentē ſanctaꝫ deo placentem. pſ. Sacrificiū deo ſpiritus cōtribulatus. Item debent ſacrificare ſua in ele‑moſynis. infra. 13. Talibus em̄ hoſtijs ꝓmeret̄ deus. Sed in ſanctaſanctoꝛuꝫ id eſt in patriam celeſtem intrat ſolus pontifex ſcꝫ xp̄s in anima ⁊ coꝛpoꝛe. ¶ Tamē ſm̄ lr̄am intētio apoſtoli eſt ꝙ ꝑ ſancta intelligat̄ vetus lex. per ſanctaſanctoꝝ ſtatus noui teſtamenti ⁊ celuꝫ. qꝛ per nouam legeꝫ intrat̄ in celum. Et ideo ſubdit. Hoc ſigni‑ficante ſpū ⁊c̄. Ubi exponit quid ſignificat̄ ꝑ hoc. Et pꝛi‑mo ꝙtum ad vetus teſtamentū. Secundo ꝙtum ad no‑uum ibi. Chꝛiſtus autē aſſiſtens ⁊c̄. Item in p̄ma parte p̄mo ponit officiū miniſtroꝝ ꝙtū ad p̄mū. Secūdo ſubdit poſitionis rationem ibi. Iuxta quam munera ⁊c̄. ¶ Sci‑endum aūt ꝙ in p̄mo intrabant ſacerdotes quottidie: ſꝫ in ſecundo quod erat vltra velum non niſi pontifex ſolꝰ ſemel in anno. Unde ꝙtum ad miniſtros illos erant ibi duo. Unū ꝙ in p̄mo quottidie intrabāt. Aliud ꝙ ſcd̄m erat eis velatum. Unde interpoſitio veli ſignificat ꝙ ce‑leſtia erant eis velata. Item ꝙ non intrabant ſignificat ꝙ vetus teſtamentum nō eſt via intrādi celum ante ad‑uentum xp̄i. Dicit ergo. dico ꝙ hoc ſic perfectū eſt hoc ſi‑gnificante ſpūſancto. 2. Pe. 1. Non humana voluntate allata eſt aliquando ꝓphetia: ſed ſpūſancto inſpirati lo‑cuti ſunt ſancti dei homines. Et hoc eſt cōtra hereticos qui dicunt vetus teſtamentum non eſſe a ſpūſancto: ſed a deo malo. ¶ Quid ſignificante? Nondū ꝓpalatā eſſe ſanctoꝛum viam adhuc pꝛioꝛe tabernaculo id eſt veteri teſtamēto ſignificato per pꝛimū tabernaculū habente ſta‑tum. Durante em̄ veteri teſtamento via ſanctoꝝ ſcꝫ xp̄s qui dicit. Io. 14. Ego ſum via. Nondum venerat. ipſe em̄ eſt hoſtium ꝑ qꝺ patet introitꝰ in ſanctaſanctoꝝ. Io. 10. Ego ſum hoſtium. Sed non erat ꝓpalatus quia ad‑huc latebat ſub figuris lr̄e obumbratꝰ. Infra. 10. Umbrā habens lex futuroꝝ. ⁊c̄. ¶ Que ꝑabola eſt inſtantis id ē preſentis tempoꝛis. Uel inſtantis id eſt ducēs nos ad ea que contingunt in pꝛeſenti tempoꝛe. ¶ Deinde cū dicit. Iuxta quam ⁊c̄. ponit rationem quare durante ſtatu ve‑teris legis non patebat introitus in ſanctaſanctoꝝ. In illa em̄ ſancta nullus intrat niſi perfectus. Eſa. 35. Uia ſancta vocabit̄ non tranſibit per eam pollutus. Et ideo vbi non erat mūdatio ⁊ perfectio nec erat introitus in il‑la. Sed vetus teſtamentū nō poterat perfectū facere ſer‑uientem: quia nondum erat oblatū ſacrificium ſatiſfa‑ciens ꝓ peccato totius humani generis. Et ideo dicit. Iuxta quam ſcꝫ vel parabolam vel figuram offerūtur munera ⁊ hoſtie. Quod refertur ad illud quod dicit ſan‑crificioꝛum officia conſūmantes: quia oblationes ⁊ mu‑nera que ſunt de hoībꝰ. hoſtie aūt que tn̄ ſūt de aīalibꝰ non offerebant̄ in ſanctaſanctoꝛum. ſed in ſanctis vel ad

foꝛes tabernaculi. Iſta autē non poterant mundare. qꝛ
non poſſunt facere perfectum ſeruientem ſeruituti latrie
que pertinet ad cultum diuinum. Perfectuꝫ dico iuxta
conſcientiā. Eſt enim duplex mundatio. Una a macula:
⁊ reatu peccati. Et hec eſt quantū ad conſcientiam. Hoc
non poteſt lex. infra. 10. Impoſſibile ē ſanguine thauro-
rum ⁊ hircoꝛum auferri peccata Eſa. 1. Ne offeratis vl-
tra ſacrificium fruſtra. Mich. 6. Nūquid placari poteſt
deus in milibus arietum aut in milibus hircoꝛum pin-
guium. Alia mundatio erat qꝫtum ad culturam vt ſcꝫ li-
ceret eis miniſtrare in illis ſacrificiis. Et ſic mundabat.
Sed nunquid in veteri lege nō fuerunt multi perfecti?
Et videt ꝙ ſic. Dictum eſt eīm abrae Geñ. 17. Ambula
coꝛam me ⁊ eſto perfectus. Moyſes etiā ⁊ multi alij val
de ſancti ⁊ perfecti fuerunt. Reſpondeo. dicendū eſt ꝙ
licet tūc multi perfecti ⁊ ſancti fuerint: hoc tamē fuit ex ,nō
operibus legis. ſupꝛa. 7. Nihil ad perfectū adduxit lex.
Sed hoc fuit per fidem chꝛiſti Geñ. 15. Credidit abꝛaaꝫ
deo et reputatum eſt illi ad iuſticiam. Hoc ergo non erat
virtute cerimoniaꝝ legalium. Unde frequenter ibi dicit
Oꝛabit ꝓ eo ſacerdos ⁊ dimittet illi Leuit. 5. et in mul
tis alijs locis. Qꝛ ergo mundaret hoc erat ex fide. Sed
in nouo teſtamento dicit. Matth. vltimo. Qui credide
rit ⁊ baptizatus fuerit ſaluus erit. Sine ſacramentis eīm
noue legis non eſt ſalus. Jo. 3. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua ⁊ ſpūſancto ⁊c. Sꝫ q̄re nō mūdabāt ꝯſciaꝫ qꝛ cō
ſiſtebant in cibis ⁊ potibꝰ. pctm̄ vero ē in conſcīa. Illud
aūt qđ eſt pure coꝛpoꝛale nō mundat animā: qꝛ non agit
in animā. In ſacrificijs aūt illis erant cibi et potus ⁊ ce-
tera que pertinent ad coꝛpus. ⁊ ideo non poterant mun-
dare conſcientiā. Dicit ergo in cibis ⁊ potibus id eſt in
diſcretione ciboꝛum ⁊ potuū interdictoꝛuꝫ in veteri lege
qꝛ abſtinere ab his non mundat conſcientiam vel vt hoc
referatur ad vſuꝫ ſacrificioꝝ. quia comedebant a ſacerdo
tibus illa que offerebant ꝓ peccatis et ab alijs q̄ ꝓ alijs
Iſta eīm non mundabant conſcientiā Jere. 11. Nunquid
carnes ſancte auferēt a te malicias tuas. ¶ Et varijs ba
ptiſmatibus id eſt lotionibus. quia ſicut dicit Matth.
7. Judei ſeruabāt baptiſmata calicū ⁊ vrceoꝛum ⁊ a fo-
ro redeuntes non comedūt niſi baptizent. Contra quos
dicit dñs Mat. 23. Ue vobis ſcribe ⁊ phariſei ypocrite
qui mundatis qđ deforis eſt calicis ⁊ parapſidis. intus
autē eſtis pleni rapina ⁊ imundicia. Uerūtamen aplus
non loquit hic de ſupſtitionibꝰ phariſeoꝛū. ⁊ ideo opoꝛ-
tet currere ad alias lectiones preceptas in lege ſicut eſt
de aqua ī qua lauabant ſacerdotes ⁊ de aqua purificati-
onis in mundatione lepꝛoſi vel polluti. Unde frequen-
ter dicit. Lauabant veſtimenta ſua ⁊c. Et hec dicuntur
hic baptiſmata. ¶ Et iuſticijs carnis. hoc addit vniuer-
ſalit̄ de oībus. Uocat iſta cerimonialia iuſticias carnis
id eſt carnales: qꝛ pertinebāt tm̄ ad coꝛpoꝛalem mūdici-
am. nec erat in eis aliqua virtus ſpiritualis. Et ne aliqͥs
dicat quare ergo inſtituta ſunt ſi non poterant ꝑficere.
quia iam videret ꝙ deus ea inutiliter inſtituerit. Hoc re
mouet cum dicit. Uſq ad tempus coꝛrectionis impoſi-
tis. Quaſi dicat. Hoc verum eſt ꝙ fuiſſent inutiliter in-
ſtitnta ſi ſemper deberent durare. Sed ſicut puero ꝑmo
opoꝛtet dare pedagogum. quando autē iam peruenit ad
etatem ꝑfectam tunc dat ei modus ſe habendi ſm̄ iudi-
ciū rectoꝝ reipublice. Ita ī veteri lege ea q̄ ſpectabāt ad
impꝑfectionem inſtituta fuerunt. ſed quando venit tem-
pus perfectum tunc debuerūt inſtitui illa que ducunt ad
perfectionem. Et ideo dicit. Uſq ad tempus coꝛrectio-
nis id eſt in quo coꝛrigerent: non quidē ſicut mala. ſed ſi
cut imperfecta. Lex eīm bona eſt Ro. 7. pš. Supuenit
manſuetudo ⁊ coꝛripiemur.

Lectio tertia

Chꝛiſtꝰ aūt aſſiſtēs pontifex futuroꝝ
bonoꝛū pamplius ⁊ ꝑfectius ſtaber-
naculū nō manufactū id eſt nō huiꝰ
creationis: neq ꝑ ſanguinē hircoꝝ aut vitu
loꝝ ſed ꝑ ꝓpꝛiū ſanguinē introiuit ſemel
in ſancta: eterna redemptione inuenta. Si
enim ſanguis hircoꝛum aut thauroꝛum et
cinis vitule aſperſus: inquinatos ſanctifi-
cat ad emundationem carnis: quantomagꝭ
ſanguis chꝛiſti qui per ſpiritumſanctuꝫ ſe-
metipſum obtulit immaculatum deo: emū-
dabit conſcientiam noſtram ab operibꝰ ma
lis ad ſeruiendū deo viuenti.

Supꝛa poſuit apoſtolus ſignificationem eoꝛuꝫ que per-
tinent ad vetus teſtamentū ⁊ primū tabernaculum: hic
ponit conditiones eoꝛum que ꝑtinent ad ſecundū taber-
naculū qđ repꝛeſentabat nouū teſtamentū. Et circa hoc
facit duo. Primo eīm ponit illam ſignificationē. Secū-
do ꝓbat quoddā quod ſuppoſuerat ibi. Si eīm ſanguis
hircoꝛum ⁊c. Sciendum eſt aūt ꝙ ſi cōſiderent ſupꝛadi-
cta quinq: dicta ſunt de ſecundo tabernaculo: ſcꝫ qͦs in-
trabat quia ſolus pontifex. Secūdo dignitas ⁊ conditio
loci quo intrabat: quia dicebat ſanctaſanctoꝛuꝫ. Tertio
quomō intrabat quia cum ſanguine. Quarto quādo in-
trabat: quia ſemel in anno. Quinto quare intrabat. qͥa
ꝓ expiatione peccatoꝛū. Hic autē aplus illa quinq ex-
plicat. Et primo quis ſit ille qui intrat quia xp̄s. Pon-
tifex eīm eſt ꝑnceps ſacerdotū. Talis aūt eſt xp̄s. 1. Pe.
5. Cum apparuerit ꝑnceps paſtoꝛum ⁊c. ſupꝛa. 4. Ha-
bentes ergo pontificem magnū qui penetrauit celos ie-
ſum ⁊c. Sed quilibet pontifex diſpenſator eſt alicuiꝰ te-
ſtamenti. In quolibet autē teſtamento duo conſideran-
da ſunt ſcꝫ finis repꝛomiſſus in illo teſtamēto. Bona aūt
repꝛomiſſa in veteri teſtamento erant bona tempoꝛalia.
Eſa. 1. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre come-
detis. Ille ḡ pontifex erat bonoꝝ tempoꝛaliū. Sꝫ xp̄s ē
pontifex bonoꝝ celeſtiuꝫ Matth. 5. Gaudete ⁊ exultate
qm̄ merces vr̄a copioſa eſt in celis. Eſt ḡ pōtifex ſūmoꝝ
bonoꝝ. qꝛ ꝑ pōtificatū eiꝰ introducimur in bona futura.
pš. Replebimur in bonis domꝰ tue. Itē in veteri diſpē-
ſabant figuralia ſed chꝛiſtus diſpenſat ſpūalia q̄ ꝑ illa fi-
gurabantur Luc. 11. Pater veſter de celis dabit ſpiritū
bonum petentibus ſe. Sic ergo per bona futura poſſunt
intelligi vel bona celeſtia ⁊ hoc reſpectu noui teſtamen-
ti. Uel bona ſpūalia reſpectu veteris. reſpectu cuiꝰ figu-
ra erant. Iſte pontifex non eſt negligens: ſed aſſiſtens.
Pontifex eīm mediatoꝛ eſt inter deuꝫ ⁊ populum. Chꝛi-
ſtus vero mediatoꝛ eſt. 1. Ti. 2. Mediatoꝛ dei ⁊ hominū
hō xp̄s ieſus. Deut. 5. Ego medius ⁊ ſequeſter fui inter
dñm ⁊ vos. Et iō ipſe aſſiſtit pr̄i ad interpellandū ꝓ no-
bis. Supꝛa. 7. Ro. 8. Chꝛiſtꝰ ieſus qui eſt ad dexteraꝫ
pr̄is q̄ etiā interpellat ꝓ nobis. Item aſſiſtens nobis ad
auxiliandū. pš. A dextris eſt mihi ne cōmouear. Act. 7
Ecce video celos apertos ⁊ ieſum ſtanteꝫ a dextris dei.
Sic ergo patet qͦs intrabat. ¶ Secūdo oſtendit dignita
tem interioꝛis tabernaculi qꝛ dicit. Peramplꝰ ⁊c. quia
iſtud eſt perfectius vtpote qꝛ eſt imobile Eſa. 33. Ocul
tui videbūt hieruſalē ciuitatē opulentā tabernaculū qđ
nequaq̄ vltra trāſferri poterit. Hoc aūt eſt tabernaculū
celeſtis glie. pš. Dñe qͦs habitabit in tabernaculo tuo.
Dicit autē tabernaculum: quia eſt locus peregrinoꝛum.

Non enim debetur nobis ex conditione nature . ſed tm̄
per gratiam Eſa.32. Sedebit populus meꝰ in pulchri-
tudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulenta
Eſt ergo amplius propter multitudinem bonorũ immē-
ſam quod deſignat in auctoritate predicta. Sedebit ⁊c.
Baruch.3. O iſrael ꝙ̄ magna eſt domus dei. Illud aũt
qḋ dicit peramplius dupliciter legit . Uno modo ꝙ ſit
vna dictio quaſi valde amplius. ⁊ ſic conſtruit lr̃a. xp̄us
aſſiſtens pontifex futuroꝝ bonorũ introiuit in ſancta ſan-
ctorum dico que ſunt tabernaculum peramplius . Alio
modo ꝙ ly per ſit prepoſitio qḋ magis exprimit in greco
⁊ tunc conſtruit ſic. Chriſtus introiuit in ſancta ꝑ taber-
naculum amplius id eſt magis amplum ⁊ perfectũ. Itē
perfectius quia ibi ceſſabit om̄is imꝑfectio. 1. Corin. 13.
Cum venerit qḋ perfectum eſt euacuabit qḋ ex parte ē.
Item eſt alterius conditionis: qꝛ vetus factum fuit ma-
nu hominis . hoc autē non: ſed manu dei. Exo.15. San-
ctuarium tuum dn̄e qḋ fundauerũt manus tue. dominꝰ.
⁊c. 2. Corin. 5. Scimus eñ qꝛ ſi terrena domus noſtra
huius habitationis diſſoluatur ꝙ edificationem habe-
mus ex deo domũ non manufactam ſed eternã in celis.
infra.11. Expectabat eñ fundamenta habentē ciuitatē:
cuius artifex eſt ⁊ conditor deus. Et ideo dicit. Non ma-
nufactum id eſt non huius creationis : quia non eſt ma-
nufactũ ſicut vetus. nec eſt huius creationis id eſt in bo-
nis ſenſibilibus creatis. ſed eſt in bonis ſpūalibꝰ. Uel ꝑ
tabernaculum poteſt xp̄i corpus intelligi. in quo contra
diabolum pugnauit. pſ̄. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ.
Qḋ eſt ampliꝰ: qꝛ in ipſo habitat oīs plenitudo diuini-
tatis corporaliter. Col.1. Item perfectius eſt: quia vidi-
mus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre plenũ
gratie ⁊ veritatis Io.1. Item non manufactum quia nō
ex virili ſemine. Dan̄.2. Abſciſus eſt lapis de monte ſi-
ne manibus. ¶ Tertio oſtēdit quomō intrabat. quia nō
ſine ſanguine, ſed ille cum ſanguine vitulorum ⁊ hirco-
rum. ſicut dicit Leuit.16. ſed xp̄us non ſic ſcꝫ ſanguine
alieno: ſed ꝑ ꝓprium ſanguinem quē ꝓ ſalute noſtra im-
molauit in cruce. Matth.26. Hic eſt ſanguis meus no-
ui teſtamenti qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet in remiſ-
ſionem peccatorũ. Dicit autē pluraliter vitulorũ ⁊ hirco-
rum. non ꝙ ſimul eſſent plures. ſed quia ꝑ diuerſos an-
nos pluries intrabat. Chriſtus autē ſignificat ꝑ hircum
ꝓpter ſimilitudinē carnis peccati. Ro.8. Item ꝑ vitu-
lũ ꝓpt̄ fortitudinē: Et qꝛ vtitur duobꝰ teſtamentis tāꝙ̄
duobus cornibus Abachuc.3. Cornua in manibus eius
¶ Quarto quando intrabat: qꝛ ſemel in anno. xp̄s autē
ꝑ totum tempus qḋ eſt quaſi vnus annus intrauit ſemel
in ſancta ⁊ ſemel effudit ſanguinem ſuũ. 1. Pe.3. Chri-
ſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Ro.6. Q
eñ mortuus eſt peccato mortuus eſt ſemel . Item ſemel
intrauit ex quo intrauit celeſtia ſemꝑ eſt ibi. E ideo dicit
ꝙ intrauit ſemel in ſancta . ¶ Quinto oſtēdit quare in-
trauit: quia ad offerendum ꝓ populi ignorantia non pro
ſua. qꝛ non habebat. Sanguis eñ chriſti magis ꝙ̄ ille
valet ad hoc. quia ꝑ ipſum inuenta eſt eterna redemptio
Quaſi dicat. Per iſtum ſanguinem redempti ſumus ⁊
hoc imꝑpetuum. quia virtus eius eſt infinita. infra.10.
Una oblatiōe cōſumauit ī ſempiternũ ſanctificatos. pſ̄.
Redemptionem miſit dn̄s populo ſuo . Hoc autē quod
dicit inuenta ad duo poteſt referri. ſcꝫ ⁊ ad deſideriũ dei
quod habebat de ſalute noſtra Iob.33. Inueni in quo ei
ꝓpicier. Ezech.18. Nolo mortem peccatoris . Item ad
deſiderium patrum quo deſiderabant redimi. Nullꝰ aũt
inuenit modũ ita congruũ ſicut xp̄s. Et ideo ſignant di-
cit inuenta . ¶ Deinde cum dicit. Si eñ ſanguis ⁊c. ꝓ-
bat vnum quod ſuppoſuit ſcꝫ iſtud vltimũ. Eterna redē-
ptione inuenta. Quaſi dicat. Ita dixi ꝙ ꝑ ꝓprium ſan-
guinem fecit eternam redemptionē in quo apparet eius
maxima efficacia . Q autē ita ſit ꝓbo per locum a mino-
ri: quia ſi ſanguis brutorum animaliũ faciebat quod mi-
nus eſt. ſanguis xp̄i poterit facere qḋ maius eſt . Unde
circa hoc facit duo. Primo enim ponit antecedēs. Se-
cundo conſequens ibi . Quantomagis ſanguis xp̄i ⁊c.
Circa primũ ſciendũ eſt ꝙ in veteri lege erat duplex mũ-
datio. Una que fiebat in die expiationis de qua habetur
Leuit.16. Et de iſta iam dictum eſt. Et iſta videbat di-
recte ordinari ad emundationē a peccato. Alia erat con-
tra irregularitatem legis de qua dicit Numeri.19. ꝙ p̄-
cepit dn̄s ꝙ Eleazar acciperet vaccā rufam a moyſe ſine
macula etatis integre que non traxiſſet iugum: ⁊ eductā
extra caſtra immolaret in cōſpectu populi. ⁊ tingeret di-
gitum in ſanguine eius ⁊ aſpergeret ſepties cōtra taber-
naculũ. ⁊ ꝙ combureret totã ſcꝫ carnem pellem ⁊ etiam
fimuꝫ eius cum yſopo ligno cedrino ⁊ cocco bis tincto.
quo facto vir mundus colligebat cineres ⁊ in loco mũdo
effundebat extra caſtra. Et de ipſis ponebant in aqua q̄
immũdus qui ſcꝫ tetigiſſet cadauer mortui aſpergebat
die tertio ⁊ ſeptimo cum yſopo ⁊ ⁊ ita mũdabat. nec ali-
ter poterat mundari. Iſta eſt ſententia apli. Itaqꝫ ꝙ̄tuꝫ
ad primum dicit. Q ſi ſanguis hircorum ⁊ thaurorum.
Quantũ vero ad ſecundum dicit. Et cinis vitule aſper-
ſus ſanctificat inquinatos. non gratiam conferendo ſꝫ ad
emũdationem carnis id eſt ab irregularitate qua carnali-
ter impediebant ꝙ̄ſi mundi a cultu diuino: nō tm̄ aufere-
bant peccata. Sed tm̄ vt dicit auguſtinus aliquando vir-
tute illius aſperſionis mundabant a lepra corporali. Et
ideo dicit. Ad emundationē carnis. ¶ Deinde cum di-
cit. Quãtomagis ⁊c. ponit conſeq̄ns. Quaſi dicat. Si
ſanguis ⁊ cinis hoc poſſunt: quid poterit ſanguis chriſti
Certe multoplus. Et ponit apoſtolꝰ tria que oſtendunt
efficaciam ſanguinis chriſti . Primo quis eſt ille cuius
eſt ſanguis iſte: quia ſcꝫ eſt chriſtus. Ex quo patet ꝙ eiꝰ
ſanguis mundat. Matth.1. Ipſe eñ ſaluuꝫ faciet popu-
lum ſuum a peccatis eorum. Secũdo cauſam quare xp̄s
ſanguinem ſuũ fudit quia hoc fuit ſpūſſanctus cuius mo-
tu ⁊ inſtinctu ſcꝫ charitate dei ⁊ proximi hoc fecit. Eſa.
59. Cum venerit quaſi fluuius violentus quem ſpūs do-
mini cogit. Spūs aũt mundat Eſa.4. Si abluerit dn̄s
ſordes filiaruꝫ ſyon ⁊ ſanguinē hieruſalē lauerit de me-
dio eius in ſpiritu iudicij ⁊ ſpū ardoris. Et iō dicit. Per
ſpūmſanctum obtulit ſemetipſum. Eph.5. Chriſtus di-
lexit nos et tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationem et
hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Tertio conditionem
eius qꝛ eſt immaculatus Exo.12. Erit agnus abſqꝫ ma-
cula maſculus anniculus. Ecc̄.34. Ab imundo qs mũ-
dabit: Sed nunquid ſacerdos imundus poteſt munda-
re: Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ non ſi ageret in ꝓpria vir-
tute. ſed agit virtute ſanguinis xp̄i. qui eſt ſicut cauſa p̄-
ma. Et ideo non egiſſet niſi fuiſſet imaculatus. ¶ Scien-
dum tamē ꝙ ſanguis illorũ animaliũ mũdabat tantũ ab
exteriori macula ſcꝫ a contactu mortui. ſed ſanguis chri-
ſti mũdat interius conſcientiã qḋ fit ꝑ fidem Act.15. Fi-
de purificans corda eorum. Inquantũ ſcꝫ facit credere
ꝙ omnes q̄ chriſto adherent ꝑ ſanguinē eius mundant.
Ergo iſte emundat conſcientiam. Item ille mundabat a
tactu mortui: ſed iſte ab operibus mortuis ſcꝫ peccatis q̄
tollunt deum ab anima cuius vita eſt per vnionē chari-
tatis . Item illē mundabat vt poſſent accedere ad figu-
rale miniſteriũ . ſed ſanguis xp̄i ad ſpūale obſequiũ dei.
pſ̄. Ambulãs in via imaculata hic mihi miniſtrabat. Et
ideo dicit. Ad ſeruiendum deo. Item deus eſt vita Io.
14. Ego ſum vita. Et deut.32. Uiuo ego ineternum.

Conueniens ergo eſt vt ſeruiens ei ſit viuens. Ideo di-
cit viuenti. Et ſcdm rectorē vel iudicem populi ſic et mi-
niſtri eius vt dicitur Eccſiaſ.10. Qui ergo vult deo di-
gne ſeruire debet eſſe viuens ſicut ⁊ ipſe. Totam iſtā fi-
guram diligenter exponit gloſa et eſt auguſtini de que-
ſtionibus numeri.

## Lectio quarta.

Et ideo noui teſtamenti mediatoꝛ ē
vt moꝛte intercedente in redempti
onē earū pꝛeuaricationū que erant
ſub pꝛioꝛi teſtamento repꝛomiſſionē accipi
ant qui vocati ſūt eterne hereditatis. Ubi
enim teſtamentu eſt: moꝛs neceſſe eſt inter-
cedat teſtatoꝛis. Teſtamentū eñ in moꝛtu-
is confirmatū eſt. alioquin nondū valet: dū
viuit qui teſtatꝰ eſt. Unde nec pꝛimū qui-
dem ſine ſanguine dedicatū eſt. Lecto enim
omni mandato legis a moyſe vniuerſo po-
pulo: accipiens ſanguinē vituloꝝ ⁊ hyrco-
rum cū aqua et lana coccinea ⁊ hyſopo: ipm
quoqꝫ librū et omnē populū aſperſit dicēs
Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad
vos deus. Etiā tabernaculū et omnia vaſa
miniſterij ſanguie ſimiliter aſperſit. Et om
nia pene in ſanguine ſcdm legem mundan-
tur. et ſine ſanguis effuſione nō fit remiſſio
Supꝛa expoſuit apoſtolus illa que agebātur in veteri te
ſtamento ⁊ aperuit illoꝛū miſticā expoſitionē: hic ex hijs
arguit ad pꝛopoſitum. ſcilicet ꝙ nouū teſtamentū pꝛefer
tur veteri. quia poteſt quod non poterat vetus. Et circa
hoc facit duo pꝛio eñ pꝛopōit concluſionē intentā. Se
cundo pꝛobat quoddā qꝺ ſuppoſuerat ibi. Ubi eñ teſta-
mentum eſt ⁊c. Iterum pꝛima in duas. Pꝛimo eñ con-
cludit ex dictis ꝙ chꝛiſtus eſt mediatoꝛ. Secundo hoc
oſtendit non potuiſſe vetus teſtamentuꝫ ibi. Que erant
ſub pꝛioꝛi ⁊c. Dicit ergo Et ideo quia ſcꝫ xp̄s intrauit in
ſancta eterna redemptione inuenta. id eſt perducēs ad
eterna. quod vetus non poterat facere. Unde opoꝛtet ꝙ
iſtud teſtamentū ſit aliud ab illo ſicut nouū a veteri. Ie-
remie.31. Feriaꝫ domui iſrael et domui iuda ⁊c. Apoc.
21. Ecce noua facio omnia. Ideo huius noui teſtamenti
mediatoꝛ eſt chꝛiſtus inter deū et hominē.1.thi.2. Me-
diatoꝛ dei et hominū homo chꝛiſtus ieſus. In omni au-
tem teſtamento eſt aliquid quod pꝛomittitur. et aliq̄d ꝑ
quod teſtamentū confirmatur. In nouo autē teſtamento
pꝛomittuntur celeſtia et ſpiritualia. Itē iſta pꝛomiſſio ꝑ
moꝛtē xp̄i confirmata eſt. Et ideo xp̄s mediatoꝛ eſt noui
teſtamenti vt repꝛomiſſionē eterne beatitudinis ac here-
ditatis eterne accipiant qui vocati ſunt. Et dicit vocati
quia hoc munus nō eſt ex operibus ſed ex vocatione dei
Ro.8. Quos autē pꝛedeſtinauit hos ⁊ vocauit.1.theſ.
2. Conteſtati ſumus vt ambularetis digne deo qui voca
uit vos in ſuum regnū et gloꝛiā. Unde dicit Eterne he-
reditatis. id eſt eterne gloꝛie que eſt hereditas noſtra.1.
Pe.1. Regenerauit nos in ſpē viuā per reſurrectionem
ieſu xp̄i ex moꝛtuis in hereditatē incoꝛruptibilē ⁊ incōta
minatā ⁊ imarceſſibilē cōſeruatā in celis. pſ̄. Ecce here-
ditas dn̄i. Itē Dominꝰ pars hereditatis mee. Iſtā au-
tem hereditatē habemus per moꝛtē xp̄i. Unde dicit: Ut
moꝛte intercedēte.1.Pe.3. In hoc vocati eſtis vt bene-
dictionē hereditate poſſideatis. Huius autē moꝛtis effe
ctus eſt redemptio a pꝛeuaricatiōe peccati.1.Pe.1. Nō
coꝛruptibilibus auro et argento redempti eſtis de veſtra
vana conuerſatione: ſed pꝛecioſo ſanguine agni īmacula
ti. Sed nunquid in veteri teſtamēto poterat fieri iſta re-
demptio a peccatis? Et reſpondet ꝙ non. quia ille ꝑua-
ricationes erant ſub pꝛioꝛi teſtamēto. Quaſi dicat. quia
virtute ſacramentoꝝ pꝛioꝛis teſtamenti remoueri nō po-
terant Ro.3. Cauſati ſumus iudeos ⁊ grecos oēs ſub
peccato eſſe. Sed contra. quia dauid et multi alij ſancti
habuerunt remiſſionē peccatoꝝ. Reſpondeo dicendum
eſt ꝙ quantū ad iſtuꝫ effectū qui eſt introitus celi. nō. qꝛ
per moꝛtē xp̄i aperta eſt ianua vite. Nullus eñ ante moꝛ
tē xp̄i intrauit. Zach.9. Tu vero in ſanguine teſtamenti
tui eduxiſti vinctos tuos de lacu in quo nō eſt aqua. Sꝫ
quantū ad maculā ſic ipſi conſecuti ſunt. ſed non virtute
ſacramentoꝝ veteris legis: ſed in fide xp̄i. Sic ergo no-
uum teſtamentū eſt excellentius ꝙ̄ vetus. quia confirma
tum eſt moꝛte xp̄i: per quā remittunt̄ peccata: et qꝛ exhi-
bet pꝛomiſſionē. ¶ Deinde cū dicit. Ubi eñ teſtamentū
⁊c. Pꝛobat illud quod ſuppoſuit. ſcꝫ ꝙ nouum teſtamē-
tum ſit confirmatū per moꝛtē xp̄i. Et pꝛimo pꝛobat hoc ꝑ
auctoꝛitatē legis humane. Secundo per auctoꝛitatē le-
gis diuine ibi Unde nunc pꝛimū ⁊c. Dicit ergo Dictum
eſt ꝙ nouū teſtamentū confirmatur per moꝛtē xp̄i interce-
dentem. quia ad hoc ꝙ teſtamentum valeat opoꝛtet ꝙ
moꝛs teſtatoꝛis interueniat. Et ideo nouū teſtamentum
non haberet robur: niſi interueniſſet moꝛs xp̄i Unde ille
dixit Ioh.11. Expedit vobis vt vnus moꝛiatur homo ꝓ
populo. Moꝛs autē pꝛopter duo neceſſaria eſt. Pꝛimo
vt teſtamentū habeat firmitatē. quia cū ſit expꝛeſſiuū vlti
me voluntatis poteſt ſemꝑ mutari ante moꝛtē. Unde di-
cit ꝙ teſtamentū confirmatū eſt cū moꝛtuis. id ē per moꝛ-
tem. Et iſto modo confirmatū eſt nouū teſtamentū ꝑ moꝛ
tem xp̄i Mat.26. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti.
ſcilicet confirmatoꝛ et dedicatoꝛ. Secundo neceſſaria eſt
moꝛs teſtatoꝛis ad hoc vt teſtamentum valeat ⁊ habeat
efficatiam. Unde dicit. Alioquin nondū valꝫ. qꝛ nullus
poteſt perere aliquid nec etiā heres hereditatē ex vi te-
ſtamenti niſi poſt moꝛtē teſtatoꝛis. Ideo xp̄s voluit moꝛ-
tē ſuā pꝛo nobis interponere. ¶ Deinde cū dicit. Unde
nec pꝛimū ⁊c. Hoc idē pꝛobat per auctoꝛitatē legis diui-
ne. ſcilicet per illud quod habet̄ in veteri teſtamēto. Et
circa hoc duo facit. Pꝛimo eñ oſtendit conuenientiam
inter vtrūqꝫ teſtamētū. Secundo oſtendit differentiam
ibi Neceſſe eſt ergo ⁊c. Circa pꝛimū duo facit. qꝛ pꝛimo
ꝓponit. Secundo manifeſtat ibi. Lecto eñ ⁊c. Dicit er-
go Ita dictū eſt ꝙ ad hoc ꝙ teſtamentū valeat neceſſe ē
ꝙ moꝛs teſtatoꝛis interueniat. Nec hoc debet videri mi
rum. qꝛ nec pꝛimū teſtamentū confirmatū eſt ſine ſangui-
ne. Ille autē ſanguis figurabat ſanguinē xp̄i. Oīa eñ
in figura contingebāt illis.1.coꝛ.10. ¶ Deinde cū dicit
Lecto eñ ⁊c. Pꝛobat pꝛopoſitū. ſcilicet ꝙ illud teſtamē
tū nō eſt confirmatū ſine ſanguine. Et ꝓbat hoc q̄tū ad
tria in quibus fuit vſus ſanguinis. Pꝛimo q̄tū ad legis
editionē. Secundo q̄tum ad tabernaculi conſecrationē
ibi Etiā tabernaculū ⁊c. Tertio q̄tū ad vaſoꝝ expiatio-
nem ibi Et omnia pene in ſanguine ⁊c. Circa pꝛimū ſciē-
dū eſt ꝙ apl̄s tāgit h̄ hyſtoꝛiā q̄ habet̄ Exod.24. Ubi di
cit̄ ꝙ poſtq̄ moyſes legerat corā pplo mādata dn̄i ipſiſqꝫ
reſpōdētibꝰ oīa q̄ locutꝰ eſt dn̄s faciemꝰ ⁊ erimꝰ obe-
diētes. Accepit moyſes ſanguinē quē pꝛeceperat ſeruare d̄
duodecim vitulis ⁊ aſperſit librū legis ⁊ pplm q̄ſi in cō-
firmatione teſtamenti. Et ideo dicit Lecto eñ ⁊c. qꝛ ne-
ceſſariū fuit vt legeretur. Illa eñ lectio fuit legis ꝓmul-
gatio. Opoꝛtebat eñ legē pꝛomulgari. ¶ Accipiēs ⁊c.

Hic eſt duplex obiectio litteralis. Una qꝛ Exo. 24. nulla fit mentio de hyrco: ſed de duodecim vitulis. Secundo quia ibi etiã non fit mentio de aqua ⁊ cocco ⁊ yſopo. Reſponſio ad iſta duo eſt duplex. Una ſcilicet qꝛ apl'us nutrit⁹ erat in lege. Unde ſciebat ꝙ ille vſus erat in emũdationibus ſcḋm legẽ ꝙ aſperſio fiebat de ſanguine hyrcorum ⁊ vituloꝝ et aqua admixta cũ yſopo ⁊ lana coccinea tanꝗ̃ aſperſorio. ⁊ ideo licet nõ agat de hijs ĩ exod. tamẽ apl'us hoc accepit ex conſuetudĩe ritus legalis Ul' poteſt dici ꝙ iſta fuit prima cõſecratio. Et ideo quaſi virtute continebant in ipſa alie ſanctificatiões future: inter quas potiſſime fuit illa que fiebat in die expiatiõis de q̃ Leuit. 16. et alia de vitula rufa Numeri. 19. In prima autẽ erat ſanguis vituli et hyrci. In ſecunda vero aqua ⁊ lana coccinea ⁊ yſopus. Quia ergo illa prima continebat iſtas duas ideo apoſtolus totũ retulit ad iſtam. Dicit ergo Accipiens ſanguinẽ ⁊c. Aſperſit dicẽs. Hic eſt ſanguis teſtamenti qḋ mandauit ad nos deus. ſcꝫ confirmatoꝛ teſtamenti Eccl'. 24. Legẽ mandauit nobis moyſes in preceptis iuſticiaruꝫ. Iſte eñ ſanguis fuit figura ſanguinis xp̄i per quẽ nouũ teſtamentũ confirmatuꝫ eſt. Et ideo chꝛiſtus verbis iſtis vſus eſt Mat. 26. Hic eſt ſanguis noui teſtamẽti confirmatiuus ſcꝫ. Figurabatur autẽ per ſanguinẽ hyrci propter ſimilitudinẽ carnis peccati. et vituli propter foꝛtitudinẽ. Miſcetur aũt cũ aqua quia baptiſmus a ſanguine xp̄i efficaciã habet. Aſpergitur autẽ cũ yſopo qui mundat pectus: per quod ſignificatur fides Act. 15. Fide purificans coꝛda eoꝝ. Et lana coccinea que eſt rubei coloꝛis per quã ſignificatur charitas Can. 5. Dilectus meus candidus ⁊ rubicundus. qꝛ per fidem ⁊ dilectionẽ paſſionis xp̄i mundatur populus Aſpergitur et liber legis. quia paſſio xp̄i adimpleuit legem Joh. 19. Conſummatũ eſt Mat. 5. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. ¶ Deinde cũ dicit. Etiã tabernaculũ ⁊c. Ponit conſecrationẽ tabernaculi. quia tabernaculũ ⁊ omnia vaſa miniſterioꝝ ſimilit' aſperſit ſanguine. Sed contra quia nondũ factũ erat tabernaculum. ſed 25. cap. mandatur de conſecratione tabernaculi. Reſpõdeo dicendũ eſt ꝙ licet non ſit idẽ ſanguis quo aſperſus eſt populus ⁊ tabernaculum: tamẽ etiã tabernaculũ mũdatũ eſt ſanguine. Unde poteſt ſic conſtrui vſus eſt ſanguine etiã quando ſanctificauit tabernaculũ. Sed cõtra quia numeri et leuitici. 8. dicitur ꝙ vnxit tabernaculum oleo. Reſpondeo dicendũ eſt ꝙ non loquitur de illa ſanctificatione qua primo conſecratũ eſt tabernaculũ ⁊ vaſa eius. ſed de illa que fiebat in die expiationis. Uel meli⁹ dicendũ eſt ꝙ etiã in prima vſus eſt ſanguine. qꝛ ibi dicit' ꝙ vnxit illud oleo et poſtea ꝙ aſperſit. Oleũ autẽ nõ eſt aſperſiuũ. vnde intelligitur ꝙ primo vnxit illḋ et poſtea aſperſit ſanguine. Et iſta duo ſunt neceſſaria ad ſanctificationẽ. ſcilicet virtus ſanguinis xp̄i ⁊ oleũ miſericoꝛdie quibus ſanctificatur tabernaculũ. id eſt eccl'ia. ⁊ vaſa id eſt miniſtri. ¶ Deinde cũ dicit. Et omnia pene ⁊c. Exeq̃tur de ceteris mundationibus legalibus. Erat autẽ duplex mundatio. Una a coꝛpoꝛali macula ſicut leproſi. Alia a ſpirituali ſcꝫ peccato. prima poterat ꝑtinere ad res manifeſtas ſicut patet de lepꝛa domoꝝ. Et mũdatio ab iſta immundicia fiebat cum ſanguine animalis immolati vl' aqua expiationis que erat confecta cũ ſanguĩe vitule ruffe. Et ideo dicit Pene omnia. ⁊ nõ omnia ſimplicit'. vel pene omnia. ita ꝙ ly pene ſit determinatiuũ de ly mundantur. id eſt pene mundantur. quia non perfecte mundabantur ſanguine. quia vt dicitur numeri. 31. Quicq̃d poteſt ignẽ ſuſtinere purgatur per ignẽ. que vero nõ poterant purgantur aqua expiationis. Sed ad mundationẽ a macula peccati neceſſaria eſt ſanguinis effuſio. qꝛ requirebatur ad ſacrificiũ. Et ideo dicit ꝙ ſine ſanguinis effuſione non fit peccatorũ remiſſio. Per quod figurabatur ꝙ remiſſio peccati erat fienda per ſanguinẽ xp̄i. Unde in veteri lege non virtute ſacramenti ſed virtute fidei xp̄i fiebat remiſſio peccatoꝝ. Unde frequent' ibi dicitur. Rogabit pro eo ſacerdos ⁊ remittetur.

## Lectio quinta.

Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem celeſtium hijs mundari: ipſa autem celeſtia melioꝛibus hoſtijs ꝗ̃ iſtis. Nõ eñ in mãufacta ſancta ieſus introijt exemplaria veroꝝ: ſed in ipſum celum. vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neqꝫ vt ſepe offerat ſemetipſum: quemadmodũ põtifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Alioquin opoꝛtebat eũ frequenter pati ab oꝛigine mundi. Nunc autẽ ſemel in conſummatione ſeculoꝝ ad deſtitutionẽ peccati per hoſtiam ſuã apparuit. Et quemadmodũ ſtatutũ eſt hominibus ſemel moꝛi. poſt hoc autẽ iudiciũ. ſic ⁊ chꝛiſtus ſemel oblatus eſt ad multoꝛum exhaurienda peccata. ſecũdo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutẽ.

Supra oſtendit apoſtolus quid ſit cõmune nouo ⁊ veteri teſtamento in ꝗ̃tuꝫ vetus ⁊ nouũ conueniunt: hic oſtẽdit differẽtiã vtriuſqꝫ. et circa hoc duo facit. Primo eñ oſtendit ꝙ in nouo eſt melioꝛ mundatio. Secundo ꝙ ꝑfectioꝛ ibi Neqꝫ vt ſepe ⁊c. Iterũ prima ĩ duas. Primo eñ oſtendit ꝙ quantũ ad illud qḋ mundat'. ⁊ quantũ ad id quo mundatio efficitur ſit melioꝛ mundatio in nouo. Secundo manifeſtat quod dixit ibi. Non eñ in manufactis ⁊c. Dicit ergo Neceſſe eſt ergo exemplaria celeſtiuꝫ ſcilicet ipſum tabernaculũ quod quo ad nos eſt exẽplar: licet ſimpliciter ſit exemplatũ et figura illius. et ideo minoꝛis dignitatis: quia figuratũ nobilius eſt ꝗ̃ figura ſicut coꝛpus ꝗ̃ vmbꝛa hijs ſcꝫ ſacrificijs mundari. Ipſa autem celeſtia. ſcilicet nouũ teſtamentuꝫ melioꝛibus hoſtijs ꝗ̃ iſtis. melioꝛibus quidẽ quia illa mundabant' ſanguine animalium. ſed in nouo teſtamento fit mundatio ſanguine chꝛiſti. Semꝑ autẽ melioꝛa melioꝛibus mundant'. Illa autẽ erant figura celeſtiũ. Si ergo illa mundabantur ſanguine opoꝛtet illa celeſtia mundari melioꝛi ſanguine. Sed contra in celo nulla eſt mundicia. Reſpondeo dicẽdum eſt ꝙ celeſtia intelliguntur ſcḋm glo. ea que pertinẽt ad ſtatum preſentis eccleſie que dicuntur celeſtia. Item homines fideles gerunt ymaginẽ celeſtiũ inquantũ mẽte conuerſantur in celis. Uel aliter ⁊ melius ꝙ per celeſtia intelligatur celeſtis patria. Et loquitur hic apoſtol⁹ eo modo quo in veteri teſtamento dicebatur emundari tabernaculum: non ꝙ haberet in ſe aliquã ĩmunditiã: ſꝫ quia mundabantur quedã varietates quibus impediebantur accedere ad ſanctuariũ. Et dicuntur mundari celeſtia inquantũ per ſacramentũ noue legis purgant' peccata: que impediunt ab ingreſſu celeſtiũ. Item dicit hoſtijs in plurali. Contra. quia tantũ eſt vna hoſtia xp̄i. infra. 10. Una eñ oblatione conſummauit in eternũ ſanctificatos. Reſpondeo licet ſit vna in ſe tamẽ pluribꝰ hoſtijs veteris legis figurabatur. Ex hoc loco habet' ꝙ hoſtie veteris legis erant bone. Melius eñ non dicitur niſi re

ſpectu boni. ¶ Deinde cũ dicit Nõ eñ in manufacta ⁊c.
Oſtendit ꝙ celeſtia mundantur meliorib⁹ hoſtijs. Põ-
tifex eñ expiabat ſanctuariũ qꝺ erat manufactũ. ſed xp̃s
intrauit nõ in mãufacta ſctã q̃ erãt q̃ ad nos exẽplaria ve-
roꝝ ſed ĩ ipſũ celũ qꝺ nõ ĩ ſe ſꝫ q̃ ad nos expiauit vt dcm̃
ẽ ſed nõ expiauit carnalib⁹ hoſtijs. quia chriſtus nõ ve-
nit ad offerendũ talia. pſ̃. Holocauſtuꝫ ⁊ pro peccato nõ
poſtulaſti. Itẽ holocauſtꝭ nõ delectaberis. Itẽ ſupra. 7.
Manifeſtũ ꝙ de tribu iuda ortus eſt dñs: de qua nullus
preſto fuit altario: ſed introiuit in ip̃m celũ. Mat. vltimo
Dñs quidẽ ieſus aſſumptus eſt in celũ Act. 1. Hic ieſus
qui aſſumptus eſt a vobis in celũ. Sed quare? Ut appa-
reat pro nobis vultui dei. Et loquit̃ apl̃s alludẽdo ritui
veteris legis ſm̃ quã pontifex qui intrabat ſãctaſancto-
rum: ſtabat corã propiciatorio vt oraret pro populo: ita ⁊
xp̃s intrauit celũ ſm̃ ꝙ homo: vt aſtaret deo ꝓ ſalute no-
ſtra. ſed differenter: quia ſacerdos impediente fumo qui
aſcendebat de thuribulo nõ videbat ſanctaſanctoꝝ: nec
videbat aliquẽ vultum. ſed xp̃s apparet vultui dei nõ ꝙ
ſit ibi facies corporalis: nec aliq̃ nebula ſed cognitio ma-
nifeſta. Sed nũquid xp̃s exiſtens in terra nõ poterat ap-
parere vultui dei cũ deus omnia videat. Reſpondeo di-
cendũ eſt ꝙ ſicut Auguſtinus loquens deo dicit: mecuꝫ
eras ⁊ tecũ non erã. quia ſcilicet deus eſt in omnib⁹ ꝑ eſ-
ſentiã preſentiã ⁊ potẽtiã. mali aũt nõ ſunt cũ deo ꝑ gra-
tiam. ita dicitur xp̃s introiſſe vt appareat vultui dei: q̃a
licet ſemꝑ videret euꝫ clara viſione: vt perfecte beat⁹ tñ
ſtatus viatoris in q̃tũ huiuſmodi non habet hoc: ſed tã-
tum ſtatus celeſtis. Et ideo qñ aſcendit perfecte beat⁹ in
corpore ⁊ anima intrauit vt appareat vultui dei. id eſt in-
trauit locũ vbi deus manifeſte videtur et hoc pro nobis.
Ad hoc eñ aſcendit vt pararet nobis viã Ioh. 14. Ua-
do parare vobis locũ. Itẽ iterũ veniã ⁊ aſſumam vos ad
meipſum Mich. 2. Aſcendit pãdens iter ante eos. Cor-
pus eñ debet ſequi caput ſuũ. Mat. 24. Ubicunq; fue-
rit corpus ibi congregabunt̃ ⁊ aquile. ¶ Deinde cũ di-
cit. Neq; vt ſepe offerat ⁊c. Oſtendit ꝙ mundatio noui
teſtamenti eſt perfectior q̃ꝫ veteris. Hoc autem oſtendit
per duo. Primo per hoc ꝙ illa reiterabat quolibet anno
hec autẽ tm̃ ſemel. Itẽ q̃tum ad effectũ. q2 illa nõ pote-
rat auferre peccata qꝺ iſta poteſt Circa hoc ergo duo fa-
cit. Primo eñ oſtendit primũ. Secũdo ſecũdũ ibi. Um-
bram habẽs lex ⁊c. Sciendũ eſt autẽ ꝙ apoſtolus ſupra
dixerat tria de chriſto. Primo ſcilicet ꝙ eſt põtifex. Se-
cundo que ſit dignitas loci quẽ intrauit. Tertio quomo-
do intrauit. hic declarat quõ intrauit: quia ſicut pontifex
legalis ſemel in anno: ita chriſtus ſemel tantũ ⁊ hoc erat
quartum. Unde circa hoc tria facit. Primo eñ oſtendit
quid fiebat in veteri teſtamento. Secundo ꝙ eſſet incõ-
ueniens iſtud fieri in nouo teſtamento ibi. Alioquin ⁊c.
Tertio oñdit q̃d fiat in nouo teſtamẽto ibi Nunc autem
ſemel. In veteri enim teſtamento pontifex licet nõ intra-
ret niſi tm̃ ſemel in anno. tamẽ quolibet anno ex p̃cepto
legis oportebat ip̃m intrare cũ ſanguine alieno ſicut di-
citur Leui. 16. Xp̃s autẽ intrauit non in manufacta ⁊c.
nec vt ſepe offerat ſeip̃m quẽadmodũ põtifex intrabat in
ſancta per ſingulos annos cũ ſanguine alieno. ¶ Deinꝺ
cum dicit. Alioquin oportebat ⁊c. Probat ꝙ eſſet incõ-
ueniens iſtud fieri in nouo teſtamẽto. q2 ſequeret̃ maxi-
mum incõueniens. quia cũ xp̃s intraret per propriũ ſan-
guinem: ſequeretur ꝙ oportuiſſet eum frequenter pati
ab origine mundi. Non ſic autẽ eſt de veteri hoſtia. quia
illa offerabatur pro peccatis filiorũ iſrl̃. Ille autẽ popul⁹
incepit ſpiritualiter quando data fuit lex. ⁊ ideo nõ opor-
tet eam offerri ab origine mundi. Chriſtus autẽ ſeipſum
obtulit pro peccatis totius mundi. quia ipſe propiciatio
noſtra factus eſt pro peccatis noſtris et totius mundi. 1.
Ioh. 2. ⁊ ſic ſi ſepe offerret̃ oportuiſſet ipſum naſci ⁊ pati
ab origine mundi. quod fuiſſet maximũ incõueniẽs. Sꝫ
contra Apo. 13. Agnus qui occiſus eſt ab origine mun-
di. Reſpondeo verũ eſt. occiſus. id eſt prefigurat⁹ ab ori-
gine mundi occidi ſicut in occiſione abel. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Nunc autẽ ⁊c. Oſtendit quid fiat in nouo. ⁊ circa
hoc facit duo. Primo quare non iteratur hoſtia in nouo
teſtamento dat duas cauſas. Secundo explicat eas ibi.
Et quemadmodũ ⁊c. Dicit ergo Nunc ergo chriſtus ſe-
mel apparuit in conſummatiõe ſeculoꝝ. 1. coꝛ. 10. Nos
ſumus in quos fines ſeculoꝝ deuenerũt. Et hoc dicit ꝓ-
pter numerũ annoꝝ. quia iam ſunt plus q̃ꝫ mille anni ex
quo hoc dixit. Etates eniꝫ mundi accipiunt̃ ſcd̃m etates
hominis que principaliter diſtinguunt̃ ſcd̃m ſtatũ ꝑfici-
endi non ſm̃ numerũ annoꝝ. Ita prima etas fuit ante di-
luuium in qua nec lex ſcripta: nec punitio ſicut ĩ infantia
Alia a noe vſq; ad abraã. et ſic de alijs. ita ꝙ vltĩa etas
eſt ſtatus preſens poſt quẽ non eſt alius ſtatus: ſicut nec
poſt ſenium. Sicut autẽ in alijs etatibus eſt numer⁹ an-
norũ determinatus: non autẽ in ſenio: quia ſeniũ incipit
a 60. anno et aliqui viuunt per cẽtũ et. 20. annos. ita nõ
eſt determinatũ quantũ iſte ſtatus mundi debeat durare
tamen eſt conſummatio ſeculorũ. quia non reſtat ali⁹ ad
ſalutẽ. In iſto autẽ xp̃s ſemel apparuit cuius põit duas
ratiões quare ſcꝫ ſemel tm̃ offerebatur. Prima eſt. q2 in
veteri teſtamento non auferebantur peccata quod fit ꝑ
hoſtiam xp̃i. Alia eſt. quia ſacerdos legalis non offere-
bat proprium ſanguinẽ ſicut xp̃s. Unde dicit ꝙ apparu-
it ad deſtitutionẽ peccati per hoſtiã ſuam. ſcꝫ ſuipſius ⁊
ideo illa reiteratur non autẽ iſta. 1. Pe. 3. Xp̃s ſemel ꝓ
peccatis noſtris mortuus eſt. ¶ Deinde cũ dicit Et quẽ-
admodum ⁊c. Explicat iſtas rationes. ⁊ primo ſecũdam
Secundo primã ibi Umbrã habens lex ⁊c. Secundam
explicat per ſimilitudinem alioꝝ hominum. Unde circa
hoc facit duo. Primo eñ oſtendit quid accidit alijs ho-
minibus. Secundo oſtẽdit q̃d accidit xp̃o ibi. Sic ⁊ xp̃s
ſemel ⁊c. In quolibet eñ homine duo inuenimus. ſcili-
cet neceſſitatẽ moriendi. Itẽ ꝙ reſurgat non vt emunde-
tur: ſed vt iudicetur de factis eius. Primũ tangit cũ di-
cit: Et quemadmodũ ſtatutũ eſt ⁊c. Sed contra videtur
ꝙ hoc non ſit ſtatutũ: ſed magis homo peccando hoc fe-
cerit. quia Sap̃. 1. dicitur ꝙ deus mortẽ non fecit: nec le-
tatur in perditione viuoꝝ. Et paulo poſt. Impij autem
manibus et verbis accerſierunt ſibi illã. Reſpondeo di-
cendum eſt ꝙ in morte tria ſunt conſiderãda. ſcilicꝫ cau-
ſa naturalis. et quantũ ad hoc ex conditione nature ſtatu-
tum eſt hominẽ ſemel mori inq̃tum componitur ex con-
trarijs. Secundo donum inditũ et quantũ ad hoc in cõ-
ditioneꝫ datũ eſt homini beneficium originalis iuſtitie ꝑ
quã anima continebat corpus vt poſſet nõ mori. Tertio
meritũ mortis. et ſic homo peccando meruit illud bene-
ficiũ amittere ⁊ ſic mortem incurrit. Unde dicit ꝙ impij
manibus ſcꝫ pomũ vetitũ cõtrectãdo accerſierũt mortem
Homo ẽ demerẽdo cauſa eſt mortꝭ: ſꝫ de⁹ vt iudex. Sti-
pẽdia eñ peccati mors Ro. 6. Semel. Nõ q̃dẽ verũ ẽ
de cõi conſuetudĩe: licet aliqui fuerint reſuſcitati ſicut la-
zarus et filius vidue q̃ poſtea mortui ſunt. Quantũ autẽ
ad ſecundũ dicit Poſt hoc autẽ iudiciũ. q2 poſtq̃ꝫ reſur-
get nõ iteꝝ morietꝭ ſꝫ ſtatim iudiciũ ſequet̃. Omẽs enim
manifeſtari oportet añ tribunal xp̃i vt referat vnuſq̃ſq; ꝓ-
pria corporis ꝓut geſſit. vt dicit̃. 2. coꝛ. 5. ¶ Deinde cũ
dicit. Sic ⁊ xp̃s ⁊c. Oñdit quõ hec ꝯueniũt xp̃o. Et q̃-
tũ ad p̃mũ dicit. ꝙ ſic xp̃s ſemel oblat⁹ eſt. Et in hoc ꝯue-
nit cũ alijs. Sꝫ differt in duob⁹. p̃mo q2 cuꝫ xp̃s non de-
ſcẽderit ab adã ꝑ rationẽ ſeminalẽ: ſꝫ q̃tũ ad corpulentã

ſubſtātiā non contraxit peccatū originale. et ideo nō fuit debitor illius ſtatuti Geñ. 2. In quacunqꝫ die comederis ex eo morte morieris. Sed ꝓpria volūtate mortē aſſumpſit. Job. 10. Nemo tollit a me animā meā ⁊c. Ideo dicit ꝙ oblatus eſt Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit Et. 1. Pe. 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt. Secundo differt quia mors nr̄a eſt effectus peccati Ro. 6. Stipendia peccati mors eſt. Sed mors xp̄i eſt deſtructiua peccati. Ideo dicit Ad multoꝝ exhauriēda peccata. id eſt remouēda. Nec dicit omniuꝫ. qꝛ mors xp̄i ⁊ſi ſit ſufficiēs ꝓ omnib⁹ non tn̄ habet efficaciā niſi q̄tū ad ſaluandos. Nō em̄ oēs ſubijciūtur ei per fidē et bona opera. ¶ Quantū ad ſecundū dicit. Secūdo autē ſine peccato ⁊c. De ſecundo aduentu dicit duo. Primo ponit differentiā eius ad primū. qꝛ ſecūdus erit ſine peccato. in primo em̄ ⁊ſi peccatū nō habuerit tamē venit in ſimilitudinem carnis peccati Ro. 8. Item in primo factus eſt hoſtia pro peccato. 2. coꝛ. 5. Eum qui peccatuꝫ non nouerat pro nobis peccatum fecit. In ſecundo vero iſta non erunt. ideo dicit ꝙ apparebit ſine peccato. Secundo ponit illud quod eſt propriū ſecundo aduētui. qꝛ non apparebit vt iudicetur ſed vt iudicet remunerās ꝓ meritis. Unde dicit ꝙ apparebit Et quidē licet omnib⁹ etiā his qui eū pupugerunt ſcd̄m carnē. tn̄ ſm̄ diuinitatem ſolū electis expectantibus eū ꝑ fidē in ſalutē eorum Eſa. 30. Beati omnes qui expectant eum. Phil. 3. Saluatorē expectamus dominū ieſum xp̄m q̄ reformabit corpus humilitatis noſtre: cōfiguratū corpori claritatis ſue

## Capitulū decimū.

Umbrā em̄ habens lex futuroꝝ bonorū non ipſam ymaginē rerū per ſinglos annos eiſdē ipſis hoſtijs quas offerūt indeſinēter nūq̄ poteſt accedentes perfectos facere. Alioquin ceſſaſſent offerri: ideo ꝙ nullā haberēt vltra conſcientiā peccati cultores ſemel mūdati: ſed in ipſis cōmemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Impoſſibile em̄ eſt ſanguinē thauroꝝ ⁊ hyrcoꝝ auferre peccata Ideo ingrediens mundū dicit. Hoſtiā ⁊ oblationē noluiſti: corpus autē aptaſti mihi. Holocauſtomata ⁊ pro peccato nō tibi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio. In capite libri ſcriptū eſt de me: vt faciā deus volūtatem tuā. Superius dicens: quia hoſtias et oblationes ⁊ holocauſtomata ⁊ pro peccato noluiſti. nec placita ſunt tibi q̄ ſcd̄m legē offeruntur tunc dixi. ecce venio: vt faciā deus voluntatē tuā. aufert primū vt ſequens ſtatuat. In qua voluntate ſanctificati ſum⁹ ꝑ oblationē corporis xp̄i ieſu ſemel. Et oīs quidem ſacerdos preſto eſt quottidie miniſtrans et eaſdem ſepe offerens hoſtias que non poſſunt auferre peccata. Hic autēꝫ vnā pro peccatis offerens hoſtiā in ſempiternū ſedet in dextera dei: decetero expectans donec ponant inimici eius ſcabellū peduꝫ ei⁹. Una em̄ oblatiōe cōſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Conteſtatur autē nos et ſpiritusſanctus. Poſtq̄ em̄ dixit. Hoc autēꝫ teſtamentū quod teſtabor ad illos poſt dies illos dicit dn̄s. dabo leges meas in cordibus eoꝝ: et in mentibus eoꝝ ſuperſcribam eas. et peccatoꝝ ⁊ iniquitatū eoꝝ iam nō recordabor amplius. Ubi autē hoꝝ remiſſio: iam non eſt oblatio pro peccato.

Supra apoſtolus conſideratis hijs que agunt in vtroqꝫ teſtamento oñdit preeminentiā noui teſtamenti ad vet⁹: hic ꝓbat vnū quod ſuppoſuit. ſcꝫ ꝙ vet⁹ nō poterat mūdare peccata. ⁊ hoc eſt vltimū illoꝝ quinqꝫ que premiſerat de xp̄o. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ oſtēdit defectum veteris teſtamenti circa abolitionē culpe. Secūdo ex hoc comparat ſacerdotē noui teſtamēti ad ſacerdotem veteris teſtamēti ibi Omis quidē ſacerdos ⁊c. Iterum prima in duas. Primo em̄ ꝓponit quod intendit. Secūdo ꝓbat ꝑ auctoritatē ſcripture ibi. Ideo ingrediens mundū ⁊c. Itē prima in duas. Primo em̄ ꝓpōit intentū ſuū. Secūdo ꝓbat ibi. Alioquin ceſſaſſent ⁊c. Circa primū ſciendū eſt ꝙ apoſtolus ex conditiōe ⁊ ritu veteris legis cōcludit ipm̄ defectū. Per peccatū aūt fit priuatio futuroꝝ bonoꝝ. ⁊ ideo quaſi illud peccatū pertineat ad bona futura. ſcꝫ celeſtia. ad illa bōa ſe habet lex vetus ſicut vmbra ad corpus. ſꝫ noua lex ſicut ymago Umbra aūt ⁊ ymago q̄tū ad hoc cōueniūt qd̄ vtrūqꝫ repſentat. Sed vmbra in cōmuni. ymago vero in ꝑticulari ⁊ q̄tum ad naturā indiuidui ⁊ in ſpeciali. Sic etiā noua lex quantū ad bona futura repreſentat. Primo qꝛ in verbis noui teſtamēti fit expreſſa mētio de bonis futuris ⁊ ꝓmiſſio non aūt in veteri: ſed tm̄ de carnalibus. Secundo qꝛ virtus noui teſtamenti conſiſtit in charitate que eſt plenitudo legis. Et iſta charitas licet ſit impfecta rōe fidei cui inheret: tn̄ eſt ſimilis charitati patrie. Unde noua lex dicitur lex amoris. Et ideo dicitur ymago. quia habꝫ ſimilitudinē exp̄ſſam bonoꝝ futuroꝝ: ſed lex vetus illā repreſentat per quedā carnalia ⁊ valde a remotis. Et ideo dicitur vmbra Col. 2. Que ſunt vmbra futuroꝝ Hec eſt ergo conditio veteris teſtamenti: ꝙ habet vmbram futuroꝝ nō reꝝ ymaginē. Ritus autē erat ꝙ per ſingulos annos offerebant in feſto expiationis eaſdē hoſtias. ſcilicet ſanguinē hyrcoꝝ ⁊ thauroꝝ pro eodē. ſcꝫ ꝓ peccato ſicut patet Leui. 23. Ex his duobus concludit intentum ſcꝫ ꝙ lex habens vmbrā futuroꝝ bonoꝝ nō reꝝ ymaginē non poteſt facere perfectos accedentes. ſcꝫ pontifices eiſdem hoſtijs quas offerunt per ſingulos annos. ſupra 7. Neminē ad perfectū adduxit lex. Sed iſta perfectio reſeruatur noue legi que cōſiſtit in charitate que eſt vinculum perfectionis. Col. 2. Ideo dicit Mat. 5. Eſtote ergo ꝑfecti. ¶ Deinde cū dicit. Alioquin ceſſaſſent ⁊c. Probat ex duobus intentū. ⁊ primo ex ritu. Secūdo ex conditione oblatoꝝ ibi. Impoſſibile em̄ ⁊c. Ad ꝓbandū autē ꝙ lex non mundabat perfecte aſſumit duo. Primū eſt ꝙ in ipſa fiebat frequēs reiteratio earundē hoſtiarum ⁊ eſt ratio talis. Cultores ſi fuiſſent per eaſdē hoſtias ſemel mundati. quia non haberēt vltra conſcientiā peccati: ceſſaſſent offerre. Et ſi nō ceſſaſſent: offerre indigerēt Nunc aūt nō ceſſabāt. qꝛ vt dictū eſt per ſinglos annos eaſdē hoſtias offerebant. Quia ergo non ceſſabāt idem ſemꝑ offerre ſignū eſt ꝙ nō mūdabāt Mat. 9. Nō ē op⁹ valētib⁹ medicus ſꝫ male habētib⁹. Sꝫ ꝯtra qꝛ poſſꝫ dici ꝙ rō nō ē efficax. Poſſꝫ em̄ dici ꝙ mūdabat illa oblatio

a preteritis nõ a futuris. ⁊ ideo q: frequenter peccabant
oportebat frequenter iterari oblationẽ. Rñdeo dicẽdũ
eſt ꝙ modus loquẽdi apl'i hoc excludit. q: cũ peccatũ ſit
quoddã ſpirituale qḋ oppõit̃ celeſti oportet illḋ ꝑ quod
mundat̃ peccatũ eẽ ſpũale ⁊ celeſte. ⁊ ꝑ ↄſequẽs habere
virtutẽ ꝑpetuã. Vñ ſupra loquẽs ḋ virtute ſacrificij xp̃i
attribuit ei virtutẽ ꝑpetuã dicẽs: Eterna redẽptiõe inuẽ
ta. Q͛ aũt habet virtutẽ ꝑpetuã ſufficit ad cõmittẽda et
cõmiſſa. ⁊ ideo non oportet ip̃m ampli⁹ iterari. Vñ xp̃s
vna oblatiõe mũdauit ĩ eternũ ſctificatos ſicut dicit̃ infra
Itẽ ↄtra hoc qḋ h̃ dicit̃ ꝙ nõ iteret̃ q: nos quottidie offe
rimus. Rñdeo dicẽdũ eſt ꝙ nõ offerim⁹ aliã ꝙ̃ illã quã
xp̃s obtulit ꝓ nobis. ſcȝ ſanguinẽ ſuũ. Vñ nõ eſt alia ob-
latio ſed eſt commemoratio illi⁹ hoſtie quã xp̃s obtulit.
Mat. 26. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Secundũ
qḋ p̃mittit eſt. q: in veteri teſtamẽto fiebat cõmemoratio
ꝑ ſingulos annos de peccatis ſuis ⁊ ppl'i. Ergo nõ erãt
abolita. Vñ dicit ꝙ in ipſis fit cõmemoratio ⁊c. qḋ verũ
eſt. In generali eñi fiebat mẽtio de peccatis. ſcȝ ꝙ erat cõ
ſcius peccati. ſed in ſpeciali fit mẽtio in nouo Iac. 5. Cõ
fitemĩ alterutrꝝ peccata vr̃a. ¶ Deinde cũ dicit. Impoſſi
bile eſt eñi ⁊c. Probat idẽ ex cõditione oblatorꝝ. Solen-
nius eñi qḋ erat inẽ ipa: erat oblatio hyrcorꝝ ⁊ vitulorũ
q̃ fiebat in die expiatiõis. Et cũ iſta eſſet q̃dã repñſentatio
obſcura et ĩꝑfecta celeſtiũ ſicut vmbra impoſſibile eſt ſan
guine iſtorꝝ auferri peccata. Qḋ verꝝ eſt ꝓpria virtute
Sȝ ſi alicui dimittebãt. hoc erat virtute ſanguinis xp̃i q̃ il
lo p̃figurabat̃ Iere. 11. Nunq̃d carnes ſancte auferent a
te malicias tuas in quibus gl'iata es? Quaſi dicat. Non
¶ Deĩde cũ dic̃: Ideo ĩgrediẽs mũdũ ⁊c. Inducit auctor-
ritatẽ ſcripture. ⁊ circa hoc fac̃ duo. Prĩo eñi põit eam.
Secũdo expõit eã ibi Superi⁹ dicẽs ⁊c. Iſta auctoritas
põt diuidi in duas ſm glo. q: p̃mo agit de incarnatione
xp̃i p̃figurata ĩ legalib⁹. Secũdo de paſſiõe xp̃i ibi Tũc
dixi ⁊c. Tamen ſm intẽtionẽ apl'i põt alit̃ dici ꝙ p̃mo
tãgit illḋ qḋ ꝑtinet ad reprobationẽ veteris teſtamenti.
Secũdo illḋ qḋ ꝑtinet ad acceptionẽ noui teſtamẽti ibi.
Tunc dixi ⁊c. Iſta aũt auctoritas ↄuenit xp̃o ſm ꝙ igre
dit̃ in mũdũ. Dic̃ ḡ q: illa nõ poterãt auferre peccata. iõ
filius dei ingrediẽs in mundũ ⁊c. Cõtra. q: dicit̃ Iohã.
1. In mũdo erat. Rñdeo dicendũ eſt ꝙ verꝝ eſt ꝙ erat in
mundo quaſi regẽs totũ in q̃ꝙ̃tũ dicit̃ eẽ in oĩb⁹ ꝑ eſſentiã
p̃ſentiã ⁊ potẽtiã. ſed eſt extra mundũ. q: a mũdo nõ cõ-
p̃hendit̃: ſed habet bonitatẽ ſeparatã a toto mũdo a quo
cauſat̃ bonitas vniuerſi. Sȝ ꝓpt̃ nos fact⁹ ẽ humãe na-
ture ſuppoſitũ dicit̃ ingredi in mundũ ꝓpt̃ ei⁹ aſſũptiõẽ
ſicut ſupra. 1. Cũ iterꝝ introducit p̃mogẽitũ in orbẽ terre
⁊c. ¶ Ingrediẽs ḡ in mũdũ dicit: Sȝ q̃d dicit? Hoſtiã ⁊
oblationẽ noluiſti. Ponit aũt quatuor q̃ erãt in veteri te
ſtamento. q: ſacrificiũ aut erat de ĩaĩatis. puta pane vel
thure ⁊ tũc dicebat̃ oblatio. Vl' de aĩatis ⁊ tũc vl' ad pla-
candũ deum et dicit̃ holocauſtum qḋ erat digniſſimum
q: totũ cõburebatur et cedebat in honorẽ dei Aut erat ꝓ
emundatiõe peccati. et dicit̃ ſacrificiũ ꝓ peccato. Et iſtḋ
habebat duplicẽ ꝑtẽ. q: vna ꝑs cõburebat̃ in altari. alte-
ra cedebat in vſũ miniſtrorꝝ. Aut erat ꝓ beneficijs dei et
iſtud min⁹ dignũ. q: tñ tertia ꝑs cõburebat̃ ⁊ dabat̃ mi-
niſtris vna ꝯ alia offerẽtib⁹. Et iſtud dicit̃ ſacrificiũ pacifi
corꝝ. Iſtis oĩbus in nouo teſtamẽto rñdet oblatio corꝑis
xp̃i q: ꝑ corp⁹ xp̃i placat⁹ ẽ de⁹. ſ. ĩ oblatiõe ip̃i⁹ in cruce
Ro. 5. Cũ inimici eſſemus recõciliati ſumus deo ꝑ mor
tẽ filij eius. Itẽ ꝑ ip̃m ablatũ eſt peccatũ. 1. Pe. 3. Chri
ſtus ſemel ꝓ peccatis noſtris mortu⁹ eſt. Itẽ ꝑ ip̃ȝ intro
ducimur in bona eterna ⁊ ꝓmeremur beneficia dei. Di-
cit ergo Hoſtiã. ſcȝ ſacrificiũ ⁊ oblationẽ noluiſti. Et int̃-
ponit poſt. Corpus aũt aptaſti mihi. i. aptũ feciſti ĩmola

tioni. Et hoc q̃ꝙ̃tũ ad duo. Primo q: fuit puriſſimũ vt de
leret omne peccatũ Exoḋ. 12. Erit agnus abſq; macula.
Itẽ q: fuit paſſibile vt poſſet imolari Ro. 8. Miſit deus
filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati. Iſtud aũt corpus
eſt vera hoſtia ⁊ vera oblatio Ephe. 5. Tradidit ſemet-
ip̃m ꝓ nob̃ oblationẽ ⁊ hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis.
¶ Holocauſta ⁊ ꝓ peccato nõ tibi placuerũt. Mal⁹ ẽ pla
cere ꝙ̃ velle. q: illa placẽt q̃ in ſe habẽt aliq̃d vt ea veli-
mus. Volum⁹ aũt aliq̃n aliq̃ nõ ꝓpt̃ ſe: ſed ꝓpt̃ aliud.
Quia ḡ holocauſta digniora erant de quibus tñ dicit ꝙ
nõ placuerũt: ḡ multominus alia. Sed contra. q: Leui.
1. dicit̃ ꝙ adolebit ea ſacerdos ſuꝑ altare in holocauſtũ
⁊ ſuauẽ odorẽ dño. Preterea ſi noluit ea: quare p̃cepit
hec ſibi offerri? Rñdeo dicẽdũ eſt ꝙ hoc qḋ de⁹ dicit il-
la nolle poteſt dupliciẗ intelligi. Vno modo ꝙ non vult
ea ꝓ tꝑe iſto in quo aduenĩẽte veritate ceſſat vmbra. vn-
de modo peccaret q̃ ea offerret. Alio mõ ꝙ nõ vult ea ꝓ-
pter pc̃tã offerẽtiũ Eſa. 1. Manus eñi vr̃e ſanguĩe plene
ſunt. ¶ Tertia reſponſio ⁊ quã apl's intẽdit eſt. q: iſta nũ
ꝙ̃ ſm ſe placuerũt deo nec accepta fuerunt. ſed ꝓpt̃ duo
dicuntur accepta. Primo q: erãt figura xp̃i cuius paſſio
deo accepta fuit. Nõ eñi delectabat̃ in occiſione animali
um ſed in fide paſſionis eius. Oĩa eñi in figura cõtin-
gebãt illis. 1. Cor. 10. Secundo vt nos ab ydolatria re-
uocaret ꝑ iſta ſacrificia. vñ in p̃ma legis datiõe nulla fit
mentio de ſacrificijs: ſed tñ poſtꝙ̃ fecerũt vitulũ. Unde
Iere. 7. Nõ ſum locut⁹ cũ patrib⁹ vr̃is ⁊ nõ p̃cepi eis in
die qua eduxi eos de terra egypti de verbo holocauſto-
rũ ⁊ victimarũ. ¶ Deinde cũ dicit: Tunc dixi ⁊c. Pro
ſequit̃ de approbatiõe noui teſtamẽti. ⁊ ſm glo. ſic legit̃
Tũc ſcȝ quãdo aptaſti corp⁹ mihi. ſcȝ in conceptiõe dixi
id ẽ venire ꝓpoſui. ſcȝ ad paſſionẽ. 1. Io. 5. Hic eſt q̃ venit
ꝑ aquã ⁊ ſanguinẽ ieſus xp̃s. Vel meli⁹ eſt ꝙ referat̃ ad
aduentũ in mũdũ ſic. Tũc. ſcȝ q̃n holocauſta nõ placue-
runt tibi dixi venio ꝑ incarnationẽ Ioh. 16. Exiui a p̃re
⁊ veni in mundum. Et hoc vt offerã me ad paſſionẽ. Et
ideo dicit Ecce. Sed nunq̃d iſtud ſacrificiũ erit acceptũ
Certe ſic quia in capite libri ſcriptũ eſt de me. Iſte liber
eſt xp̃s ſm humanã naturã in quo ſcripta ſunt oĩa neceſ-
ſaria homini ad ſalutẽ Eſa. 8. Sume tibi librũ grandẽ
Caput aũt xp̃i eſt de⁹. 1. Cor. 11. In capite ḡ libri. id ẽ in
ordinatione dei q̃ eſt caput xp̃i q̃ eſt liber: ſcriptũ eſt ꝙ fi-
lius dei incarnari deberet ⁊ mori. Vel liber id eſt pſalte-
riũ cuius p̃mus pſalm⁹ eſt de xp̃o. Vl' melius liber vite
q̃ nihil aliḋ eſt ꝙ̃ noticia quã de⁹ habet de p̃deſtinatione
ſanctorꝝ q̃ ſaluant̃ ꝑ xp̃m. Ergo in iſto libro ſcriptũ ẽ de
me. q: ſci ꝑ me p̃deſtinati ſunt Eph. 1. Elegit nos in ip̃o
ante mũdi ↄſtitutionẽ Ro. 8. Quos p̃ſciuit ⁊ p̃deſtinauit
ↄformes fieri ymaginis filij ſui. Si ḡ p̃deſtinatio dicitur
liber: manifeſtũ eſt ꝙ xp̃s caput eſt libri Apoc. 21. Qui
nõ ſũt ſcripti in libro vite agni. Qui ſimpliciẗ eſt p̃deſti-
nat⁹ Ro. 1. Qui p̃deſtinat⁹ eſt fili⁹ dei in virtute. Ergo
in capite libri. i. in me ſm diuinã naturã ſcriptũ ẽ de me
ſm naturã humanã: vt faciã volũtatẽ ſcȝ tuã. i. hoc p̃or-
dinatũ ẽ vt ꝑ grãm tuã faciã volũtatẽ tuã offerẽdo meip̃ȝ
ad redẽptiõẽ hũani generis. ¶ Deinde cum dic̃. Supi⁹ di
cẽs ⁊c. expõit auctoritatẽ p̃miſſam ⁊ circa hoc facit duo.
Prĩo eñi aſſignãdo ordĩẽ dicẽdorꝝ põit drãm int̃ nouũ
⁊ vet⁹ teſtamẽtũ. Scḋo expõit ſpãliẗ qḋdã ſuppoſitũ in
auctoritate ibi In qua volũtate ⁊c. Dictũ ẽ aũt ꝙ duo tã-
gebant̃ in auctoritate allegata. Vnũ qḋ ꝑtĩet ad reꝓba-
tionẽ veteris teſtamẽti Aliḋ ãt ad approbatiõẽ noui teſta
mẽti Reprobat̃ ãt vet⁹ teſtamẽtũ dupliciẗ. tũ q: de⁹ ſacrifi-
cia ei⁹ nõ vult. tũ q: ſibi nõ placẽt. ⁊ ſic dauid ꝓpheta di-
cẽs ſupi⁹. i. in p̃ncipio. q̃d dic̃? Quia hoſtias ⁊ oblatiões
⁊ holocauſtomata ⁊ ꝓ pc̃õ noluiſti ⁊c. Eſa. 1. Holocau-

Nū arietū ⁊ adipē pinguiū ⁊ ſanguinem vitulorꝫ ⁊ agno
rum ⁊ hircorꝫ nolui ⁊c. Noluiſti. verꝫ eſt ſm ſe nec placi
ta ſunt tibi q̄ ſm legē offerunt. id eſt in his non delecta-
ris. pſ. Holocauſtis nō delectaberis: niſi q: ſunt figura
vl' inq̄tū ꝑ ipa retrahebant ab ydolatria. Hoc ḡ p̄mo di
cens ſubiūgit. Tūc dixi. ſcꝫ qñ carnē aptaſti mihi ad paſ
ſionē: vel qñ iſta nō placuerūt. ecce venio. vl' ad incarna-
tionē vl' ad paſſionē. ſed ad quid? Ut faciā volūtatē tuaꝫ
Jo. 6. Deſcēdi de celo vt faciā volūtatēꝫ ei⁹ q̄ miſit me.
Jo. 4. Meus cib⁹ ē vt faciā volūtatē ei⁹ q̄ miſit me ⁊c.
Propheta ḡ hoc dicens aufert primū vt ſequēs ſtatuat
in q̄ oñdit drāꝫ veteris ⁊ noui teſtamēti. q: loquēs de ve
teri dicit ꝙ nō vult nec placēt deo ſcꝫ ſm ſe. Ergo auffe-
runt. ſꝫ qñ de nouo loquit̄ dicit ꝙ vult. q: ad hoc venio
vt faciā volūtatē tuā Ergo nouū ſtatuit. i. firmat eſſe ſm
volūtatē dei Leui. 26. Vetera nouis ſuperuenietib⁹ ꝓijci
etis. ¶ Deinde cū dic. In qua volūtate ⁊c. Expōit illud
qđ dixerat de volūtate dei ad quā implēdā vēit xp̄s. ſcꝫ
q̄ ſit illa voluntas. Hec aūt eſt ſic dicit. i. theſ. 4. Hec ē
volūtas dei ſcificatio vr̄a. ideo dic: In qua volūtate ſan
ctificati ſum⁹ ⁊ hoc ꝑ oblationē corꝑis xp̄i ihū ſemel ſcꝫ
factā Eph. 5. Obtulit ſemetip̄m oblationē ⁊ hoſtiā deo
⁊c. Et hoc ſemel. i. Pe. 3. Xp̄s ſemel ꝓ pctīs nr̄is mor-
tuus ē. ¶ Deinde cū dicit: Et oīs q̄dē ſacerdos ⁊c. Oſtē
dit cōparationē ſacerdotis noui ⁊ veteris teſtamēti. Sci
endū aūt ꝙ in lege erant duo ſolēnia ſacrificia. Unum in
die expiatiōis qđ fiebat ꝑ ſolū ſummū pōtificē de q̄ mul-
ta iā dicta ſunt. Aliud erat iuge ſacrificiū in q̄ vn⁹ agn⁹
offerebat̄ in mane: ⁊ alius in veſpere. de quo numeri. 28
De iſto etiā intēdit h̄ apl's. ⁊ circa hoc tria facit. Primo
em̄ pōit illđ qđ ꝑtinet ad ſacerdotē veterꝭ teſtamēti. Se
cūdo ponit illđ qđ ꝑtinet ad ſacerdotē noui. Secūdo cō-
firmat ꝑ auctoritatē Scđm ibi. Hic aūt vnā ⁊c. Tertiuꝫ
ibi Cōteſtat̄ aūt ⁊c. Dicit ḡ Oīs ſacerdos ⁊c. Dic om
nis ad drāꝫ ſacrificij expiatiōis qđ tm̄ ꝑ ſummū ſacerdo
tē fiebat: ſed in iſto oīs ſacerdos p̄ſto eſt tota die mini-
ſtrās ⁊ ſepe offerēs eaſdē hoſtias. q: ſēꝑ offerebat agnū
q̄ ſcꝫ hoſtie feriales nō poterāt aufferre peccata. q: nō ite
rabant̄ Jere. 11. Nunq̄d carnes ſctē auferēt a te malitias
tuas in q̄bus gl'iata es. Per iſtud iuge ſacrificiū figurat̄
xp̄s. et eternitas ei⁹ q̄ eſt agn⁹ imaculat⁹. ¶ Deinde cuꝫ
dicit. Hic aūt vnā ꝓ peccatis ⁊c. Oñdit illud qđ ꝑtinet
ad ſacerdotiū xp̄i. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ po
nit itētū. Secūdo aſſignat rōem ibi. Una em̄ ⁊c. Dicit ḡ
Hic aūt ſcꝫ xp̄s offerēs vnā hoſtiā ꝓ peccatis auferenteꝫ
ſcꝫ peccata. Illa vero vetus lex mltas offerebat hoſtias
nō expiātes peccata. hec ergo ſcꝫ p̄ſens offerēs vnā hoſti
am. q: ſemel ꝓ peccatis nr̄is ſeip̄m obtulit. ſedet nō tan
q̄ miniſter ſicut ſacerdos legal' q̄ ſemꝑ p̄ſto eſt: ſꝫ tāq̄ do
min⁹. pſ. Dixit dñs dño meo ſede a dextrꝭ meis. Mat.
vltimo Sedet a dextris dei. Ad dexterā dei patris: q̄tū
ad equalitatē poteſtatꝭ ſm diuinitatē. ſed in potioribus
bonis ſcđm humanitatē. ſupra. i. Sedet ad dexterā ma-
ieſtatis ⁊c. Et hoc in ſempiternū. Nō em̄ iterū morietur
quia chriſtus reſurgens ex mortuis iā non moritur. Ro
manorꝫ. 6. ⁊ Dañ. 7. Poteſtas eius poteſtas eterna ⁊c.
Decetero expectās donec ponantur inimici eius ſcabel-
lum pedum eius. Iſta expectatio non innuit aliquā an-
xietatem in chriſto ſicut in hominibus ſpes que differtur
affligit animam. vt dicitur prouerbiorū. 13. ſed deſignat
voluntatē miſerendi quam deus habet erga nos Eſa. 30
Expectat dominus vt miſereatur noſtri. Subijciuntur
ergo pedibus eius. id eſt humanitati chriſti aliqui volē-
tes et in hoc ſalus ipſorum conſiſtit in faciendo volunta
tem eius Exod. 10. Uſq̄quo nō vis mihi ſubijci. Sꝫ ma
li nolentes ipſi ſubditi ſunt. quia et ſi voluntatē eius per

ſe non implent. tamen de ipſis impletur quantū ad opus
iuſticie. Et ſic omnia ſunt ei ſubiecta aliquo iſtorum mo-
dorum. pſ. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. ¶ Dein
de cum dicit. Una em̄ oblatione ⁊c. Aſſignat rationem
ſcilicet quare ſedet tanquā dominus et non tanquā mi-
niſter ſicut ſacerdos legalis. q: ille per hoſtiam vnā non
auferebat peccata. ⁊ ideo oportebat plures alias offerre
et frequenter ſupra. 8. Omnis enim pontifex ad offeren
da munera ⁊ hoſtias conſtituitur. ſed hoſtia quaꝫ chriſt⁹
obtulit aufert omnia peccata. ſupra. 9. Chriſtus ſemel
oblatus eſt ad multorꝫ exhaurienda peccata. Et ideo di-
cit ꝙ vna oblatione conſummauit id eſt perfecit. quod fe
cit reconciliando ⁊ coniungendo nos deo tanquā princi-
pio: ſanctificatos in ſempiternū. quia hoſtia chriſti q̄ de-
us eſt et homo habet virtutem eternam ſanctificandi. in-
fra. 13. Jeſus vt ſanctificaret per ſuū ſanguinē populum
⁊c. Per chriſtum enim perficimur et coniungimur deo.
Romanorum. 5. Per quem acceſſum habemus ad deū
¶ Deinde cum dicit. Conteſtatur autē nos ⁊c. Confir-
mat quod dixerat per auctoritatē que ſumpta eſt ex Je-
remia. 31. que quia ſupra. 8. expoſita eſt ad preſens int-
mittatur. Et tamen poteſt diuidi in duas partes. Pri-
mo pōit auctoritatem. Secundo ex ea arguit ibi. Ubi au
tem horum remiſſio ⁊c. Et facit talem rationē. quia in no
uo teſtamento remittuntur peccata per oblationē chriſti
quia in remiſſionē peccatorum effuſus eſt ſanguis chri-
ſti. ergo in nouo teſtamento in quo peccata et iniquita-
tes remittuntur. vt dictū eſt in auctoritate non eſt obla-
tio pro peccato ſupple āplius iteranda. Matthei. 9. Nō
eſt opus valentibus medicus: ſed male habentibus ⁊c.
Ubi ergo eſt horum remiſſio ⁊ cetera. Fieret enim iniu-
ria hoſtie chriſti.

## Lectio ſecunda.

Habentes itaq̄ fratres fiduciā: in in-
troitu ſanctorꝫ in ſanguine xp̄i: quā
initiauit nobis viā nouā ⁊ viuētem
per velamē id eſt carnē ſuā: ⁊ ſacerdotē ma-
gnū ſuꝑ domū dei accedam⁹ cuꝫ vero corde
in plenitudine fidei aſperſi corda a cōſcien-
tia mala et abluti corp⁹ aq̄ mūda: teneam⁹
ſpei noſtre confeſſionē indeclinabilē. Fide-
lis em̄ eſt qui repromiſit. Et cōſideremus
inuicē in ꝓuocationē charitatis ⁊ bonorum
operū: nō deſerētes collectioneꝫ nr̄am ſicut
cōſuetudinis eſt quibuſdā: ſed cōſolātes. ⁊
tanto magis quanto videritis appropin-
quantem diem.

Poſtquaꝫ oſtendit apoſtolus multiplicem eminentiam
ſacerdotij chriſti reſpectu ſacerdotij legalis: hic conſue-
tudinem ſuam concludit monendo ꝙ iſti ſacerdotio fide
liter inherendum eſt. Hoc em̄ ſemper ſupra fecit ꝙ poſt
commendationem ponit admonitionem. quia ad hoc ſu-
ſceperat commēdare gratiā chriſti vt alliciat eos ad obe
diendum chriſto et recedendum a cerimonialibus legis
Circa hoc ergo duo facit. Quia primo ponit monitionē
Secundo aſſignat rationem ibi. Uoluntarie enim et ce-
tera. Sciendum eſt autem circa primum ꝙ duo dixerat
de ſacerdotio chriſti. ſcilicet virtutem ritus eius. quia
per proprium ſanguinem. Item dignitatem ipſius. quia

pontifex in eternum. Et iō in monitione ſua reſumit iſta
duo. Unde monendo ꝙ fideliter obediendū ē deo xp̄o:
Primo ponit illa duo. Scḋo ponit ſuā monitiōem ibi.
Accedamus cū bono corde ⁊c̄. Itē p̄ma ī duas quia pri-
mo reſumit ritū ſacerdotij eius. Secūdo dignitatē ibi.
Et ſacerdotē magnū ⁊c̄. Dicit ergo. Itaqꝫ frēs ſcꝫ ꝑ mu-
tuā charitatē habentes fiduciā in introitu ⁊c̄. Ephe. 3.
In quo habemꝰ fiduciā ⁊ acceſſū in cōfidentia ⁊c̄. Exo.
15. Introduces eos ⁊ plantabis in monte hereditatꝭ tue
firmiſſimo habitaculo ⁊c. p̄s. Letatus ſū in his q̄ dicta
ſunt mihi in domū dn̄i ibimꝰ. Et hoc ꝑ ſanguinē xp̄i: qꝛ
hic ē ſanguis noui teſtamenti id ē noue ꝓmiſſionis ſcꝫ
celeſtiū. Sed quō habeamꝰ fiduciā introducendi oſten-
dit: qꝛ xp̄s ꝑ ſuum ſanguinē initiauit id ē inchoauit no-
uam viam. Mich. 2. Aſcendit pandens iter ante eos.
Jo. 14. Si abiero ⁊ p̄parauero vobis locuꝫ ⁊c̄. Eſa. 35.
Sancta via vocabiť ⁊ pollutus nō tranſibit per illā. Hec
ē ergo via eundi in celū ⁊ eſt noua qꝛ ante xp̄m nullus in
uenit eam quia nemo aſcendit in celum niſi qui deſcen-
dit de celo. Jo. 3. Et ideo qui vult aſcendere debet ipſi
tanq̄ membꝛū capiti ſuo adherere. Apoc̄. 2. Uincēti da
bo edere de ligno vite qui ē in paradiſo dei mei. Et ca.
3. Et ſcribā ſuꝑ eū nomē nouū ⁊ nomē ciuitatꝭ noue hie-
ruſalem qꝛ ſcꝫ de nouo introducūť. ¶ Semper viuentē
id ē ſempꝑ pſeuerantē in quo apparuit virtus deitatis qꝛ
ſempꝑ viuit. Sed que ſit iſta via oſtendit ſubdens. Per
velamen id ē carnē ſuā. Sicut eñ ſacerdos ꝑ velum in-
trabat in ſanctaſanctorum: ita ſi volumus intrare ſancta
glorie oportet intrare ꝑ carnem chriſti que fuit velamē
deitatis. Eſa. 45. Uere tu es deꝰ abſconditus. Nō eniꝫ
ſufficit fides de deitate ſi non aſſit fides de incarnatione
Joh. 14. Creditis in deum ⁊ in me credite. Uel ꝑ vela-
men id ē per carnem ſuam datā nobis ſub velamēto ſpe-
ciei panis in ſacramento. Nō enim ꝓponitur nobis ſub
ſpecie propria propter hoꝛroꝛem ⁊ ꝓpter meritum fidei
¶ Conſequenter cōmendat dignitatem ſacerdotis cum
dicit. Et ſacerdotem magnum: qui ſcilicet nobis initia-
uit viam. Quaſi dicat. Habentes fiduciam intrandi per
ſacerdotem ſcilicꝫ ieſum. p̄s. Tu es ſacerdos in eternuꝫ
Qui dicitur magnus: quia ſacerdotium eius nō eſt tan
tum ſuꝑ vnum populum ſicut aaron: ſed ſuꝑ domū dei:
totam ſcꝫ eccleſiaꝫ militantē ⁊ triumphantē. p̄me Thy.
3. Ut ſcias quomō oporteat te conuerſari in domo dei q̄
eſt eccleſia. Et dicit ſuper. quia moyſes fuit fidelis ī om̄i
domo tanq̄ famulus. Numeri. 12. ſed chꝛiſtus ſuper to
tam domum ſicut filius qui eſt dominus omniuꝫ. Mat.
vltimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra.
De hoc etiam ſupra. 3. ¶ Deinde cum dicit. Accedamꝰ
⁊c. ponit monitionem ſuam vt ſcꝫ ex quo talis ⁊ tantus ē
fideliter eſt ei adherēdū qḋ fit tribus modis ſcꝫ ꝑ fidem:
ſpem: ⁊ charitatē. p̄me Coꝛ. 13. Nunc autē manēt fides
ſpes charitas. Primo ergo monet ad ea que ſunt fidei.
Secundo ad ea que ſunt ſpei ibi. Teneamꝰ ſpem. Ter
tio ad ea que ſunt charitatis ibi. Et conſideremꝰ ⁊c̄. Sꝫ
quantū ad primū duo ſunt neceſſaria ſcꝫ ip̄a fides quia ſi
ne fide impoſſibile ē placere deo. Et fidei ſacramentum.
Quantū ad primū dicit. Accedamus ad ip̄m cum vero
non ficto corde. quarti Regꝭ. 20. et Eſa. 38. Memento
quomō ambulauerim corā te in veritate ⁊ in corde perfe
cto. Hoc aūt fit qñ opus cōcordat cordi. Accedamꝰ etiā
in plenitudine fidei. infra. 11. Accedentē ad deū oportet
credere ⁊c̄. Nec ſufficit qualiſcunqꝫ fides ſed requiriť fi-
des plena: qḋ fit duobꝰ modis ſcꝫ ⁊ quantū ad materiaꝫ
fidei vt credanť omnia que ꝓponunť ad credendum ⁊ ꝙ
ſit fides formata: qḋ ē ꝑ charitatem. Ro. 13. Plenitudo
eñ legis eſt dilectio. Quantū ad ſacramentū fidei diciť

Aſperſi corda veſtra qḋ alludit ei qḋ diciť Numeri. 19.
Ubi poniť ritus vitule ruffe de cuius aqua aſpergebatur
mundandus die tertio: ſed die ſeptimo alia aqua lauaba-
tur corpus eius ⁊ veſtimenta. Per aſperſionē aque vitu-
le ruffe figurabať paſſio xp̄i quia die tertia ſcꝫ in fide trini-
tatis in baptiſmo mundamur a peccatis. Et quantuꝫ ad
hoc dicit. Aſperſi corda nō corpora. infra. 12. Acceſſiſtis
ad ſanguinis aſperſionē. Aſperſi ergo corda non a tactu
mortui ſicut ꝑ aquam vitule ruffe: ſed a conſcientia mala
¶ De ablutiōe que fiebat ſeptima die dicit. Et abluti cor-
pus aqua munda. Non enim in baptiſmo operať tantuꝫ
virtus paſſionis ſed etiam infunduntur in ip̄o dona ſp̄us
ſancti. Unde in ſeptima die id ē in plenitudine donoꝛuꝫ
ſp̄us ſancti totus homo abluiť intus ⁊ extra ab om̄i pec-
cato tam actuali q̄ originali qḋ ē quaſi corporale qꝛ ani
ma ip̄m contrahit perunionem ad carnē fedam. Dicitur
autē ſpiritus ſanctus aqua qꝛ mundat. Act. 15. Fide pu-
rificans corda ipſorum. Ezech. 36. Effundam ſuper vos
aquam mundam ⁊ mundabimini ab omnibus inquina-
mentis veſtris ⁊ ab vniuerſis ydolis veſtris mundabo
vos. Zach. 13. Erit fons patens domui dauid ⁊ habitan
tibus hieruſalē ī ablutionē peccatoꝝ ⁊ mēſtruate. Tyt.
3. Per lauacrum regenerationis ⁊ renouatiōis ſpiritus
ſancti. Et in huius ſignum ſuꝑ xp̄m baptizatū deſcendit
ſp̄us ſanctꝰ in corporali ſpecie. ¶ Deinde cum dicit. Te
neamus ſpei noſtre ⁊c. ponit illud quod ꝑtinet ad ſpem
Et circa hoc facit duo. Primo enim hortať ad ſpei certi-
tudinē. Secūdo ſubdit rōnem ibi. Fides enim eſt q̄ ⁊c.
Sciendū ē aūt ꝙ ꝑ fidem xp̄i datur nobis ſpes ſalutis
eterne ⁊ introitus in celum. p̄me Pe. p̄mo. Regenera-
tionis in ſpem viuā. Unde dicit Teneamus: ⁊ nō dicit
ſpem ſed ſpei noſtre confeſſionē quia nō ſufficit hr̄e ſpeꝫ
in corde ſed etiā oportet cōfiteri ore. Ro. 10. Corde cre-
diť ad iuſticiā ore aūt confeſſio fit ad ſalutē. Itē oportet
confiteri eā nō ſolū verbo ſed etiā factis. Cōtra quoſdaꝫ
de quibꝰ Titū p̄mo. Cōfitenť ſe noſce deū: factis autem
negant. Fit aūt iſta confeſſio ꝑ opa ꝑ que tendiť ad res
ſperatas. Apoc̄. 3. Tene qḋ habes ne alius accipiat co-
ronā tuam. ¶ Indeclinabile. i. vt ab iſta cōfeſſiōe nō de-
clinemus neqꝫ ꝑ ꝓſpera neqꝫ aduerſa. p̄s. Declinantes
aūt in obligatōes adducet dn̄s cuꝫ opantibꝰ iniq̄tatem.
Eſa. 30. Hec ē via ambulate in ea ⁊ non declinetis neqꝫ
ad dexterā neqꝫ ad ſiniſtraꝫ. Et rō huius ē: qꝛ ille qui ꝓ-
miſit ē fidelis ⁊ iō mentiri nō pōt. p̄s. Fidelis dn̄s ī om-
nibus verbis ſuis. Deutero. 32. Deus fidelis ⁊ abſqꝫ vl
la iniquitate. ¶ Conſequenter cū dicit. Et conſideremꝰ
⁊c. ponit illud qḋ ꝑtinet ad charitatem: ⁊ circa hoc faciť
tria. Primo eñ facit qḋ dcm̄ ē. Scḋo remouet ꝯtrarium
charitati ibi. Nō deſerentes ⁊c. Tertio aſſignat rōnē ex
ꝯgruitate tp̄is ibi. Et tanto magꝭ ⁊c. Circa primū ſcien-
dum ē ꝙ licet charitas p̄ncipalr̄ inhereat deo: tn̄ mani-
feſtať ꝑ charitatē ꝓximi. p̄me Jo. 4. Qui eñ nō diligit
frēm ſuū quē videt: deū quē non videt quō pōt diligere?
Ergo ad charitatē ꝑtinet ꝙ diligať proximuꝫ. Iō dicit.
Cōſideremꝰ inuicē vt ſcꝫ ea que ſunt ꝓximi ſollicite fa-
ciamus. Eccl. 17. Et vnicuiqꝫ mādauit deus de ꝓximo
ſuo: ſed quia aliqui ea que ſunt ꝓximi conſiderant zelo
inuidie: aliqui vero zelo odij. Contra quos dicitur Pro
uerbioꝝ. 24. Ne queras impietatem in domo iuſti: ideo
dicit. In prouocatione charitatis id eſt vt prouocemus
eos ad charitatem. Roma. 11. Quādiu apl's gētiū ſū mi
niſterium meum honoꝛificabo ſi quo modo ad emulan-
dum prouocem carnem meā ⁊ ſaluos faciā aliquos ex il-
lis. Iſta aūt prouocatio ꝓcedit ex dilectiōe q̄ requiritur
ad opus exterius. p̄me Jo. 3. Nō diligamꝰ vbo neqꝫ lin
gua ſed opere ⁊ veritate. Sicut enim dicit Gregoꝛius:

Non eſt amor dei ocioſus. Operatur enim magna ſi eſt.
Si autē operari renuit amor non eſt. Probatio ergo di
lectionis exhibitio eſt operis. Ideo ſubdit. Et bonorum
operum. Col. pmo. In omni opere bono fructificantes.
¶ Deinde remouet contrarium charitatis cum dicit. Nō
deſerentes ⁊c. Quia enī charitas ē amor: ꝓprium autē
amoris ē vnire: quia vt dicit Dionyſius. Amor eſt vis
vnitiua. Joh. 17. Ut ſint vnū ſicut ⁊ nos vnum ſumus ⁊
cognoſcat mundus qꝛ dilexi eos ſicut ⁊ me dilexiſti. Jō
recedere ab inuicem ē directe oppoſitum charitati. Et iō
dicit. Non deſerentes collectionē noſtrā ſcꝫ eccleſie quā
aliqui deſerunt tripliciter ſcꝫ propter perſecutiōes apo-
ſtatantes a fide. Et iſti ſignificant per illos de quibꝰ dici
tur Joh. 6. ꝙ abierunt retro ⁊ iam cū illo nō ambulabāt
Mat. 13. Facta tribulatione ⁊ perſecutiōibus ꝓpter ver
bum continue ſcandalizant. Luc. 8. Ad tempus credūt
⁊ in tēpore temptationis recedunt. Secundo mali prela
ti qui dimittunt oues in periculo. Joh. 10. Mercēnariꝰ
fugit qꝛ mercēnarius ē. Aliqui vero ex ſuperbia qꝛ cum
poſſent eſſe vtiles ad regendum cū nota ſuperbie ab aliis
ſe ſeparant. Jude. 1. Hi ſunt qui ſegregāt ſe ab aliis ani-
males ſpūm nō habētes. Quaſi ſub ſpecie maioris pfe-
ctionis. Et forte tales erant in tempore illo: cōtra quos
dr pme Cor. 11. Si quis videtur contentioſus eſſe nos
talem cōſuetudinē nō habemꝰ in eccľia dei. Sed qd de-
bent facere. Subdit. Sed conſolantes. Quaſi dicat Si
videas ꝙ ſocius tuus male ſe habet nō deſeras eum ſed
conſolare: non ſicut illi qui deſerunt collectionē de qbus
dicit. Sicut eſt conſuetudinis quibuſdam qui vt dictuꝫ
eſt forte erant in illis diebus. ¶ Conſequenter cum di-
cit. Et tanto magis ⁊c. aſſignat cām huius. Poſſet enī
aliquis dicere quare debemus nos in fide ꝓficere: quia
motus naturalis q̄to plus accedit ad terminū magis in
tendit. Ergo ē de violento. Gratia autē inclinat in mo-
dum nature. Ergo qui ſunt in gratia q̄to plus accedunt
ad finem plus debent creſcere. Et ideo ita dixit. Non de
ſerentes ſicut quidam ſed conſolantes. Et hoc tāto magis
q̄to videritis appropinquantem diem id eſt terminum.
Ro. 13. Nox preceſſit dies autem appropinquauit Pro
uerb. 4. Juſtoruꝫ ſemita quaſi lux fulget ⁊ proficit ⁊ cre
ſcit vſqꝫ ad perfectum diem.

## Lectio tertia.

Voluntarie enī peccantibꝰ nobis pꝰ
acceptā notitiā veritatis: iā non re-
linquit ꝓ pctīs hoſtia. terribilis au
tem quedā expectatio iudicij ⁊ ignis emula
tio. q̄ conſumptura eſt aduerſarios. Irritā
quis faciēs legē moyſi ſine vlla miſeratiōe
duobꝰ vel tribꝰ teſtibꝰ morit. quātomagis
putatis deteriora mereri ſupplicia q̄ filium
dei cōculcauerit. ⁊ ſanguinē teſtamēti pol-
lutū duxerit in quo ſanctificatꝰ ē. ⁊ ſpūi grē
cōtumeliā fecerit. Scimꝰ enī qui dixit. mihi
vindictā. ⁊ ego retribuā. Et iteꝝ qꝛ iudica-
bit dominus populū ſuum. Horrendū ē in-
cidere in manus dei viuentis.

Supra apoſtolus poſita cōmendatione excellentie ſacer-
dotij xpi ⁊ ſubiuncta admonitiōe vt illius ſacerdotio ad
hereant per fidem ⁊ charitatem: hic probat monitionem
ſuā p rōnem. Et hoc facit dupliciter. Primo terrendo.
Scdo demulcēdo ibi. Rememoramini aūt pſtinos dies
⁊c. Circa primū duo facit: qꝛ primo terret eos ad obſer-
uandū monitionē ſuam ꝓpter ſubtractionem remedij.
Scdo ꝓpter expectationē iudicij ibi. Terribilis autem
⁊c. Dicit ergo. Voluntarie ⁊c. Qđ dupliciter exponit.
Uno modo ſm glo. que videtur facere dr̃iam inter pec-
care volentes ⁊ voluntarie: ita ꝙ volens peccat q̇ quaſi
paſſione ductus conſentit in peccatū de quo ante nō co-
gitauit: voluntarie autē qui ex certa malicia cuius volū-
tas prona eſt ad peccādū: vt ſtatim cedat. Jere. 8. Om-
nes cōuerſi ſunt ad curſum ſuū quaſi equus vadens im-
petu ad prelium. nec poſtea penitet. Prouerb. 2. Le-
tant cū malefecerint ⁊ exultant in rebus peſſimis. Ergo
voluntarie peccantibꝰ id eſt in voluntate peccandi per-
manentibus. Et exaggerando ſubdit. Poſt acceptā no-
ticiam veritatis. 2. P̄et. 2. Melius erat illis viā iuſti-
tie non agnoſcere q̄ poſt agnitionē retrorſum conuerti.
¶ Jam nō relinquit hoſtia pro peccatis id eſt hoſtia quā
xps obtulit pro remiſſione peccatorū non ē nobis vtilis
quia illis dimittunt peccata qui de ipis penitent. Mat.
26. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti qui pro multis effū-
detur. ſ. efficaciter: ſed de malis dicit Eſa. 49. In vacu
um laboraui ſine cauſa ⁊ vane fortitudinē meam cōſum-
pſi. Jere. 6. Fruſtra conflauit conflator: malicie eius nō
ſunt cōſumpte. Sed melius poteſt dici ⁊ ſm intentioneꝫ
apoſtoli: quia ſm Auguſtinū liberū arbitriū habet mul-
tiplicem ſtatum: quia in ſtatu nature lapſe anteq̄ repa-
retur per grām eſt in poteſtate noſtra peccare mortaliter
vel nō peccare: ⁊ hoc ꝓpter p̄conceptionē finis ⁊ habi-
tum inclinantem. Qđ quidē verum eſt ſm magnū tem-
pus ſed per aliquā moram ſi operet ex p̄meditatione pōt
vitare hoc peccatū vel illud. Sed poſtq̄ per grām repa
ratus oīno in ptāte eius eſt vitare peccatum mortale: et
etiam veniale in particulari: nō aūt oīno in vniuerſali: et
hoc ē propter auxilium grē ſaluantis. Et ideo dicit. No
bis peccantibꝰ voluntarie pꝰ acceptā notitiā veritatis. i.
pꝰ acceptā grāꝫ p quā habet noticia pcti: qꝛ aū notitiā
pcti pctm̄ nr̃m a deo nob nō iputat: vn̄ q̄ſi dr̃ ipſū igno-
rare quia nō imputat nobis. Sed poſt iam nō ē ꝓ pctīs
hoſtia: ante enī reparationē que facta ē per xp̄m relinq̄-
batur hoſtia iſta que expectabat: ſed nunc iam non expe
ctatur alia mors eius: ita nec poſt baptiſmum ſemel acce-
ptū expectat alius baptiſmus. ¶ Deinde cuꝫ dicit. Ter
ribilis autē ⁊c. deterret expectationē diuini iudicij. Et
circa hoc facit duo. Primo enim terret. Scdo ſubdit ra
tionē ibi. Irritam quis faciens ⁊c. Sic ergo dictum ē ꝙ
non relinquit vltra hoſtia. Quid ergo? Illud qđ ſupra
dictū ē. 9. cap. ꝙ poſt mortem ē iudicium. Job. 19. Sci-
tote eſſe iudicium. Iſtius iudicij expectatio ē valde terri
bilis: tum propter conſcientiam peccatorum Jac. 3. In
multis offendimus omnes: tum etiam propter imperfe-
ctionem iuſtitiarum noſtrarum. Eſa. 64. Juſtitie noſtre
quaſi pannus mēſtruate. Ps. A iudicijs tuis timui. Aba
cuc. 3. Audiui ⁊ conturbatus eſt venter meus. Eſt etiaꝫ
afflictiua. Unde dicit. Et ignis emulatio id eſt pena ig-
nis que infligitur ex zelo ⁊ emulatione diuine iuſtitie.
Exod. 20. Ego ſum deus deus tuꝰ fortis zelotes ⁊c. Ze
lus autem eſt amor ſponſi. Sicut ergo ſponſus non par
cit ſponſe male: ſic nec deus anime peccatrici. Prouer.
6. Zelus ⁊ furor viri non parcet ī die vindicte ⁊c. ¶ Se
quitur. Que conſūptura eſt aduerſarios. Ps. Ignis an-
te ipſum precedet ⁊ inflammabit in circuitu inimicos
eius qꝛ ignis q̄ p̄cedet faciē iudicij corpa viuētiū incine-
rabit ⁊ reprobos detrudet ī infernū ⁊ corpa eorum con-

ſumet non totaliter cōſumēdo ſed imperpetuū cruciādo
¶ Cōſequēter cū dicit. Irritam quis faciens ⁊c. probat
qđ dixerat de terroꝛe iudicij: et primo per locū a minori.
Secundo per auctoꝛitatem ibi. Scimus autem illū ⁊c.
Primū accipit ex lege. Tanto enim aliqs eſt reus malo
ris pene quanto rem magis ſacram cōtemnit. Cum ergo
vetus teſtamentū nō ſit ita ſanctum ſicut nouum ⁊ tranſ-
greſſoꝛ illi⁹ grauiſſime puniebat. Ergo trangreſſoꝛ noui
longe grauius debꝫ puniri. Circa iſtud argumentū duo
facit. Primo eni ponit iſtud qđ fiebat in veteri. Secun
do illud qđ fiendū ē in nouo ibi. Quāto magis ⁊c. Quā
tum ad vetus ponit culpā ⁊ penam. Culpam cum dicit.
Irritam quis faciens legē moyſi. Irritū dr qđ non ſoꝛti
tur debitū finem. Lex aūt nō ſolū vetus ſed etiā quelibꝫ
datur vt inducat hoīes ad virtutem ⁊ faciat abſtinentes
a vitijs. Et iō qui tranſgreditur legeꝫ ⁊ vacat vitijs ꝙtū
eſt in ſe legem irritā facit. Mat. 15. Irritum feciſtis man
datum dei ꝓpter traditōes vr̄as. Geñ. 17. Maſcul⁹ cu
ius ꝑpucij caro circūciſa nō fuerit peribit de populo ſuo
qꝛ pactum meū irritū fecit. Et penam oñdit cū dicit. Si
ne vlla miſeratōe ⁊c. Et iſta pena ē valde grauis qꝛ infli
git moꝛtē. Unde dicit. Moꝛit. Exod. 22. Maleficos nō
patieris viuere. Itē qꝛ irremiſſibilis. Unde dicit. Sine
vlla miſeratiōe. Deutero. 19. Moꝛiet nec miſereberis ei⁹
Sed nunqd lex dei excludit miſericoꝛdiā. Conſtat ꝙ nō
Oſee. 6. Miſericoꝛdiā volui ⁊ nō ſacrificium. Reſpon-
deo dicendū ē ꝙ differt miſericoꝛdia clementia ⁊ venia.
quia miſericoꝛdia ē quādo homo ex quadaꝫ paſſione coꝛ
dis ⁊ animi mouet ad remittendū penam: ⁊ hoc aliquan
do eſt contra iuſticiā ⁊ iſtam pꝛohibet. Uenia autem eſt
quādo pꝛopter aliquā vtilitatē publicā remittit aliquid
de pena debita. Clementia ē quando nō ſolū de pena ali
qd remittit ſed etiā de culpa remiſſius iudicat. Iſta duo
nō pꝛohibent ſed miſericoꝛdia pmo modo dcā qꝛ ē cōtra
iuſticiam ⁊ inducit diſſolutōeꝫ. Moꝛit ergo ⁊ hoc duob⁹
vel tribus teſtib⁹ ſupple conuict⁹. Deutero. 17. In oꝛe
duoꝝ vel triū teſtiū ſtat omne verbum. Cā aūt quare lex
numeꝝ teſtiū determīat ſm Augu. ē vt per hoc deſignet
īmobilitas veritatis q̄ ē ī ſancta trinitate. Nec refert ſi no
minent due perſone vel tres: qꝛ ſemꝑ ī duab⁹ intelligit
tertia ſcꝫ ſpūs ſanct⁹ q̄ eſt nexus amboꝝ. Iſta rō myſtica
ē ſed lr̄alis eſt vt quia ī iudicio vnus affirmat alter negat
nō plus credendū ē vni ꝙ̄ alteri. Multitudini aūt ē cre-
dendū. Ois aūt multitudo cōplet numero ternario. Et
ideo ſufficit ꝙ ſint duo cum accuſante ſed terti⁹ ſupaddi
tur ex abundanti. ¶ Deinde cum dic. Quāto magis ⁊c.
ponit id qđ ſpectat ad nouum teſtamentū. Et pmo poīt
penam. Scđo culpam ibi. Qui filiū dei ⁊c. Quantū ad
penā dicit. Quāto magis putatis deterioꝛa mereri ſup-
plicia. Qꝛ eni ī nouo teſtamento per xp̄m p̄dicatū ē. Iō
peccās in ipo grauius punit. Mat. 11. Uerūtamen dico
vobis ꝙ tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit ꝙ̄ vobis ī die iudi-
cij. Sed nunqd plus punit peccatoꝛ xp̄ianus ꝙ̄ infidel.
Quia ſi ſic melius eēt ꝙ omnes eēnt infideles. Rn̄deo
dicendū eſt ꝙ aliud ē de illis q̄ fidem cōtemnunt: qꝛ iſti
ꝓpꝛie ſunt cōtemptoꝛes. Aliud de illis qui ex ignoꝛan-
tia fidem nō annunciatā nō tenent: ⁊ talibus peccatū in-
fidelitatis nō imputat. Sed qui fidem annūciatā contē-
nit grauius punit: qꝛ peccatū infidelitatis maximum eſt
Si ergo cōparamus iudeū ⁊ xp̄ianum qui non contēnit
⁊ vterqꝫ ſit adulter tunc graui⁹ puniet xp̄ianus ꝙ̄ iude⁹
qꝛ nō ſolum pꝛo adulterio ſed etiā qꝛ magis ingratus eſt.
Sed nunquid vniuerſaliter verum ē ꝙ ſemꝑ idem pec-
catum in ſpecie grauius punit in maioꝛi. Reſpondeo di
cendum eſt ꝙ dupliciter peccatur. Uno modo ex ſurre-
ptione. Et ſic quanto aliquis dat ſe operibus diuinis: ſi

ex ſurreptione peccat minus punitur. ſecundi Parali.
30. Dominus bonus pꝛopitiabitur conuictis qui in toto
coꝛde requirunt deum patrum ſuoꝛum. ps. Cum cecide
derit non collidetur. Sed ſi ex contemptu magis peccāt
qꝛ cum ſit in ſtatu altioꝛi magis contemnit. Et de talibus
loquitur hic q̄ ſunt magis ingrati. ¶ Quātū vero ad cul
pam dicit. Qui filium dei ⁊c. Sciendum vero ē ꝙ apo-
ſtolus grauitatē culpe eoꝛum qui peccant in nouo teſta-
mento oñdit ex beneficijs nobis a deo ī illo collatis. De
us autē nobis dedit quicquid maximū ⁊ pꝛecioſum ha-
bebat ſcꝫ filium ſuum vnigenitum. 2. Pet. pmo. Per
queꝫ maxima nobis ⁊ pꝛecioſa pꝛomiſſa donauit ⁊c. De
dit etiam de ſpiritu ſancto. Joelis. 2. Effundam de ſpi-
ritu meo ſuper omnem carnem. Ro. 5. Charitas dei diſ
fuſa ē in coꝛdibus nr̄is per ſpūm ſanctum qui dat⁹ ē no-
bis. Ingratitudo autem ſuper tantis beneficijs aggra-
uat peccatum. Circa ingratitudinem vero ſuper datione
filij duo conſideranda ſunt ac ponderanda ſcꝫ myſteriuꝫ
incarnationis in qua datus ē nobis. Eſa. 9. Et ſacramē-
tum paſſionis in qua ꝓ nobis ſe obtulit. ſupꝛa. 6. San-
guis xp̄i qui per ſpūm ſanctum ſemetipſum obtulit ima-
culatum deo ⁊c. Et ideo quantū ad pꝛimum dicit. Qui
filium dei ſcꝫ pꝛo nobis incarnatum conculcauerit. i. vili
pēderit ſcꝫ nō credēdo ꝙ fides filij dei ſit ſufficiēs ad ſa-
lutem ſicut illi q̄ legalia ſeruabant. Gal. 3. Ante quoꝛuꝫ
oculos xp̄s ꝓſcript⁹ ē. Itē non obediendo eius mādā-
tis nec viuendo ſm doctrinam ei⁹. pmi Reg. 10. Qui
autem contemnūt me erunt ignobiles. ¶ Quantū ad ſe-
cundū dicit: Et ſanguinē teſtamenti id ē xp̄i ſanguinem
confirmatiuum noui teſtamēti. Mat. 26. Hic ē ſanguis
meus noui teſtamenti ⁊c. Pollutum duxerit id ē reputa
uerit pollutum: vt ſcꝫ nō poſſit mūdare ſicut pollutus in
ſe nō mundat. Eccl. 34. Ab īmundo qd mūdabit? Qua
ſi dicat. Nihil ſcꝫ ſm ꝙ mūdatio tantū fiebat per ſangui-
nem animalium. Item pollutum cum dicit. Qui in vir-
tute eius in baptiſmo ablutus peccat redeundo ad vomi-
tum. Apocal. pmo. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis no
ſtris in ſanguine ſuo. Et ideo dicit. In quo ſanctificatus
ē id ē per quem ſanctificatus ē. pme Coꝛ. 6. Abluti eſtis
ſanctificati eſtis ī nomine dñi noſtri ieſu xp̄i. Item q̄ pec
cat poſt alia ſacramenta. Malach. pꝛimo. In omni loco
offertur oblatio munda nomini meo quia magnū ē nomē
meum in gentibus. Item aggrauat peccatū ex contem-
ptu ſpūs ſancti. Et ideo dicit. Et ſpūi gratie iniuriam fe-
cerit id ē contumeliam. Quam facit qui nō credit ꝙ gra-
tia ſpūs ſancti data per xp̄m. Jo. 14. Rogabo patrem et
alium paraclytum dabit vobis ſufficiat ad ſalutē ſine le-
galib⁹ vt ſcꝫ remiſſionē peccatoꝛum aſcribat obſeruātijs
legis. Uel cōculcat xp̄m qui libere abſqꝫ timoꝛe peccat:
ſanguinē xp̄i polluit qui eo indigne cōmunicat ſpūi. gra
tis dato. Ephe. 2. Donū eni dei ē ⁊ non ex operibus: in-
iuriam facit: qui xp̄m ꝑ peccatum a ſe abijcit. Sap. pmo
Corripiet id ē expelletur a ſuperueniēte iniqtate. Eph.
4. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctuꝫ dei. pme Theſ.
5. Spiritum nolite extinguere. ¶ Deinde cū dicit. Sci-
mus enim qui dixit ⁊c. pꝛobat quod dixit per auctoꝛita-
tes. Et circa hoc facit duo. Pꝛimo enim pꝛobat ponen-
do auctoꝛitates. Secundo concludit ex eis ibi. Hoꝛren-
dum ē ⁊c. Dicit ergo. Scimus illum qui dixit. Deute-
rono. 32. ſm aliam litteram. Mihi vindictam ſupple ſer-
uate. Littera noſtra habet. Mea ē vltio. Et nunqd red-
des: immo ⁊ ego retribuam. Sed contra: Si ſoli deo ſer
uatur vindicta quare iudices vindicant. Reſpondeo ad
hoc reſpondet apoſtolus. Roma. 13. ꝙ iudex eſt mini-
ſter dei. Unde non iudicat pꝛopꝛia auctoꝛitate ſed dei.
¶ Secunda auctoꝛitas ē ibidem. Judicabit dñs popu-

lum ſuū. Si ſuū ergo multomagis inimicos. p̄me Pet. 4. Si iuſtus vix ſaluabitur impius ⁊ peccator vbi parebit? Uel populum ſuū id eſt qui fidem ſuam nō contemnunt: quia infideles damnabunt ⁊ non iudicabunt iudicio diſcuſſionis. In iudicio enim vt dicit Grego. quattuor erunt ordines. Quidam qui nō iudicabunt ſed ſaluabuntur ſcʒ apoſtoli ⁊ apoſtolici viri. Quidam qui iudicabunt ⁊ ſaluabunt vt mediocriter boni. Quidaʒ qui iudicabunt ⁊ damnabunt vt mali fideles. Quidam q̄ non iudicabuntur ⁊ damnabunt vt omnes infideles. ¶ Deinde cum dicit. Horrendum ē ⁊c. ponit concluſionem ex quo eñ vindicta reſeruanda ē deo qui iudicabit populū ſuum: horrendū eſt incidere in manus dei viuentis. Quāto eñ iudex iuſtior ⁊ fortior ē tantomagis timendum eſt ps. Deus iudex iuſtus ⁊ fortis. Ergo horrendum eſt incidere in manus eius. Dan. 13. Meliꝰ eſt mihi abſq; ope incidere in manus veſtras. Eccl. 2. Si penitentiam non egerimus incidemus in manus domini ⁊ non in manus hominū. Sed cōtra ſcdi Reg. vltimo. Dauid tanq̄ melius preelegit incidere in manus dei. Reſpondeo dicendum ē q̄ homo peccat offendēdo hominē ⁊ offendendo deum. Melius autē ē incidere in manus hominis offendendo ipm̄ q̄ in manus dei ipm̄ offendendo. Uel dicendum ē q̄ melius ē peccantē ⁊ contemnentem incidere ī manus hoīs: peccantem vero ſed penitentē in manꝰ dei Et ſic elegit dauid. Uel dicendum ē q̄ vſq; ad iudiciuʒ non eſt horrendum in manꝰ dei incidere qui iudicat miſericorditer q̄diu eſt pater miſericordiarum: ſed poſt iudicium horrendum ē incidere in manus dei quādo ſicut deus vltionum iuſticias iudicabit. Modo eñ ſicut circūdatus infirmitate quam aliquando expertus eſt ex compaſſione miſericorditer iudicat.

## Lectio quarta.

Rememoramini aūt priſtinos dies ī quibus illuminati magnū certamē ſuſtinuiſtis paſſionū: ⁊ ī altero quidem obprobrijs ⁊ tribulatiōibꝰ ſpectaculū facti: in altero aūt ſocij taliter conuerſantiū effecti. Nā ⁊ vinctis cōpaſſi eſtis: ⁊ rapinaʒ bonoꝝ vr̄oꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis cognoſcētes vos hr̄e meliorē ⁊ manentē ſubſtantiaʒ Nolite itaq; amittere cōfidentiā vr̄am: que magnā habet remunerationē. Patiētia eñ vobis neceſſaria ē: vt voluntatē dei facientes reportetis ꝓmiſſionē. Adhuc eñ modicum aliquantulūq; qui venturꝰ ē veniet et nō tardabit: iuſtꝰ aūt meꝰ ex fide viuit: q̄ ſi ſubtraxerit ſe. nō placebit aīe mee. Nos autē nō ſumus ſubtractiōis filij in ꝑditionem ſed fidei in acquiſitionē anime.

Supra apoſtolus monuit ad inherendū chriſto ꝑ fidem ſpem ⁊ charitatem qđ induxit per rōnes terrētes: hic ponit rationes demulcentes ſicut bonus medicus poſtq̄ ſecuit ponit vnctiones lenientes. Inter omnia enim commendatio de bene geſtis ē vnum qđ maxime ꝓuocat ad bonum inceptum cōtinuandum Uirtus eñ laudata creſcit in imenſum: ⁊ imenſum glorie calcar habet. Et circa hoc facit duo. Primo eñ cōmemorat eis bona que fecerant. Secūdo hortat ad implendū qđ reſtat ibi. Nolite itaq; omittere ⁊c. Circa primū tria facit. Primo eñ in generali cōmemorat tribulatiōes quas pro fide paſſi ſūt Secundo deſcribit tribulationū modos ibi. Et in altero ⁊c. Tertio exponit eas ī ſpēali ibi. Nam ⁊ vinctis ⁊c. Quia ergo ex bene geſtis hō exercitat ad meliꝰ aliquando ſicut ex malis econtrario deſperat de ſeipo: ideo recitat bona eoꝝ dicēs: Rememoramini. Iere. 2. Recordatꝰ ſum tui. i. bonoꝝ que egiſti ¶ Dies priſtinos. i. primordia cōuerſionis vr̄e: in quibꝰ illuminati per fidē que illumīat aīam. Act. 15. Fide purificans corda eoꝝ. Eſa. 60. Surge illumiare hierl'm. Hoc aūt ē ꝑ fidē xp̄i. Ephe. 3. Habitare xp̄m ꝑ fidē ī cordibꝰ vr̄is. Luc. 1. Illumiare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent. Primum eñ lumē aīe ē fides. ¶ Suſtinuiſtis magnū certamē paſſionis. i. magnas paſſiones contra vos certantes vobis illatas ab his q̄ xp̄m ꝑſequebant in vobis. Act. 9. Saule ſaule quid me perſequeris. i. me in mēbris meis: quia vt dicit Augꝰ in ſermone ſuꝑ verbo iſto. Membris ī terra poſitis caput de celo clamat. Sap. 10. Certamē forte dedit illi vt vinceret. 2. Thy. 4. Certaui bonū certamen fidei. Sicut eñ dr̄ Act. 8. Facta ē perſecutio magna in eccleſia poſt mortē ſtephani p̄me Theſ. 2. Uos eñ imitatores facti eſtis eccl'iaꝝ dei que ſunt ī iudea qm̄ eadeʒ paſſi eſtis ⁊ vos a contribulibꝰ vr̄is ſicut ⁊ ipſi a iudeis. ⁊c. Si ergo a p̄ncipio incepiſtis ſuſtinere vituꝑabile eēt modo deficere. ¶ Conſequēter cū dicit. Et ī altero q̄deʒ ⁊c. oñdit que fuerit ille tribulatōes. Dupliciter eñ patitur aliquis ſcʒ ⁊ in ſe tribulatōem ſuſtinendo ⁊ ī alio aliene tribulationi compatiēdo. Utroq; aūt modo illi paſſi ſunt. Quantū ad p̄mū dicit. In altero ſcʒ quātū ad vos facti eſtis ſpectaculū qđ grauiſſimuʒ ē ſapienti. Nā eñ vnus fatuꝰ irridet non ē graue: etiā ſi multa tribulatio ī feratur: ſapienti vero graue ē: ſed ſi tribulet ⁊ irrideatur a tribulante: hoc grauiſſimū ē. In hoc ergo oñdit magnitudinē afflictiōis ipſoꝝ q: facti erant ſpectaculum. i. q: nullus eis compatiebāt imo magis congaudebant ī afflictiōibus ipſorum ſcʒ ī obprobrijs. ps. Obprobria exprobrantiū tibi ceciderunt ſuꝑ me. ¶ Et tribulatōibus. ps. Multe tribulatōes iuſtoꝝ. 1. Coꝛ. 4. Spectaculū facti ſumꝰ mundo. ſ. ad irriſionē: ⁊ angelis ad cōgratulatōeʒ ⁊ hoībus ſcʒ rōne vtentibꝰ ad imitationē. ¶ Quantū ad ſecūdū dicit q̄ ī altero effecti ſūt ſocij taliter ꝯuerſantiū id ē eoꝝ q̄ talia patiebant: ⁊ hoc ꝑ cōpaſſionē ⁊ ꝑ ſubminiſtratōeʒ. Ro. 12. Neceſſitatibꝰ ſctoꝝ cōmunicantes. ¶ Deinde cū dicit. Nā ⁊ vinctis ⁊c. exponit qđ dixerat ⁊ p̄mo quantū ad ſecūdū ſcʒ quō ſunt cōpaſſi. Inter iudeos eñ multi erāt vincti ſicut de paulo dr̄. Act. 8. q̄ deuaſtabat eccliam tradens ī cuſtodiaʒ viros ⁊ mulieres. Iſtis cōpaſſi ſūt miſtrādo neceſſaria. Mat. 25. In carcere eram ⁊ veniſtis ad me. Quātū ad p̄mū dicit. Et rapinam bonoꝝ vr̄orum ſcʒ ꝓ hac cauſa facta q: ſcʒ vinctis miſtrabant. Cū gaudio ſuſcepiſtis. Iac. 1. Om̄e gaudium exiſtimate fr̄es ⁊c. Act. 5. Ibāt ap̄li gaudentes ⁊c. Sʒ quare cū gaudio. Nunq̄d amande ſūt tribulatōes? Certe nō: q: dicit Augꝰ. Tolerari iubes eas nō amari. Rn̄deo dicēdū ē q̄ nō amant ꝓpter ſe ſʒ ꝓpter aliud. et ſic iſti amabant eas. Un̄ ſubdit. Cognoſcentes vos hr̄e meliorē ⁊ manentē ſubāʒ ſcʒ alias diuitias p̄ncipaliores q̄ augent ex ſubtractiōe iſtaꝝ q̄bus dicunt meliores. Tēporales eñ vane ſūt q: ſunt in his q̄ ſūt infra hoīem. ſpiritualiores aūt ī ipo deo ſcʒ in fruitione dei. Eſa. 33. Diuitie ſalutis ſapientia ⁊ ſcientia timor domini ipſe theſaurus eius. Item ſunt manentes quia iſte deficiunt in ſe: et auferri poſſunt: ille vero non. Matth. 6. Nolite theſaurizare vobis theſauros ī terra vbi erugo et tinea

demolitur: ⁊ vbi fures effodiunt et furantur. ⁊c. ¶ Dein-
de cum dicit. Nolite itaqꝫ ⁊c. oſtendit quid eis reſtat fa-
ciendum ſcꝫ confidentiam acceptam ex bonis operibus
conſeruare. Et circa hoc facit tria. Primo eñ ponit mo-
nitionem. Secundo docet modũ monitionẽ ſeruãdi ibi.
Patientia enim vobis ⁊c. Tertio probat per auctorita-
tem ibi. Adhuc eñ modicum ⁊c. Dicit ergo. Ex quo tot
bona in p̃mordijs conuerſationis veſtre operati eſtis ex
quibus multam confidentiã debetis habere apud deuꝫ
nolite itaqꝫ amittere confidentiã veſtram qđ ꝑfecto ſeq-
retur ſi a bonis deſiſteretis que magnã habẽt remunera
tionẽ. Mat. 5. Gaudete in illa die ⁊ exultate qm̃ merces
veſtra copioſa ẽ in celis. Geñ. 15. Ego protector tu⁹ ſum
⁊ merces tua magna nimis. ¶ Modus ſeruandi ẽ patiẽ-
tia. Unde dicit. Patientia eñ vobis neceſſaria eſt. Si-
cut autẽ manſuetudo ẽ moderatiua ire ita patientia poit
modũ in triſticijs vt ſcꝫ nõ excedant modũ rõnis. Cõtin
git autem aliqñ triſtitia ex malis illatis: aliquando vero
ex bonis dilatis. Prouerb. 13. Spes que differt affligit
animã. Quantũ aũt ad primũ ꝓprie dicitur patientia: ſꝫ
quantũ ad ſecundum dicit longanimitas. ſed hic accipi-
tur patientia pro vtroqꝫ: ⁊ quantũ ad ſufferentiam malo
rum: ⁊ quantum ad longanimitatem bonoꝝ dilatorum.
Dicit ergo ꝙ quantum ad vtrunqꝫ patiẽtia nobis neceſ
ſaria ẽ Prouer. 16. Melior eſt patiens forti viro. Luc.
21. In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Ja.
p̃mo. Patientia opus ꝑfectum habet. Et ad quid ẽ ne-
ceſſaria? Ut voluntatẽ dei facientes reportetis repromiſ
ſionẽ id ẽ implentes voluntatem dei ſcꝫ voluntatẽ ſigni
Sic enim aliquãdo accipitur voluntas dei in ſcriptura
ps. Miniſtri ei⁹ qui facitis voluntatem ei⁹. Et ſic repor-
tabitis ꝓmiſſionem id ẽ rem promiſſam que operantib⁹
datur. Mat. 20. Uoca operarios ⁊ redde illis mercedẽ
ſuam. Luc. 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas
veſtras. Mat. 24. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in fineꝫ hic
ſaluus erit. Jere. 18. Repente loquar aduerſus gentem
⁊ aduerſus regnũ vt eradicẽ ⁊ diſperdã illud ⁊c. ¶ De-
inde cum dicit. Adhuc autẽ modicũ ⁊c. probat qđ dixit
per auctoritatem. Et circa hoc facit duo. Primo eñ po-
nit eam. Secundo applicat ad ꝓpoſitum ibi. Nos autẽ
nõ ſumus ⁊c. Prima in tres. Primo eñ ꝓponit proxi
mũ aduentum remunerationis. Secundo oſtendit con-
ditionẽ remunerationis ibi. Juſtus autẽ meus ⁊c. Ter-
tio declarat periculum ne perdatur remuneratio ibi. Qꝫ
ſi ſubtraxerit ſe ⁊c. Circa primum ſciendum ẽ ꝙ auctori
tas iſta ſumpta videtur de abacuc. 2. tamen principium
ſumptum eſt de aggeo. 2. ca. Quod ideo forte fecit quia
vtrunqꝫ intellexit de eodem aduentu. Abacuc eñ ſic di-
xit. Adhuc viſus procul. Aggeus aũt. Adhuc modicuꝫ
Et ideo vtitur verbis vnius quaſi verbis alterius. Uel
melius qꝛ apl̃s loquit pro tẽpore ſuo ſcꝫ poſt incarnatio-
nem ⁊ reſurrectionẽ a qua minus reſtat vſqꝫ ad iudiciuꝫ
ꝙ̃ a tempore ꝓphete. Et ideo magis vtitur verbo aggei
quantũ ad principium: tamẽ in fine auctoritatis ꝯcordãt
Uel etiam qꝛ loquitur quaſi ex ſeip̃o cui nõ min⁹ creden
dum ẽ ꝙ̃ prophete. Eſt autẽ duplex aduentus domini
ſm̃ duplex iudiciũ. Unus generalis ſcilicet in fine ĩ vni
uerſali iudicio. Ali⁹ ſp̃alis in morte vniuſcuiuſqꝫ. Quã
tum ergo ad vtrunqꝫ dicit. Adhuc modicũ: quantuꝫ ad
breuitatem temporis. Et quidem quantum ad primum:
⁊ ſi multum ſit quantũ ad tractũ temporis ⁊ quo ad nos
breue tamẽ eſt quantum ad eternitatem ps. Mille anni
ante oculos tuos tanꝙ̃ dies heſterna q̃ preterijt. Apoc.
vltimo. Ecce venio cito. Sed quantũ ad ſp̃ẽalem qui eſt
in morte. de quo Job. 14. Iterum veniam ⁊ accipiã vos
ad meip̃m nõ multũ refert vtrum ſit parum vel multũ qꝛ
talis erit vnuſquiſqꝫ in iudicio qualis exibit. Et ideo ſtu
dendum eſt vt in morte appareamus boni: quia vbi te in
uenero ibi te iudicabo. Et ideo dicit modicum ⁊ aliquã-
tulum qꝛ tribulationes nõ ſunt multũ magne duratione
qꝛ ſi multũ premunt interimunt: ſi vero parum premunt
non cito finiuntur. 2. Coꝛ. 4. Id enim qđ in preſenti eſt
tribulationis momentaneũ ⁊ leue ſupra modũ operatur
in nobis eternum glorie pondus. Ueniet ergo cito ſiue
in morte ſiue in iudicio. Jac. 5. Ecce iudex ante ianuam
aſſiſtit. ¶ Qui ſint autem remunerandi oſtendit cũ ſub-
dit. Juſtus autem meus ex fide viuit. Hec eadẽ auctori
tas habetur Ro. p̃mo. ⁊ Gal'. 3. ſolis auteꝫ iuſtis debet
remuneratio. ps. Salus autẽ iuſtoruꝫ a domino. Eſt au
tem duplex iuſticia. Una quo ad humanũ iudiciũ. Ro.
10. Ignorantes dei iuſticiam ⁊ ſuam querentes ſtatuere
Alia quo ad diuinũ. Luc. p̃mo. Erant autem iuſti ante
deum. Iſtam autẽ iuſticiam requirit deus. Et ideo dicit
Juſtus meus id ẽ iuſticia que ad me ordinatur id eſt qui
eſt mihi iuſtus ⁊ propter me. Illud autem per quod ho-
mo iuſtificatur ẽ fides. Roma. 3. Juſticia dei eſt ꝑ fidem
ieſu chriſti. Cuius ratio eſt: quia per hoc ẽ homo iuſtus
ꝙ ordinatur ad deum: illud autem per qđ primo ordina
tur in deum eſt fides. Et ideo dicit. Juſtus meus ex fide
infra. 11. Accedentẽ ad deum oportet credere. Nec ſoluꝫ
per fidem iuſticia ſed etiam per fidem iuſtificatus viuit.
Sicut eñ per animam viuit corpus: ita anima per deũ.
Unde ſicut per illud per qđ primo vnitur anima corpo-
ri viuit corpus: ita per id per qđ primo vnitur deus ani-
me viuit anima: hoc autem eſt fides qꝛ fides ẽ primuꝫ in
vita ſp̃ũali. Eſa. 7. Si nõ credideritis nõ permanebitis
ſicut domus nõ permanet deſtructo fundamẽto. Gal. 2.
Qꝫ aũt nunc viuo in carne ĩ fide viuo filij dei. Fides au
tem ſi non eſt formata charitate mortua eſt. Et ideo non
viuificat animaꝫ ſine charitate. Gal'. 5. Fides que ꝑ cha
ritatem operatur. p̃me Joh. 3. Nos ſcimus quia tranſ-
lati ſumus de morte ad vitam: quoniam diligimus. Uel
iuſtus meus ex fide viuit id eſt apud me reputatur ⁊ ha-
bet vitam glorie ſine actuali paſſione ſi non datur opor-
tunitas patiendi. ¶ Deinde cum dicit. Qꝫ ſi ſubtraxerit
ſe ⁊c. oſtendit periculum imminens nõ permanenti in iu
ſtia fidei. Quia enim in poteſtate habentis fidem, ẽ ip̃aꝫ
perdere vel ſeruare. ideo dicit. Si ſubtraxerit ſe ſcꝫ a fi-
de ⁊ a iuſticia nõ placebit anime mee. Littera noſtra ha
bet. Non erit recta anima eius. Et eſt idem ſenſus. Di-
cit Hieronymus ꝙ vbicunqꝫ aliter ſcriptũ eſt in hebreo
ꝙ̃ in ſeptuaginta apoſtolus vtitur ſicut didicit a gama-
liele ad cuius pedes didicit legem. Non placebit ergo
anime mee id eſt voluntati mee. Uoluntas enim dei de-
bet eſſe regula actionum noſtrarum. Qui ergo nõ con-
cordat voluntati dei non eſt recta anima eius. ¶ Deinđ
cum dicit. Nos autem non ſumus ⁊c. adaptat ad propo-
ſitum. Quaſi dicat. Sic erit his qui ſe fidei ſubtrahunt
Sꝫ nos non ſumus filij ſubtractionis in perditionem.
Ille dicitur filius alicuius qđ in ipſo dominatur. Et ſic
dicitur aliquis filius mortis ſcilicet in quo dominatur il
lud per quod a deo reprobatur. Canonica iude. Hi ſunt
qui ſegregant ſemetipſos animales ſpiritum non haben
tes. In perditione ſcilicet anime. ps. Perdidiſti omnes
qui fornicantur abs te. ps. Et iter impioruꝫ peribit. Sꝫ
filij dei. i. renati in chriſto per fidem in acquiſitionem. i.
in ſalutem anime. Qui enim mandata dei cuſtodit: ſal-
uat animam ſuam. Mat. 19. Si vis ad vitaꝫ ingredi ſer
ua mandata. p̃me Theſ. 5. Nõ ſumus filij noctis neqꝫ
tenebrarũ. Ergo non deficiamus a fide.

## Capitulum vndecimum.

Eſt autem fides ſperandarũ ſub-
ſtantia rerum argumentum non
apparentium.

Supra apoſtolus multipliciter oñdit excellentiã chriſti
pꝛeferens ipm angelis moyſi ⁊ aaron ⁊ monuit cõiungi
ipi xpo que cõiunctio qꝛ pcipue ⁊ inchoatiue fit ꝑ fidez.
nẽ dicens: Curramus per patientiã ad certamen nobis
ꝓpoſitũ non ſolũ illatũ qđ tamen ſuſtineamus patiẽter.
Sed nos ipſi volũtarie curramus. p̃s. Uiam mandatorꝫ
tuorꝫ cucurri. Hoc autẽ certamen nobis ꝓpoſitũ eſt cum
iuſticia. Eccl'. 4. Uſqꝫ ad mortẽ certa ꝓ iuſticia. ¶ De
inde cũ dicit. Aſpicientes ⁊c. ponit exemplũ xp̄i. Et cir
ca hoc duo facit. Primo eñ oſtẽdit quare paſſio xp̄i ha
benda eſt in exemplũ ⁊ quid in ipſa conſiderandũ eſt. Se
cũdo oſtendit fructũ iſtius cõſideratiõis ibi. Recogita
te eũ ⁊c. Sicut eñ dicit̃ Ephe. 2°. Gratia ſaluati eſtis ꝑ
fidẽ. Xp̄us autẽ eſt auctor fidei. Si ergo vis ſaluari de
bes intueri exemplar illud. Unde dicit. Aſpiciẽtes in ie
ſum paſſum. Hoc ſignificatũ fuit per ſerpentẽ eneũ eleua
tũ ꝓ ſigno in quẽ aſpiciẽtes curabant̃. Nũm. 21. ⁊ Jo. 3
Sicut moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto ita exaltari
oportet filiũ hoĩs vt oĩs qui credit in ipm̃ non pereat ſed
habeat vitã eternã. ¶ Si ergo vis ſaluari reſpice in fa
ciem xp̄i tui. Ipſe eñ eſt auctor fidei dupliciter. Primo
eã docendo verbo. Supra. 1. Locutus eſt nobis in filio.
Johañ. 1. Unigenitus qui eſt in ſinu patris ipſe enarra
uit. Secũdo eam in corde imprimẽdo. Phil'. 1°. Uobis
donatũ eſt pro xp̃o non ſolũ vt in ipm̃ credatis ⁊c. Item
ipſe eſt conſummatio fidei dupliciter. Uno modo ipſam
miraculis cõfirmando. Jo. 10. Si mihi nõ vultis creda
re operibus credite. Item fidẽ premiãdo. Cuꝫ eñ fides
ſit imperfecta cognitio eius premiũ ꝯſiſtit in ipſius cogni
tiõis perfectiõe. Job. 14. Ego diligã eũ ⁊ manifeſtabo

eiꝰ meipſm. Hoc aūt ſignificatū fuit Zach. 4. vbi dicitur. Manus zorobabel fundauerunt domum iſtam ſcꝫ eccleſiam cuius fundamentū eſt fides: ⁊ manus eius ꝑficient eam ſcꝫ manus chriſti: qui de genere zorobabel deſcēdit fundat eccleſiā in fide ⁊ fidem gloꝛia conſūmat. Videmꝰ enim nunc in ſpeculo ⁊ in enigmate: tunc autem facie ad faciem. ꝑme Coꝛ. 13. Augꝰ ꝑmo de trinitate ca. 10. Cōtemplatio eſt merces fidei cui mercedi per fidem coꝛda mundantur: ſicut ſcriptū eſt. Fide mundans coꝛda eoꝝ.

¶ In paſſione eñ chꝛiſti tria conſideranda ſunt. Pꝛimo quid contempſit. Secundo quid ſuſtinuit. Tertio quid pꝛomeruit. Quantum ad pꝛimum dicit. Qui pꝛopoſito ſibi gaudio ⁊c. Iſtud autem gaudium fuit illud gaudium terrenum quo a turba quam pauerat querebat vt facerent eum regem: qꝺ ipe contempſit fugiendo in mōtē. Io. 6. Unde Eccl. 2. Riſum reputaui erroꝛeꝫ ⁊ dixi qd fruſtra deciperis. Uel ꝓpoſito ſibi gaudio eterne vite ꝓ pꝛemio: ſuſtinuit cruceꝫ. Hoc ē ſecundum ſcꝫ quid ſuſtinuit quia crucē. Phy. 2. Humiliauit ſemetipm factus obediens vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtē autem crucis. In quo oſtenditur: ⁊ cruciatus acerbitas qꝛ ibi affixus fuit manibus ⁊ pedibus. ⁊ moꝛtꝭ vilitas ⁊ ignominia: qꝛ hoc erat ignominioſum genus moꝛtis. Sap. 2. Moꝛte turpiſſima condemnemus eum. Quantum autem ad tertiū ſcꝫ quid pꝛomeruerit quia ſeſſioneꝫ ad dexteram patris. Unde dicit. Atqꝫ ad dexteraꝫ ſedis dei ſedet. Exaltatio eñ humanitatis chꝛiſti fuit pꝛemiuꝫ paſſionis eius. Sedet autem ad dexteram maieſtatis in excelſis. ¶ Deinde cū dicit. Recogitate eum ⁊c. oſtendit quis ſit fructus huiꝰ conſiderationis. Et pꝛimo monet ad diligentem exempli conſiderationem. Secundo oſtendit vtilitatem ibi. Ut non fatigemini ⁊c. Tertio ſubdit rationem ibi. Nō enim vſqꝫ ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū eſt. Aſpicientes. ⁊c. Nec hoc ſolum: ſed etiam recogitate: id eſt iterum cogitate. Pꝛouerb. 3. In omnibus vijs tuis cogita illuꝫ. Et huius ratio eſt quia in quacunqꝫ tribulatione inuenitur remedium in cruce. Ibi enim eſt obedientia ad deum. Phil. 2. Humiliauit ſemetipm factus obediens ⁊c. Itē pietatis affectus ad parentes. Unde ibi geſſit curam de matre ſua. Item charitas ad pꝛoximū: vnde ibi pro trāſgreſſoꝛibus oꝛauit. Luc. 23. Pater dimitte illis nō eñ ſciunt quid faciunt. Ephe. 5. Ambulate in dilectione ſicut chꝛiſtus dilexit ⁊ tradidit ſemetipſuꝫ pro vobis. Itē fuit ibi patientia in aduerſis. ps. Obmutui ⁊ humiliatꝰ ſum ⁊ ſilui a bonis ⁊ doloꝛ meus renouatus eſt. Eſa. 53. Sicut ouis ad occiſionē ducetur ⁊ quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet ⁊ non aperuit os ſuum. Item in omnibꝰ finalis perſeuerantia. Unde vſqꝫ ad moꝛtem perſeuerauit. Luc. 23. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Unde in cruce inuenitur exemplum omis virtutis. Auguſtinꝰ. Crux nō ſolum fuit patibulum patientis ſed etiam cathedra docentꝭ. Recogitate ergo eū qui ſuſtinuit. ¶ Sed quid cogitandū? Tria ſcꝫ genꝰ paſſionis: vnde ſuſtinuit contradictionem id eſt afflictionē in verbis. Unde dicebant. Uah qui deſtruis templū dei. ps. Eripies me de cōtradictionibus populi. Roma. 10. Expandi manus meas ad populum non credentem ſed contradicentem mihi. Luce. 2. Et in ſignum cui cōtradicetur. Et cōtradictionē talē id eſt tam grauem ⁊ ignominioſam. Treñ. ꝑmo. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite ⁊ videte ſi eſt doloꝛ ſicut doloꝛ meꝰ. Secundo a quibus paſſus eſt quia a peccatoꝛibus pro quibus patiebatur. ꝑme Pet. 3. Chꝛiſtus ſemel pro peccatis noſtris moꝛtuus eſt iuſtus pro iniuſtis. Tertio perſona patientis. Ante paſſionem enim ab oꝛigine mundi paſſus eſt in membꝛis ſuis: ſed tunc in pꝛopꝛia perſona. Unde dicit. Aduerſus ſemetipm. Eſa. 46. Ego feci et ego feram. ps. Que non rapui tunc exſoluebam. pꝛime Pet. 2. Peccata noſtra ipe pertulit in coꝛpoꝛe ſuo ſuꝑ lignum. ¶ Utilitatem oſtendit cum dicit. Ut non fatigemini. Conſideratio enim paſſionis chꝛiſti facit nos non deficere. Gregoꝛius. Si paſſio chꝛiſti ad me moꝛiam reuocetur nihil adeo durum eſt qꝺ nō equanimiter tolerē. Unde nō deficiatis tanqꝫ fatigati animo a veritate fidei Eſa. 40. Current ⁊ non laboꝛabunt ambulabunt ⁊ non deficient. 2. Theſ. 3. Nolite deficere benefacientes.

¶ Rationē autem huius ponit dicens. Nondum enim vſqꝫ ad ſanguinem. Quaſi dicat. Non debetis deficere in tribulationibus veſtris pro vobis quia nondum tātū ſuſtinuiſtis ſicut chꝛiſtus. Ipe enim ſanguinem ſuum fudit pꝛo nobis. Mat. 26. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti qui pro multis effundetur. ¶ Uos aūt rapinam bonorum veſtroꝛum ſuſtinuiſtis. Maius autem ē de genere operis vitam dare qꝫ ſubſtantiā coꝛpoꝛalē: licet aliquando ex radice operis ſcilicet ex charitate poſſit eē minus ſicut ſupꝛa dictum ē. Unde dicit. Nōdū enim reſtitiſtis repugnantes aduerſus peccatū vſqꝫ ad ſanguinē .ſ. fundendum pro xpo.

## Lectio ſecunda.

Et obliti eſtis conſolationis que vobis tanqꝫ filijs loquitꝛ dicēs: Fili mi noli negligere diſciplinam domini: neqꝫ fatigeris dū ab eo argueris. Quē eniꝫ diligit dñs caſtigat: flagellat aūt oēm filiuꝫ quē recipit. In diſciplina ꝑſeuerante. Tanqꝫ filijs vobis offert ſe deꝰ. Quis eñ filius quē nō coꝛripit pater? Qꝺ ſi extra diſciplinam eſtis: cuiꝰ ꝑticipes facti ſūt oēs. ergo adulteri ⁊ nō filij eſtis. Deinde pꝛes qdem carnis nr̄e eruditoꝛes habuimꝰ ⁊ reuerebamur eos. Nō multo magis obtēperabimus pr̄i ſpirituū ⁊ viuemus? Et illi quidē in tēpoꝛe paucoꝝ dierū ſm voluntatē ſuam erudiebant nos hic aūt ad id qꝺ vtile ē in recipiendo ſanctificationē eius. Omis aūt diſciplina in ꝑſenti quidē videtur non eſſe gaudij ſed meroꝛis: poſtea autem fructum pacatiſſimū exercitatis per eā reddet iuſticie.

Supꝛa induxit apoſtolus ad mala patienter ſuſtinenda exemplo antiquoꝝ patrum ⁊ xpi: hic monet ad idem ex auctoꝛitate ſcripture. Unde circa hoc tria facit. Pꝛimo enī ponit auctoꝛitatem. Scđo oñdit ſenſum eius ibi. In diſciplina perſeuerate ⁊c. Tertio arguit ad ꝓpoſitum ex pꝛemiſſis ibi. Qꝺ ſi extra diſciplinam ⁊c. Ponit autem auctoꝛitatē que habetꝛ. Pꝛouerb. 3. ſed ſub alijs verbis qꝫ littera noſtra habeat. Ibi enim habemus ſic. Diſciplinam domini fili mi ne abijcias: nec deficias cum ab eo coꝛripieris. Quē eñ diligit dominꝰ coꝛripit ⁊ quaſi pater in filio cōplacet ſibi. Quia vero apoſtolꝰ inducit auctoꝛitatē iſtā cauſa cōſolationis: ideo vtitur alijs verbis Unde dicit. Et obliti eſtis conſolationis ⁊c. Quaſi dicat. Mirum eſt ſi obliti eſtis. ps. Secundū multitudinē doloꝛum meoꝛum in coꝛde meo conſolationes tue letificauerunt animam meam. Idem. In eternum nō obliuiſcar iuſtificationes tuas. Dicit aūt ꝯſolatiōis .i. dei con-

ſolantis. ⁊ eſt emphatica locutio. 2. coꝛ. 1. Benedictꝰ deus et pater dñi nr̃i ieſu xp̃i. pater miſericoꝛdiaꝝ ⁊ deꝰ totius cõſolationis qui conſolat̃ nos in omni tribulatiõe noſtra. ¶ Sequit̃ Que vobis. id eſt qui deus cõſolationis loquitur vobis tanq̃ filijs. Ergo ſi punit nõ odit. ſed eiꝰ punitio oꝛdinatur ad bonũ. quia loquit̃ vobis tanq̃ filijs. ¶ Uerba autem auctoꝛis ponit dicẽs: Fili mi ⁊c. Et ſubdit rationẽ ibi Quẽ em̃ diligit dñs ⁊c. In auctoꝛitate vero ꝓhibet duo. quia pꝛohibet odiũ diſcipline ⁊ impatientiã ad ipſam. Propter pꝛimum dicit. Fili mi noli negligere ſicut quidã qui odiũt diſciplinã de quibꝰ dicitur. puer. 9. Noli arguere deriſoꝛem ne oderit te Amos 5. Odio habuerunt loquentẽ in poꝛta ⁊ corripientẽ ꝑfecte abhomĩati ſunt. Dicit ergo apl̃s. Noli negligere diſciplinã dñi. Quaſi dicat. Cũ deus te flagellat cauſa diſcipline: noli negligere. id eſt negligenter habere faſtidiendo. Sap. 3. Sapientiã et diſciplinã qui abijcit infelix eſt. ¶ Propter ſcõm dicit. Et ne fatigeris dum ab eo argueris. Quidã em̃ ⁊ ſi correctionẽ durã nõ odiãt tñ impatienter poꝛtant. Et ideo dicit. Ne fatigeris ⁊c. Tunc em̃ homo ſpiritualiter fatigat̃ qñ ꝯtriſtat̃ intantũ ꝙ deficit. ſupꝛa eodẽ. Ut non fatigemini animis vr̃is deficiẽtes Eccl̃. 6. Ne accidieris in vinculis illiꝰ. ¶ Deinde cũ dicit Quẽ em̃ diligit dñs ⁊c. aſſignat cauſam. Sicut autẽ dicit ꝓbus verbũ caſtigatiõis cõmunit̃ accipit̃ in pueris ⁊ in cõcupiſcentia. dicimus em̃ caſtũ: cuius concupiſcentia caſtigata eſt Similiter puer dicit̃ caſtigatus qui eſt bene diſciplinatus. qð em̃ de ſe habet ꝓnitatẽ ad malũ indiget refrenante. Talis autẽ eſt concupiſcẽtia ⁊ puer que de ſe ſequunt̃ impetus ſuos. Ideo indiget caſtigã⁊c. Ille ğ qui caſtigat ideo hoc facit ne tẽdat in malũ. Et quia ſenſus nr̃i ⁊ cogitatio noſtra pꝛona ſunt ad malũ vt dicitur Geñ. 8. Ideo dñs caſtigat nos vt retrahat nos a malo. pſ. Caſtigãs caſtigauit me dñs ⁊ moꝛti nõ tradidit me Iere. 31. Caſtigaſti me ⁊ eruditus ſum quaſi iuuẽculus indomitus. In hoc autẽ caſtigat. q꞉ flagellat non quidem ad cõdemnntionẽ ſed ad ſalutẽ. Unde dicit ꝙ flagellat omnẽ filiũ quẽ recipit. Et ideo qui nõ flagellantur nõ ſunt de numero filioꝝ. pſ. In laboꝛe hominũ nõ ſunt ⁊ cũ hominibus nõ flagellabunt̃. Unde eſt ſignum quaſi eterne repꝛobati õis Eze. 16. Auferet̃ zelus meus a te. Nec mirũ ſi flagellat omnẽ filiũ quem recipit ꝑ adoptionẽ. quia pꝛopꝛio filio ſuo nõ pepcit Luc. vl. Opoꝛtuit xp̃m pati. ¶ Cõſequẽter cũ dicit. In diſciplĩa ꝑſeuerate. Oſtendit ſenſuʒ auctoꝛitatis ꝑallegate. ⁊ ꝑmo oſtẽdit ſenſum monitiõis. Secũdo ſenſũ ratiõis aſſignat ibi Tanq̃ filijs ⁊c. Tertio oſtendit rationẽ iſtã eſſe cõuenientẽ ibi Quis em̃ filius ⁊c. Monitio aũt apoſtoli fuerat ꝙ nõ debebant negligere diſciplinã dñi: nec etiã fatigari. Utrunq꞉ aũt cõpꝛehendit in hijs verbis. Nõ negligere em̃ nec etiã fatigari ſub diſciplĩa. nõ eſt aliud q̃ in diſciplina ꝑſeuerare Unde Iob. 6. Hec mihi ſit conſolatio vt affligens me doloꝛe nõ parcat. pſ. Appꝛehendite diſciplinã ⁊c. Quare autẽ nõ debeamus negligere dixerat quia quẽ diligit dñs ⁊c. Unde hic dicit Tanq̃ filijs vobis ſe offert deus. Quaſi dicat. Ideo ꝑſeuerate. q꞉ offert ſe tanq̃ filijs Iere. 3. Patrẽ vocabis me: et poſt me ingredi nõ ceſſabis. ¶ Conſequẽter oſtendit iſtã rationem eſſe cõuenientẽ dicens Quis em̃ filius quẽ non coꝛripit pater. Ad patrẽ em̃ pertinet coꝛrigere filiũ ſuũ. puer. 13 Qui pcit virge odit filiũ ſuũ: qui aũt diligit illũ inſtãter erudit Eccl̃. 30. Equus indomitus euadet durus: et filius remiſſus euadet pꝛeceps. Et ideo neceſſaria eſt coꝛrectio. ſicut paulo datꝰ ſtimulus carnis ne per ſupbiã coꝛrueret. 2. coꝛ. 12. ¶ Deinde cũ dicit. Q̃ ſi extra diſciplinã ⁊c. Arguit ex ꝓmiſſis. ⁊ pꝛimo deducendo ad incõueniens. Secundo ex quodã exẽplo ibi Deinde patres ⁊c. Tertio ex vtilitate conſequẽte ibi. Omnis autẽ diſciplina ⁊c. Circa pꝛimũ facit talẽ rationẽ. Omnes ſancti qui deo placuerunt per multas tribulationes tranſierũt: per quas filij dei facti ſunt. Ergo qui in diſciplina nõ ꝑſeuerat nõ eſt filius ſed magis adulter. id eſt de adulterio natus. Iſtius rationis ponit tm̃ concluſionẽ dicẽs Si eſtis extra diſciplinã nõ eſtis filij ſed adulteri. quia diſcipline facti ſunt participes omnes ſcʒ ſancti. 2. thy. 3. Omnes qui pie viuere volunt in chꝛiſto ꝑſecutionẽ patient̃. Iudith. 8. Omnes qui deo placuerunt per multas tribulationes tranſierunt fideles. Nec opoꝛtet ꝙ ſemꝑ ſancti habeant exterioꝛes tribulatiões cũ interius affligunt̃ ex mala conuerſatione ꝑuerſoꝛũ. 2. Pe. 2. Habitãs Loth apud eos qui de die in diẽ animã iuſtã iniquis operibus cruciabant. Filius autẽ ꝓpꝛie dicit̃ qui eſt ex legittimo patre. Mater nr̃a eſt eccl̃ia: cuius ſponſa eſt ipſe deus. Oſee. 2. Sponſabo te mihi in fide. Adult̃ autẽ eſt dyabolus et mundus. Qui ergo nati ſunt ex ſpiritu dyaboli vel mundi ſunt filij adulterini Eſa. 57. Accedite huc filij auguratricis ⁊ adulteri et foꝛnicarie. Patet ergo ꝙ pꝛopꝛie non ſunt filij niſi de legittimo patre nati. ¶ Conſequenter cum dicit. Deinde patres ⁊c. Ponit ſecũdam rationẽ ſumptã ex Exod. quod experti ſumꝰ. ſcʒ ex coꝛrectione paterna. Que quidẽ ratio pꝛocedit ex duplici differentia que eſt inter deũ patrẽ ⁊ patrẽ carnalẽ. Eſt autẽ hec pꝛima differentia dei patris ad patrẽ carnalẽ Homo em̃ generat hominẽ q̃tũ ad coꝛpus: nõ q̃tũ ad animam que eſt per creationem ⁊ nõ traducit̃. 2. Mach. 7. Neq꞉ em̃ ego ſpiritũ ⁊ animã donaui vobis. Unde dicit ꝙ nos habuimus patres carnis nr̃e eruditoꝛes Eccl̃. 7. Filij tibi ſunt erudi illos. Et reuerebamur eos Exo. 20. Honora patrẽ tuũ ⁊c. Deus aũt excellentiꝰ eſt pater noſter ſcʒ q̃tũ ad animã quã ĩmediate creat Eccl̃. vl. Spũs redeat ad deũ qui dedit illũ. Item iuſtificat animã adoptãdo in filios Ro. 8. Spũs teſtimoniũ reddidit ſpũi nr̃o ꝙ ſumus filij dei Ideo dicit. Non multomagis obtẽꝑabimus patri ſpirituũ. id eſt animaꝝ nr̃aꝝ que dicunt̃ ſpũs q꞉ nõ ſunt ex materia Et viuemus Finis em̃ obediẽtie ẽ vita eterna. Iob. 8. Si quis ſermonẽ meũ ſuauerit moꝛtẽ nõ guſtabit in eternũ. ſupꝛa. 5. Factus eſt omnibꝰ obtẽperãtibus ei cauſa ſalutis eterne. ¶ Secũda vero differentia eſt coꝛrectiõis humane ad diuinã que in duobus differunt. ⁊ pꝛimo q̃tũ ad finẽ: quia finis humane coꝛrectionis eſt aliquid tranſitoꝛiũ. Eſt em̃ ad bene conuerſandũ in hac vita que eſt paucoꝝ dieꝝ Secũdo q̃tũ ad rõeʒ q꞉ homo coꝛrigit ſm volũtatẽ que falli ⁊ errare põt. ⁊ tñ obedimus ei. In coꝛrectione aũt diuina nõ eſt ſic: q꞉ erudit nos ad aliquid vtile in ſempiternũ. ſcʒ ad recipiendũ ſanctificationẽ: que ſcʒ ẽ ipſemet deus Eſa. 8. Dominuʒ exercituũ ipʒ ſanctificate Ipſe pauoꝛ veſter ⁊ ipſe terroꝛ veſter ⁊ erit vobis in ſanctificationẽ. Et ideo dicit. Et illi quidẽ erudiebant nos in tẽpoꝛe paucoꝝ dieꝝ. Et hoc q̃tũ ad pꝛimũ. Et ſm voluntatẽ ſuã. ⁊ hoc q̃tuʒ ad ſcõm hic autẽ ad id quod vtile eſt Eſa. 48. Ego dñs docẽs te vtilia. Et hoc in ſanctificationẽ ab ipſo recipiẽdã. ⁊ ideo debemus magis recipere diſciplinã eius. ¶ Sequit̃ Omnis autẽ diſciplina ⁊c. Hec eſt tertia ratio q̃ ſumit̃ ex vtilitate coꝛrectionis. Cuʒ autẽ pene ſint quedã medicine. idẽ iudicium videtur eſſe de coꝛrectione ⁊ de medicina. Sicut autẽ medicina in ſumptiõe quidẽ amara eſt ⁊ abhominabilis. tamen eius finis eſt valde dulcis ⁊ deſiderabilis. ita de diſciplina ꝙ grauis eſt ad ſuſtinendũ: ſed adducit fructũ optimũ. Sciendũ eſt aũt ꝙ diſciplina dicit̃ a diſcendo. Pueri autẽ qui addiſcunt flagellis erudiuntur. Et ideo diſciplina aliquando ſumit̃ pꝛo ſcientia.

vt in pꝛincipio pꝛimi poſterioꝝ. Omnis doctrina ⁊ om=
nis diſciplina ⁊c. que grece dicitur epiſteme. Aliquādo
autē ſumitur pro coꝛrectione ⁊ grece dicit̄ pedia: ſed in
latino non habet nomina ita diſtincta. Dicit ergo ꝙ om
nis diſciplina que ſcilicet eſt eruditio ꝑ flagella ⁊ mole=
ſtias in pꝛeſenti videtur eſſe non gaudij ſed merooꝛis. qꝛ
exterius habet triſticiam in ſuſtinendo: ſed interius ha=
bet dulcedinē ex intentione finis. Et ideo dicit videt̄ et
non dicit eſt. 2. coꝛ. 6. Quaſi triſtes ſemper aūt gaudē=
tes. Joh. 16. Mulier cū parit triſticiā habet ⁊c. 2. coꝛ.
4. Id eñ quod in pꝛeſenti eſt momentaneū ⁊ leue tribu=
lationis noſtre. ſupꝛa modū in ſublimitate eternū gloꝛie
pondus operatur in nobis. Et ideo dicit. Poſtea reddit
fructū. Fructus eñ impoꝛtat dulcedinē Unde frui ē de=
lectari in fine adepto. Iſte eñ fructus habet̄ hic cū ꝑtur
batione exterioꝝ incōmodoꝛum ⁊ temptationū interioꝝ
⁊ ideo non eſt pacatiſſimus ſicut ibi. In gloꝛia ſiquidem
nihil erit interius remoꝛdens conſcientiā nec impellens
ad culpā: nec exterius contriſtans. Ibi eñ vt dicit Au=
guſtinus. Erit quicq̄d voles. ergo ille fructus eſt pacatiſ
ſimus. Pacatus quidē in trāquillitate conſciētie. ſꝫ pec
catioꝛ in ſuſceptiōe pꝛime ſtole ſed pacatiſſimus in ſuſce
ptione ſecunde Eſa. 32. Sedebit populus meus in pul=
chꝛitudine pacis in tabernaculis fiducie in requie opulē=
ta. ꝓuer. 3. Pꝛimi et puriſſimi fructus eius. Reddet er=
go fructū iuſticie. id eſt quē meretur iuſticia. Seminanti
eñ iuſticiā merces fidelis. ꝓuerb. 11. Item ibi Fruct⁹ iu=
ſti lignū vite. Uel iuſticie. id eſt ad iuſticiā appꝛehēden=
dam Oſee. 10. Seminate vobis in veritate iuſticiā ⁊ me
tite in oꝛe miſericoꝛdie. pſ. Euntes ibāt ⁊ flebant ⁊c. Sꝫ
non redditur fructus niſi exercitatis per eam. id eſt ꝑ di=
ſciplinam. ſupꝛa. 5. Perfectoꝝ eſt cibus ſolidus eoꝝ q̇ ꝑ
conſuetudine exercitatos habent ſenſus.

## Lectio tertia.

PRopter quod remiſſas manus ⁊ ſo=
luta genua erigite: ⁊ greſſus rectos
facite pedibus veſtris: vt nō claudi
cans quis erret: magis autē ſanetur. Pacē
ſequimini cū omnibus ⁊ ſanctimoniā: ſine
qua nemo videbit deum. Contēplantes ne
quis deſit gratie dei: ne qua radix amaritu=
dinis ſurſum germinans impediat. ⁊ per il
lam inquinentur multi. Ne quis foꝛnicatoꝛ
aut pꝛophan⁹ vt eſau: qui pꝛopter vnā eſcā
vendidit pꝛimitiua ſua. Scitote eñ quoni=
am et poſtea cupiens hereditare benedicti=
onem repꝛobatus eſt. Non eñ inuenit peni
tentie locum. q̄ꝗ̄ cū lachꝛymis inq̄ſiſſet eā.

Supꝛa monuit apoſtolus qualiter nos debemus habe=
re ad mala penalia ſuſtinenda: hic monet qualit̄ nos de=
bemus habere ad mala culpe vitanda. Et circa hoc duo
facit. Pꝛimo enim ponit monitiones ſuas. Secundo aſ=
ſignat rationes ipſoꝛum ibi Non eñ acceſſiſtis ⁊c. Cir=
ca pꝛimū duo facit. Pꝛimo eñ monet hominē peccantē
Secundo nōdū peccantē ibi. Pacē ſequimini ⁊c. Eſt au
tē duplex peccatū. ſcꝫ omiſſionis ⁊ tranſgreſſionis. Pꝛi
mo ergo monet ad dimittendū peccatū omiſſionis. Secū
do ad dimittendū peccatū tranſgreſſionis ibi Et greſſus
rectos ⁊c. Peccatū autē omiſſionis duplex eſt. Unum
quando quis omittit bonū facere. Aliud omittendo ma=
la ⁊ aduerſa tolerare. Quantū ad pꝛimū dicit. Pꝛopter
quod ſcꝫ quia diſciplina affert fructū pacatiſſimum. ideo
vt vos hunc fructū percipere poſſitis erigite manus re=
miſſas. Manus eñ cū ſit oꝛganū oꝛganoꝛum remiſſa di=
citur quando vacat ab eius operibus. ⁊ ideo erigēda eſt
per rectam intentionem ad operandum que deo placēt.
Tren. 3. Leuemus coꝛda noſtra cū manibus ad deum.
pſ. Eleuatio manuū meaꝝ ⁊c. Manus eñ remiſſa indu
cit egeſtatē et ſeruitutē. ꝓuerb. 10. Egeſtatē operata eſt
manus remiſſa: manus autē foꝛtiū diuitias parat. Item
eiuſdem cap. 12. Manus foꝛtiū dominabitur: que autē
remiſſa eſt tributis ſeruiet. In huius ſignū quando moy=
ſes eleuabat manus vincebat iſrael quando vero remit=
tebat ſuperabat amalech Exod. 17. ¶ Quantū ad aliud
peccatū omiſſionis dicitur: Erigite genua diſſoluta. In
genibus totū pondus coꝛpoꝛis ſuſtentatur. Habent ergo
genua diſſoluta qui non habent foꝛtitudinē foꝛtiter tole=
randi aduerſa. hec ergo remiſſio abijcienda eſt Job. 4.
Manus laſſas roboꝛaſti: ⁊ genua trementia confoꝛtaſti.
vacillantes confirmauerunt ſermones tui Eſa. 35. Con=
foꝛtate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia roboꝛate. Ma
nus ergo ⁊ genua erigite: vt nec ocio toꝛpeatis: nec debi=
litate heſiteris. ¶ Deinde cū dicit. Et greſſus rectos ⁊c.
Impꝛobat peccatū tranſgreſſionis. Iſtud autē peccatum
eſt obliquitas quedam ⁊ curuitas. Rectū eñ dicitur cu=
ius mediū non exit ab extremis. id eſt cuius operatio nō
recedit ab intentione ⁊ fine debito. Triplex autem ē ob=
liquitas. ſcilicet in affectu. in operatione ⁊ in intellectu.
Iſtas tres monet declinare. Ex affectione autē iniqua ſe=
quitur obliquitas in intellectu. ⁊ depꝛauatio in affectu.
Et ideo quantū ad pꝛimū qđ eſt alioꝛum radix dicit: Fa=
cite greſſus rectos pedibus veſtris. id eſt rectas affectio
nes. Sicut eñ pedes poꝛtant coꝛpus: ita mentē poꝛtant
affectiones. Recti ergo pedes ſunt affectiōes recte Ezc.
1. Pedes eoꝝ pedes recti. Rectificate ergo affectiones
quibus totū coꝛp⁹ poꝛtat̄ ſpiritualiter Eſa. 40. Rectas
facite in ſolitudine ſemitas dei veſtri. Hoc eſt q̄tū in vo
bis eſt date operā ad hoc. Sed rectificare eſt ſolius dei.
pſ. Dirige greſſus meos in ſemitis tuis. ¶ Quantū ad
ſecundū dicit. Ut non claudicans quis. ſcꝫ quātū ad acti
onem exterioꝛē. Sicut eñ tibia dicitur clauda quādo nō
ſequitur regulā potentie greſſiue: ita operatio claudicat
quando ſiue ad dexteram. id eſt in pꝛoſperis. ſiue ad ſini
ſtrā. id eſt in aduerſis non ſequitur regulā legis diuine.
Eſa. 30. Hec eſt via ambulate in ea ⁊ nō declinetis: ne=
q̄ꝫ ad dexterā: neq̄ꝫ ad ſiniſtrā. Uel claudicat qui cerimo
nialia obſeruat cum euangelio. ¶ Quantū ad obliqui=
tatem intellectus dicit Erret. Malaꝫ eñ operationeꝫ ſe=
quitur erroꝛ intellectus. ꝓuer. 14. Errant omnes q̄ ope=
rantur malū Sap. 2. Hoc cogitauerunt et errauerūt ex=
cecauit eñ eos malicia eoꝛum. Qui ergo vult illas du=
as curuitates cauere habeat pedes ⁊ affectiones rectas.
Et ideo dicit: Magis autē ſanet̄. Sicut eñ ſanitas coꝛ=
poꝛis conſiſtit in contēperatione humoꝛū: ita ſanitas ſpi
ritualis in oꝛdinatione affectuum Jere. 17. Sana me do=
mine ⁊ ſanaboꝛ. ¶ Deinde cū dicit: Pacē ſequimini ⁊c.
Monet non peccantē ad vitandū peccatum. ⁊ circa hoc
duo facit. Pꝛimo eñ pꝛemittit quedā remedia q̄ valent
ad omnia peccata vitanda. Secundo ſpecialiter monet
ad vitationē eoꝛū ibi Ne qua radix ⁊c. Circa pꝛimū ſciē=
dum eſt ꝙ actionū humanarū ſunt diuerſi fines. Quedā
eñ oꝛdinantur ad aliū: ſicut iuſticia que oꝛdinat homi
nem ad pꝛoximum. Et iſtarum finis eſt pax. Unde Eſa.
32. Erit opus iuſticie pax. Quedam ad ipſum operan=
tem ſicut ieiunare: et iſtoꝛum finis eſt puritas. Nō enim
ieiunamus niſi pꝛopter mundiciam ⁊ puritatem. Quan
tum ergo ad pꝛimum dicit. Pacem ſequimini. id eſt

non ſolum habete: ſed queratis quomodo cum alijs ha-
beatis. Ro. 12. Si fieri poteſt quod in vobis eſt cū omni
bus hominibus pacem habentes. pſ̄. Inquire pacē ⁊ p-
ſequere eam. ¶ Quantū ad ſecundū dicit: Et ſanctimo-
niā. 2. cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento
carnis et ſpiritus. Quod autem iſta remedia ſint neceſſaria
oſtendit per duo damna que incurrimus ſine ipſis. ſcili-
cet damnū glorie in futuro. ⁊ gratie in preſenti. Quātuʒ
ad primū dicit: ꝙ ſine pace ⁊ ſanctimonia nemo videbit
deū in quo cōſiſtit beatitudo Johannis. 17. Hec eſt vita
eterna ꝛc. Quaſi dicat Sine pace ad proximū ⁊ mundi-
cia ⁊ puritate quo ad ſeipſum nemo poteſt eſſe beatus.
Mat. 5. Beati pacifici quoniā filij dei vocabuntur. So
lum autē filijs debetur hereditas diuine viſionis. Item
Apoc. 21. Non intrabit in ea aliquid coinquinatuʒ. pſ̄.
Domie quis habitabit ī tabernaculo tuo ꝛc. Itē Quis
aſcendet in montē domini ꝛc. ¶ Quantū ad ſecūdū dā-
num ſcʒ gratie in preſenti dicit. Contemplantes ne quis
deſit gratie dei. Gratia enī per diſcordiā ⁊ immundiciaʒ
amittitur. 1. cor. 14. Non eſt deus diſſenſionis ſed pacis
pſ̄. In pace factus eſt locus eius. Abacuc. 1. Mundi ſūt
oculi tui domine ne videāt malū ⁊ reſpicere ad iniquitatē
non poteris. Sap. 1. Spiritusſanctus diſcipline effugiet
fictuʒ et corripietur a ſuperueniente iniquitate. Figura-
tiue aūt loquitur apoſtolus. Gratia enī et ſi nō habeat ex
meritis alioquin iam gratia non eſſet gratia: tamen opor
tet ꝙ homo faciat quod in ſe eſt. Deus auteʒ voluntate
ſua liberaliſſima dat eā omni preparanti ſe. Apocal. 3.
Ecce ſto ad hoſtiuʒ ⁊ pulſo ſi quis apperuerit mihi intra
bo ad eum. 1. thy. 2. Qui vult omnes homines ſaluos
fieri Et ideo gratia dei nulli deeſt ſed omnibus q̄tum in
ſe eſt cōmunicat. Sicut nec ſol deeſt oculis cecis. Dicit
ergo Contemplātes ne quis deſit gratie dei. ¶ Sed cō-
tra quia ſi gratia non datur ex operibus: ſed tm̄ ex hoc ꝙ
aliquis non ponit obſtaculū. ergo habere gratiā depen-
det ex ſolo libero arbitrio et non ex electione dei: quod ē
error pelagij. Reſpondeo dicendum eſt ꝙ hocipſum ꝙ
aliquis non ponit obſtaculū ex gratia procedit. Unde ſi
aliquis ponat ⁊ tamen moueatur cor eius ad remouēdū
illud hoc eſt ex dono gratie dei vocantis per miſericordi-
am ſuam Gal. 1. Cuʒ aūt placuit ei qui me ſegregauit ex
vtero matris mee et vocauit per gratiā ſuā ꝛc. Hoc autē
donū gratie nō eſt gratū faciens. Quod ergo a quibuſdā re-
mouetur iſtud obſtaculum hoc eſt ex miſericordia dei. ꝙ
autē non remouetur hoc eſt ex iuſticia eius. Non autē di-
cit ne tu deſis: ſed ne quis. id eſt quicunq̄. quia quilibet
debet eſſe ſollicitus de proximo Eccleſiaſ. decimoſeptio
Unicuiq̄ mandauit de proximo ſuo. ¶ Deinde cum di-
cit Ne qua radix ꝛc. Specialiter deſcēdit ad monitionē
vitationis peccatoꝝ cōtrarioꝝ vnicuiq̄ predictoꝝ reme-
dioruʒ. Et primo monet vitari peccata cōtraria paci. Se-
cundo contraria ſanctimonie ibi. Ne quis fornicator ꝛc.
Dicit ergo: Ne qua radix amaritudinis ꝛc. Illud dicit
amarū quod non poteſt guſtari niſi cum offenſa. Conuer
ſatio ergo alicuius dicitur amara quando non poteſt eſſe
ſine offenſa coꝝ cum quibus cōuerſatur. Quo contra di-
citur de ſapientia. Sap. 8. Non habet amaritudinē con
uerſatio illius nec tediū conuictus eius ſed leticiā ⁊ gau
dium. Qui ergo in ſapientia ſcit conuerſari non eſt ama
re conuerſationis. qđ fit quando nō habet dura verba vl̄
facta. Et ideo dicit Contēplantes ne qua radix amaritu-
dinis. id eſt amaritudo paulatim inchoata ⁊ in corde ra-
dicata ſurſum germinans impediat pacem. ⁊ per conſe-
quēs gratiā et viſionē dei. Deutro. 29. Ne ſit inter vos
radix germinans fel ⁊ amaritudinē. Oſee. 12. Ad iracū-
diaʒ prouocauit me effraym in amaritudinibus ſuis. Et
radix amaritudinis ē mala cogitatio noxie delectatiōis.
que ſurſum germinat quando per conſenſum ad opus ve-
nit. Et per illam inquinantur multi: quia non ſolum ille
in quo eſt. ſed et alij malo eius exemplo. 1. corinthioꝝum
quinto. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit
¶ Deinde cum dicit. Ne quis fornicator ꝛc. Monet vi-
tare peccata contraria ſanctimonie cui ſpecialiter oppo-
nuntur pctā carnalia. ſcʒ luxuria ⁊ gula: que perficiūtur
in delectatione carnali: per quam mens inquinatur. Un
de iſta mentem ⁊ carnem inquinant. Et ideo ſpecialiter
monet iſta vitari. Et primo luxuriam dicens: Contēplā-
tes. Et non ſolum quilibet in ſeipſo ſed ne quis fornica-
tor. ita ꝙ quilibet in proximo ſuo hoc contempletur Au
guſtinus. Inuiceʒ veſtram pudiciciā cuſtodite. ⁊ Ephe-
ſioꝝum. 5. Fornicatio autē ⁊ omīs immūdicia ⁊ auaritia
nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos Thobie. 4.
Attende tibi ab omni fornicatione. ¶ Secundo prohi-
bet gulam dicens: Aut prophanus. ⁊ dicitur quaſi pro-
cul a phano. ⁊ tales ſunt guloſi qui de ventre ſuo deum
faciunt ſicut Eſau Quod dixerat oſtendit in exēplo eſau
qui propter gulam vendidit primogenita Sic etiam gu
loſus pro minima eſca vendit hereditatē eternā. Prouer.
6. Preciū ſcorti vix eſt vnius panis Eſau autē non ſolū
fuit guloſus: ſed etiā luxurioſus. quia contra voluntateʒ
parentum duxit vxores alienigenas. Jus autem primo-
geniti erat ꝙ habebat duplicē portionem. et ante ſacer-
dotium aaron habebat honorem ſacerdotalem. Unde in
hoc cōmiſit ipſe ſymoniā. ergo videt̄ ꝙ etiam Jacob q̄ illđ
emit ſimilit̄ cōmiſit ſymoniā qđ falſuʒ eſt. Jacob enī per
ſpiritumſanctum intellexit illud ſibi deberi. iuxta illud
Malachie. 1. Jacob dilexi Eſau aūt odio habui. Et idō
non emit ſed quod ſibi debebat̄ ab iniuſto poſſeſſore re-
demit Et hoc eſt ꝙ dicit ꝙ Eſau propter vnam eſcā ven
didit primitiua ſua: vl̄ priogēita vt dicit̄. Geñ. 25. ⁊. 27
¶ Et penam conſecutam oſtendit ſubdens: Scitote enī
quoniam et poſtea cupiens hereditare benedictionē re-
probatus eſt. Sicut enim dicit̄ Geñ. 27. Poſtq̄ yſaac
benedixerat iacob: venit Eſau ⁊ petijt benedictionē: qđ
tamen non obtinuit. licet pater feciſſet ignorans. quia in
illo ſtupore quem habuit: factus in extaſi edoctus eſt a
ſpiritusancto ꝙ non retractaret quod fecerat. Unde di-
cit: Benedixi ei ⁊ erit benedictus. Et ſic Eſau conſilio ſpi
ritusſancti reprobatus fuit. In quo datur intelligi ꝙ nul
lus debet negligere dum adhuc viuit benefacere quan-
tumcūq̄ ſit reprobatus in preſcientia diuina. quia poſt vi-
tam ad hereditatē dei: etiam ſi deſideretur naturalit̄ nō
peruenitur. ¶ Sequitur. Non enim inuenit penitentie
locum q̄q̄ cum lachrymis inquiſiſſet eam. Sicut enim
dicitur Geñ. 27. Irrugit clamore magno ꝛc. Sed con-
tra quia dicitur Ezechiel. 18. Quacunq̄ hora ingemue
rit peccator ꝛc. Reſpondeo dicendū eſt ꝙ q̄diu preſens
vita agit̄ pōt agi vera penitentia. Interdum tm̄ aliq̄s pe-
nitet non propter amorem iuſticie: ſed propter timorem
pene vel damni temporalis. Et ſic penituit Eſau. non quia
vendiderat primogenita: ſed quia perdiderat. Unde nō
dolebat de peccato venditionis: ſed de damno perditio-
nis. Et ideo penitentia eius non fuit accepta. quia nō erat
vera. Sic etiam penitent damnati in inferno. vt dicitur
Sapientie. 5. Penitentiam agentes. non quia peccaue
uerunt: ſed quia excluſi ſunt. Tamen ſcdm̄ gloſam hoc
qđ dicit: Hic fornicator ⁊ prophanus aliter intelligi po-
teſt vt fornicator dicatur qui cū fide carnales cerimoni-
as obſeruat. ſicut habens concubinam cū vxore propria.
Sed prophanus. id eſt procul a phano. ſicut penitus in-
fidelis.

Lectio quarta.

NOn enim acceſſiſtis ad tractabilem ⁊ acceſſibilem ignē ⁊ turbinē ⁊ caliginem ⁊ pꝛocellā et tube ſonū ⁊ vocem verboꝛum. quā qui audierunt excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum. Nō eñ poꝛtabant quod dicebatur. et ſi beſtia tetigerit montē: lapidabitur Et ita terribile erat qđ videbatur. Moyſes dixit. Exterritus ſum et tremebundus. Sed acceſſiſtiꝭ ad ſyon mōtem ⁊ ciuitatē dei viuentis hieruſalem celeſtem: et multoꝛum milium angeloꝝ freqn̄tiā: et eccleſiam pꝛimitiuoꝝ q̄ conſcripti ſūt in celis. et iudicem omnium deū ⁊ ſpiritum iuſtoꝝ perfectoꝛum. ⁊ teſtamenti noui mediatoꝛem ieſum. ⁊ ſanguinis aſperſionē. melius loquentem q̄̄ abel.

Supꝛa poſuit apoſtolus monitionem ad vitanduꝫ mala culpe: hic aſſignat iſtius monitionis rationem quam ſumit ex comparatione noui et veteris teſtamenti. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo eñ ponit comparationē illā. Secūdo ex ipſa arguit ibi. Videte ne recuſetis ⁊c. Circa pꝛimum duo facit. quia pꝛimo pꝛoponit ea que pertinēt ad vetus teſtamentū. Secundo ea que ad nouū teſtamētuꝫ ibi. Sed acceſſiſtis. Circa pꝛimū ſciendum eſt. ꝙ vt dicit Auguſtinꝰ Breuis differentia legis et euangelij eſt timoꝛ et amoꝛ. Lex enim tanq̄ pedagogus noſter fuit in chꝛiſto. paruuli autē terroꝛibus ducendi ſunt. pꝛuer. 19. Peſtilente flagellato ſapientioꝛ erit paruulus. Et ideo hic dicit apoſtolus: ꝙ in datione legis facta ſunt quedā terribilia. Unde pꝛimo ponit illa quibus territi ſunt hij quibus lex dabat̄. Secundo agit de terroꝛe legiſlatoꝛis ibi. Moyſes dixit ⁊c. Quantū ad pꝛimū tria ponit. ſcilicet terroꝛē quantū ad viſa. Secundo quantuꝫ ad audita ibi Et pꝛocellā ⁊c. Tertio quantū ad cōminationes ibi. Et ſi beſtia tetigerit ⁊c. ⁊ iſta tria referuntur ad tria q̄ ibi erant terribilia. ſcilicet ex parte dei. ex parte legis date. ⁊ ex parte miniſtroꝝ legis Quantū ad pꝛimū. ſcꝫ ex pte dei ponit tria terribilia. ſcꝫ zelum ad puniendum. ſeueritatem pene ⁊ occultationē dantis legem. Zelus deſignatur Deutro. 4. Dñs deus tuus ignis conſumens eſt deus emulatoꝛ. Malach. 3. Ipſe eñ quaſi ignis conflans. Unde ipſe deus frequenter vocat ſe zelotē. quia crimen ſponſe non dimittit inultū. Exod. 20. Ego eñ ſum dñs deꝰ tuus foꝛtꝭ zelotes. ⁊. 34. Dñs zelotes nomē eiꝰ. ⁊ pꝛuer. 6. Zelꝰ ⁊ furoꝛ viri nō parcet in die vīdicte. Unñ dicitur hic. Non eñ acceſſiſtis ſicut illi ad tractabilē ⁊ acceſſibilem ignē. Ille eñ ignis vt dicitur Exod. 19. erat coꝛpoꝛalis ⁊ ideo palpabilis ⁊ ſenſibilis. et etiā in certo loco vt ad ipſum poſſet accedi. In noua autem lege datꝰ fuit ignis ſpiritusſancti. Actuū. 2. Sicut eñ iudeis. l. die ab egreſſu de egypto apparuit ignis emulationis. ita diſcipulis. l. die a die reſurrectionis ignis ſpiritusſancti nō palpabilis ſed mente perceptibilis Treñ. 1. De excelſo miſit in oſſibus meis ignē ⁊ erudiuit me. Iſte ignis infinitus eſt natura et loco Lucē eñ habitat inacceſſibilem 1. thi. 6. Et ideo non eſt acceſſibilis. ¶ Seueritas pene ſignificatur per turbinē que eſt ventus cū aqua Job. 9. In turbine conteret me. Uel poteſt referri ad temptationes. Lex eñ non refrenabat concupiſcentiā. qꝛ non dabat gratiam adiutriceꝫ ex opere operato. ſed tñ cohibebat actū. ⁊ ideo generabat turbinē tēptationū. ¶ Occultatio autē dantis legem ſignificatur per caliginē in qua figurabatur ꝙ ſtatus legis occultus erat. id eſt velatus. 2. coꝛ. 3. Uſqꝫ in hodiernuꝫ diē cuꝫ legitur moyſes velamē poſitum eſt ſuper coꝛ eoꝛum Sed in noua lege iſtō velamen ablatū eſt: in cuius ſignū in paſſione chꝛiſti velum templi ſciſſum eſt. quia nos reuelata facie gloꝛiā domini ſpeculamur. vbi ſupꝛa. Itē caligo illa ſignificabat diuinā excellentiā. Sicut eñ illō quod in caligine ē: clare videri non poteſt: ita lux excellens hebetat oculū ⁊ facit ipſum caligare qui lucē habitat inacceſſibilē. ¶ Deinde cū dicit: Et pꝛocellā ⁊c. Ponit terribilia quantum ad auditū que ſumuntur ex parte legis. In lege aūt tria erant valde terribilia. ſcꝫ magnitudo cōminationū. grauitas pꝛeceptoꝝ: ⁊ multiplicatio ipſoꝛum. Quantū ad pꝛimū dicit. Et pꝛocellā. que pꝛopꝛie eſt conturbatio maris. Large autē dicitur turbatio aeris cuꝫ turbine ⁊ pluuia. Unde ſignificat auſteritatē cōminationū que erāt in veteri lege Deutro. 29. ¶ Sonitus tube ſignificat grauitatē pꝛeceptoꝝ ad quoꝛum adimpletionē indicebatur homini quaſi bellū contra ſeipſum. ¶ Uox verboꝛum ſignificat multitudinē pꝛeceptoꝝ. Verboꝝ inq̄ dei ꝑ ſubiectam creaturā. ſcilicet per angelū Gal. 3. Oꝛdinata per angelos ⁊c. Deus eñ per angelos ibi loquebatur. q̄ omnia adeo terribilia fuerunt ꝙ illi qui vocē illā audierunt excuſauerunt ſe ne eis fieret verbū. Unō dicit̄ Exod. 20 Perterriti atqꝫ timoꝛe percuſſi fuerunt et ſteterunt pꝛocul dicentes moyſi: Loquere tu nobis ⁊ audiemus. nō loquat̄ nobis dominus ne moꝛiamur. Cām autē huiꝰ excuſatiōis ſubdit dicens: Quia non poterant verba dei poꝛtare. Unde non poꝛtabant. id eſt non ſuſtinebant qđ dicebatur Deutro. 5. Quid eſt omnis caro vt audiat vocem dei viuētis qui de medio ignis loquit̄: ſicut nos audiuimus et poſſit viuere. Tūc auteꝫ dicunt̄ non poꝛtari verba dei: quando vel intellectu non capiunt̄ vel excedunt affectum. ¶ Conſequenter ponit pene cōminationem dicens: Et ſi beſtia tetigerit montē lapidabit̄. Exo. 19. vbi dicitur: Omnis qui tetigerit montē moꝛte moꝛietur. Manus non tangēt euꝫ: ſed lapidibus oppꝛimetur aut confodietur iaculis. ſiue iumentum fuerit ſiue homo non viuet Apoſtolus autē ad maioꝛē terroꝛē nō facit mētionē hic niſi de iumentis que iubentur in lege occidi: ad oſtendendū grauitatē peccati. Tamen miſtice mons eſt altitudo miſterioꝛum diuinoꝛum. Beſtia vero eſt homo beſtialiter viuēs. pſ. Homo cū in honoꝛe eſſet nō intellexit cōparatꝰ eſt iumētis inſipiētibꝰ ⁊c. Hec beſtia duobꝰ modis tangit montē. Uno modo blaſphemādo. pſ. Poſuerunt in celū os ſuū Leui. 24. Educ blaſphemū extra caſtra et lapidet eū vniuerſus populus. Alio modo ingerēdo ſe indigne diuinis. pꝛuer. 25. Qui ꝑſcrutatoꝛ ē maieſtatis oppꝛimet̄ a gl̄ia. ¶ Ex his cōcludit qđ intēdit. ſ. ꝙ iſta valde terribilia erāt: qꝛ etiā nec iumentis ꝑcebat̄. Unñ dicit ꝙ ita terribile eſt qđ dicebat̄. in q̄ deſignat̄ dr̄a noui ⁊ veteris teſtamēti: qꝛ vetꝰ teſtamētū datum fuit in terroꝛe: vt coꝛda iudeoꝝ q̄ ꝓna erāt ad ydolatriā terrerētur. Nouū aūt datū eſt in amoꝛe Ro. 8. Nō eñ accepiſtꝭ ſpiritū ſeruitutis iteꝝ in timoꝛe. ſꝫ accepiſtis ſpūm adoptionis filioꝝ in quo clamamus abba pater. Unde ⁊ xp̄s nō terroꝛes in pꝛincipio pꝛedicationis ſue pꝛemiſit: ſed regnū celoꝝ ꝓmiſit Mat. 4. Penitētiā agite appꝛopinq̄bit eñ regnū celoꝝ. pꝛuer. vi. Lex clementie in lingua eius. ¶ Deinde cū dicit. Moyſes dixit ⁊c. agit de timoꝛe legiſlatoꝛis. ſcꝫ moyſi. Lex enim per moyſen data eſt. Joh. 1. Si ḡ ipē moyſes in legis datiōe territus fuit ita vt diceret vt dicit apl̄s hic. exterritus ſum. ſcꝫ interiꝰ et tremebundus exteriꝰ: qui fuit perfectiſſimus inter om̄es

ſignũ erat ꝙ ipſa lex terribilis erat etiã ipſis ꝑfect[is]: q[uia] nõ
dabat gratiã vt dictũ eſt: ſed tantũ oſtẽdebat culpã. Un-
de ipſa fuit graue iugum. de quo dicit Petrus Actuum
15. ꝙ hoc eſt iugũ quod nec nos nec patres noſtri porta-
re potuim⁹. Sed lex chriſti iugũ ſuaue eſt: qua charitas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũſanctũ: q̃ da
tus eſt nobis Ro. 5. ¶ Unõ ſciẽdũ eſt ꝙ iſta littera quã
ponit hic apoſtolus non eſt exod. 20. ſed forte accepit eã
apoſtolus Exod. 3. vbi in viſione rubi territus fuit ⁊ di-
xit: Non ſum eloquens ab heri et nudiuſterti⁹: Ex quo
dixit. vel facto ſaltem ⁊ ſi non verbo. Exterrit⁹ ſum ⁊ tre-
mebundus. Uel forte apoſtolus vtitur alia l[itte]ra quaꝫ nos
non habemus. Ex quo apparet ꝙ lex vetus fuit lex timo-
ris. ¶ Deinde ponit conditiones noui teſtamenti dicẽs
Sed acceſſiſtis ⁊c. Ubi oſtendit que nobis in ipſo ꝓpo-
nuntur. Et ſunt tria nobis promiſſa. ſcꝫ ſpes future glo-
rie. participatio eccleſie ⁊ familiaritas dei. ¶ Secũdum
oſtendit cuꝫ dicit. Et eccleſiam primitiuoꝝ ⁊c. Tertiuꝫ
ibi. Et iudicem omniũ deũ ⁊c. In celeſti autẽ gloria duo
ſunt que potiſſime bonos letificabunt. ſcꝫ fruitio deitatiſ
⁊ cõmunis ſanctoꝝ ſocietas. Nullius eñ boni poſſeſſio
iocunda eſt ſine ſocio. vt dicit Boecius 1. pš. Ecce q̃ bo-
nũ ⁊ q̃ iocundũ habitare fratres in vnũ. Fruitio autẽ in
duobus conſiſtit. ſcꝫ in viſione intellect⁹: ⁊ in delectatio-
ne affectus. Ut eñ dicit Auguſtin⁹. Fruimur cognitis
in quibus voluntas delectata conquieſcit. Propter vi-
ſionem eñ dicit Acceſſiſtis ad montẽ ſyon. Syon enim
ſignificat altitudinẽ diuine contemplatiõis Eſa. 33. Re-
ſpice ſyon ciuitatẽ ſolennitatis noſtre. Iocunditas ⁊ de-
lectatio affectus ſignificatur per hieruſalem ciuitatẽ ce-
leſtem dei viuentis. Ibi eñ erit viſio experimentalis pa
cis: quia nihil erit perturbãs: ſiue interius ſiue exterius
Unde dicitur ciuitas. id eſt ciuium vnitas. pš. Hieruſa-
lem que edificatur vt ciuitas. Itẽ Lauda hieruſalẽ dñm
lauda deũ tuũ ſyõ. Sequitur Qui poſuit fines tuos pa-
cem ⁊ adipe frumenti ſaciat te. Gal. 4. Illa que ſurſum
eſt hieruſalẽ libera eſt. Unde nihil vltra erit deſideran-
dum. Cañ. 8. Ex quo facta ſum corã eo quaſi pacẽ reperi-
ens. ¶ Cõplemẽtũ aũt ſanctoꝝ eſt cõmunis ſocietas: de
qua dicit. Multorum miliũ angeloꝝ frequentiam. id eſt
aſſiduitatem. quia ſemper ibi ſunt. Mat. 18. Angeli eo-
rum in celis ſemꝑ vident faciẽ patris mei qui in celis eſt
Q[uod] autẽ ſint multa milia patet Dañ. 7. Milia miliũ mi
niſtrabant ei. ⁊ decies centena milia aſſiſtebant ei. Iob
25. Nunquid eſt numerus militũ ei⁹ Apocalipſ. 5. Et
erat numerus eoꝝ milia miliũ Eſa. 22. Urbs frequẽs ci-
uitas exultans. Et eccleſiã primitiuoꝝ qui cõſcripti ſunt
in celis. Hec de participatione eccl[ia]e. Dicitur autẽ eccle-
ſia domus dei. 1. thi. 3. Primitiui ſancti ſunt apoſtoli q̃
primitus ⁊ abundantius dona gratie ꝑceperũt. ꝑ q̃s de-
riuata ſunt in poſteros Ro. 8. Non ſolũ auteꝫ illa: ſed et
noſipſi primitias ſpiritus habentes Ephe. 2. Superedi-
ficati ſuper fundamentũ apoſtoloꝝ et prophetaꝝ ⁊c. Si-
cut autẽ antiquitus apud romãos ſenatores qui aſſume-
bãtur ad magnas dignitates deſcribebant: quos prim⁹
pompilius in tabulis aureis ſcripſit: ⁊ dicebãtur patres
conſcripti. ita apoſtolus hic ad oſtendendum dignitateꝫ
apoſtolorum dicit ꝙ conſcripti ſunt in celis cui⁹ ſcriptu-
re liber eſt noticia quã deus apud ſe habet de ſaluandis
Unde ſicut ibi illud quod ſcribit non de facili a memoria
labitur: ita illi qui ibi per finalẽ iuſticiã ſcripti ſunt infal-
libiliter ſaluabunt. Et dicitur liber ille liber vite Lu. 10
Gaudete et exultate. quia nomĩa veſtra ſcripta ſunt in ce-
lis. ¶ Deinde cũ dicit. Et iudicẽ omnium ⁊c. Oſtendit
quomodo conſecuti ſumus dei familiaritatem. Et primo
familiaritatẽ patris q̃a dicit. Acceſſiſtis ad iudicẽ omni-
um deum patrẽ. ſcꝫ a quo eſt omnis auctoritas iudiciaria
in diuinis. Q[uod] eñ filius iudicet habet a patre. Geñ. 18.
Non eſt hoc tuũ qui iudicas omnẽ terrã. Illud autẽ qđ
dicit Ioh. 5. ꝙ pater oĩe iudiciũ dedit filio. intelligitur
q̃tũ ad corporalẽ preſentiam. q[uia] ſola ꝑſona filij appare-
bit in iudicio. Iſte autẽ acceſſus eſt ꝑ fidẽ ⁊ charitatem.
Ro. 5. Iuſtificati igit[ur] per fidẽ pacẽ habeam⁹ ad deũ per
dñm nr̃m ieſum xp̃m per quẽ acceſſum habem⁹ ꝑ fidem
in gratiã iſtã ⁊c. ¶ Secũdo familiaritatem ſpũſſcti cũ di-
cit. Et ſpiritũſanctũ iuſtoꝝ. Scđm glo. h[ic] eſt triplex l[itte]ra.
Una eſt melior q̃ habet in greco. ⁊ ſpũm iuſtoꝝ ꝑfectõruꝫ
id ẽ acceſſiſtis ad ſpũmſctm̃ q̃ fac[it] ꝑfectos in iuſticia Iob
31. Ut video ſpũs eſt in homib⁹. 1. coꝝ. 3. Neſcitis q[uia] tẽ-
plũ dei eſtis vos: ⁊ ſpũs dei habitat in vobis. Oĩs enim
iuſticia et ꝑfectio eſt a ſpũſancto. ¶ Alia l[itte]ra. Et ſpũum
iuſtoꝝ ꝑfectoꝝ Et eſt ſenſus. Acceſſiſtis ad deũ qui qui-
dẽ eſt iudex omniũ: ſed eſt quaſi hereditas ſpirituũ iuſto
rũ perfectoꝝ. Treñ. 3. Pars mea dñs dicit anima mea.
¶ Tertia littera eſt. Et ſpũs iuſtorũ ꝑfectoꝝ. id ẽ vt ha-
beam⁹ ſocietatẽ cũ ſpiritib⁹ ſctõꝝ q̃ ſunt iuſti ⁊ ꝑfcti. Sꝫ
prima melior eſt ⁊ planior. ¶ Tertio q̃tũ ad familiarita
tẽ filij dicit: Et teſtamenti noui mediator eſt. Quaſi di-
cat Acceſſiſtis ad chriſtũ qui eſt mediator illius noui pa
cti in quo nobis promittuntur ſpiritualia. Non ſic autẽ
moyſes. Unõ ſupra. 9. Ideo noui teſtamẽti eſt mediator
1. thi. 2. Mediator dei ⁊ hominũ homo xp̃s ieſus. Mo-
dus aũt iſti⁹ mediatiõis fuit effuſio ſanguis xp̃i. q[uia] vt di-
ctũ eſt. s̃. 9. Sine ſanguis effuſiõe nõ fit pctõꝝ remiſſio.
Et iđo dic̃. Acceſſiſtiſ ad aſꝑſionẽ ſanguis. s̃. 10. Aſꝑſi
corda a ꝯſciẽtia mala. s̃. 9. Si eñ ſanguis hyrcoꝝ ⁊ vi-
tuloꝝ ⁊ cinis vitule aſꝑſus inquinatos ſanctificat ⁊c. Et
loq[ui]t ap[osto]l[u]s ſcđm ritũ veteriſ legis. vbi poſt datiõꝫ veteriſ legiſ
ꝑplus aſꝑſus ẽ ſanguĩe q̃ erat figura ſãguis xp̃i q̃ fideles
mũdãdi erãt. ¶ Seq[ui]t Meli⁹ loq̃ntiſ q̃ abel. Effuſio ei⁹ ſã
guinis xp̃i figurata fuit in effuſiõe ſanguinis omnium iu
ſtorũ qui fuerũt ab origine mundi Apoc. 13. Agni q̃ oc-
ciſus eſt ab origine mundi. id eſt occidi preuiſus. Et iđo
effuſio ſanguinis Abel ſignuꝫ fuit iſtius effuſionis. Sed
xp̃i ſanguis meli⁹ loquitur q̃ ſanguis abel. quia iſte cla-
mat vindictã. ſed ſanguis xp̃i ibi clamat veniã Luc. 23.
Pater ignoſce eis. Eſa. 53. Pro tranſgreſſoribus ora-
uit Matth. 26. Hic eſt ſanguis noui teſtamenti: qui pro
multis effundet in remiſſionẽ peccatoꝝ. Uel meli⁹ loq̃n
tẽ. id eſt melius loqui facientẽ. q[uia] ſanguis iſte facit nos
loqui xp̃m veꝝ deũ iuſtificantẽ.

## Lectio quinta.

Videte ne recuſetis loquẽtẽ. Si eñ
illi nõ effugerũt recuſantes eũ q̃ ſu-
per terrã loquebatur: multomagis
nos qui de celis loquentẽ nobis auertimus
cuius vox mouit terrã tunc: nunc autem re-
promittit dicens: Adhuc ſemel ⁊ ego moue
bo non ſolũ terrã ſed et celuꝫ. Q[uod] auteꝫ ad-
huc ſemel dicit: declarat mobilium tranſlati
onem tanq̃ factorum. vt maneant ea q̃ ſunt
imobilia. Itaq[ue] regnũ imobile ſuſcipientes
habemus gratiã per quã ſeruiamus placẽ-
tes deo cũ metu ⁊ reuerentia. etenĩ deus no
ſter ignis conſumens eſt.

Supra poſuit aplš conditionē vtriuſq; teſtamēti: hic ex
hoc arguit. ⁊ circa hoc facit duo. Primo em̄ arguit. Se
cūdo inducit cōcluſionē principaliter intentā. ibi. Itaq;
regnū īmobile ⁊c. Circa primū duo facit Primo em̄ pre
mittit intentionē ſuā. Secūdo arguit ad ꝓpoſitū ibi. Si
em̄ illi ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū eſt ꝙ ſanguis xp̄i meli⁹
loquit̄ ꝙ̄ ſanguis abel. Videte ergo ne recuſetis vel cō-
ḋenetis loquentē. i. qꝺ loquit̄ implere. Duo aūt nobis
loquit̄ ſanguis xp̄i. Primo em̄ loquit̄ nobis cōmemorā-
do ſuū beneficiū quo dat̄ nobis remiſſio peccatoꝝ. Qui
ergo iteꝝ peccat loquentē ꝯtemnit. Item loquit̄ exhor-
tās ad imitandū. 1ᵉ. petri. 2. Xp̄s paſſus eſt ꝑ nobis: vo
bis relinquēs exemplū vt ſequamī veſtigia eius. Qui ꝗ̄
nō tollit crucē ſuā ad ip̄m ſequendū recuſat loquētē. ps.
Hodie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare corda vr̄a.
Mat. 17. Hic eſt filius meus dilectus in q̄ mihi bene cō-
placui ip̄m audite. ¶ Deinde cū dicit. Si em̄ illi ⁊c. ar-
guit cōparādo locutionē veteris teſtamēti ad locutionē
noui teſti Et hoc q̄tū ad duo. ſ. q̄tū ad monitionē loquē-
di ⁊ quantū ad efficaciā locutiōis Mod⁹ loquēdi q꞉ ille
loquebat̄ ſuper terrā: hic aūt eſt de celo. Unde dicit. Si
illi. ſ. antiqui patres recuſantes eū qui loquebat̄ ſuꝑ ter-
rā. ſ. xp̄m. Eſa. 52. Ego ip̄e qui loquebar ecce aſſum. ſ.
per angelos vel ꝓphetas. Supra. 1. Multipharie mul
tiſq; modis olim deus loquēs patrib⁹ in ꝓphetis. Vel
eū. 1. angelū per quē lex data eſt moyſi. Gal. 3. Ordina-
ta per angelos. s. 2°. Si em̄ qui per angelos dictus eſt
ſermo factus eſt firmus ⁊c. Act. 7. Hic eſt moyſes q̄ fuit
in eccleſia in ſolitudine cū angelo qui loquebat̄ ei in mō
te ſynai ⁊c. ¶ Non effugerunt ſcꝫ vltionē diuine legis.
Job. 11. Effugiū peribit ab eis. Supra. 2. Omnis preuari
catio ⁊ inobediētia accepit iuſtā mercedis retributionē.
¶ Sequit̄ cōcluſio per locū a minori. Si illi qui recuſa-
uerūt loquentē de terra non effugerūt: multomagis nos
qui aduertimus loquentē de celo nō debemus recuſare
quia ſcꝫ min⁹ poſſemus effugere. Ille em̄ qui nobis lo-
quit̄ in nouo teſtamēto xp̄us ſcꝫ iam eſt in celis. Math.
vlti°. Dn̄s quidē ieſus poſtq̄ locutus eſt eis aſſumptus
eſt in celū. Deutro. 4. De celo audire te fecit vocē ſuaꝫ
vt doceret te. Doctrina ergo veteris teſtamēti eſt doctri
na xp̄i loquētis de terra ꝓpter duo. Primo quia ibi ſub
figura terrenoꝝ tradunt̄ celeſtia. Item ibi ꝓmittebant̄
terrena: ſed doctrina noui teſtamēti eſt xp̄i loquentis de
celo: quia terrena cōuertim⁹ in ſignificationē celeſtiuꝫ ꝑ
intellectū miſticū. Item in ip̄o ꝓmittunt̄ celeſtia. Mat.
10. Ecce em̄ merces veſtra copioſa eſt in celis. Joh. 3°.
Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis quomō ſi dixero vo-
bis celeſtia credetis. ¶ Conſequēter cōparat ad inuiceꝫ
vtrūq; teſtamentū quantū ad efficatiā locutōis. Et de ef
ficacia quidē locutiōis veteris teſtimēti dicit. Cui⁹ vox
mouet terrā tūc id eſt fecit cōmotionē in terra multiplici
ter quia per ſigna in egypto per diuiſionē maris. per mo
tū terre in deſerto. ps. Terra mota eſt ⁊ em̄ celi diſtilla-
uerūt ⁊c. In quo ſignificat̄ ꝙ tota illa locutio cōmoue-
bat corda ꝑ terrena ꝓmiſſa. ¶ Deinde cū dicit. Nūc au-
tē repromittit ⁊c. ſubiūgit quantū ad efficaciā noui teſta
ſtamēti. Et ꝓbat eam per auctoritatē ꝓphete. ⁊ poſt ex-
ponit eā ibi. Quod autē dixit ⁊c. Auctoritas illa ponit̄
aggei. 2. Non tamē ſcđm litterā noſtrā. Nos em̄ ſic ha-
bemus. Adhuc vnū modicū eſt ⁊ ego mouebo ⁊c. Apo-
ſtolus autē accipit ſic. Adhuc ſemel ⁊ ego mouebo nō ſo-
lum terrā ſed etiā celum. Et eſt ſenſus idē. Et manifeſtū
eſt ꝙ iſta prolata fuerūt tempore veteris teſtamēti circa
finem eius. ſcꝫ poſt reditū tranſmigratiōis eius quo tem
pore nihil reſtabat de veteri teſtamēto. Ergo manifeſtū
eſt ꝙ illud qꝺ promittebat̄ erat in īplendū in nouo teſta-
mēto ſcꝫ nouū celū ⁊ noua terra. Eſa. 65. Ecce ego creo
nouos celos ⁊ terram nouā. Que quidē creatio oſtenſa
eſt in ſpiritu iohāni. Apoc. 21. Et vidi celū nouū ⁊ terrā
nouā. In illa em̄ innouatiōe mouebunt̄ celi. Poteſt aūt
celū dupliciter accipi. Uno modo celū aereū ⁊ iſtud igne
vltime flagratiōis purgabit̄ vt ſupra dictū eſt. 10. capi.
Alio modo celū ſidereū. Et iſtud nō purgabit̄ ſed muta-
bit̄ quantū ad nouū ſtatū quia ceſſabit a motu ⁊ augebit̄
claritas partiū eius. quia lux lune erit vt lux ſolis. ⁊ lux
ſolis ſeptēpliciter. vt dicit̄ Eſaie. 30. Dicit ergo. Nunc
autē id eſt per nouū teſtamentū repromittit dicens: Ad-
huc ſemel ⁊ ego nō ſolū mouebo terrā: ſed etiam celum.
¶ Conſequēter cū dicit. Quod autē dixit ⁊c. exponit verba
prophetie ⁊ facit magnā vim in hoc ꝙ dicit. Adhuc ſe-
mel. Quod em̄ dicit adhuc. oñdit ꝙ mobilia ſūt. Sed ꝙ di
cit ſemel. oſtendit ꝙ a ſtatu mobilitatis ⁊ corruptibilita
tis mutāda ſīt ad ſtatū incorruptiōis ⁊ īmutabilitatiſ. Si
em̄ poſt motionē illam remanerēt in ſtatu mutatiōis nō
diceret ſemel ſed iterū ⁊ iterū. qꝺ eſt contra origenē qui
voluit ꝙ mundus in infinitū renouabit̄ ac recuperabit̄.
Dicit ergo. Quod autē dixit. Adhuc ſemel declarat trāſla-
tionē mobiliū ad ſtatū. ſcꝫ īmobilitatis. Et quaſi aliquis
quereret vtrū deus hoc poſſit facere ſubdit. Tanq̄ fa-
ctoꝝ. Omnia em̄ facta diuine poteſtati ſubijciunt̄. Unde
ſicut ex nihilo fecit ea deus: ita poteſt ea ꝓ ſue volūtatis
arbitrio īmutare. Et hoc vt maneāt ea que ſunt immobi
lia. id eſt quantū ad eſſentias ſuas principales remane-
ant īmobilia: ſed quantū ad aliquas accidētales diſpo-
ſitiōes mutabunt̄. ps. Et ſicut opertoriū mutabis eos et
mutabunt̄ ⁊c. Que ſupra. 1°. ſūt expoſita. Ex his patet
ꝙ iſta in veteri teſtamēto ⁊ ſi mouebant̄ non tamē ad ſta
tū incorruptiōis ⁊ īmutabilitatis: ſed hoc fit tantū in no
uo in ſignū ꝙ promiſſa veteris teſtamēti erāt mutabilia
non autē noui. ¶ Deinde cū dicit. Itaq; regnū īmobile
⁊c. ponit ꝯcluſionē principaliter intentā. poſtq̄ em̄ mul
tipliciter cōmendauit gratiā ⁊ beneficia per xp̄m nobis
collata ⁊ cōferenda principaliter intendit nos inducere
ad ſeruiendū ei. Et hoc cōcludit ꝙ exquo nobis in nouo
teſtamēto promittunt̄ bona īmobilia. debemus xp̄o qui
repromittit ſeruire in timore ⁊ reuerētia. Et hec eſt con
cluſio principalis vnde primo reſumit beneficiū exhibi-
tum dicens: Itaq; exquo. ſcilicꝫ deus nobis repromit-
tit celū et terrā immobilia per que deſignantur bona fu-
tura immobilia ⁊ ſempiterna habemus. id eſt reddim⁹
gratiā. id eſt gratiarūactionē. 2ᵉ. corint. 9. Gratias ago
deo ſuper inenarrabili dono eius. Et hoc ſuſcipiētes. id
eſt quia ſuſcipimus ⁊ ſi nō in re tamē in ſpe ꝓmiſſionis
regnū immobile. ps. Regnū tuū regnū omniū ſeculoꝝ.
Luce. 1. Regni eius nō erit finis. Uel per gratiā intelli
git̄ donū gratie qꝺ in preſenti recipimus tanq̄ pignus
eterne glorie. Et ideo dicit. Itaq; ſuſcipiētes regnū im-
mobile. id eſt future glorie qꝺ nobis promittit̄. Luc. 12
Nolite timere puſillus grex: quia cōplacuit patri veſtro
dare vobis regnuꝫ. Quod em̄ ſperamus habemus. ſcꝫ
gratiā quā tanq̄ quoddā glorie inchoatiuū accipimus.
Sicut em̄ natura nō deficit in neceſſarijs: multo minus
deus. Et ideo dat nobis ſpeꝫ illius regni. ⁊ per ꝯſequēs
gratiā per quā ꝑueniam⁹. Rom̄. 5°. Acceſſum habem⁹
per fidem in gratiā. ps. Gratiā ⁊ gloriā dabit dominus
¶ Sequit̄. Per quā ſeruiamus placētes deo cū metu ⁊
reuerētia. vbi inducit ad obſequiū vt a nobis requiſitū.
Dictat em̄ ratio naturalis ꝙ ei a quo multa beneficia re
cipimus obligamur ad reuerentiā ⁊ ad honorē exhiben
dum. Ergo multo fortius deo qui nobis maxima dona-
uit ⁊ infinita repromiſit. Et ideo dicit ꝙ per iſtā gratiaꝫ
ſcꝫ nobis datā ⁊ dandā ſeruiamus deo placētes cum me

tu ⁊ reuerẽtia. Non eñ ſufficit tantũ ſeruire deo quod
poteſt fieri per actionẽ exteriorem niſi etiã placeamus ei
per intentionẽ rectã ⁊ per amorẽ. Sapieñ. 4°. Placẽs
deo factus eſt dilectus. p̄s. Placebo domino in regione
viuoꝝ. Maxime autẽ ſeruit deo per obſequiũ interius.
p̄s. ⁊ Luc. 1. Seruiamus illi in ſanctitate ⁊ iuſticia. De
us autẽ propter creationẽ dicit dominus. ꝓpter regene
rationẽ vero pater. Domino autez debet timor: ſed patri
amor ⁊ reuerẽtia. Malach. 1. Filius honorat patrẽ ⁊ ſer
uus dominũ ſuũ timebit. Si ergo pater ego ſum vbi eſt
honor meus. Et ſi dominꝰ ego ſum. vbi timor meus. Er
go deo ſeruiendũ eſt cum metu ⁊ reuerẽtia. p̄s. Seruite
domino in timore ⁊ exultate ei cũ tremore. ¶ Q autẽ ita
debeamus ſeruire deo. ꝓbat per auctoritatẽ ſumptam:
Deutro. 4. Etenĩ deus noſter ignis ↄſumens eſt. Hoc
autẽ ꝙ deus dicit ignis non dicit hoc ſcd̃m dyoniſiũ ꝙ
ſit aliqđ corporeũ: ſed quia intelligibilia deſignant per
ſenſibilia inter que ignẽ reperimus habere maiorẽ nobi
litatẽ ⁊ maiorẽ claritatẽ. Item maiorẽ actiuitatẽ. Item
maiorẽ altitudinẽ in ſitu. Item eſt magis purgatiuus ⁊
cõſumptiuus. ideo deus precipue nominat ignis ꝓpter
eius claritatẽ quia lucẽ habitat inacceſſibilẽ. 1ᵉ. thymo.
6. Item quia maxie actiuus Eſaie. 26. Omia opera no
ſtra operatus es in nobis. Item altior eſt in ſitu. p̄s. Ex
celſus ſuper om̃es gentes dñs ⁊c. Item purgat pecca-
ta ⁊ quaſi cõſumit. Unde dicit hic ꝙ eſt ignis cõſumens
ſcʒ peccata. Malach. 3°. Ipſe eñ quaſi ignis cõflans.
Et ſequit. Et purgabit filios leui. Supra. 1. Purgatio
nẽ peccatoꝝ faciens. Item cõſumit peccatores puniẽdo
Supra. 10. Terribilis aũt quedam expectatio ⁊ ignis
emulatio que cõſumptura eſt aduerſarios. Et ideo quia
iſta nobis ꝓmiſſa ſunt. Eſa. 10. Erit lumẽ iſrael in igne
⁊ ſanctꝰ eius in flãma. p̄s. Ignis ante ip̄m precedet ⁊ in
flãmabit in circuitu inimicos eius. Et ideo debemꝰ ſtu-
dere ad ſeruiendũ ⁊ placendũ deo.

## Capitulũ tredecimũ.

Charitas fraternitatis maneat in
vobis: et hoſpitalitatem nolite
obliuiſci. Per hanc enim placue
runt quidam angelis hoſpitio re
ceptis. Mementote vinctorum tanꝗ̃ ſimul
vincti: ⁊ laborantium tanꝗ̃ ⁊ ipſi in corpo-
re morantes. Honorabile connubiuʒ in om-
nibus: ⁊ thorus immaculatus. Fornicato-
res enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint
mores ſine auaritia: contenti preſentibus.
Ipſe enim dixit. Non te deſeram neqʒ dere
linquam ita vt confidenter dicamus: Domi
nus mihi adiutor eſt: non timebo quid fa-
ciet mihi homo. Mementote prepoſitoruʒ
veſtrorum qui vobis locuti ſunt verbũ dei
quoꝝ intuẽtes exitũ cõuerſatiõis imitami
fidẽ. Jeſus xp̄s heri ⁊ hodie ip̄e ⁊ in ſecl̃a.

Poſtꝗ̃ ſupra monuit eos apoſtolus qualiter ſe debent
habere ad perferẽda mala: hic monet quomõ ſe debeant
habere ad operandũ bona. Unde ſcd̃m glo. ab iſto loco
incipit moralis inſtructio poſt cõmendationẽ ⁊ exhorta
tionẽ ad imitandũ ip̄m. Et circa hoc duo facit. Primo
enim hortat ip̄os ad bonũ. Secũdo orat pro eis ibi. De
us autem pacis ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo enim
oſtendit quomõ debent bonũ operari quantũ ad proxi-
mos. Secũdo quantũ ad ſeip̄os. ibi. Honorabile cõnu-
biũ ⁊c. Tertio quantũ ad prelatos ibi. Mementote pre-
poſitoꝝ veſtroꝝ ⁊c. Dicit ergo quantũ ad primũ ſic. Di-
ctum eſt ꝙ ꝓmiſſuʒ eſt nobis regnũ immobile. ad quod
ſi volumus peruenire neceſſe eſt nos charitatẽ habere.
Ergo charitas fraternitatis maneat in vobis. 1ᵉ. Johã.
4°. Qui non diligit fratrẽ ſuũ quem videt: deũ quem
nõ videt quomõ poteſt diligere: Item. 1ᵉ. petri. 2. Om
nes inuicem honorate: fraternitatẽ diligite. Quia vero
charitas nõ eſt ocioſa vt dicit Gregoriꝰ. ideo hortat ad
opera charitatis. 1ᵉ. Joh. 3°. Non diligamꝰ verbo neqʒ
lingua ſed opere ⁊ veritate. Ideo dicit ꝙ debemꝰ oſten
dere charitatẽ peregrinis per hoſpitalitatẽ. vinctis per
compaſſionẽ. pauperibus per ſubuentionẽ Et primũ po
nit ibi. Et hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci ⁊c. Secundũ ibi
Mementote vinctoꝝ ⁊c. Tertiũ ibi. Et laborantiũ ⁊c.
Dicit ergo quantũ ad primũ. Nolite obliuiſci hoſpitali
tatis. Et dicit obliuiſci: quia iſti aliquãdo in ꝓſperitate
ſua multũ fuerãt hoſpitales. Sed modo depaupati erãt
⁊ ideo nõ ita bene poterant. Tamẽ animat eos ad cõti-
nuandũ ſcd̃m poſſibilitatẽ ſuam. Rom. 12. Hoſpitalita-
tem ſectãtes. Et ſpecialiter facit mentionẽ de hoſpitali-
tate quia qui peregrinos recipit tria opera miſericordie
ſimul implet. quia ⁊ recipit ⁊ cibat ⁊ potat. 1ᵉ. Job. 4°.
Hoſpitales inuicẽ ſine murmuratiõe. Et ſubdit rationẽ
quia per hãc multi placuerũt angelis hoſpitio receptis
ſicut patet de abraã ⁊ loth. Geñ. 19°. Alia littera habet
Per hãc quaſi neſcientes receperũt angelos. quia non
credebãt eos eſſe angelos. quod verũ eſt in principio vn
de ꝙ abraam adorauit eos putauit ꝙ eſſent viri ſancti a
deo miſſi ⁊ adorauit eos adoratiõe dulie que exhibet ſan
ctis. ⁊ quaſi hominibꝰ cibos obtulit. Sed poſtmodũ in-
tellexit eos angelos in quibus deus loquebat. Et locu-
tus eſt eis ſicut deo dicens. Non eſt hoc tuũ qui iudicas
oẽm terrã. ⁊ ſimiliter loth. ¶ Quantũ ad ſecundũ dicit.
Mementote vinctoꝝ illoꝝ. ſcʒ qui propter deũ miſſi ſunt
in carcerẽ. mementote viſitãdo redimendo tanꝗ̃ eſſetis
ſimul corporaliter cũ eis vincti. Hoc eñ eſt aliud opus
miſericordie. Math. 25°. In carcere eram ⁊ veniſtis ad
me. Contra qđ Eſa. 14. dicit Uinctis eius nõ apperuit
carcerẽ. Hoc ip̄i aliquando fecerũt ſicut patet ſupra. 10.
Specialiter aũt hoc pertinet ad opus miſericordie: alie
nam miſeriã ſuam reputare. ¶ Quantũ ad tertiũ dicit.
Et laborantiũ ſiue labore corporali. p̄s. Labores manu
um tuarũ quia manducabis ſine ſollicitudine ſpirituali.
2ᵉ. tymothei. 2°. Laborantẽ agricolã oportet primũ de
fructibus percipere. Siue in malis ſuſtinẽdis. Eccl̃. 1°.
Et cognoui ꝙ in his quoqʒ eſſet labor ⁊ afflictio ſpiritꝰ.
Breuiter tota preſens vita labor quidã eſt. Job. 5. Ho-
mo ad laborẽ naſcit ⁊ auis ad volatũ. Supple memẽto-
te tanquã ⁊ ip̄i in corpore morãtes. Per quod experti
eſtis qđ neceſſe ſit laborãtibus. Eccl̃. 31°. Intellige que
ſunt ꝓximi tui ex teip̄o. Math. 7. Omia quecũqʒ vul-
tis vt faciãt vobis homĩes eadẽ ⁊ vos facite illis. ¶ De
inde cũ dicit. Honorabile connubiũ ⁊c. monet bona face
re quantũ ad ſeip̄m. Et circa hoc duo facit. Primo eñ
ponit monitionẽ contra cõcupiſcentias carnalium dele-
ctationũ. Secũdo contra cupiditatẽ reruʒ exterioꝝ. ibi.
Sint mores ſine auaritia ⁊c. Primo ergo põit monitio
nẽ dicens: Honorabile ⁊c. Circa qđ ſciendũ eſt ꝙ circa
venerea dupliciter cõtingit peccatũ. Uno mõ per illici-
tam coniunctionẽ ſoluti cum ſoluta. ⁊ ꝗ̃tum ad hoc di-
cit: Honorabile cõnubium ſupple ſit in omnibꝰ ꝗ̃ conti-
nere nolũt nõ ↄiunctio fornicatoria. Et dicit honorabi
le quãdo fit ſm̃ debitas circumſtantias matrimonij. Ex

quo patet ꝙ actus matrimonialis poteſt eſſe ſine peccato. quod eſt cōtra hereticos. 1. Corin. 7. Si nupſerit virgo non peccauit. Unde dominus ad oſtendendum bonū eſſe actum matrimonij: Primum ſignum fecit in nuptiis ⁊ matramonium nobilitauit preſentia ſua corporali et naſci voluit de coniugata. Alio modo per violentiā thori maritalis quando ſcꝫ vir accedit ad alterius vxorem: vel mulier ad alterius viruꝫ. Et quantū ad hoc dicit. Et thorus immaculatꝰ. Et Sap. 14. Neqꝫ vitam neqꝫ nuptias mundas iam cuſtodiunt. ſed alius alium ꝑ inuidiam occidit aut adulterans contriſtat. Item capitulo tertio. Felix ſterilis ⁊ incoinquinata. ⁊ que neſciuit thorum in delicto. habebit fructum in reſpectione animarū ſanctaꝝ. ¶ Subdit autē apoſtolus rationē dicens: Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. In quo elidit errorem aliquorum dicentium ꝙ deus peccata carnalia non punit nec curat. Ephe. 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. ꝓpter hec enim ſcꝫ propter peccata carnalia que premiſerat venit ira dei in filios diffidentie. Ideo dicit hic ꝙ fornicatores propter hoc ꝙ dixit honorabile cōnubium ⁊ adulteros ꝓpter hoc ꝙ dixit thorus immaculatus deus iudicabit id eſt cōdemnabit. Ephe. 5. Om̄is fornicator aut immundus aut auarus quod eſt idoloruꝫ ſeruitus nō habet partem in regno dei ⁊ xp̄i. ¶ Deinde cū dicit. Sint mores ⁊c. ꝓhibet cupiditatē bonoruꝫ exteriorum: circa que contingit peccare duobus modis. Uno em̄ modo per tenacitatem. Alio modo ꝑ cupiditatem. Liberalitas em̄ eſt virtus que ponit medium circa pecunias q̄tū ad dationē ⁊ q̄ntuꝫ ad acceptionē. Quantum ad primum ſcꝫ contra tenacitateꝫ dicit. Sint mores ſine auaritia. Auarus em̄ dicit̄ nimis tenax quaſi auidꝰ eris. Unde Ecc̄. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Quantū ad ſecundum dicit. Contenti preſentibus. Illi qui ſemꝑ his que habent volunt alia cumulare non ſunt contenti preſentibꝰ. 1. Timo. 6. Habentes alimēta ⁊ quibꝰ tegamur: his contenti ſimus. Uel qḋ dicitur. Sint mores ſine auaritia. ꝓhibet auaritiam q̄tum ad cupiditatē ⁊ tenacitatem. Cum vero dicit. contenti preſentibus. excludit cauſam auaritie ſcꝫ ſollicitudinē. Matth. 6. Nolite ſolliciti eſſe ⁊c. Non enim ꝓhibet ꝙ homo non ſollicitetur de rebus in poſterum neceſſarijs. ſed ꝙ cura ⁊ ſollicitudo non preoccupet mentem. Sic em̄ qui preoccupat futurā ſollicitudinē ſollicitus eſt in craſtinū. ¶ Deinde cum dicit. Ipſe enim dixit ⁊c. ponit monitionis rationē. Et eſt ratio quare nō debemus ſuꝑflue eſſe ſolliciti. ſed tamen facere qḋ in nobis eſt ſcꝫ cū fiducia diuini auxilij. Ipſe enim dixit Joſue. 1. Non te deſeram id eſt q̄n miniſtrē tibi neceſſaria. neqꝫ derelīquā ſcꝫ fame ꝑire. pſ̄. Non vidi iuſtum derelictum nec ſemen eius querēs panem. Uel nō derelinquā quin liberem te a malis. Et ex hoc cauſat̄ fiducia in corde. ita vt confidenter dicamꝰ Eſa. 12. Fiducialiter agā ⁊ nō timebo. ⁊ ꝙ dicamꝰ illud pſ̄. Dn̄s mihi adiutor eſt nō timebo quid faciat mihi homo. Adiutor inq̄tum a malis liberat. pſ̄. Adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Et ideo non timebo quid faciat mihi homo id eſt aduerſarius quicūqꝫ carnalis Eſa. 51. Quis tu vt timeas ab hom̄ie mortali. Uel diabolus qui dicit̄ homo ab homine victus ſicut ſcipio affricanus. Matth. 13. Inimicus hō hoc fecit. ¶ Deinde cū dicit. Mementote prepoſitoꝝ ⁊c. oſtendit quomodo debent bonū operari q̄tum ad prelatos. Et circa hoc facit duo. Primo em̄ oſtendit quō ſe debēt habere ad mortuos. ſcꝫ vt eorū ſequant̄ exempla. Secūdo quomō ad viuentes vt eis obediant ibi. Obedite prepoſitis veſtris ⁊c. Quantū ad primū duo facit. Prio em̄ ōndit quomō bonorum doctrinā imitent̄. Secundo quō malorum doctrinam deuitent ibi. Doctrinis varijs ⁊c. Dicit ergo. Mementote prepoſitoꝝ veſtrorū qui vobis locuti ſunt verbuꝫ dei id eſt apoſtoloꝝ qui vobis predicauerūt Eſa. 51. Attendite ad abraā p̄rem v̄r̄m ⁊c. Non ſolū aūt p̄dicauerūt verbo: ſed etiā facto oſtenderūt. Matth. vlt. Sermonē confirmante ſeq̄ntibꝰ ſignis. Nō ſolū mementote verboꝝ: ſed etiā intuemini exituꝫ. 1. Mach. 2. Mementote operū patrū q̄ fecerūt ī generationibꝰ ſuis ⁊ accipietis gloriā magnā ⁊c Jac. 5. Exemplū accipite fratres mei mali exitus ⁊ longanimitatis ⁊ laboris et patientie ꝓphetas q̄ locuti ſunt in noīe dn̄i ⁊c. Sed non ſolū hoc imitemini ſcꝫ exitum vt ſcꝫ ꝓ xp̄o ſapiēter ſuſtineatis: ſꝫ etiam conuerſationē. ad bonā em̄ mortem venitur ꝑ bonam conuerſationē. Imitamini etiā fidē illoꝝ: vt ab illa non declinetis. ¶ Sequit̄. Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſecula. ſcḋm gloſam ſic introducitur littera iſta. Ipſe enim ſupra dixerat quod ſcilicet dictum eſt Joſue. Non te deſerā neqꝫ derelinquā. poterant iſti dicere. Ille cui hoc dictū eſt bene debebat confidere de dei adiutorio. Nos autem non ſic quibus non eſt dictum. Hoc remouet apoſtolus dicens ꝙ chriſtus q̄ hoc tunc dixit Joſue manet ineternum. Et ideo ſicut tūc potuit ipſum iuuare. ita poteſt modo auxiliari nobis. Ideo dicit. Jeſus chriſtus heri ⁊ hodie ⁊c. Uel poteſt referri ad immediate dictum. Jam enim dixerat ꝙ deberent imitari apoſtolos. Poterant dicere ꝙ non eſt ſimile q꞉ illi immediate inſtructi fuerunt a chriſto ⁊ ſeruierūt ſibi. nos autē nō ſic Et iḋ dicit apl̄s ꝙ chriſtus manet. ⁊ ideo inſtruit nos ad ſeruiendum ſibi. Unde dicit. Ipſe chriſtus heri ſcilicet in tempore primitiuorum apoſtolorum. et hodie ſcilicet in tempore iſto ipſe ⁊ in ſecula Matth. vltimo. Ecce ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad conſumationem ſeculi. Apoc. 1. Dicit dominus deus qui erat ⁊ qui eſt ⁊ qui venturus ē omnipotens. pſ̄. Tu autē idem ipſe es ⁊ anni tui non deficient. In hoc ergo oſtendit apoſtolus eternitatē xp̄i

## Lectio ſecunda

Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. Optimū eſt em̄ gr̄a ſtabilire cor: non eſcis que nō profuerunt ambulantibus in eis: Habemus altare: de quo edere non habent poteſtatē qui tabernaculo deſeruiunt. Quoruꝫ enim animaliū infertur ſanguis ꝓ peccato in ſancta ꝑ pontificē: hoꝝ corꝑa cremant̄ extra caſtra. Propter qḋ ⁊ ieſus vt ſctificaret ꝑ ſuū ſanguinē ꝑl̄m ex̄ portā paſſus eſt. Exeamꝰ igit̄ ad eū extra caſtra: improꝑiū eiꝰ portātes. Nō em̄ habemꝰ hic manentē ciuitatē ſꝫ futurā inq̄rimꝰ. Per ip̄m ġ offeramꝰ hoſtiā laudis ſꝑ deo id ē fructū labioꝝ ꝯfitentiū noī eiꝰ. Bn̄ficentie aūt ⁊ communionis nolite obliuiſci. Talibꝰ em̄ hoſtijs ꝓmeret̄ deus.

Supra monuit apl̄s ad imitandū exempla ⁊ conuerſationem eorum qui deceſſerunt: hic monet ad inſiſtendum doctrine eoruꝫ. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ ponit monitionē ſuam. Secūdo aſſignat rationē ibi. Habemꝰ altare ⁊c. Iterum p̄ma in duas. Primo enim ponit monitioneꝫ ſuam in generali. Secundo exemplificat ipſam ibi. Optimū eſt em̄ gratia ⁊c. Dicit ergo. Nolite abduci varijs ⁊ peregrinis doctrinis. quaſi dicat. Ita dixi ꝙ debetis imitari fidē aplo̅rū. Ergo a doctrina ipſoꝝ ꝑ quācūqꝫ aliam doctrinaꝫ nolite abduci id eſt remoueri. Ubi

ſciendum eſt ꝙ cum veritas conſiſtat in medio cuius eſt
vnitas. ⁊ ideo vni vero multa falſa opponi poſſunt ſicut
vni medio multa extrema. Doctrina ergo fidei vna eſt q̄ꝛ
a puncto in punctū non conuenit ducere niſi vnam rectā
lineam. Omnes alie doctrine multe ſunt: q̄ꝛ a recto mul-
tis modis cōtingit deuiare. Et ideo dicit. Doctrinis va-
rijs id eſt diuiſis Oſee. 10. Diuiſum eſt coꝛ eoꝛum nunc
interibunt. Hee ſunt ille doctrine de quibus .1. Ti. 4.
Doctrinis demonioꝝ in ypocriſi loquentiū mendaciū.
Item ſunt peregrine ſcʒ a fide catholica. a nobis aūt ta-
les doctrine nō ſunt ſuſtinende. q̄ꝛ non ſumus hoſpites
⁊ aduene: ſʒ ſumꝰ ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei Eph. 2
¶ Deinde cum dicit. Optimum eſt eñi gratia ⁊c. exem-
plificat in ſpeciali que ſunt varie et peregrine doctrine.
Unde ſciendum eſt ꝙ in ꝓmitiua eccleſia fuit vnus erroꝛ
ꝙ ad ſalutē neceſſaria erat obſeruantia legaliū que pre-
cipue conſiſtebat in quibuſdā cibis ſumendis: puta agni
paſchalis. Exo. 12. Et in abſtinendo a quibuſdaʒ cibis.
ſicut patet Leuit. 11. et in alijs multis locis. Alius er-
roꝛ fuit ꝙ paſſim licebat vti delectationibꝰ coꝛpoꝛalibꝰ:
Et iſte fuit erroꝛ nicolaitarum. Et de vtroqʒ poſſunt hec
verba exponi. ſed magis ꝓprie de ꝓmo. Dicit ergo. No-
lite abduci a veritate fidei ꝑ varias ⁊ peregrinas doctri-
nas. 2. Theſſal. 2. Non cito moueamini a ſenſu veſtro.
Gal. 1. Miroꝛ ꝙ ſic tam cito trāſferimini ab eo q̄ vos vo-
cauit in gratiā xp̄i in aliud euangeliū. Deus eñi a nobis
requirit coꝛ. ꝓuer. 23. Prebe fili mi coꝛ tuū mihi. Et iō
debet eſſe firmū ⁊ ſtabile. Contra quod dicit in pſ̄. Coꝛ
meum dereliquit me. Hoc autē non ſtabilit eſcis coꝛpo-
ralibus: ſed ꝑ grām iuſtificantē Ro. 3. Juſtificati gratis
ꝑ gratiam ipſius ⁊ ꝑ redemptionē que eſt in chriſto ieſu
Et ideo dicit. Non eſcis que non pꝛofuerunt. Ro. 14.
Non eſt regnū dei eſca ⁊ potus. ſed iuſticia ⁊ pax ⁊ gau-
dium in ſpūſancto. Non eſt ergo ſtabilimentū coꝛdis in
īmoderata vel ſupflua ſumptione cibi: ſʒ magis in gra-
tia dei. pſ̄. Paratum coꝛ eius ſperare in domino confir-
matū eſt coꝛ eius non cōmouebit donec ⁊c. Spes aūt eſt
quaſi anchoꝛa ſtabiliens coꝛda. ſupꝛa. 6. Confugimꝰ ad
tenendam ꝓpoſitam nobis ſpem quam ſicut anchoꝛā ha-
bemus aīe tutaʒ ⁊ firmā. Et dicit ꝙ non ꝓfuerunt ambu-
lantibus in eis id ē ſperantibus in eis. quia illis qui eis
vtunt ad neceſſitatē ꝓſunt ad ſalutē coꝛpoꝛis. ſed qui to-
tum ſtudium ponunt in eis ambulant in ipſis. ⁊ talibus
nec ꝓficiunt ad ſalutē aīe nec coꝛpoꝛis. Jere. 11. Nunqd
carnes ſancte auferent a te malicias tuas in quibus glo-
riata es. ¶ Deinde cum dicit. Habemus altare ⁊c. aſſi-
gnat rationē et eſt valde ſubtilis. Sicut eñi legit Leui.
16. Decima die ſeptimi menſis ſūmus ſacerdos ſangui-
nem vituli ⁊ hirci inferebat intra ſancta ꝓ ſua ignoꝛan-
tia ⁊ illoꝛum coꝛpoꝛa cremabant extra caſtra. Et q̄ꝛ erat
oblatio ſacerdotum nō cōmedebant carnes eoꝝ. Quod
eñi offerebant pꝛo peccato ſacerdotum non comedebant
ſed extra caſtra comburebant. Ex iſta ergo figura trahit
aplꝰs myſteriū. Per ſanguinē eñi illum figurabat ſan-
guis xp̄i vt ſupꝛa dictum eſt. 9. caᵒ. Vitulꝰ eñi ⁊ hircus
xp̄m figurabāt. q̄ꝛ vitulus erat hoſtia ſacerdotalis: ⁊ hir-
cus imolabat ꝓ peccato. In quo figurabat ꝙ chriſtꝰ de-
bebat imolari ꝓ peccato non ſui ſed populi. Vitulus ḡ
⁊ hircus imolatus. eſt chriſtus ſacerdos ſeipſum offerēs
ꝓ peccatis noſtris. Sanguis ḡ xp̄i illatus eſt intra ſan-
cta ⁊ caro cremata ē extra caſtra. Ubi duplex eſt ſignifica-
tum. Unuʒ ꝙ xp̄s in ciuitate imolatus eſt linguis iude-
oꝛum. Unde ⁊ marcus dicit ipſum hoꝛa tertia crucifixū:
licet hoꝛa ſexta fuerit in cruce leuatus. Aliud ꝙ ꝑ virtu-
tem paſſionis ſue xp̄s intra celeſtia ſancta nos introdu-
cit ad patrem. Q2 autē coꝛpoꝛa illoꝝ cremabant extra ca-
ſtra q̄tum ad caput noſtrū ſignificat ꝙ xp̄s paſſurꝰ erat
extra poꝛtam. Quantū vero ad nos qui ſumus membꝛa
ſignificat ꝙ ꝓ illis q̄ ſunt extra caſtra legaliū vel exteri-
oꝛum ſenſuū īmolat xp̄s. Qui eñi erant in caſtris de car-
nibus illis non comedebant. Hec eſt ergo figura quā ꝓ-
ponit aplꝰs. cuius ꝓmo ponit ſignificatū. Secundo po-
nit figuram ibi: Quoꝛum eñi animaliū ⁊c. Tertio indu-
cit concluſionē ibi. Exeamus igit ad ipſum ⁊c. Dicit er-
go. Stabiliamus coꝛda noſtra non eſcis ſed gratia. Ali-
ter eñi non poſſumus: q̄ꝛ habemus altare ⁊c. Iſtud alta-
re vel eſt crux xp̄i in qua xp̄s ꝓ nobis īmolatus eſt. Vel
ipſe xp̄s in quo ⁊ ꝑ quē preces noſtras offerimꝰ. Et hoc
eſt altare aureum de quo dicit Apoc. 8. De iſto ergo al-
tari non habēt poteſtatē edere id eſt fructū paſſionis xp̄i
percipere ⁊ ipſi tanq̄ capiti incoꝛpoꝛari qui tabernaculo
legalium deſeruiunt Gal. 5. Si circumcidimini xp̄s vo-
bis nihil pꝛoderit. Vel tabernaculo coꝛpoꝛis deſeruiunt
q̄ carnales delectationes ſequunt Ro. 13. Carnis curam
ne feceritis in deſiderijs. Talibus eñi nihil pꝛodeſt. 1.
Coꝛin. 11. Qui eñi manducat ⁊ bibit indigne: iudicium
ſibi manducat ⁊ bibit. Dicit autē coꝛpus tabernaculum
q̄ꝛ in ipſo tanq̄ in bello habitamꝰ contra hoſtes ⁊ modi-
cū manet. 2. Pe. 1. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei
⁊ ideo nō eſt ei deſeruiendū. ¶ Deinde cū dicit. Quoꝝ
eñi animaliū ⁊c. ꝓſequit figuram ipſam. Et ꝓmo figurā
veteris legis. Secūdo figuram noui teſtamēti ibi. Pro-
pter qđ ⁊ ieſus ⁊c. Quantū ad pꝛimū dicit. Quoꝝ eñi
animalium ⁊c. Et poteſt legi littera iſta duobus modis.
Uno modo ſic. hoꝛum animaliū coꝛpoꝛa cremant extra
caſtra ſcʒ vituli ⁊ hirci quoꝛuʒ ſanguis infertur in ſancta
ꝑ pontificeʒ ꝓ peccato ſacerdotū ⁊ multitudinis. Aliter
ſic vt ꝑ illa animalia intelligat xp̄s vel ſancti eius. Per
oēs eñi hoſtias veteris legis figurabat xp̄s ⁊ ꝑ cōſeq̄ns
mēbꝛa eius. Chꝛiſti ergo cuius ſanguis illatus eſt in ſan-
cta celeſtia ꝓ peccato totius mundi coꝛpus igne paſſum
in ara crucis extra poꝛtas hieruſalē quaſi extra caſtra cre-
matū eſt. Vel etiam ſancti extra caſtra id ē extra cōmunē
ſocietatē hominū igne charitatis ieiunijs: oꝛationibus:
⁊ alijs operibus miſericoꝛdie ſe cremant. Quoꝛum id ē
ꝓ quibꝰ efficaciter ſanguis xp̄i in ſancta illatus eſt. Pꝛi-
mus ſenſus lr̄alis eſt ꝓpter qđ adaptat figuratū qđ fuit
in nouo teſtamento figure veteris teſtamenti vt ſit conſo-
nantia inter ipſa. Unde dicit. Propter qđ et ieſus ⁊c.
Et patet totum. ¶ Deinde cum dicit. Exeamus igit ad
eum ⁊c. inducit duas concluſiones. Secūdā ibi. Per ip-
ſum ergo ⁊c. Quantū ad pꝛimuʒ dicit. Ita dictum eſt ꝙ
nos habemꝰ altare quod eſt extra caſtra. Duo ergo de-
bemus facere ſcʒ ad ipſum accedere ⁊ ſuper illud ſacrifi-
care. Modum accedendi ponit ꝓmo dicens ꝙ ſicut xp̄s
paſſus eſt ⁊ impꝛoperium paſſionis extra poꝛtā ſuſtinuit
ſic ⁊ nos exeamus ad eū extra caſtra id eſt extra cōmunē
ſocietatē carnalium vel extra obſeruantiam legaliū. Vel
extra ſenſus coꝛpoꝛis poꝛtantes impꝛoperiū eius ſcʒ xp̄i:
id eſt ſigna paſſionis xp̄i ꝑ quam chꝛiſtꝰ factus eſt oppꝛo-
bꝛium hominū ⁊ abiectio plebis. pſ̄. Impꝛoperiū expe-
ctauit coꝛ meū ⁊ miſeriam. Vel impꝛoperiū id ē renunci-
emus legalibus adueniente veritate ꝓpter quod ſumus
iudeis impꝛoperiū id eſt ſigna penitētie que a carnalibꝰ
impꝛoperant. ſupꝛa. 11. Maioꝛes diuitias eſtimans the-
ſauris egyptioꝛum impꝛoperium chꝛiſti. Sic enim accu-
ſatus eſt chꝛiſtus ꝙ ſubuerteret legē. ita apoſtolo impꝛo-
perabatur ꝙ predicaret nō deberi ſeruare legalia. Gal.
5. Ego autē fratres ſi circumciſionem adhuc pꝛedico qđ
adhuc perſecutionem patioꝛ. Subdit aūt rationem huiꝰ
dicens. Nō eñi habemꝰ hic manentē ciuitatē ſed futurā
inquirimꝰ. Homo enim libēter manet in loco ſuo ꝓpꝛio

Finis enī noſter non ſunt legalia nec tempoꝛalia: ſed fi-
nis noſter xp̄s ē. Ro.10. Finis noſter xp̄s ē ad ſalutē oī
credenti. Nō ergo habemꝰ hic manentē ciuitatē ſed vbi
ē xp̄s: ergo exeamꝰ ad ipm̄. Col.3. Si cōſurrexiſtis cum
xp̄o que ſurſum ſunt querite vbi xp̄s ē in dextera dei ſe-
dens ⁊c. Eſa.33. Reſpice ſyon ciuitatē ſolēnitatis nr̄e.
ſupꝛa.11. Expectabat fundamēta habentē ciuitatē cuius
artifex ⁊ conditoꝛ dominꝰ. Item meliorem ciuitatē appe
tunt id ē celeſtem. Ad ipm̄ enim intendimus transferri
ſicut ad locū ⁊ altare noſtrum. Ergo exeundū ē ad illud.
¶ Deinde cum dicit. Per ipm̄ ergo offeramꝰ ⁊c. ponit
ſecundam concluſionē ꝙ ſcʒ ſup iſtud altare ſacrificare
debemus ⁊ qualia ſacrificia. Duplex ē autē ſacrificiū qḋ
ſup altare xp̄i offerre debemus. ſ. deuotionē ad deum ⁊
miſerationē ad ꝓximū. Quantū ad primū dicit ꝙ poſt-
ꝙ nō ſunt offerenda ſacrificia legalia. p̄s. Sacrificium ⁊
oblationē noluiſti. ergo per ipm̄ id ē per xp̄m offeramꝰ
ſemper deo hoſtiā laudis. p̄s. Sacrificiū laudis honoꝛi-
ficabit me. Iſtud autē ſacrificium laudis vocat fructum
labioꝛum. i. cōfeſſionē vocis. Melius enim laudat deus
oꝛe ꝙ occiſione animaliū. Unde dicit. Fructū labioꝛum
confitentiū nomini eius. Hoc eſt enim neceſſarium. Ro.
10. Coꝛde creditur ad iuſticiam oꝛe autē confeſſio fit ad
ſalutem. Oſee.14. Reddemꝰ vitulos labioꝝ noſtroꝛum
Eſa.57. Creaui fructum labioꝛū pacem. Hoc autē ſacri-
ficium debet eſſe ſemꝑ. i. cōtinue: ſicut in lege erat iuge
ſacrificium: ſicut patet numeri.28. p̄s. Benedicam dn̄m
in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. Aliud ſa-
crificiū ponit cum dicit. Beneficentie aūt ⁊ cōmunionis
nolite obliuiſci. Quaſi dicat. Olim ope exhibebat̄ oꝑa
miſericoꝛdie: modo aūt ſaltē coꝛde ⁊ ſi non poteſtis ope.
Et ideo dicit. Nolite obliuiſci beneficentie. i. liberalita-
tis quantū ad ea que datis. Largus enī beneficus dicit̄
Gal.6. Bonū autem facientes nō deficiamus. Eccl.12.
Benefac humili ⁊ nō dederis ipio. ¶ Et nolite obliuiſci
cōionis ꝗ̄tum ad ea q̄ ſuatis vt tp̄e ſuo cōicetis. Act.
2. Oēs q̄ credebāt erāt pariter ⁊ habebāt oīa cōia. Ro.
12. Neceſſitatibus ſanctoꝛū cōmunicantes. Uel cōionis
id eſt charitatis ꝑ quā ſunt omnia cōia. ¶ Quare autē
iſtud duplex beneficiū offerre debeamꝰ oſtendit dicens:
quia talibus hoſtijs pꝛomeret̄ paſſiue deus. i. poſſumus
deum mereri talibus ſacrificijs. Ipe enim ē merces nr̄a
quam iſtis operibus poſſumus acquirere Gen̄.17. Ego
pꝛotectoꝛ tuus ſum ⁊ merces tua magna nimis. p̄s. Tūc
acceptabis ſacrificiū iuſticie ⁊c. Eſa.19. Colent eum in
hoſtijs ⁊ muneribꝰ ⁊ vota vouebūt domino ⁊ ſoluent.

## Lectio tertia.

Obedite pꝛepoſitis veſtris: ⁊ ſubia-
cete eis. Ipſi enim peruigilāt qua-
ſi rationem pꝛo animabus vr̄is red
dituri: vt cum gaudio hoc faciant ⁊ non ge-
mentes. Hoc enim non expedit vobis. Ora
te pꝛo nobis. Confidimus enim: quia bonā
conſcientiam habemus in omnibꝰ bene vo-
lentes conuerſari. Amplius autē depꝛecoꝛ
vos hoc facere quo celeriꝰ reſtituar vobis.
Deus autem pacis qui eduxit de moꝛtuis
paſtoꝛem magnū ouium in ſanguine teſta-
menti eterni dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū
aptet vos in omni bono vt faciatis eius vo
luntatem: faciens in vobis qḋ placeat coꝛā
ſe per ieſum chꝛiſtum cui eſt gloꝛia in ſecu-
la ſeculoꝛum Amen. Rogo aūt vos fratres
vt ſufferatis verbum ſolacij. Eteni perpau
cis ſcripſi vobis. cognoſcite fratrē veſtrum
Timotheum dimiſſum cum quo ſi celerius
venerit videbo vos. Salutate omnes pꝛe-
poſitos vr̄os ⁊ oēs ſcōs. Salutāt vos de ita
lia fratres: gratia cū omnibꝰ vobis Amen.

Supꝛa monuit apl̄s quō ſe debent habere ad pꝛelatos
moꝛtuos vt ſcʒ in fide ipoꝝ permaneant: hic monet eos
qualiter ſe debeāt hr̄e ad viuētes: ⁊ p̄mo quō ad alios.
Scḋo quō ad ſeipm̄ paulū ibi. Orate ꝓ nobis ⁊c. Dicit
ergo. Obedite p̄poſitis vr̄is. Ubi cōſiderandū ē ꝙ duo
debemꝰ p̄latis. ſ. obedientiā vt ipoꝝ mādata impleamꝰ
Unde dicit. Obedite ⁊c. p̄mi Re.15. Melioꝛ eſt obe-
dientia ꝙ̄ victime. Itē reuerentia vt eos honoꝛemꝰ tan-
ꝙ̄ patrē ⁊ ipoꝝ diſciplinā toleremus. Et iō dicit. Sub-
iacete eis. p̄me Pe.2. Subiecti eſtote omī humane cre
ature. Ro.13. Qui poteſtati reſiſtit dei oꝛdinationi reſi-
ſtit. ¶ Rōnem ſubiectiōis ſubdit dicēs: Ipi enī ꝑuigilāt
⁊c. Quare enim debeamꝰ obedire ⁊ ſubijci p̄latis. Hoc
eſt iō q: incumbit eis laboꝛ ⁊ ꝑiculū iminet. Uñ ꝗ̄tum
ad laboꝛē ſollicitudinis qui eis incūbit de regimie ſubdi-
toꝛum dicit ꝙ ipi ꝑuigilant. i. perfecte vigilant. Ro.12.
Qui p̄eſt in ſollicitudine. Uigilare enī ſuꝑ gregē com-
miſſū incūbit p̄latis. Unde Luc.2. dicit̄ Paſtoꝛes per
quos deſignant̄ p̄lati erant vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigi
lias noctis ſuꝑ gregē ſuū q: dū doꝛmiūt hoīes inimicus
hō ſuꝑſeminat zizania in medio tritici. vt dicit̄ Mat.13.
¶ Quantū aūt ad ꝑiculū qḋ iminet dicit. Quaſi ꝓ aīa-
bus vr̄is reddituri rōnem. Hoc ē enī maximū ꝑiculū ho-
minē de factis alteriꝰ rōnē reddere q̄ ꝓ ſuis nō ſufficit.
3.Re.20. Cuſtodi virū iſtū qui ſi lapſus fuerit erit aīma
tua ꝓ aīa illiꝰ. Reddēt enī p̄lati in die iudicij rōnē de ſi-
bi cōmiſſis qn̄ fiet eis illa qḋ. Iere.13. Ubi ē grex qui da-
tus ē tibi pecus inclitū tuū. Quid dices cū viſitauerit te
Tu enī docuiſti eos aduerſū te. ſ. loquēdo bona ⁊ facien-
do mala ⁊ erudiſti ī caput tuū ꝑ mala tua exēpla. Gregꝰ.
Scire debēt p̄lati ꝙ tot moꝛtibꝰ digni ſūt quot exēpla ꝑ-
ditōis ad ſubditos trāſmittūt. Prouer.6. Fili ſi ſpopon-
deris ꝓ amico tuo defixiſti apud extraneū manū tuā illa-
queatꝰ es verbis oris tui ⁊ captꝰ ꝓprijs ſermonibꝰ Fac
ergo qḋ dico fili mi ⁊ temetipm̄ libera q: incidiſti in ma-
nū ꝓximi tui. Diſcurre feſtina ſuſcita amicū tuū ⁊c. Pre
latus enī manu. i. exēplo boni opis ⁊ oꝛe. i. p̄dicatōe ob-
ligat ſe xp̄o ꝓ ſubditis. Dicit̄ aūt xp̄s extraneꝰ: q: vt dicit̄
Bernardꝰ Amicꝰ ē in ſpōſione ſʒ extraneus ī exigenda
rōne. Sʒ nō videt̄ ꝙ aliq̄s teneat̄ reddere rōnē niſi pꝛo
ſe tm̄. 2. Coꝛ.5. Oēs nos māifeſtari oꝑtet añ tribunal
xp̄i vt recipiat vnuſq̄ſq̄ ꝓpꝛia coꝛꝑis ꝓut geſſit Rñdeo
dicēdū ē ꝙ q̄libet p̄ncipalr̄ reddet rōnē de factꝭ ſuis. Sʒ
inq̄tū actus ſui q̄dāmō ꝑtinēt ad aliū in tm̄ reddet rōnē
de illo. Facta āt p̄lati ꝑtinēt ad ſubditos ſm̄ illḋ Ezech.
3. Fili hoīs ſpeculatoꝛē dedi te domui iſrl̄ et audies de
oꝛe meo v̄bū ⁊ annūciabis eis ex me. Ubi ſequit̄ ꝙ ſi p̄-
latꝰ q̄ noīe ſpeculatoꝛꝭ intelligit̄ nō ānunciauerit impioꝛ
ipe q̄dem impiꝰ ī iniq̄tate ſua moꝛiet̄: ſʒ ſanguis de mā̄u
ſpeculatoꝛꝭ inq̄ret̄. Si igit̄ ꝑuigilant q̄ſi reddituri rōnē
ꝓ nobis ⁊ nos debemꝰ qḋ ī nobis eſt facere. ſ. obedire ⁊
nō rebellare vt ipi cū gaudio hoc faciāt nō gemētes. i. ſu-
ſtineāt ꝑiculū ⁊ laboꝛē ꝓ nobis cū gaudio ⁊ nō cū ge-
mitu: q: bonꝰ p̄latꝰ multū gaudet qn̄ videt ſubditos bn̄
opantes: q: tūc laboꝛ ſuꝰ nō ē inanis. 3. Io. Maioꝛē hoꝝ

graꝫ nō habeo ꝙ vt audiā filios meos ī ỽitate ambula-
re. Philip. 4. Itaqꝫ frēs mei chariſſimi ⁊ deſiderantiſ-
ſimi gaudium meum ⁊ corona mea ſic ſtate in dño cha-
riſſimi. ¶ Ipſi aūt gemunt in rebellione veſtra. Gal. 4
Filioli mei quos iterum parturio donec formetur chri-
ſtus in vobis. Iere. 9. Quis dabit capiti meo aquam ⁊
oculis meis fontem lachrymarū ⁊ plorabo die ac nocte
interfectos filie populi mei. Gemunt etiam compatien-
do quando propter rebellionem noſtram nō conſeqūtur
fructum laborū ipſorum qui eſt fructus eterne heredita-
tis. Eſa. 33. Ecce videntes clamabūt foris: angeli pacis
amare flebunt. ¶ Subdit autē rōnem quare debemꝰ obe-
dire eis quia non expedit nobis ꝙ ſcilicet ipſi gemant ꝓ
nobis ex rebellione noſtra. Deus enim vindicabit pro
ipſis. ps. Irritauerunt moyſen in caſtris aaron ſanctum
domini. Aperta eſt terra ⁊ deglutiuit datan ⁊ operuit ſu-
per congregationē abiron. Eſa. 63. Ipſi autē ad iracun-
diam prouocauerunt eum ⁊ affixerunt ſpiritum ſanctuꝫ
eius. ¶ Sequitur. Et cōuerſus eſt eis in inimicuꝫ ⁊ ipſe
debellauit eos. Nota autem ꝙ dicit. Non expedit vob.
non enī dicit. Non expedit illis. Gemere enī pro cōmiſ-
ſis ſubditorum bene expedit prelatis. Sic gemebat Sa-
muel ſuper reprobationē ſaulis. p̄mi Reg. 15. et. 16.
¶ Deinde cum dicit. Orate pro nobis ⁊c. monet apoſto-
lus qualiter ſe debeant habere ad ipſum. Petit enim ꝙ
ipſi orent pro eo. Simile habet Roma. 15. Obſecro vos
fratres per dominū noſtrum ieſum xp̄m ⁊ per charitateꝫ
ſpiritusſancti vt adiuuetis me in orationibus veſtris: qꝛ
ſicut dicit ibi glo. Impoſſibile eſt id eſt valde difficile p̄-
ces multorū nō exaudiri. Mat. 18. Si duo ex vobis con
ſenſerint ſup̄ terram de omni re q̄cunqꝫ petierint fiet eis
a patre meo. In hoc ergo ꝙ apoſtolus qui certus erat ꝙ
deo erat acceptus petit orari pro ſe: ꝑcutit ſuperbiam ali-
quorum qui dedignantur ab alijs preces petere: vt dicit
glo. ¶ Rationem ſue petitionis aſſignat dicens. Confi-
dimus enim ⁊c. quod poteſt duobus modis intelligi.
Uno modo reſpectu ipſorū quoruꝫ petit orationes: quia
cum apoſtolus iudeis nō predicaret: ſed tantum gentibꝰ
non videbatur eis acceptus. Et ideo poterant ſe excuſa-
re ne exaudirent petitionem eius: ⁊ ideo dicit quaſi ſe ex
cuſando ꝙ ipſe non habet conſcientiā quin bonū ipſoruꝫ
velit. Unde dicit. Confidimus enī ꝙ nos habemus bo-
nam conſcientiam ꝙ volumus vos bene cōuerſari ī om-
nibus. Per qđ dat intelligere ꝙ etiā intendit eis ꝓdeſ-
ſe cum poterit. Quia vero bonum conſcientie eſt a ſolo
deo: ideo illud attribuit fiducie quam gerit de ipſo. Uel
poteſt referri ad ipm apoſtolum: quia cum non p̄dicaret
iudeis non videbatur dignus ꝙ orōnes pro ipſo fierent:
qꝛ dominꝰ nō exaudiret eas: quia hoſtis fidei ipſoruꝫ vi-
debatur: ſicut dicitur Iere. 7. Tu ergo noli orare ꝓ po-
pulo hoc neqꝫ aſſumas pro eis laudem ⁊ orōnem ⁊ non
obſiſtas mihi quia non exaudiam te. Hoc ergo remouet
apoſtolus dicens. Orate pro nobis quia nō habemꝰ con
ſcientiam alicuius peccati nec alicuiꝰ malefacti ſed con-
fidimus. Nec ait. certi ſumus quia delicta quis intelli-
git. Eccl. 9. Neſcit homo vtrū amore aut odio dignꝰ ſit
p̄me Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum ſed in hoc nō iu
ſtificatus ſum. Quia ergo bonā conſcientiam habemus
bene volentes cōuerſari in omnibus: ideo nō repugnat
mihi quin orōnes veſtre ſint vtiles. ¶ Deinde cuꝫ dicit.
Amplꝰ aūt dep̄cor ⁊c. aſſignat aliā rōnem quare debēt
orare pro ipſo: qꝛ ſcꝫ hoc erit eis vtile. Unde dicit. Am-
plius id eſt propter aliud dep̄cor hoc vos facere. ſcꝫ ora-
re quo reſtituar vobis celerius qđ erit ad vtilitatem ve-
ſtram. Ro. p̄mo. Deſidero videre vos vt aliquid impar-
tior vobis gratie ſpiritualis. Apl's aūt qui ſic pro omni-
bus factis ſuis recurrit ad orōneꝫ inſinuat nobis ꝙ oēs
vie eius ⁊ facta ordinabantur ab ipſo ſcḋm dei diſpoſitiōeꝫ
Iob. 37. Nubes ſpargunt lumen ſuum que luſtrant cun
cta per circuitum: quocunqꝫ eas voluntas gubernantis
duxerit. Per nubes enī predicatores ⁊ apoſtoli intelli-
guntur. Eſa. 60. Qui ſūt iſti qui vt nubes volant. ¶ De
inde cum dicit. Deus autē pacis. ⁊c. orat apl's pro ipſis.
⁊ primo orat. Secundo aliquid ab ipſis petendo ſe excu-
ſat ibi. Rogo autē vos fratres ⁊c. Circa primū prius de-
ſcribit eum quem orat dicens. Deus aūt pacis ⁊c. Pro
prius enim effectus dei eſt facere pacem. Non enī ē deꝰ
diſſenſionis ſed pacis. p̄me Cor. 14. Item. 2. Cor. 13.
Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſcuꝫ
Pax enī nihil aliud ē niſi vnitas affectuū quos vnire eſt
proprium ſolius dei: qꝛ per charitatem que a ſolo deo eſt
vniuntur corda. Deus etiam nouit colligere ⁊ vnire: qꝛ
deus eſt charitas que eſt vinculum perfectōis. Unde ipſe
habitare facit vnanimes in domo. ps. Homo inter ſe et
deum pacem fecit per myſterium xp̄i. Et ideo dicit Qui
eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium. Quādoqꝫ
autē dicitur xp̄s ſuſcitatus per virtutem patris. Roma.
8. Si ſpiritus eiꝰ qui ſuſcitauit ieſum chriſtum a mortu
is ⁊c. Quandoqꝫ vero dicitur ſeipſū ſuſcitaſſe. ps. Ego
dormiui ⁊ ſoporatus ſum. Que tamē nō ſunt contraria
quia ſurrexit virtute dei que eſt vna patris ⁊ filij ⁊ ſpūs
ſancti. Eduxit ergo de mortuis id eſt de ſepulchro qđ eſt
locus mortuorū. Roma. 8. Quō ſurrexit xp̄s a mortuis
per gloriā patris: ita vt nos in nouitate vite ambulemꝰ.
Dicitur autē xp̄s magnus paſtor ouium. i. fideliuꝫ ⁊ hu
milium. Ioh. 10. Ego ſum paſtor bonus. ⁊c. Oues eniꝫ
ſunt qui deo obediunt. Ibidem. Et oues mee vocē meā
audiunt. Dicit autem ipm paſtorē magnū: quia omnes
alij ſunt vicarij eius qꝛ ipſe paſcit oues proprias: alij ve-
ro oues chriſti. Ioh. vltimo. Paſce oues meas. 1. Pet.
5. Cum apparuerit princeps paſtorū ꝑcipietis īmarceſ-
ſibilem glorie coronā. Eduxit autē ipm in ſanguine teſta
menti eterni id eſt in virtute ſanguinis chriſti per quem
confirmat̄ teſtamentū nouū in quo eterna promittuntur
ad differentiam veteris. xp̄s enim ſanguinem ſuum di-
cit ſanguinem noui teſtamenti. apoſtolus autē dicit eter
ni. Et ideo in cōſecratiōe ſanguinis in forma ponit̄ vtrū-
qꝫ. Ipſe vero xp̄s per paſſionē ſuam meruit ſibi ⁊ nobis
gloriā reſurrectionis. Iō dicit ꝙ eduxit dñm noſtrū ieſū
xp̄m de mortuis in ſanguine teſtamenti eterni. Phil. 2
Humiliauit ſemetipm ⁊c. Zach. 9. Tu vero in ſanguie
teſtamēti tui eduxiſti vinctos de lacu ī quo nō erat aqua
¶ Conſequenter ſubiungit petitionē ſuam cū dicit. Ap-
tet vos in omni bono. Uolūtas enim humana cū ſit que-
dam inclinatio rōnis: eſt principium actuū humanorum
ſicut grauitas ē principium motus grauiū deorſuꝫ vnde
ſe habet ad actus rōnis ſicut inclinatio naturalis ad ac-
tus naturales. Res autem naturalis dicit̄ apta ad illud
ad qđ habet inclinationē. Sic etiam homo quando ha-
bet voluntatem bene faciendi dicitur aptus eſſe ad illud
Deꝰ etiā quādo īmittit homini bonā voluntatem aptat
eū. i. facit ipſū aptū. Et ideo dicit. Aptet vos in omī bo-
no vt faciatis eius volūtatē. i. faciat vos velle omne bo-
num. Prouerb. 11. Deſiderium iuſtorū omne bonū. Hec
eſt enim voluntas dei ſcꝫ velle qđ deus vult nos velle.
Aliter enim non eſt bona voluntas noſtra. Uolūtas au-
tem dei eſt bonum noſtrū. p̄me Theſ. 4. Hec voluntas
dei ſanctificatio veſtra. Ro. 12. Ut probetis q̄ ſit volun-
tas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ ꝑfecta. Dupliciṫ aūt aptat
hō ad benefaciēdū. Uno mō exteriꝰ operando. Et ſic vnꝰ
hō aptat aliū ꝑſuadēdo vl' cōminādo Alio mō aliqđ inte
riꝰ exhibēdo: ⁊ ſic ſolꝰ deꝰ aptat volūtatē q̄ ſolꝰ ipſā pōt

immutare. Prouer. 21. Coꝛ regis in manu domini quo
cunq; voluerit inclinabit illud. Unde dicit. Faciens in
vobis. Phil. 2. Deus ē qui operatur in nobis velle et
perficere. Quid autem faciet? Qđ placitū ē coꝛam ſe. i.
faciet vos velle qđ placet ei. Hec autē ſunt fides ⁊ man-
ſuetudo ⁊ timoꝛ domini. Eccle. pmo. Beneplacitum eſt
ei fides ⁊ manſuetudo. Ps. Beneplacitū eſt deo ſuper ti
mentes eū. Hec autē omnia habēt per xpm. Nihil enim
a patre impetratur niſi per filium. Jo. 10. Si quid petie
ritis patrez in noīe meo dabit vobis. Et ideo dicit. Per
ieſum xpm. 2. Pe. pmo. Per quem maxima ⁊ precioſa
nobis promiſſa donauit. Ro. 5. Per quem acceſſum ha
bemus ⁊c. Cui ſcꝫ xpo eſt gloꝛia in ſecula ſeculoꝛū amen
id ē gloꝛia ſempiterna. pme Thy. pmo. Regi ſeculoꝛuꝫ
immoꝛtali inuiſibili ſoli deo honoꝛ ⁊ gloꝛia in ſecula ſe-
culoꝛum amen. Hec enim gloꝛia ſibi debet inquantū eſt
deus. ¶ Deinde cum dicit. Rogo aūt vos frēs ⁊c. ſub-
dit petitionem ſuā in qua excuſat ſe: deinde cōcludit epi-
ſtolam ibi. Gratia dei ⁊c. Circa primum tria facit: qꝛ pri
mo ponit excuſationem ſuam. Secundo recōmendatio-
nem nuncij per queꝫ ſcribit. Tertio ponit quaſdā ſaluta
tiones. Dicit ergo quantū ad pꝛimū. Rogo vos vt ſuffe
ratis verbum ſolacij id ē patienter poꝛtetis verba epiſto
le huius in qua ⁊ ſi in aliquo vos repꝛehendi totum eſt ad
conſolationem veſtram. Roma. 15. Quecunqꝫ ſcripta
ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Et quare debēt
patienter poꝛtare oſtendit dicens: quia perpaucis id eſt
valde paucis ſcripſi vobis: qđ veruꝫ ē reſpectu myſterio
rum que in ipo continent. In iſta enim epiſtola fere oīa
myſteria veteris teſtamenti continentur. Sermones aūt
breues valde accepti ſunt: quia ſi ſunt boni auidius au-
diunt: ſi vero mali parum grauant. Eccl. 5. Pauci ſunt
ſermones tui. ¶ Conſequenter recōmendat illum p quē
ſcribit dicens. Cognoſcite timotheuꝫ dimiſſum ſcꝫ a car
cere in quo cum apoſtolo erat vel a me dimiſſum ad pre-
dicandum ⁊ ad vos miſſum. Cognoſcite ergo id ē gratio
ſe recipite: tum quia vt habet Act. 16. fuerat circūciſus
tum etiam quia ſi celerius venerit cū ipo videbo vos: in
quo oſtendit dilectionem quā ad ipos habebat. Hoc eti
am dicit: qꝛ ⁊ ſi ad ipos nō venerit quia rome paſſus ē ta
men incertus erat: vtrum vel ad tempus deberet dimit-
ti. ¶ Conſequenter ponit ſalutatiōes ſuas. Et pꝛimo in-
iungit eis ſalutationem alioꝛum dicens. Salutate oēs
prepoſitos id eſt apoſtolos adhuc viuētes ⁊ oēs ſanctos
ſcꝫ alios diſcipulos. Iſtis autē non ſcribit qꝛ nō intende
bat ſcribere niſi contra obſeruantes legalia. Et ideo qꝛ
iſta epla ē inſtructiua non intendebat inſtruere aplos qꝛ
erant antecceſſoꝛes ſui in fide. Secūdo ſalutat eos ex pte
alioꝛum dicens. Salutant vos fratres de ytalia. Scri-
pſit enim eplam iſtam a roma. Tertio moꝛe ſolito cōclu
dens ⁊ quaſi pro ſigillo ponit ſalutationē dicens: Gratia
dei cum omnibus vobis amē. i. peccatoꝛū remiſſio ⁊ oīa
alia dei dona que per gratiaꝫ dei habentur ſint firmiter
cū omnib⁹ vobis. Amen cōfirmatio ē omnium.

Finit explanatio ſancti Thome de aquino oꝛdinis fra-
trum pdicatoꝛum in omnes eplas beati Pauli apoſtoli
caracterib⁹ Michaelis furter Baſilee īpꝛeſſa: ductu ve-
ro et impenſis Wolfgangi Lachner ſtudioſis ī mediuꝫ
data feliciter. Anno a partu virginis ſalutifero. Mille-
ſimo quadringenteſimo nonageſimoquinto. Die vero
decimaſexta menſis Octobꝛis.

# Regiſtrum operis

Regiſtrum totius opis:
de carta in cartã ꝛ triter=
no in triternum.

a

primum vacat
Feliciter incipiunt
autem aliquid
do modo

b

Ezech.16.
turus eſt.
ſacerdotes Apo.5.

c

propter duo
huius excluſionis
veniale. Primo

d

mente carnales
originali ſed etiam
manꝰ genere.

e

Iud. Gal.5.
bonum faciendũ
Non enim habuit

f

conformes imaginis
patiẽ pro quocunqꝫ
In quibus ſignum

g

Omnes vos fratres
riora in hoc
gentibus nõ querentibꝰ

h

Secula ſuccedentia
ue miniſterium
habentes Non

i

Incipit capitulum
vt ſcꝫ vno die
bet aliquem eſſe

k

in xp̃o ieſu
citur.1.Cor.3.
quam iuſtificamur.

l

ergo primo
ritualibus ibi
bat eorum iudicium

m

Circa quod conſide.
pam cuiuſdam
motio corruptionis

n

tis circumſtantijs
ſi vocauit
emunt tanq̃

o

6. Cura eſt.
piant nos autẽ
eſt deo in illis

p

Lectio tertia.
de quibus eccleſia
ad corpus xp̃i

q

Ex his enim
pedibus id eſt
poreis angelis

r

Et ſic dicit
cordis ſui
Si qui s videtur

s

alia qualitas
cet culpe
ſa primum.

t

non ſed eſt.
te habundantiori
Poſtq̃ apoſtolus

v

natura humana.
poſſeſſam Tunc
eſt ad vtilitatem

x

erat in animo
quam oſtenderunt
nalitatum noſtrarum

y

velle proſtitui
ad philippenſes
ad hoc dicit

z

plicabantur
vt per alios
in eis apparuerunt

A

illum in gentibus
rit ſermo eius
ambularent ad

B

Iudeorum ſuperbiam
4. Non addentis.
eſt per fidem.

C

Lectio ſeptima
Si filius
euangelizet

D

uerantiam quia
gloriantes: quia
animam ꝛ quãtum

E

in chriſto ab
vici ꝛ ſedi
patione teſta.

F

oſtendit orationis.
Supra cõme.
menſurauit

G

Eccl.41.
fit lumen
eccleſie ſuo

H

non tantũ
eſt dilectio
modo ſic

I

autem ſuum
primo ponit
euangelice fidei

K

Et talia
vos iudicet
ta in ſpeciali.

L

chriſto ieſu
moueat ad bonum
cõſolamini

M

Lectio ſecunda
ſequi vitam
aliorum ibi

N

Lectio tertia Mulier
ſpitum Roma.12.
excludit cauſam

O

Peccantes tam
Sed hoc non
ꝛ oportunitas

P

Lectio tertia Pro
inde cum dicit
Secundo oſtendit

Q

Corrigat. Unde.
immundiciam
¶ Sed quantum

R

merita illorum
rantem genuit
cit Qui

S

pertinet ad eius
ris ex eo
meam non quero

T

¶ Deinde cum.
rectionem ſuam
ſenſus pro ſenſu

V

requiratur ad
nalibus obſeruantijs
capitulo ſunt maiora

X

Conueniens ergo
ſpectu boni
a preteritis non

Y

ad completam
non inueniebatur
q̃cq̃ eſt difficile

Z

ei meipſum
vt in principio
Lectio quarta. Non
Supra poſuit

Finis

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

M. Theol. x. Sch. 217